



1712.39=3

1185201x

Lib.	Universitata


~~12
70
19~~

BIBLIOTECA	AL
GR	
Sala: B	
Estant: 1	
Numar: 44	

56-2-2

4
1-3





R 15032

ANNALES ECCLESIASTICI

AB ANNO MCXCVIII
VBI CARD·BARONIVS DESINIT
AVCTORE
ODORICO RAYNALDO
TARVISINO
CONGREGATIONIS ORATORII
PRESBYTERO

TOMVS XIII
Romæ excudebat Mascardus 1648.
Superiorum permissu, et privilegio

SVBEGIT GENTES

VICIT HERESES

IN PETRA EXALTAVIT ME·ET NVNC EXALTAVIT CAPVT MEVM SVPER INIMICOS MEOS

Imprimatur, si videbitur Reuerendissimo P. Mag. Sac. Pal. Apost.

A. Victricius Episc. Alatren. Vicefg.

A Nnales Ecclesiasticos post Baronium, ab Odorico Raynaldo Taruisino Congregationis Oratorij presbytero conscriptos, iussu Reuerendissimi Patris Vincentij Candidi, Sacri Apost. Palatij Magistri, perlegi: in quibus non modò nihil reperi, quod fidei, aut bonis moribus aduertetur; sed eos Baronianis Annalibus quàm simillimos agnoui, iisdemque Ecclesiasticæ eruditionis luminibus vbique micantes. Quapropter eisdem publica luce dignissimos existimo, tum ad pietatem augendam Christianosque mores informandos, tum ad eorum mentes recreandas, qui sacra eruditione delectantur. Ex ædibus S. Mariae in Vallicella ix. kal. Iulij A. MDCXLVIII.

Iulius Diotalleuius presbyter eiusdem Congregationis Oratorij.

Imprimatur,

Fr. Hyacinthus Capisuccius Mag. & Socius Reuerendiss. P. F. Vincentij Candidi S. P. A. Mag. Ord. Præd.



SANCTISSIMO
AC BEATISSIMO PATRI
ET DOMINO NOSTRO
INNOCENTIO X.
PONTIFICI MAXIMO.



ODORICVS RAYNALDVS CONGREG. ORATORII PRESBYTER SEMPITERNAM F.



ANCTITATIS Tuæ benignitas, quam expertus sum, cum XIII. Annalium Ecclesiasticorum tomum Pontificatus primordijs consecraui, impellit me, vt iterum ijsdem de causis, ob quas illum dicaram, ad sacros pedes XIV. hunc venerabundus afferam: in quo Beatitudo Tua expressum conspiciet, quod in

Esthere diuinæ literæ adumbrarunt. Referunt enim Assuerum Regem, illam ob eximia virtutum ornamenta tanta beneuolentia profecutum esse, vt non modo regijs apicibus decorarit, sed porrectas etiam ab ea quascumque preces se admissurum repetitis amplissimis verbis sponderit: *Quæ est, inquit, petitio tua, vt detur tibi? & quid vis fieri? &c.* Qua voce confirmata populum Dei, Aman insidiatore deiecto, ab interitu vindicauit.

a Lib.
Esther
cap. 5.
& 7.

Consentiunt SS. Patres, vt in Assuero Christum dominum, ita in Esthere sacra oracula præmonstrasse Ecclesiam: quam quidem cælestis sponsi virtute corroboratam hostes suos prostrasse, in hoc volumine perspicuis rerum successibus, atque experimentis temporum series ostendit. Productos enim in theatrum historiæ cernet Beatitudo Tua Amano pessimo haud dispares Manfredum Friderici II. nothum filium, & Conradinum ex Conrado nepotem, qui vim & conatum omnem ad Alexandrum IV. Urbanum IV. & Clementem IV. summos Pontifices opprimendos, Ecclesiæque Romanæ iura obterenda conuertebant; demum conculcatos ab Apostolica Sede, quæ diuino fulta præsidio vtrumque omni iure regni merito deiecit, & Carolo Andegauorum comiti S. Ludouici fratri, ad Regiam dignitatem euecto, Neapolitanum ac Siculum Regnum fiduciario iure tra-

re tradidit. Apostolica quippe Sedes *quantumcumque*, vt Nicolaus III. in grauissimis literis ad Boamundum principem Antiochenum datis loquitur ^{a Nicol. III. lib. 2. epist. 212.}, in molestatore suos, cuiuscunque excellentiæ & dignitatis, vindictam differat ultionis; finaliter tamen verbo virtutis, & opere destruit cornua superborum. Quod in diebus tuis, si bene respicis, multis Regibus & principibus, erigentibus calcaneum contra eam, inuenies accidisse.

Atque vtinam eorum exitium cæteros a iure Ecclesiastico infringendo deterruisset, neque illæ Bonifacij VIII. querelæ ^{b Bonif. VIII. lib. 6. epist. 35.} repetendæ forent: *Ab olim Ecclesia Regum lactata mamillis excreuit in potestatem, dignitatem, libertatem, celsitudinem, & gloriam seculorum: nunc, proh dolor! à Regibus eorumque officialibus premitur, ancillatur, spernitur, & multipliciter expugnatur.* At eorum audaciam plurium catholicorum principum veluti Erici Danorum, Alfonsi & Dionysij Lusitaniæ, Iacobi iunioris Aragonum, Eduardi Angliæ Regum, quos violatæ Ecclesiastici ordinis immunitatis pœnituit, pia exempla; ac Romanorum Pontificum, quorum res gestas hoc volumen complectitur, in sacro iure tuendo constantia accusant; ostenduntque solidum regnorum fundamentum religionem esse, ac principum solia, Pontificia auctoritate suffulta, firmissima perstitisse.

Norant id Richardus Anglus & Alfonsus Hispanus, discordibus suffragijs ad Romanum Imperium vocati; qui pro asserenda Augusta sibi dignitate apud summos Pontifices Urbanum, Clementem, & Gregorium X. iura regia iudicio disceptarunt, donec e viuis sublato Richardo, quem potiora iura adeptum censebat Gregorius, paruit Alfonsus Pontificijs iussis, cessitque Imperio, quod Rodulpho ab eodem Pontifice adiudicatum est, flexuque temporum ob singularem ipsius pietatem, atque in Ecclesiam obseruantiam in eius familia constabilitum.

Similia exempla in alijs regnis, in quibus obortæ inter vnus sceptri æmulos controuersia ad Romanum Pontificem delatæ fuerunt, in hoc volumine inueniet Sanctitas Tua. Nam in Hierosolymitano Hugo Lusinianus Cypri Rex, a Maria principis Antiocheni filia apud Gregorium in ius vocatus, cum primùm forum declinasset, atque ad Syriæ proceres causam deriuasset, postea agnita culpa, aduersus Carolum I. Siculum ad Nicolai III. auctoritatem ipse prouocauit. In Vngarico Venceslaus iunior Boemus Bonifacij VIII. decreto, quo hereditaria iura electione potiora pronuntiauerat, regno excidit, quod Carolus Gallici generis obtinuit. In Siculo regno de successionis gradibus

bus in Roberti Neapolitani Regis gratiam dirempta controuer-
fia est. In Polonico Vvenceslaus senior, quod regnum deturba-
to Vvladislaο occupasset, iudicio postulatus; & in Germanico
intentata Alberto ob cæsū Adolphum legum seueritas.

Eminet eadem in transferendis regnis auctoritas, qua inter cæ-
tera Martinus IV. Pontifex sanctissimus ad Petrum a Sicilia ty-
rannide reuocandum Aragoniæ, Valentiaë, & Cataloniaë iura
in Carolum Valesium Philippi Regis Francorum filium trans-
fudit: quāquam ea postea pacis studio a Bonifacio VIII. apo-
stolica liberalitate fuerunt Iacobo restituta. Eminet in Regum
diffidijs ac bellis componendis, imperandisque inducijs, ob quas
Adolphus Romanorum, Philippus Francorum, Eduardus An-
glorum Reges eiusdem Bonifacij iussu arma cruore & mutua
cæde polluta posuerunt. Eminet denique in ferendis legibus ad
oppressos populos a principum acerbiori auaritia vindicandos:
leuarunt enim Lusitanos Gregorius X. & Nicolaus IV. iniquo-
ribus, quibus premebantur, oneribus: Siculum regnum præ-
dictorum Friderici, Conradi, ac Manfredi tyrannorum graffa-
tionibus conculcatum Honorius IV. erexit, atque optimis legi-
bus temperauit: demum Bonifacius VIII. in Cypro dirum ve-
ctigal annum fustulit, quod a singulis capitibus exigebatur.

Optandum profecto esset, & supplicibus votis a Deo expo-
scendum, vt principes Christiani præclarissimum illud omnium
regiarum virtutum exemplar Ludouicum Francorum Regem,
sanctissimum sectarentur, qui hoc Guillelmi Carnotensis^a, rerum
eius scriptoris fidelissimi, præconium meruit: *Quam reuerenter &*
humiliter erga sacrosanctam Romanam Ecclesiam semper se habuit; quam
deuote & obedienter rescripta & mandata Apostolica consuetus erat suscipere;
quam obedienter & affectiue, sicut verus filius obedientiaë adimplere, norunt
illi, qui ei familiarius adhærebant. Ipse enim, negotia matris Ecclesiæ plus-
quam propria reputans, ea totis affectibus promouere curabat. Idem in
Ecclesiam studium filij, cæterorumque sceptri Gallici successo-
rum mentibus alte defigi exoptauit: atque adeo, cognita quasi
cælitus imminente morte, saluberrima documenta testamenti loco
proposuit; ac Philippum filium affatus, præclarum hoc Philippi
Regis aui dictum ei ob oculos posuit^b: *Quando cogito beneficia, quæ*
mibi Deus contulit, melius volo pati, quam inter me & Ecclesiam scanda-
lum suscitare; subiicitque: Ama igitur, o fili, personas ecclesiasticas. Sis
deuotus & obediens matri nostræ Romanæ Ecclesiæ, & summo Pontifici tam-
quam Patri.

a Guill.
Carnot.
in vita
S. Lu-
douici.

b Apud
Gaufr.e
Bellolo-
co in vi-
ta eiusd.
S. Lud.
et alios.

In Tua sane Beatitudine optimum Patrem, non partientem,
inique

inique patrios affectus, nacti sunt principes, quem æque ob paria erga omnes studia ament, atque ob sacrum apicem colant: conspicientque in horum Annalium serie ferre se grauius non debere, si omnia ipsorum vota ab Apostolica Sede non admittantur, cum etiam memoratus Beatitudinis Tuæ prædecessor Clemens IV. sanctitate insignis, S. Ludouici Regis, de quo dixi, preces interdum reiecerit; repulsam his verbis emolliens: *Probrosam tibi non reputes nostræ ac tuæ honestatis intuitu pati in aliquibus te repulsam, qui legisse te recolis & audisse, Vas electionis præclarum Apostolorum Principis Coapostolum non auditum, petitione tertio repetita.*

a Clem. IV. To. 2. epist. 12.

Agnoscent etiam principes æqui consulendum, si vrgentibus Beatitudinem Tuam, vt eundem prædecessorem, temporum difficultatibus, quæ inexhausti cuiusdam ærarij præsidia exposcerent, responsum illius ^b ad marchionem Montisferrati repetere cogeretur: *Si sumptus in bellis legitimis tenetur Ecclesia ministrare, suæ sibi nequaquam sufficerent facultates, cum requirant expensas innumerabiles; illudque eiusdem Pontificis ad Carolum I. Siciliae Regem: Nec montes, nec fluuios habemus aureos, nec tuo possumus desiderio satisfacere: & quantumcumque necessitas vrgeat, nihil possumus viliter facere; nisi forte requiras miraculum, ad quod nequaquam merita suffragantur, vt in aurum terram vel lapides conuertamus.*

b Id. ibid. ep. 29.

c Ibid. ep. 142.

Si opes in varia regna ac prouincias pro Dei gloria tuenda effusæ animi magnitudini non responderent, ac forte quispiam angustæ mentis suggerere auderet, tentandas nouas cogendi auri vias, opponere posset Sanctitas Tua eiusdem antecessoris præclaram sententiam ^d: *Ab omni extorsionis, & quæstus specie abstinemus: nec diuitiæ nos sibi subiiciunt, quas nunquam nobis permisimus dominari: immo, quod læti referimus, quem seruum habere nequeunt, & comitem de-
dignantur.*

d Ibid. ep. 65. Ibid. ep. 12.

Quid commemorem eiusdem Clementis, vt & Martini IV. & Benedicti XI. aliorumque Pontificum in sacris redditibus dispensandis continentiam, quos priuatus suorum amor a publico commodo procurando nusquam abduxit? Sane vt tot antecessorum innocentiam, & vnicam atque obnixam optimi regiminis curam, cæterasque Pontificias virtutes, hoc volumine expressas, Christianus orbis admiratur; ita nunc easdem in Innocentio, Diuino munere, coniunctas emicare merito gaudet. Seruet incolumem Diuina pietas Christiano ipsi orbi amantissimum Patrem, ac Sanctitatis Tuæ Pontificatus diuturnitate populi sui felicitatem augeat.

EMIN.^{MO} AC REV.^{MO} DOMINO

IOANNI IACOBO

PANZIROLO

S. R. E. PRESBYTERO CARD. AMPLISS.

ODORICVS RATNALDVS CONGR. ORATORII PRESBYTER FELICITATEM.



V M omnibus exploratum fit, Cardinalis amplissime, quantopere literarum studia semper colueris, quantaque beneuolentia ijs operam dantes fueris profecutus, XIII. Annalium Ecclesiasticorum tomum, a me, vt ingenij viriumque tenuitas permittit, elaboratum, tibi iam porrigere ausus sum. Adeo vero id, quod celebri fama didiceram, experimento tum comperi, adeoque humanitate tua obstrictum me sensi, vt XIV. hunc editurus tibi duxerim offerendum; ratus nimirum haud ingrata futura Ecclesiastica huiusmodi monumenta viro præclarissimo, qui dotes egregias a Deo acceptas, posthabitis quantumuis splendidis seculi curis, quæ angustiarum mentium fatigant vota, rei tantummodo Ecclesiasticæ tuendæ, atque ornandæ assidue, constanterque contulerit.

Norat quidem Vrbanus VIII. Pontifex Maximus, illam in rebus agendis solertiam industriamque singularem, quam in grauissimis exercuisti muneribus: in quibus adeo abstinentia tua atque integritas eluxit, vt non alia re, quam liberalitate diues ex opulentissimis regnis abires. Quamobrem de te Cardinalitia iam dignitate decorato, e prouincia in Urbem redeunte, iure merito dici potuit, quod de Martino S. R. E. presbytero Card. S. Bernardus ad Eugenium Pontificem maxima cum admiratione scripsit: *Quid dicis, inquit, mi Eugeni? Nonne alterius seculi res est, redisse legatum de terra auri sine auro? transisse per terram argenti, & argentum nescisse?*

a Bern.
de con-
siderat.
lib. 4.

Hanc ipsam cæterasque animi tui virtutes, quibus purpuram exornas, perspetas habet in primis Sanctissimus Dominus noster Innocentius summa prudentia Pontifex, qui quemadmodum olim te præclarissimorum laborum participem habere voluit, ita nunc, postquam vniuersi orbis Christiani molem regendam suscepit, arduo grauissimoque muneri præposuit, quo mira cum fidei, consilij, ac vigilantia laude perfungeris.

Quæ quidem omnia, Cardinalis Eminentissime, eo me vehementius impellunt, vt qualecunque hoc obseruantia meæ munus, alijs nominibus debitum, tibi exhibeam, quod a benignitate tua & placide admittendum, meaque studia magis magisque consouenda non diffidam. Illud insuper humiliter te rogo, vt recens industria meæ partus, quam ab auctoris ingenio non sperat, tuo patrocinio, tuaque commendatione apud tantum Pontificem gratiam inueniat.

INNO-

INNOCENTIUS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.



VM, sicut nobis nuper exponi fecit dilectus filius Odoricus Raynaldus presbyter Congregationis Oratorij de Vrbe, ipse Decimum tertium Annalium Ecclesiasticorum composuerit, & alios eorundem Annalium Tomos, benedicente Domino, componere, illosque typis edi facere intendat; vereatur autem, ne alij in hac Alma Vrbe nostra, aut extra eam Tomos prædictos sine eius licentia imprimere præsumant; Nos eius indemnitati consulere, & ne quis Tomos prædictos sine eius licentia imprimere præsumat, dictumque Odoricum specialibus fauoribus & gratijs profectui volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis a iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus exiit, ad effectum

præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, supplicationibus illius nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis; eidem Odorico, vt decennio proximo a prima eua dictorum respectiue Tomorum (dummodo antea a dilecto filio Magistro Sac. Palatii Apostolici approbati sint) impressione computanda, durante, nemo tam in Vrbe, quam in vniuerso statu Ecclesiastico mediata, vel immediate nobis subiecto Tomos prædictos sine speciali dicti Odorici, aut eius heredum & successorum, vel ab eis causam habentium licentia, imprimi facere, aut ab alio, vel alijs impressos vendere, seu venales habere, vel proponere possit, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus & indulgemus. Inhibentes propterea vniuersis & singulis vtriusque sexus Christi fidelibus, præsertim librorum impressoribus, & bibliopolis quouis nomine nuncupatis, tam in Vrbe & statu prædictis, sub quingentorum ducatorum auri de Camera, & amissionis librorum & typorum omnium, pro quibus camera nostra Apostolica, ac pro altera tertijs partibus accusatori, & Iudici exequenti irremissibiliter applicandis; quam per totam Italiam, & extra eam vbiuis gentium & locorum constitutis, sub excommunicationis maioris latae sententiæ pœnis, eo ipso absque vlla declaratione incurrendis, ne dicto decennio durante Tomos prædictos, aut aliquam eorum partem, sine huiusmodi licentia imprimere, aliove titulo, seu forma, quouis prætextu mutatos, vel alio quocumque idiomate verfos edere, vel ab alijs impressos, & editos vendere, aut venales habere, seu proponere quoquomodo audeant, seu præsumant. Mandantes propterea vniuersis & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, & alijs locorum Ordinarijs, eorumque Vicarijs, seu officialibus in spiritualibus generalibus, ac in dicto nostro statu Ecclesiastico Legatis, Vicelegatis, Præsidentibus, Gubernatoribus, Potestatibus, & alijs Iustitiæ ministris, quatenus eidem Odorico, eiusque heredibus & successoribus, seu ab eis causam habentibus huiusmodi in præmissis, efficacis defensionis præsidio assistentes, quandoocunque ab eodem Odorico, seu alijs prædictis fuerint requisiti, pœnas prædictas, contra quoscunque inobedientes irremissibiliter exequantur, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate aliâ roboratis; priuilegijs; quoque, indultis, & literis Apostolicis, quibusvis personis quomodolibet concessis, & confirmatis. Quibus omnibus & singulis illorum tenoribus, ac si de verbo ad verbum infererentur præsentibus, pro sufficienter expressis habentes, ad effectum præmissorum, specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscunque. Voluimus autem, vt præsentium transumptis, etiam in ipsis Tomis impressis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus vbiq; fides adhibeatur, quæ adhibetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XXI. Aprilis MDCXLVI. Pontificatus nostri Anno secundo.

M. A. Maraldus.

Loco ✠ Annuli.

FERDINANDVS III.

DIVINA FAVENTE CLEMENTIA ELECTVS ROMANORVM IMPERATOR SEMPER AVGVSTVS,
AC GERMANIÆ, HVNGARIÆ, BOHEMIÆ, DALMATIÆ, CROATIÆ, SCLAVONIÆ
REX, ARCHIDVX AVSTRIÆ, DVX BVRGVNDIÆ, STYRIÆ, CARINTHIÆ,
CARNIOLÆ, ET VVIRTEMBERGÆ, COMES TYROLIS, &c.



GNOSCIMVS, & notum facimus tenore præsentium vniuersis. Quod cum nobis deuotus nobis dilectus Odoricus Raynaldus Parisinus, Presbyter Congregationis Oratorij Romani humillime exposuerit, constituisse se opus quoddam intitulatum: (Annales Ecclesiastici post Cardinalem Baronium) a se magna industria ac labore confectum typis excudendum dare: vereri autem, ne (quod fieri solet) alij Typographi quæstus causa, hanc suam editionem intuentur, ideoque demisse nobis supplicarit, vti indemnitati ipsius consulere, atque aduersus eiusmodi periculum, priuilegio nostro Cæsareo munire clementer dignaremur; nosque id genus precibus vt æquitati consentaneis, benigne annuendum censuerimus, prout per præsentibus annuimus. Idcirco omnibus & singulis typographis, bibliopolis, alijsque quibuscunque, librariam negotiationem exercentibus, firmiter inhihemus, & vetamus, ne quis prædictum librum per decem annorum spatium a prima editionis die computandum, intra sacri Romani Imperij, Regnorumque & Dominiorum nostrorum hereditariorum fines, simili aut alio quouis typo, vel forma, siue in toto, siue in parte recudere, vel alij recudendum dare, vel etiam alibi impressum vendere, vel distrahere clam aut palam, citra voluntatem, & absque ipsius Raynaldi in scriptis obtenta licentia præsumat. Si quis vero, secus faciendo, priuilegium & interdictum hoc nostrum Cæsareum spernere, negligere, aut transgredi ausus fuerit, eum non modo huiusmodi libris perperam quippe recusis, & adductis (quos quidem prædictus Odoricus Raynaldus vbiq; que deprehensos, siue propria auctoritate, siue Magistrate illius auxilio, sibi vendicare poterit) de facto priuandum; sed & pœna insuper decem marcarum auri puri Fisco nostro Cæsareo fraudis vindici pendenda, omni spe veniæ sublata, decernimus mulcendum: dummodo tamen præfatus liber nihil bonis moribus contrarium, aut Cæsareæ nostræ, & Archiducali auctoritati, vel sacri Imperij constitutionibus aduersum in se contineat, & terna minimum exemplaria ad Cancellariam nostram Imperialem Aulicam transmittantur. Mandamus ergo vniuersis nostris, & sacri Imperij, Regnorumque & Dominiorum nostrorum hereditariorum subditis, cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, aut præmientia existant, tam Ecclesiasticis quam secularibus, præsertim vero ijs, qui in Magistratu constituti, vel proprio, vel superiorum suorum nomine & loco iuris & iustitiæ administrationem exercent, ne quenquam priuilegium hoc nostrum Cæsareum temere & impune transgredi, aut violare patiantur: quin potius contumaces, quos compererint, præscripta pœna plecti, alijsque idoneis modis coerceri curent, quatenus & ipsi eandem mulctam euitare maluerint. Harum testimonio literarum, manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Datum in Regia nostra Pragensi, xvi. Ianuarij. Anno Domini MDCXLVIII. Regnorum nostrorum Romani XII. Hungarici XXIII. Bohemici vero XXI.

FERDINANDVS ETG.

V. Ferdinandus Comes Cartig.

Ad mandatum Sac. Cæs. Maiestatis proprium.

I. V. valderodus.



ANNALS ECCLESIASTICI.

IESU CHRISTI

Annus 1254.

ALEXANDRI PP. IV. VACAT IMP. OCCID. I. annus I. BALDVINI IMP. ORIEN. 26.



OMPLEXI superiori Annalium Ecclesiasticorum tomo annum excurrentis decimertij seculi quinquagesimum quartum ad obitum vsque Innocentij Quarti, diuini auxilij spe confirmati, fretique B. Virginis suffragijs, nouum tomum vna cum nouo Pontifice ab extrema eiusdem anni calce auspicamur. Exegerat Ecclesia integros dies tredecim in orbitate, ac luctu, cum Neapoli Cardinales paribus votis Raynaldum, siue Reginaldum, episcopum Ostiensem XI. kal. ianuar. abeunte scilicet anno Christi millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto, ad pontificiam dignitatis apicem, ob egregia virtutum ornamenta, indito Alexandri IV. nomine, excitauerat: non disparem praedecessoribus, quos sanguine attigerat a, aimirum Innocentio III. ac Gregorio IX. cum genus ex praenobili Comitum Signiae stirpe, patre Philippo (non Gerardo, qui error Alexandri ipsius testimonio b refellitur) Anagninae traxerit, vbi diu versatus, & inter ecclesiae illius canonicos meruit. c Quem diuina providentia rebus ingentibus reseruasse non obscure innuerat, cum grauissimo implicito morbo, B. Stanislai episcopi sese illi magno splendore circumfusum obijcientis opera valetudinem, vt supra diximus, d restituit.

Reginald. episc. Ostien. crea tus Pont.

Alexander IV. appellatus.

Eius genus, & patria.

a Paris. hist. Angl. hoc an. & alij.

Panvini error con futatur.

b Alex. l. 3 ep. 778.

c Alex. l. 4 ep. 234.

Diuinae circa Alex. providentiae argumentum.

d An. Chr. 1253. nu. 17.

e Paris. ubi sup.

f Dotes eiusdem Pont. descriptae a Parisio.

2 Silere non potuit eius laudes Parisius e, quamquam ex insito in Romanos Pontifices odio ad eas obscurandas non leuem nimiam facilitatis in adulatorem susurtis excipiendis, & cupidorum sequendis voluntatibus, naeuum asperit his verbis: *Sublato de medio Innocentio IV. Papa, subrogatus est alius vir, vt aiunt, satis benignus & bene religiosus: assiduus in orationibus, in abstinentia strenuus, sed sibilis adulantium seducibilis, & prauis auararum suggestionibus inclinatus: episcopus videlicet Ostiensis, nepos Gregorij Papa pridem defuncti, qui ipsum in episcopatum promouerat, & voca-*

tus est Alexander, videlicet IV. Scripsit autem in principio creationis suae cunctis ecclesiarum praelatis, postulans humiliter, vt orarent pro ipso, vt Dominus daret ei potestatem, gratiam & voluntatem Ecclesiam Dei congrue gubernare; & vicarius Dei, & Petri successor competenter appellari. Extant ea litera in Vaticano codice, qua singularem ipsius abiectione de se sentientis christianam animi demissionem ostendunt, e quibus haec decerpimus:

Alexander, &c. Quia fragilis est & caduca conditio terrenorum, quibus ingruit senectus ex tempore, ex exercitio lassitudo, languor ex permanentia, ex consistentia casus, & ex diuturnitate defectus labilis humana natura, huic legi corruptionis addicta, quanto longius suum esse producit, tanto tendit propius ad non esse: propter quod viuendi spatium in vnoquoque mortali sua innata infirmitate restringitur, & propriae fragilitatis casu desinit in quolibet vitae cursu. Hic profecto status occiduis omnibus communiter imminet, magnis quippe & paruis, praelatis & subditis, sublimibus pariter atque imis. Sed licet ecclesiastico gregi pastorum suorum decessus eueniens turbationem non modicam ingerat, & dolorem, magnam tamen affert sibi laetitiam grata subrogatio successorum, & praesertim cum in substitutione non interuenit tarditas, & voluntatum communio intercedit.

3 Sane felicitis recordationis Innocentio Papa praedecessore nostro vi. idus decembris in regno Siciliae, in ciuitate scilicet Neapolis, de angusto & tetro carnis carcere vocato, sicut speramus, ad spatiosum & lucidum caeli palatium, vt de multis laboribus, quos pro Ecclesiae honore, ac libertate constanter pertulit, mercedem quietis percipiat sempiternae; ac deinde ipsius solemniter celebratis exequijs, eiusque corpore honorifice, prout decuit, tumulato; nos tunc Ostiensis & Velletrensis episcopus, & ceteri fratres nostri mox pro eligendo successore simul conuenimus, dirigentes mentes ad Deum, vt gregi suo pastorem idoneum consueta misericordia largiretur. Cumque, vt moris est, Spiritus sancti postulato suffragio, singulorum vota diligenter exquisita fuissent, in nos demum suum conuerterunt intuitum, direxerunt animos, & conceptus expressere, ac firmare consensus, praeligentes indignitatem nostram ad exequendum tanta officium dignitatis, cum-

Præsules de adepto pontificatu certiores faciunt. a Alex. l. 3 ep. 778.

Petitum ab humanae naturae imbecillitate & liter. exordium.

Innocentij obitus.

Celebratur pro successore creando comitia.

De collatis in Alexandrum suffragijs.

nostrorum paruitatem meritorum deceret subesse potius, quam tanto culmini præsidere.

4 Nos autem nostram attendentes imbecillitatem, & insufficientiam cogitantes; pensantes quoque tam grauis sarcinæ molem, & tanti honoris altitudinem aduerentes, nimium trepidauimus, validoque membra nostra obriguere pauore, ac intra nos cor nostrum vehementi quasi stupore gelauit, & eorundem intentioni fratrum pro posse restitimus, contra concordēs ipsorum affectus plurimum reluctantes, renuendo prorsus ad summū pontificatus apicem sublimari, & exorando instanter, vt imponerent alij onus istud. Ipsi verò, suo proposito fortius insistentes, nostra recusatōne, ac deprecatione omnino repulsa, personam nostram, quantumcumque reuidentem, quadam violentia coegerunt, & extensis in eam manibus ad assentiendum eorum desiderijs nos pertinaciter attraxerunt.

5 Vnde ne diuinæ videremur prouidentia obuiare, suæque dispositioni obicem proteruæ difficultatis inferre; ac ne scandali vel dissensionis materiam præberemus, deuicti dura & feruenti prædictorum fratrum instantia, votis ad vltimum, quamquam inuiti, acquieuius eorundem, submittentem nostram debilitatis humeros ad portandum; non quod de aliqua nostra virtute fiduciam habeamus, sed quia de illius speramus auxilio, qui pro eo laborantibus dat ferre iugum. suauiter, & leniter onus suum portare, qui de affluenti suæ bonitatis irriguo sperantium in se pectora largisue compluit & sæcundat, qui balbutientium linguas suæ virtutis potentia eloquentes efficit, & facundas. Porro quia nostrum recognoscimus imperfectum, propter quod alijs subsidijs potissime indigemus, ad sinceram deuotionem vestram confidenter recurrimus, vestraque suffragia fiducialiter posulamus, rogantes vos, & attentius exhortantes, quatenus sedula nos apud Deum intercessione iuuetis: soluentes linguas in preces, & in iuges pro nobis orationes labia exercentes, ex intimis, quæsumus, affectibus supplicationes ad cælum dirigite; ac sine intermissione nos Deo sacris vestris interuentionibus commendate, crebra ob hoc sibi munera, & sacrificia offerentes, vt super nos imbrem gratiæ suæ pluat, & rorem solitæ benignitatis infundat, quod nos actus nostros dirigentes ad ipsam, Ecclesiam suam, quam nobis committere voluit, salubriter regere, ac de vniuerso ipsius grege vigilantia nostræ credito curam gerere debitam iuxta suum beneplacitum valeamus, &c. *Dat. Neapoli 11. kal. ianuarij ann. 1.*

6 Ex adscripta his literis die atque Innocentij IV. obitus tempore consignato, eorum error confutatur, qui inter pontificium vnus anni, vel duorum finxerunt; cum aliquot tantum diebus vacasse sedem exploratum sit. Cuius maturatæ electionis causam rerum Sicularum anonymus auctor, qui post Richardum e S. Germano historiam in aliquos annos perduxit, cuius man. scrip. commentaria D. Ferdinandi Vghelli abbatij beneficio mihi communicata fuere, in obiectum Cardinalibus terrorem ob Manfredi rebellionem, & Guillelmi Cardinalis legati apostolici præcipitem fugam deriuat: *Tantus, inquit, Cardinalibus, & alijs de Romana curia ex illa victoria principis, parata nimirum ad Fogiam decembri mense, vt Manfredus in suis triumphalibus literis a testatur, de qua nos tomo superiore diximus, quod visa legato & marchione, Bertoldo scilicet Honebruchenfi, om-*

*nes voluere de Neapoli recedere, & in Campaniam redire. Ad magnam autem instantiam & reconfortationem marchionis ipsius secesserunt, & in vnum collecti ad electionem noui Summi Pontificis Cardinales de mane procedentes, elegerunt dominum Raymundum * episcopum Ostiensem, vocatusque est Papa Alexander.*

7 Suscepto pontificatu Alexander, additissimos quosque sedi Apostolicæ magnates Italos in prioribus studijs ad tuendas strenue illius partes contra Ecclesiæ hostes confirmavit: atque inter eos Albericum e Romano aduersus impium fratrem Ezelinum ad constantiam est adhortatus, quam antea in aduersis ostentatam meritis afficiendam præmijs est pollicitus: *Nos, inquit, latere non possunt iactura multiplices, & pressura, quas tu & Teruissina ciuitas, tuo commissa regimini, propter Deum cum Ecclesia ab ipsis aduersarijs longo tempore vsque ad amissionem bonorum, & vsque ad vitæ discrimina pertulisti. Stat assidue ante oculos nostros, quod tu malitiam fraternæ impietatis abhorrens, hostem ei te constituere calcato naturæ fœdere decreuisti, quem Deo & ipsius sponsa, catholica videlicet Ecclesia, fecit operum suorum peruersitas inimicum. Certus ergo fili, quod merita tua apud nos habentur libro illabilis memoriæ commendata, age constanter, nec in bonorum tuorum perseuerantia fatigeris: sciens quod ad releuandum statum tuum, & ciuitatis prædictæ, aliorumque marchie Teruissina fidelium intendimus in breui, fauente Domino, intendere studiose, &c.* Spondet cum Ezelino de pace non agiturum iri, & quamuis illum pœnituerit criminum, donationes omnes a Vvillielmo Rege Romanorum factas valituras, quibus literis xi. kal. ianuarij dies adscripta est. Sed de Ezelino sæuissimo tyranno iterum sequenti anno.

8 Claudemus huius periodum nonnullis priuilegijs, quæ Alexander vti Sicilia vtriusque dominus contulit: b Cassinensis enim monasterij iura ab Henrico Imperatore, & Constantia concessa corroborauit: Ianuenses vero ob egregia merita hac prærogatiua in Sicilia, ditioneque ecclesiastica exornauit: *Vniuersitati vestre ad instar prædecessoris, nimir. Innoc. IV. auctoritate indulgemus, quod in regno Sicilia, pertinente ad ius & proprietatem Sedis eiusdem, ac ducatu Spoleti, Marchie Anconitana, patrimonio B. Petri, in Tuscia, & omnibus nostris ecclesiæ Romanæ a datijs, exactionibus & collectis, seu pedagijs ad nos pertinentibus & cuiuslibet onere seruitutis sitis in perpetuum liberi penitus & immunes.*

IESV CHRISTI

Annus 1255.

ALEXANDRI PP. IV. VACAT IMP. OCC. 5.
annus 1. BALDVINI II. 27.

1 Confirmavit arreptam tyrannidem Manfredus, ac victorias latius protulit anno a salute mundi millesimo supra ducentesimū quinquagesimum quintum, indictione decimatertia: dissoluto enim exeunte superiori anno Guillelmi S. Eustachij diaconi Cardinalis Innocentij defuncti propinqui apostolici legati exercitu, perturbataque ex repentina rerum mutatione aula pontificia, Barolum sui terrore ad deditiōnem compulsi, Venusium repentina irruptione oppressi, Acheruntiam, truncatam a Saracenis comitibus Ioanne Moro, cum tarde ipsis defectionis ad Man-

Ob Manfredi victoria ac subitam trepidationem Cardinales illius creationem mature expediunt. Raynaldum

a Lib. 1. ep. 2.

Excitatus ad constantiam in Ezelinum Albericus

Victus precibus diuinæ voluntati assentit.

Spes in numine locat.

Priuilegia Cassin. Bened. c6 firmata. b 1b. ep. 8.

c 1b. ep. 51 Ianuenses in Sicil. & ditione eccl. immunitate donati.

Guill. le-gari Ap-tuga.

d Rev. Sic anonym. auctor.

Progressus Manfredi.

Man-

Oblatæ dignitati se subducere conatur.

Victus precibus diuinæ voluntati assentit.

Spes in numine locat.

Nonnullorum error de inter pontificij tempore.

a Extant apud Summont. lib. 2. hist. Neap.

Manfredum ab eo agitatae consilia explicare videretur, in suam potestatem redegit: Rapollam captam impetu, ferro, & flamma deleuit: Amalphim ad suum obsequium compulsi; Tranenses denique, Barenenses, vniuersaque ferme Apulia sub tyranni imperium, qua metu, qua vi, qua turpi defectio- ne concesserunt.

2 Ad frangendos igitur Manfredi progressus Alexander, vt fluctuantem Siciliam in obsequio Ecclesiae contineret, Octavianum S. Mariae in via Lata diaconum Card. legatum sedis Apostolicae creauit: vt memoratus rerum Sicularum auctor scribit, & Apostolica ostendunt literae: atque inter alias ad Ruffinum Minoritam magna existimationis & industriae virum, quibus demandatas ipsi ab Octauiano legato suas vices in insula Siciliae, & Calabria corroborauit, datae. a Tum Bertoldum marchionem Honebruchensem magistrum castrorum dignitate iam ante ab Innocentio IV. ornatum, in eo munere, apostolico diplomate confirmauit: b *Officium, inquit, magna Senesiballia regni Sicilia prout illud tempore quondam Conradii, nati quondam Friderici olim Romanorum Imperatoris, habuisti & exercuisti; & infra: Cum solitis iurisdiictionibus, quantum ad cognitionem appellationum & alia, & cum omnibus honoribus, dignitatibus, cunctisque iuribus ad idem officium pertinentibus, de quo te per virgam rubeam in eorundem fratrum praesentia inuistiuit, plene habeas, & exerceas in vita tua, &c. Dat. Neapoli xviii. kal. february anno i.*

3 Vt arctius Bertoldi marchionis fidem sedi Apostolicae adstringeret, multa beneficia in illius germanos Odonem & Ludouicum, attributa in Sicilia amplissima iure fiduciario ditone, contulit. c Dum vero a Bertoldo marchione, ac legato Octauiano ingentes militum delectus fierent, & compararetur exercitus, molliores viae ad reuocandum in officium Manfredum tentatae sunt, cum nisi multo cruore fuso tyrannus illius in dies ingrauescens frangi non posset, quas rerum Sicularum auctor anonymus prosequitur: *Post assumptionem summi Pontificis Alexandri, dum sic princeps in Apulia prosperaretur, Thomas comes Acerre cognatus principis, & Ricardus Filangerius venerant ad principem a quibusdam, vt credebatur, Cardinalibus missi, admirantes quare, cum mos esset, vt assumpto nouo Papa nuntij a mandis principibus mittantur, ad ipsum nec ipse princeps nuntios aliquos ad nouum Papam miserat, suadebant sibi quod nuntios ad nouum Papam delegaret. Princeps vero ad mittendos nuntios induci non potuit, ne Papa non ad aliam pacem tractandam eos mitteret, nisi vt regnum in dominio & possessione Regis Conradi II. nepotis sui sub baliaitu principis remaneret: compositio autem super eo tantum esset, vt census pro ipso regno Romana ecclesia augetur. Cum autem princeps per praedictum comitem & Ricardum Filangerium ad mittendos nuntios non potuisset induci, venit ad eum quidam episcopus a sede Apostolica missus, citauitque ipsum ex parte summi Pontificis, vt in festo purificationis B. Mariae proximè futuro ad curiam Romanam accederet, responsurus de interfectione Burrelli de Anglono, & de iniuria quam Apostolica sedi intulerat, expellendo legatum & exercitum Ecclesiae de Apulia. Princeps vero ad citationem huiusmodi sibi factam respondit per literas suas summo Pontifici, excusans se rationabiliter, ita loquitur anonymus Manfredi studiosissimus, de his quae sibi obijcebantur, & qualiter nullam iniuriam Rom. ecclesiae fecerat, nepotis sui, & sua iustitiam defendendo.*

4 Principe autem sic perdurante in proposito non mittendi aliquos nuntios ad summum Pontificem, venit ad eum in Apulia magister Iordanus de Terracina Apostolica sedis notarius, qui eiusdem principis beneuolus videbatur, & qui etiam in Romana curia magnum locum habebat: consulitque principi, quod nuntios suos ad Papam mitteret, quod ex illa nuntiorum missione non aliud quam honor, & commodum sibi poterat prouenire. De consilio ergo magistri Iordani Apostolica sedis notarij princeps motus est ad nuntios ad summum Pontificem destinandos, misitque Geruasium de Martina, & Goffridum de Cusentia secretarios suos, & sua voluntatis plene conscios, dans eis potestatem de concordia cum summo Pontifice tractanda in certa forma, quae commodum regum, & honorem principis sapiebat. Profectis itaque praedictis nuntijs ad Romanam curiam, quae tunc Neapoli erat, cepit de concordia tractatus haberi.

5 Addit auctor Manfredum interea temporis, dum tractatus iniretur, oppidum munitum, cui Guardia Lombardorum nomen est, pontificijs eripuisset, ac timorem Romanae aulae incussisset, ne ille signa victricia Neapolim versus conuerteret, atque ad ornandam fugam se comparasse: monitum vero Manfredum a suis oratoribus, ni ex occupato tractatus tempore loco abscederet, absolui non posse, sollicitatumque; vt in Campaniam Felicem exercitum adduceret: leui enim negotio ob pontificiorum formidinem omnia in ipsius obsequium procubitura: illum vero audita acceptae in Hydruntina prouincia cladis fama, cum Manfredus Lancea ab ipso praefectus, a Brundusinis delectus esset, atque hostis Nerito esset potitus, in accipites curas distrahitum, an aduersus Brundusinos proficisceretur, an versus Neapolim tenderet; demum in Brundusinos mouisse, vt simul imminenti periculo occurreret, Pontificisque voluntati deserto Guardiae oppido obsecutus videretur: Brundusinum vero agrum, cum urbem obsidione iusta cingere non posset, populatum: tum Licienfem sui metu in obsequium adegisse, inde Oriam expugnare aggressum, cum certo rumore comperisset Petrum Ruffum, Siciliae & Calabriae proregem, qui ob monetam iniqui ponderis nomine Conradini contra sapientum consilium percussam insulanos ad rebellionem concitaret, a Messanen- sibus orta seditione eiectum in Calabriam irrupisse, praecipitque victoria maiorem illius partem subegisse.

6 At Messanenenses, qui Calabriam suae urbis dominio subijcere meditabantur, contractis validis equitum peditumque copijs traiecisse refert auctor, ac Seminariam diripiisse: ingruente vero paulo post Manfredi exercitu timore correptos fluctuasse, eoque animaduerso Manfredianos in praeda onustos profligasse, profligasseque: tum Regium, & Calaniam arcem, cum hostium terror se latius circumferret, Manfredi ducibus portas aperuisse. Interea Octauiano Apostolicae sedis legato, conflatto ingenti exercitu, progresso, prima mensis iunij die copias, quas vndique colligere potuit, aduersus ipsum eduxisse, posteaque frustra tentato saepius conflictu in Apuliam inferiorem abcessisse, cum induciae, veniente ex Germania Conradini nomine oratore, ab Elisabetha Regina, ac duce Bauariae ad Manfredum primum, indeque ad sedem Apostolicam misso, initae essent, intereaque pontificium exercitum duce Bertoldo ad Fogiam usque progressum, vt Manfredum viam ad Luceriam Saracenorum intercluderet, ac facilius opprimeret,

Consumptum in mittendis ad eum nuntijs tepus.

Manfredus oratores mittit.

Interim latius tyrannidem profert.

Solicitatur ad opprimendum Neapoli Pontificem.

Quomodo ab eo consilio reuocatur.

Ei Petrus Ruffus Calabrie partem subijcit.

Messanen- ses ita eum mouent.

Induciae Conradini oratore frustra tentatae.

Octavianus Card. ad eos reprimendos creatus legatus.

a Reg. post ep. 792. Bertoldus Seneschalli Siciliae munere ornatus. b Ibid. ep. 198.

Eius fratres audi beneficijs

a Ibid. ep. 198.

Tentatae pro reuocando ad officium Manfredi molles viae.

Eius pertinetia fraus desique.

In iudiciu vocatur.

vel saltem Luceriam ipsius auxilijs destitutam expugnaret; Manfredum vero per medias hostium terras nemine cum ipso congredi auso Luceriam penetrasse, ac tum legatum Apostolicum, vt obsidione Luceria inclusum Manfredum cingeret, meditarum, adeo vt literas veluti in obsidione Luceriae datas consignaret; sed grassantibus in exercitu morbis, ac Bertoldo comite, qui defectio- nis consilia cum Manfredo agitarat, & cum nonnullis copijs Fogiam redibat, profligato, ac penuria commeatuum ingrauescente ad concordiam tractandam descendisse.

7 *Factum est, inquit, quod tractatu hinc inde habito ad hanc princeps, atque legatus concordiam deuenerunt, videlicet, vt princeps pro parte sua, & Regis Conradi nepotis sui regnum teneret excepta terra Laboris, quam princeps Ecclesie concessit tenendam, ita tamen quod si Papa transactionem, & concordiam ipsam forte non acceptaret, liceret principi terram ad suum ius, & dominium reuocare: qua transactione sic facta inter principem, & legatum cautionibus interuenientibus firmata, legatus obnixè rogauit principem, vt intuitu diuinae pietatis quibusdam regni nobilibus parceret, qui a tempore Imperatoris patris sui a regno exulabant, & in praesentia eum ipso legato erant: ad cuius legati preces motus princeps praefatis nobilibus clementer indulgit, terras quas iuste amiserant, eis restituit, & in regno eos manere concessit, &c.*

8 Non admissam ab Alexandro eam concordiam refert idem auctor, ac ex Parisio a atque Herefordiensis episcopi literis colligitur, ipsum Innocentij IV. exemplo Siciliae regnum a Friderici posteris ob praeteritam perduellionem, in regiam Anglorum familiam sedi Apostolicae deditissimam transferre meditarum. Bononiensem enim episcopum rebus adhuc integris, ac legato potenti adeo exercitu succincto, vt facile Manfredus obruendus crederetur, in Angliam misisse constat, vt collato annulo solemni ritu Edmundum Regis filium florentissimo regno indueret, confirmantque edita publica instrumenta b regnum illud iam ante Edmundo ab Innocentio IV, Alberti notarij opera oblatum, admissumque; ab Henrico, qui ad temperandas illius donationis leges Petrum Herefordiensem episcopum, & Ioannem Mansel arbitros delegit; principes vero conditiones, quibus Henricus filij nomine vtriusque Siciliae, ac terrarum ad Pontificiae ditionis limitem excurrentium, excepto Beneuento, agrisque, & oppidis, quae ab ipso iura petere consueuerunt, dominium iure beneficiario accepit, haec fuere, transfundi nimirum vtraque Sicilia ad filios Edmundi vtriusque sexus haereditario titulo possit, at non in plures scindi ac diuidi, sed in vno tantummodo capite constet, Romanae ecclesiae fidem suam sacramento obliget, recurrente annis singulis Apostolorum Petri & Pauli die festo duo millia uncia- rum auri persoluat, si bellum incumbat ecclesiae, tribus mensibus trecentos milites egregie armis instructos alat, stipendiaque suppeditet, Imperium non affectet, aut vltro oblatum respuat, ni faciat, omni iure in Sicilia excidat; si quis Imperium gereret, qui natalium iure ad regnum vocandus esset, Imperium deponat, si regno indui velit, si contra has leges assurrexerit, anathemate sit defixus, omnique obtinendi regni iure, ac spe deturbetur; Ecclesiae dignitatem tucatur, seruet sua ecclesiasticis iura, ecclesijs pastores ac praesules non imponat, si quod tamen patronatus ius obtineat, iure illo pro more patronorum vtatur,

integra & illibata maneat praerogatiua Beneuentanis concessa, liberique toto regno aditus ad merces inuendendas efferendasque aperiantur, Neapolitanis, Capuanis, alijsque populis sua priuilegia ac recte instituta consuetudines seruentur.

9 Subiecta est sacramenti forma, qua Edmundus, cum ad annorum quindecim aetatem peruenisset, sese pro Siciliae regno obstricturus esset, obsequentem scilicet illi se semper futurum, constata in eam consilia patefacturum, affuturum legatis, donationes nonnullis nobilibus viris, quorum mentio adiecta est, ab Ecclesia collatas ratas habiturum; Herefordiensis vero episcopus Henrici, & Edmundi Regum nuncius, & procurator diuersas leges Regum nomine accepit, atque annulo, inuehitura ornatus est. Apposita sunt aliae conditiones, vt Henricus filium, cum primum ad quindecim annos pubesceret, adduceret, vt sacramento se Ecclesiae deuinciret, omnibusque iuribus Imperij renuntiaret, ni certo tempore definito ea impleat, omni Siciliae regni iure deturbatus cense- retur, refunderet Henricus Ecclesiae sumptus, quos belli causa profudisset, trajiceret ipse, vel ducem exercitu florentissimo succinctum in Apuliam transmitteret, quod si Pontifex pacem cum Manfredo contraheret, integra tamen ipsi in vtramque Siciliae iura remansura. Haec fusius in archaei Vaticanici inscripto libro priuilegiorum Rom. Ecclesiae tribus ingentibus voluminibus digesto, e quibus nos plura, dignissima posterorum memoria, monumenta in lucem edenda publici iuris faciemus. Non tenuit promissa Henricus, atque adeo Romanus Pontifex, cum Anglus Siciliae sibi subijcere parum curaret, ad Carolum Andium comitem confugit, qui praelio cruentissimo Manfredum deleuit, sed de his suis locis, Ac de Siculis rebus, deque Manfredo haecenus. Iam ab eo ad tyrannum alium saeuissimum, Ecclesiaeque hostem infensissimum, marchiae Taruisinae incubantem, sermonem conuertamus.

10 Furebat adeo in Ecclesiam Ezelinus opibus, militum numero, potentia foederatorum, artibusque instructus; tantumque reliquis vicinis principibus incusserat terrorem, vt marchio Aetinus, alijque principes viri ad sedem Apostolicam supplices confugerint, vt legatum contra potentissimi hostis tyrannidem apostolica auctoritate munitum mitteret. Quorum flexus precibus, vtque oppressam ab haeretico Ecclesiae dignitatem asseteret, Philippo Rauennati archiepiscopo designato gerenda legationis prouinciam demandauit; scriptisque exeunte hoc anno a ad cunctos Insularum, Amiliae, ac marchiae Taruisinae praesules, proceres, ac populos literis encyclicis, sedis Apostolicae legato adesse, ipsique operam suam pro dignitate explicare iussit.

Alexander, &c. Dum diligenter aduertimus nonnullos in vestris prouincijs obuolutos vitiorum tenebris, & cum quadam securitate iacere, in suis saecibus soporatos, vehementer nos vrit zelus pereuntium animarum. Et ne illorum sanguis ob culpam negligentiae de nostris requirendus sit manibus, totis visceribus formidamus. Praecipue autem excitat in nobis diligentiam officij pastoralis, & corda debet omnium dissecare, fidelium infamiae scandalum, & probrosum imperium, quo in eisdem prouincijs, praesertim in marchia Teruisina confunditur fides catholica, & religio Christiana peruertitur, vbi perditionis filius, & reprobis circa fidem vir sanguinum, & homo

Edmundi nomine inuestitura accepta.

Ad quaerere obstrinxerit Rex Angli.

Promissa ab eo non seruata.

Ezelinus foederatos Ecclesiae opprimit.

Philippus Rauenn. archiep. in eum legatus creatus. a Lib. 2. ep. 7.

Causa quaerere Pontificem ad indicendum tyranno bellum permouerunt.

Legatus Manfredum obsideret.

Concordiam tyrannum cum init.

Illius legatus.

Repudiata ab Alexandro. a Paris. hist. Angli. Edmundus Regis Angli filius in Sicilia regni possessionem vocatus.

Extant in lib. praeleg. Rom. Eccl. 10. 2. pag. 113. & M. 8. Vallicoll. signat. B. 211. pag. 57. Quibus legibus.

Census annuus constitutus.

De Imperio cum Sicilia coniungendo.

De tuenda libertate ecclesiastica.

homo in homines inhumanus Ezelinus de Romano, per opportunitatem temporis impacati super infelices populos regionis eiusdem potestate tyrannica dominationis arrepta, sceleratis nobilium cadibus, & cruentis plebium stragibus humanae societatis fedus, & legem libertatis euangelicae sic contriuit, vt omnis in eis videatur confidentiae spiritus interire, quos in residuum furoris sui pabulum eius crudelitas superstitis dereliquit.

Rabida Ezelini crudelitas.

Inusta illi ab Innocentio haereseos infamia.

Pertinacia in suscepto scelere.

Legatus sedes crucis in eum insignire iustus.

Ezelini in suos Saucia.

a Monac. Pudan. chron. l. 2. b Bonif. hist. Tarui. lib. 5. In sacris. abb. Arnoldum.

11 Quamuis autem felicitis recordationis Innocentius Papa praedecessor noster ipsum de fratrum suorum consilio tamquam haereticum, exigente iustitia, publice condemnarit, fautores eius constitutionibus, & poenis subijciens contra haereticorum fautores, & complices promulgatis, ipse tamen tamquam membrum a corporis Christi vita praecisum, & stupore spiritualium sensuum arefactum, nec de iactura conteritur, nec confunditur de pudore, sed in profundo malorum neruo pertinaciae suae rigens, contra Deum semper erigitur, & pro pudor, in se, ac malignitatis suae socios intrepide prouocat iram eius.

12 Igitur de salute vestra, & prouinciarum uestrarum, in ijs praesertim quae Dei sunt, reformatione salubri paterna sollicitudine cogitantes, dilectum filium Rauennatem electum, virum utique, morum honestate conspicuum, dono scientiae praeditum, ac nobis, & fratribus nostris merito suae probitatis acceptum, de cuius virtute iam non argumenta, sed experimenta multiplicia fidei faciunt certiore, ad partes uestras commissio sibi plene legationis officio duximus destinandum: vt gerens inibi vices nostras foueat fauorabiliter deuotionem fidelium, & praefati Ezelini, aliorumque perfidorum pertinaciam spiritualiter, & temporaliter persequaret, contra eundem Ezelinum Crucis charactere insigniendo fideles, & illius remissionis praemio prouocando, quae datur euntibus in subsidium Terrae sanctae, viros excitet mortis pestifero somno defixos, & vigilantes in bono corroboret, & confirmet, euellat & dissipet, aedificet & plantet, ac disponat & ordinet, prout secundum Deum, & datam sibi ab eo prudentiam robori fidei orthodoxae, honori Ecclesiae, animarum salutis, & tranquillitati Terrae uestrae viderit expedire, &c. Dat. Lateran. xiiii. kalend. ianuarij.

13 Arduum plenumque periculi consilium erat, cum in eum res ageretur, qui parcere nesciret: cuius non modo in eos, qui sese illi opponerent, effusa crudelitas esset, sed in suos etiam sauiret: anno enim sequenti Bontrauersum focerum, eiusque filios impacto prodicionis crimine, in carcerem teterrimum coniecit, ac fame enecauit. Si quos enim e medio tollere in animum induceret, mox eos conflata in se coniurationis, tyrannorum more timentium quod merentur, crimine arcessebat.

Insignis certe fuit tyrannis, quam in Arnoldum S. Iustinae abbatem exercuit, quem diuturno carcere, modico tantum pane furfuraceo, & aqua modicissima suppeditatis, maceravit: vbi octo annis & amplius vir sanctissimus exemplo constantiae adeo egregio versatus est, vt nullam vnquam incommoda tranquillitatem mentis confuderint, vultusve serenitatem asperarint; tanta affabilitate vsus, vt ipsorum etiam satellitum emolliret pectora, atque ad sui amorem venerationemque excitaret. Cum vero iam septuagenario extremus dies immineret, ardentes duae

calo faces pluribus inspectantibus delapsae tamdiu carceri, in quo inclusus tenebatur, incubuere, donec felix anima corpore exsoluta in caelum euolauit. Nec minus insigne miraculum quinquaginta ab obitu diebus contigit: cum enim in loco honorificentiori eius corpus collocandum visum esset, non modo feretro aperto nullum grauiorem odorem sensibus afflauit, sed ne quidem vllam corruptionis notam, certissimo seruatae virginitatis argumento, praese tulit, leuisque tantum albugo oculis aspersa visa est. Vt vero legatus commissi officij partes contra tyrannum, viri sancti teterrimum persecutorem, pro dignitate impleuerit, meritaque pro tot sceleribus poenas in eius caput detorsit, sequenti anno dicemus.

14 Mediolanensium quoque salutis tuendae sollicitus, cum ijs temporibus sublato e viuis eorum praefecto, grauissima inter ipsos discordia exarsissent, ad eas sopiendas pro paterno amore, quo ipsos complectebatur, curas conuertit, atque episcopum Bononiensem, virum spectatissima prudentiae, ad eos conciliandos, auertendaque imminenti pericula proficisci iussit, datisque ad eos literis commedauit. Per idem tempus Bergomenfes, qui Fredericianas partes sectati fuerant, atque ideo anathematis sententia sese implicuerant, vrente facti conscientia, ad sedem Apostolicam supplices confugere, vt fidelium coetui restituerentur: quibus Alexander amantissimo sinu se ipsos excepturum significauit, cum Ecclesiae, cuius spreuerant maiestatem, ex sacrorum canonum praescriptis legibus fecissent satis, omnibusque eius imperijs sese subiecissent.

15 Obiecta e contra censura Mantuanis, qui Pigugniam sedi Apostolicae obnoxiam occupauerant, populisque grauiora vectigalia imposuerant quorum clamoribus prouocatus, tuendaque Ecclesiae dignitatis, defendendorumque iurium studio, aculeatis literis illos coepit absterere imperauit, ac si aliqua in eam ditionem iura affectaret amplius, censumque aliquem indigenis imponere corradereq; in posterum meditentur, ecclesiasticis censuris percelli iussit. Eodem argumento ad populum Reginum ac Pigugniacenses scripsit, quibus Guidonem cappellanum praefecit, eosque vt in sedis Apostolicae fide constantes essent, cohortatus est.

16 Consulturus vero rei sacrae sanxit, vt cathedralium ecclesiarum designati praefules, excurrente sex mensium spatio, pontificalibus sacris insignirentur, ne populi diutius pastorum regimine destituti, aliquid salutis periculum adirent. Testatur hoc apostolicae literae ad patriarchas, archiepiscopos, episcopos & canonicorum collegia totius orbis Christiani nonis martij f. date. Nec minus in viris pijs, atque gerendo muneri idoneis summis Ecclesiae dignitatibus praeficiendis curas designabat Alexander, iustissimoque animarum zelo impulsus, non est passus Albertum Minoritam literis pietateque cultissimum, qui Taruisinus episcopus renuntiatus egregio Christianae demissionis exemplo eam respuebat dignitatem, suo iure sese abdicare, cum maxime eo se digniorem probaret, quod indignum se arbitrabatur, praecipitque vt oneri humeros supponeret, ne Deo vocanti oblectari, ac suam diuinam voluntatem praefere videretur: eademque de re ad Taruisinos scripsit.

17 Nec latebat Alexandrum quanti interesset, vt praefules optimi virtutum exempla in subditos transfunderent ad reuocandum Christianae sanctitatis florem, qui cum in Sardinia, & Corsica

Mediolanenses diffidentes conciliantur Pont.

a Lib. i. post ep. 400. b Ibid. ep. 400. Bergomenfes anathemate soluti.

c Ibid. ep. 20.

Mantuanis Pigugniam Ecclesiae eripiunt.

d Ibid. ep. 139. Anathematis intentati.

e Reg. post eand. ep. Electi praefules labentre sacrae di.

f Ib. post ep. 292.

Albertus ad Taruisinum episcopatum vocatus. g Ibid. ep. 558. ut ad apud vna in reg. 20. 2. nu. 30. Honorem admittere iubetur. h Ep. 598.

admodum emarcuisset, Calaritano archiepiscopo legationis fungendæ in ijs regionibus partes commisit, vt ad salutem animarum promouendam incumberet, Ecclesiæ auctoritatem corroboraret, prauos deleret mores, pristinumque pietatis florem reuocaret. De qua legatione hæc inter alia ad Sardinia, & Corsicæ clerum scripsit. a

18 *Vt ipsa partes eo magis in Dei, & Ecclesiæ deuotione proficiant, quo specialius per sedem Apostolicam velut matrem se visitationis officio senserint confoueri, ecce venerabilem fratrem nostrum L. archiepiscopum Calaritanum virum utique scientiæ præditum, morum honestate decorum, & consilij maturitate præclarum ad partes easdem tamquam patris angelum, commisso sibi plena legationis officio, vt euellat & destruat, dissipet & edificet, & plantet, sicut viderit expedire, duximus destinandum, &c. Dat. Anagninae 11. id. aug. anno 1.*

19 Nec in excolendis modo cleri moribus incubuit Alexander, verum etiam in educendis e vitiorum cæno perditis animabus, continendisque ne in priora flagitia prolaberentur, studium contulit. Cum enim accepisset piorum virorum opera plures in vrbe mulierculas, quæ laxatis impudicitia frænis, obscænis sese cupiditatibus dederant, vrente præteritorum conscientia, ab impuris voluptatibus sese auulsiisse, ac generosa standæ aulterioris vitæ consilia suscepisse adductus, zelo Alexander, vt eas Christo animas lucraretur, quibus dæmon, tamquam tot laqueis ad vesanos amatores irretiendos vsus fuerat, Ioanni tit. S. Lucinæ diacono Card. onus imposuit b, vt ijs Ecclesiam, atque ædes super Mineruam attribueret, quò ab humano consortio segregatæ, præterita vitæ maculas lacrymis eluerent, delibatasque male illecebras expiant. Cumque is locus idoneus ipsis non esset visus, præcepit Pontifex c vt ad ecclesiam S. Pancratij traducerentur. Sed ab ijs quæ ab impuris delicijs victas se, sanctissime lugebant, ad virginem, quæ de omnibus obscænis voluptatibus gloriosissime triumphauit, styllum conuertamus.

20 S. Clara D. Francisci præceptis exulta, æmula virtutis, ordinisque pauperum dominarum S. Damiani cõditrix hoc anno, qui secūdus a felici eius obitu fuit, ab Alexandro Pontifice ob innumera eius beneficio patrata a Deo miracula sanctarū Virginum catalogo aggregata est. Cuius vitæ sanctissimæ exordia ita describit Alexander in apostolico diplomate d: *Cum ipsa, dum adhuc puellæ esset in seculo, hunc mundum fragilem ab ætate tenera transfilire studeret, & pretiosum suæ virginittatis thesaurum ilibato semper pudore custodiens, charitatis, & pietatis operibus vigilanter intendere, ita quod ex ea gratia & laudabilis ad vicinos alios fama prodiret, B. Franciscus, audito huius fama præconio, cœpit confestim hortari eam, vt ad Christi persecliam induceret seruitutem. Quæ sacris illius monitis mox adbarens, & mundum cum terrenis omnibus abdicare, ac soli Domino in paupertate voluntaria famulari desiderans, hoc suum feruens desiderium, quam cito potuit, adimpleuit: quia tandem cuncta sua bona, vt vna secum quidquid etiam habebat Christi obsequio deputaret, in elemosynas, & pauperum subsidia distribuit, & conuertit.*

21 Cumque de seculi strepitu fugiens ad quandam campestrum declinasset ecclesiam, & ab ipso B. Francisco sacra ibi recepta tonsura processisset in molientibus, illa protinus amplectens altare pannoque apprehendens ipsius, crinium sui capitis inci-

sura detecta eidem consanguineis in hoc fortiter restitit & constanter, quia, cum iam esset mente integra iuncta Deo, pati non poterat ab eius seruitio se diuelli. Denique cum ad ecclesiam S. Damiani extra ciuitatem Assisiatem, vnde traxit originem, per eundem B. Franciscum adducta fuisset, ibi ei Dominus ad amorem, & cultum assiduam sui nominis plures socias aggregauit: ab hac siquidem insignis, & sacer ordo S. Damiani per orbem iam late diffusus salutare sumpsit exordium.

22 Sanctissimæ porro vitæ a B. Clara in principe ordinis monasterio, cuius administrationem auctore S. Francisco susceperat, ductæ formam, admirandam ita describit Pontifex: *Corpore fistebat in terra, sed animo versabatur in celo, humilitatis vasculum, armarium castitatis, charitatis ardor, dulcor benignitatis, patientia robur, nexus pacis & familiaritatis communitio: mitis in verbo, lenis in facto, & in omnibus amabilis & accepta: & vt carne depressa conualesceret spiritu (quia quisque hoste suo debilitato fit fortior) nudum solum, & interdum sarmenta pro lecto habebat, & pro puluinari sub capite durum lignum: vnaque tunica cum mantello de vili, despecto & hispido panno contenta. his humilibus indumentis ad operimentum sui corporis utebatur, aspero cilicio de chordulis crinium equorum contextio nonnunquam adhibito ad carnem. Arcta quoque in cibo & in potu districta tanta se in his frænabat abstinentia, quod longo tempore tribus diebus in hebdomada, videlicet secunda, quarta, & sexta feria nihil penitus pro sui corporis alimento gustauit: reliquis nihilominus diebus adeo se cibarium paucitate restringens, quod alia de ipsa, quomodo sub tam forti districtione subsistere poterat, mirabantur.*

23 *Vigilijs insuper & orationibus assidue dedita in his præcipue diurna & nocturna tempora expendebat. Diutinis tandem perplexa languoribus, cum ad exercitium corporale non posset surgere per seipsam, sororum suarum suffragio leuabatur, & ad tergum eius fulcimentis appositis proprijs manibus laborabat, ne in suis esset infirmitatibus otiosa: vnde de panno lineo huius sui studij, & laboris plura pro altaris sacrificio corporalia fieri fecit, & per plana, & montana Assisij diuersis ecclesijs exhiberi. Amatrix vero præcipua, & colona sedula paupertatis sic illam suo affixit animo, sic eam in suis desiderijs alligauit, quod semper in ipsius dilectione firmior & ardentior in amplexu, a districta, & delibabili eius copula pro nulla vnquam necessitate discessit, nec aliquibus potuit induci suavisibus ad consentiendum, quod suum monasterium proprias possessiones haberet: quanquam felicitis recordationis Gregorius Papa prædecessor noster, de multa indigentia ipsius monasterij pie cogitans, libenter illi voluerit pro sororum eius sustentatione possessiones sufficientes, & congruas deputare, &c. Affert Pontifex plura insignia miracula, quæ in terris fuit patravit, atque obiectum cæleste admirandum, quod ipsa in incipiti mortis confinio agente accidit.*

24 *Cum, inquit, in extremis ageret, candidus beatarum virginum cœtus micantibus coronis ornatus, in quo vna ex ipsis eminentior, & fulgidior apparebat, visus est domum intrare, vbi eadem Christi famula decumbebat, & vsque ad lectum eius procedere, & circa eam quasi visitationis officium, ac confortationis solamen, quodam humanitatis studio exhibere. Subiungit Alexander plura prodigia ad ipsius sepulchrum edita, obtentaque ipsius opera a præpotenti numine beneficia, ob quæ diligentissimo examine explorata ac discussa ipsam, ad-*

Christo se deuouet.

Eius virtutes.

Sedula eius opera in conti-ciendis sacris corporalibus

Terrenas opes spernit.

Virginū chorus moriturū conuenit.

hibi-

Calaritanus arch. in Sard. & Cors. legatus.

Ep. 585.

Pontificia charitas in penitentibus meretricibus.

Ibid. ep. 651.

Ep. 721.

Clara sanctarū virginum catalogo apposta.

Ætate in Bullar. in Alex. IV. Eius vitæ primordia.

Inflamatur a S. Franc. ad pietatem.

Consanguineis repugnat.

hibitis in consilium Cardinalibus ac præsulibus, in sanctarum virginum catalogo reposuerit, ac felicem illius memoriam pridie idus augusti ritu ecclesiastico recolendam decreuerit. *Dat. Anagninæ xiv. kal. nouembris Pontificatus nostri an. 1.*

De adiecta sanctarum virginum catalogo B. Clara nouatores a meminere, vt que solent viri flagitijs contaminatissimi, diuina in risum traducere, ac sanctos blasphemis uocibus conculcare, in eam uesaniam prorupere, vt D. Francisci (quod stylus horret scribere) concubinam appellarint, atque ad ritum ecclesiasticum damnandum dixerint, Alexandrum pro suo imperio illam incalum migrare iussisse: quasi ita sint stupidi ac plumbei, vt possint ignorare, Pontificem eo ritu non sanctos in calum intrudere, sed quos iam Deus conspicuis miraculis cælesti gloria potiri testatur, sanctorum, quos Ecclesia vt numinis amicos ac diuinæ aulæ principes gratia apud ipsum florentes ueneratur, catalogo adscribere: verum insana blasphemorum ludibria contemnere potius, quam longiori oratione elidere iuuat.

25 Quanta uero maturitate consilij Romani Pontifices in decernendo sanctorum cultu utantur, tū ex dictis passim in annalibus, tum ex subiiciendis illustre & conspicuum est. Flagitatum iam ante ab Alexandri prædecessore fuerat, vt Augustinum Nidrosiensem archiepiscopum, qui miraculis in Noruegia efflorescebat, sanctorum numero adscriberet, atque Innocentius Bergensi episcopo ac duobus religiosis uiris publica de ijs acta conficiendi prouinciam tradiderat: qui cum desideratam in re grauisissimi momenti diligentiam non adhibuissent, Alexander iterum Stuangrensi episcopo, ac duobus S. Benedicti, & S. Augustini abbatibus partes demandauit, vt ex præscripta ab Innocentio forma accuratissime rei ueritatem explorarent.

26 Eadem diligentia in reuocandis ad examen cælestibus prodigijs, quæ Nicolai, Canuti Regis Daniæ filij, opera edita fama erat, incubuit. Adductus enim Danorum precibus, qui iam ante ab Innocentio IV. contenderant, vt illustrem miraculorum gloria beatum uirum in album sanctorum referret, Wviburgensi episcopo, alijsque munus contulit, vt sacram de illius uitæ sanctitate patratifque miraculis quæstionem instituerent.

Episcopo Wviburgensi, & abbati de Cara insula Cisterciens. ord. Arusiensis diocesis, & priori fratrum Prædicatorum Arusiensium.

Significauerunt nobis uenerabilis frater noster episcopus, & dilecti filij capitulum Arusiens. quod cum felic. record. Innocentius PP. prædecessor noster uobis, frater episcopo, ac filii abbas, & bonæ memoriæ Slewicensi episcopo sub certa forma suis dederit literis in mandatis, vt ascitis uobis uiris religiosis, & Deum timentibus, de uirtute morum & ueritate signorum, operibus uidelicet & miraculis piæ memoriæ Nicolai claræ memoriæ Canuti Regis Daciæ filij diligentissime inquirentes, quæ inueneritis, eidem prædecessori uestris studeretis literis fideliter intimare, licet uos episcopo ac abbas, ipso episcopo interim sublato de medio, in parte seruaueritis formam ipsam, huiusmodi tamen negotium minus sufficienter instructum ad sedem Apostolicam remisistis: uerum in tanto negotio est cum maturitate debita procedendum. Nos te fili prior in hoc eidem Slewiceni, episcopo subrogantes, mandamus, quatenus procedatis in eodem negotio, iuxta ipsius prædecessoris contentiam literarum, uidentur curatos ad inuocatio-

nem dicti Nicolai, & eisdem curatos diligenter examinandi, plena uobis auctoritate nostra potestate concessa, non obstante sedis Apostol. indulgentia, qua dicitur ordini tuo prius esse concessum, vt dicti ordinis fratres non possint inuiti cognoscere de causis seu intromittere se de negotijs ab ipsa sede committendis eisdem. Quod si non omnes, &c. *Dat. Laterani id. octob. an. 1.*

27 Nec minus circumspicuo consilio editum in S. Francisco sacrorum stigmatum miraculum, exemplo Gregorij IX. a encyclicis ad orbis Christiani præsules literis confirmauit, tum ad fideles in sanctissimi Francisci uenerationem pellicendos, tum in Christi amorem, qui redemptionis notas in amante expresserat, accedendos, eorumque temeritatem, qui de illius prodigij ueritate detraherent, comprimendam. Ita uero in manibus pedibusque exarata erant, vt caro in tumorem diuinitus excrecens clauorum imaginem ad uinum adumbraret. Ad quod tegendum prodigium beatus uir promissas manicas, uestemque ad terram defluentem gestabat. Qua uero lateri uulneris dominici imago impressa erat, ita hiabat, vt ex eo humor manaret, atque ob id focos lateri non potuerit. Cæterum ne quis inauditum miraculum ut inane commentum respiceret, tanti prodigij Pontifex testem se producit, dum ante adeptam Petri sedem felici eius consuetudine utebatur. Quia, inquit, longum esset, nedum exarare per singula, uerum etiam succincta relatione perstringere clara uirtutis diuina prodigia, que tam in operationibus saninitatis, quam etiam in alijs mirabilibus argumentis probauerunt, eundem confessorem tenere cum sanctis solum gloria in excelsis signanter, uobis ante oculos proponere uolumus, recolenda frequentius, & uehementius admiranda illa saltem iucunda dominicæ passionis insignia, que in eiusdem sancti corpore, dum adhuc uitali spiritu foueretur, manus cælestis operationis impressit. Viderunt namque oculi fideliter intuentes & certissimi palpatium digiti palpauerunt, quod in manibus eius & pedibus expressa undique similitudo clauorum de subiecto propria carnis excreuit, uel de materia noua creationis accreuit: que equidem idem sanctus studiose ab oculis hominum, quorum refugiebat gloriam, dum uiueret, abscondebatur.

28 Inuenta est patiens in ipsius defuncti corpore non inflata humanitas, nec facta plaga uulneris lateralis, quasi aliquid instar lateris Saluatoris, quod saluationis & redemptionis humane in Redemptore nostro protulit sacramentum. Quæ quidem plaga, sicut quosdam ex fratribus sibi familiariter adherentibus latere non potuit propter destitutum humoris, diu antea uiueret in uiuente. Hæc igitur mira & decora noua demonstrationis indicia magna debent esse deuotionis, diuinitis Christianis, & inestimabiles religiosi delicta in spiritualibus communis Ecclesiæ orthodoxæ, cum ex his sincera fides Christi accipiat quod etiam illi possint esse passionis Christi sine intrinseco persecutore consortes, qui pro eius amore carnem suam cum uitijs, & concupiscentijs uoluntarie crucifigunt.

29 Sane de præfato sancto hæc certius asserentes, indoctas fabulas, seu uana inuentionis deliramenta non sequimur, cum ea nobis dudum nota fecerit plenior fides rerum, quando uidelicet in minoribus constituti confessoris eiusdem familiarem meruimus habere notitiam: præfati prædecessoris nostri, nimirum Gregorij IX. domesticis obsequijs tunc temporis insensendo, &c. Præsulibus catholicis iniungit, vt populos ad suffragia S. Francisci imploranda, eiusque

Centuria eorum in pietas resellit. a Cent. 13 cap. 7. col. 720.

Quanta maturitas consilij in sanctorum cultu cuiuspiam discernendo adhibeatur. Exemplum in Augustino Nidrosiensi.

Aliud in Nicolao Canuti Regis Daniæ filio.

Ep. 790.

De explorandis Nicolai filij Regis Daniæ miraculis.

a Vid. eo. xlii an. Chr. 1237 n. 60. b Extant apud Vnad hoc an. n. 9. S. Francisci stigmata.

c Extant apud diploma apud Vnad hoc ann. nu. 6.

De ijs potestificis testimonium.

De impresso lateri uulnere.

Reprimi iussi qui de tanto miraculo detraxerint.

merita recolenda incitent, vetatque, ne quis de viro sancto Christi, vt ait, triumphalia stigmata præferente detrahat, ac si in tantam temeritatem proiectus sit, vt apostolica iudicia impugnet, Deique opera admiranda traducat, meritis pœnis afficiendum decernit. *Dat. Anagnia 10. kal. nouemb. pontif. nostri an. 1.*

30 Ad consecrandam futuris ætatibus memoriam ac venerationem loci, in quo tantum prodigium effulserat, Minoritas, vt illum ad diuinas laudes celebrandas incoherent, his verbis est adhortatus a: *O dilecti filij celebrem illum vernantis Aluernæ montem, in quo sublimatum corpus a sublimiori animo non dissenfit, cum ibi nimius amor interiorius in mente feruens intuitu Seraph incallescens, incendij feruore prorupit exterius, decorans corpus in cruce splendendum suis margaritis, affectionis brachijs amplectimur, tot & tanta mirifica recolentes. Quem enim amicis æternæ salutis ille locus non deleat quamplurimum, vbi extremo iam instante seculi senescentis interitu ostendit excessus Regis militem regijs militaribus insignitum, vt Regis aciem iam labantem, iam iamque ab hostibus fugientem defenderet, & certamen victoriosum triumphatoris superni verbis, & actibus hostes agredientibus predicaret? O quam ibi lugubria coram suspiria & ex intimis cordis anxios singultus eduxit! O quoties felicè montis humum felicioribus lacrymarum riuulis madidauit, felicissimum pectus sternens! etsi certe interdum ciuium supernorum ordinum presentia & solatio leuaretur. O quoties in inferiorum militia mens eius plena diuinis instillationibus latebatur! &c. *Dat. Neapoli vi. id. april. pontif. nostri an. 1.* Hactenus de ijs, quæ ad pietatis cultum spectant: iam ad tuendum fidei splendorem gesta afferamus.*

31 Ad excindendos hæreticos, qui in Liguria, & Insubria clam virus suum diffuderant, strenuam operam defigere censores fidei iussit Alexander, qui ab ijs de nonnullis in constitutione Innocentij exortis dubijs consultus, ea illustrauit: quærentibus enim de ministris forensibus, qui in cognoscendis fidei causis adhibendi erant, deque pœnis infligendis ijs, qui hæreticos in iudicium non raperent, hæc respondit b: *Possum prædicti officiales communitati, burgo & villa præcipere sub pœna & barro vsque ad ducentas marchas argenti, & ultra ad arbitrium potestatis loci eiusdem, quod potestati, vel diocæsano, aut eius vicario, seu inquisitoribus hæreticorum presentantibus infra præfigendum eis terminum competentem, omnes hæreticos, & hæreticas quos sibi dicti officiales duxerint assignandos, & potestas loci a non seruantibus pœnam huiusmodi exigere teneatur.*

32 Dubitatum etiam fuerat de legitimo illius edicti sensu, quo ad perpetuum infamiae monumentum domus, a qua prohiberentur forenses ministri, ne hæreticos caperent, solo æquari, ac bona in ea inuenta prædæ exponi iubebantur; deque alia lege, qua domus coniunctæ illi, vbi hæreticus delituisse, si ad eundem dominum spectarent, bonis omnibus in ijs repertis direptioni datis euerterentur. Difficultates vero omnes, quæ in ijs occurrerent, ita enucleauit Pontifex: *Pœna taxata per constitutiones easdem in præmissis casibus infligantur, nisi diocæsani, vel in eorum absentia vicarijs ipsorum, vna cum inquisitoribus, vel solis ipsis diocæsani, cum ipsorum inquisitorum presentia de facili haberi non poterit, legitime constiterit præfatarum domorum dominos in ijs casibus penitus innocentes, & prorsus inculpabiles extitisse, ac etiam*

*eos non esse credentes, vel receptatores, aut defensores sue fautores hæreticorum, seu de hæretica labe suspectos. Bona vero quæ inuenta fuerint in domibus supradictis, debent in his casibus similiter publicari, nisi legitime constiterit per testes fide dignos, & omni exceptione maiores, ipsa bona esse aliarum personarum, quam dominorum domuum earundem. Hôs hæreticos quafitos ad supplicium vvaldenses fuisse sine Catharos magno argumento est, cum Reinerus scribat a eam pestem in Insubria admodum grassatam, qui vbi ipsorum ecclesias vel conuenticula potius nefaria percensuit, hæc addit: *O lector dicas secure, quod in toto mundo non sunt Cathari vtriusque sexus quatuor millia, sed credentes innumeri, & dicta computatio pluries facta est inter eos.**

33 Desudatum etiam in Gallijs ad delendas reliquias Albigenfium hæreticorum, in quos exercendarum legum auctoritate prior Predicatorum Parisiensium instructus est b: *Faciendi quoque, inquit, obseruari inuolabiliter omnia statuta prouide edita tam in concilijs legatorum sedis Apostolicæ, quam etiam in forma pacis olim inita inter ecclesiam Romanam, & charissimum in Christo filium nostrum Regem Franciæ illustrem ex parte vna, & quondam Raimundum comitem Tolosanum ex altera, quæ negocium fidei tangere dignoscuntur, sicut promotioni negocij & augmento fidei fuerit opportunum; nec non & vt in eodem negotio summarie absque iudicij & aduocatum strepitu procedere valeas; auctoritate prædicta tibi concedimus facultatem. *Dat. Neapoli vi. id. martij anno 1.**

Creatus iterum adulto anno in Gallijs alij censores fidei, ad gratiam S. Ludouici, in quo explicuit is egregium exemplum pijsissimi principis tuendæ fidei dignitatis cupidissimi, posterisque imitandum reliquit. Cum enim reuersus e Syriaca expeditione religionis decus obsolescere in regno comperisset, sædatam hæretica labe coronam gestare abnuit, studiumque omne in amplificanda diuina gloria, & asserenda suo splendore religione contulit; ac regijs precibus vrsit Alexandrum, vt cognitores causarum fidei ad abolendum hoc opprobrium crearet. Cui Pontifex hoc diplomate amplissimo assensit c: quod veluti pulcherrimum sanctissimi Regis pietatis monumentum subijcio.

Priori prouinciali fratrum Predicatorum in Francia, & guaraiano fratrum Minorum Parisien.

34 Quia in aliquibus partibus Regni Franciæ adeo infidelitatis error inualuit, quod ibi quamplurimi, a via veritatis prorsus auersi, ruentes per denium falsitatis, pestiferas ad concutiendum orthodoxæ murum fidei machinas construebant, molientes ipsam fallacium argumentationum impulsibus demoliri; sedis Apostolicæ diligentia, contra talium dolosam astutiam, ne diffusius serperet morbus iste, remedium adhibuit opportunum, instituens illic viros idoneos, quorum honesta conuersatio exemplum tribueret puritatis, & erudita labia doctrinam funderent salutarem, vt sacro ipsorum ministerio præfatarum partes ab huiusmodi contagijs purgarentur. Et licet horum ducatu homines partium earundem in rectam semitam sint directi, & per hos multis sit ibidem, periculis obuiatum, cupientes tamen anxie, vt negocium inibi fidei iugi profectu, elisis omnino erroribus, fortius conualescat, vigilare ad hoc per nos & alios, prout solertius possumus, non cessamus. Et modo circa id ipsum eo studemus attentius, quo charissimum in Christo filium nostrum illustrem Regem Franciæ feruentiorem sentimus

Insubria & Catharis sædata.

Reinerus apud Gross contra vvald.

Reliquias Albigenfium extirpandis data opera. b Ep. 245.

S. Ludouici in tuenda fidei zelus.

Lib. 1. ep. 752.

Apostolicæ liti. de hæresib. excindendis.

Illustrata dubia circa hæc subarta.

Extat apud vvald hoc an. 10. 10. Vt in Aluerno mōte conti gerit.

Alexandri studiu in excindendis hæreticis.

b Ext. in bull. in Alex. IV. Pœnæ in hæreticos occultantes.

ad idem negotium efficaciter promouendum : quare habita deliberatione prouidimus ibidem ad præsens personas aliquas circumspicias pro tanto negotio deputare.

35 Quia igitur de sollicitudine, prudentia, & industria vestra firmam in Domino fiduciam obtinemus, vos tanquam inter alios præelectos in prædicto regno ad instantiam præfati Regis ad hoc duximus deputandos, discretioni vestræ per apostolica scripta districte præcipiendo mandantes, ac in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus in charitate Dei, hominum timore postposito, virtutem spiritus induentes ex alto inquisitionis officium contra hæreticos, ad extirpandam de regno ipso eiusque districtu hæreticam prauitatem, exceptis terris dilecti filij nobilis viri Pict. & Tolosæ comitis, in quibus fidei negotium certis personis specialiter est commissum, sub spe mercedis æternæ totis assumentes affectibus, sic efficaciter profequi studeatis, vt per sollicitudinis vestræ prudentiam de prædicto regno, ac eius districtu radix iniquitatis hæreticæ succidatur, & vinea Domini, exterminatis vulpeculis, quæ peruersis moribus demoluntur eandem, fructus afferat catholica puritatis, facientes vobis quaternos, & alia scripta, in quibus inquisitiones factæ contra hæreticos, & processus contra ipsos habitati continentur, a quibuslibet detentoribus assignari.

36 Si quos autem de prauitate prædicta culpabiles inueneritis, vel infectos, seu etiam infamatos, contra ipsos, nisi examinati absolute velint mandatis Ecclesiæ obedire, necnon & receptatores, defensores, & fautores eorum iuxta sanctiones canonicas auctoritate apostolica, hominum metu diuino timori postposito, procedere procuratis, inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis contra, &c. non obstantibus aliquibus literis ad quoscumque alios, exceptis locorum diocesanis, super huiusmodi negotio ab Apostolica sede directis, quas auctoritate prædicta reuocamus. Nec tamen prætextu commissionis specialiter eisdem diocesanis super hoc factæ processum vestrum in eorundem ciuitatibus, & diocesis volumus impediri, nec per hoc, quod fidei negotium generaliter in præfato regno vobis committimus, commissiones a præfata sede ipsis factas, si forsitan illarum, seu ordinaria velint auctoritate procedere, intendimus reuocare. Si vero aliqui ex hæreticis ipsis, hæretica labe penitus abiurata, redire voluerint ad ecclesiasticam vnitatem, eis iuxta formam Ecclesiæ absolutionis beneficium impendentes iniungatis eisdem, quod iniungitalibus consuevit: prouiso solerter, ne simulata conuersione redeant fraudulenter, & vos, immo potius se ipsos, fallentes sub agni specie gerant lupum. Vtergo commissi vobis officij debitum liberius exequamini, committendi citationes, testium examinationes, cum de prædicto crimine, ac ipsius circumstantijs duxeritis inquirendum, & sententiarum denunciationes, quas in quoslibet hac de causa tuleritis, plenam vobis concedimus facultatem: non obstante si religiosis quibuslibet, quod causarum, vel negotiorum commissiones minime teneantur suscipere, quodque excommunicari, vel interdicti, aut suspendi nequeant, a sede Apostolica sit indultum.

37 Sed quia in tam graui crimine cum multa oportet cautela procedi, vt in reos sine vllo profatur errore dura, ac digna seueritas vltionis, volumus & mandamus, vt vos, vel quos ad hoc du-

xeritis deputandos, in examinatione testium, quos recipi super crimine prædicto, ipsumque contingentibus oportuerit, adhibeatis vobis duas religiosas & discretas personas, sub quarum præsentia per viros idoneos fideliter eorum testium deposita conferantur. Cæterum cum aliquando fuerint iudicandi hæretici, vel incarcerationis pœna perpetuæ alicui pro huiusmodi crimine infligenda, ad id de diocesanorum, vel vicariorum suorum, si ipsi diocesanis absentibus præsentibus fuerint, consilio procedatis, vt in tantæ animaduersionis iudicio non postponenda pontificum auctoritas intercedat. Verum vt prædicta possitis vtilius, & liberius exercere, vobis largiendi viginti, vel quadraginta dierum indulgentiam, quotiens opportunum videritis, omnibus penitentibus, & confessis, qui ad vestram conuocationem, propter hoc faciendam accesserint, plenam tenore præsentium concedimus facultatem. Vobis siquidem pro huiusmodi negotio laborantibus, & omnibus prælatis vobis assistentibus in eodem, illam peccatorum veniam indulgemus, quæ succurrentibus Terræ sanctæ in generali concilio est concessa. Illos vero, qui ad impugnandum hæreticos, fautores, & receptatores, ac defensores eorum vobis ex animo auxilium, consilium præstiterint, vel fauorem, de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, tres annos de iniuncta sibi penitentia relaxamus: & si qui ex ijs in prosecutione huius negotij forte decesserint, eis peccatorum omnium, de quibus corde contriti, ac ore confessi fuerint, plenam veniam indulgemus, &c. *Dat. Laterani id. decemb. anno 1.*

Intituisse sanctissimi Regis vestigijs in tuendis fidei censoribus in vniuerso Francorum regno excurrente multo tempore posteros Reges visuri sumus, donec aliqui ab illius pietate degenerent, sublatis sacris tribunalibus, quæ sancti Regis studio fuerant constituta, impietati liberas habenas infeliciter effudere: ex quo quantum incendium, paucorum cruore facile restinguendum, excitatum sit, tamdiu hæreticorum ferro laniata Francia testatur, alterumque supparem religione S. Ludouico, qui sacre fidei tribunalia in Gallijs restituat, piorum vota expectant.

38 Imponi Prædicatoribus, ac Minoritis inquirendi in hæreticos prouincia consueuerat a Romanis Pontificibus, cum ipsi animarum zelo arderent, florentque magnæ doctrinæ, & sanctitatis opinione: in quos ab inuidis hoc anno Parisijs ingens persecutio concitata est. Prædebantur ab aduersarijs hæ causæ, ipsos antiquas de professorum numero leges infringere, tum decreta quadam edita ad rei literariæ dignitatem tuendam, vindicandosque in posterum ab iniurijs forensium satellitum scholasticos seruare contempsisse, clausaque ob id ad tempus gymnasia aperuisse: quibus commoti grauiter doctores seueriora in eos statuta sanxerant. Ad quorum delinientias iras, conciliandamque concordiam, Alexander duriora Parisiensis academix decreta temperauit, ac religiosos in consortium, e quo exacti fuerant, rescissis omnibus contrarijs sancitis, restitui, perhumaniterque tractari imperauit. de quibus fusius Vvadinghus. a

39 Silere vero nõ potuimus egregia encomia, quæ Põtifex in eam academiã, quæ sui existimatione toto orbe Christiano diffuderat, cõgessit b: *Quasi lignum, inquit, vite in paradiso Dei, & quasi lucerna fulgoris in domo Domini est in sancta Ecclesia Parisiensis*

In ferèda aduersus eos sententia diocesanos adhibere iussi.

Premia, indulgentiarum munus obitu ris concessa.

Relictum a S. Lud. exemplum quod posteri Reges imitatur.

Concitate aduersus Præd. & Min. turbe Parisijs

Leues earum causæ.

Susceptua Pont. religioforum patrocinium. a Vvadh. 10. 2. hoc ann. b alex lib I ep. 277. extat etia apud Vvadh. dim. hoc ann.

Rogatus a S. Ludou. Alex. vt censores fidei constituat.

Prædicatores, & Minoritæ huic officio præfati.

Recipiendi in gratiam hæreticos auctoritate instructi.

fiensis studij disciplina. Hæc quippe velut fecunda eruditionis parens, ad irrigandum sterilem orbis faciem fluuios de fontibus sapientia salutaris cum impetu foras mittens, ubique terrarum Dei laticifera ciuitatem, & in refrigerium animarum flagrantium siti iustitia aquas doctrina diuidit publice in plateis. Ibi nimirum ordinatus est per prouidentiam conditoris ad opus ad custodiam doctorum ordo precipuus, ut ad vitæ fructum rationabilis creaturæ deducat affectum, ne in gustum mortis vetita veteris præuaricationis illecebra seducatur, ibi humanum genus originalis ignorantia cecitate deforme per cognitionem veri luminis, qua scientia pietatis assequitur, reddita visionis specie, reformatur. Ibi præcipue dat Dominus sponse suæ os, & sapientiam, ac linguam mysticis eloquijs eruditam, cui resistere nequit omnis aduersitas improborum, &c. Caterum non quiescere efferati in religiosos doctorum Parisiensium animi, discordiam enim Guillelmus e sancto Amore, ut scribit Nangius a, editis nefarijs commentarijs, quibus religiosos viros, eorumque pia instituta in inuidiam adducebat, magis incendit. Texisse vero regio patrocinijs religiosos aduersus inimicos S. Ludouicum, ut erat religionis cultor eximius, refert Cantipratenfis b. sed de superiori controuersia iterum inferius: hic alia Alexandri iudicia adnectemus.

40 In Hibernia contendentes de primatu archiepiscopo Armachano, & Tuamensi, controuersiaque apud subseilia Apostolica disceptata Armachano in Tuamensem prouinciam auctoritas ab Alexandro adiudicata est c: *Auctoritate apostolica de fratrum nostrorum consilio taliter prouidemus, quod præfatus archiepiscopus Armachanus, & singuli sui successores p'sint se vocare, vel appellare, si voluerint, primates prouincia Tuamensis, & facere deferri ante se crucem per totam ipsam prouinciam, quantumcumque, & quotiescumque ipsos transire contigerit per eandem. Possint etiam dielam prouinciam de quinquennio in quinquennium visitare, ac per viginti septem dies dumtaxat visitationis officio immorari: ita quod, si eos prædictam prouinciam postquam illam causa visitationis intrauerint, egredi ex quacumque causa contigerit, plusquam prædictorum viginti septem dierum numerum in visitatione perfererint, non liceat eis ipsam causa visitationis ad aliud quinquennium introire, in quo non amplius quam viginti septem dies ad visitationem habeant exercendam, &c. Dat. Anagn. 11. id. octob. ann. 1.*

41 Potente etiam archiepiscopo Bituricensi primatus iure in Aquitania, atque illius ecclesijs perlustrante excurrentibus diebus quinquaginta ex Gregorij sententia, ac noua suborta controuersia an ij dies, quibus archiepiscopus, vel eius familiares, quorum opera in obundo munere carere non posset, aduersa valetudine vterentur, eo numero comprehendendi essent; ab Octauiano S. Mariæ in via lata diacono Card. A. S. in Sicilia legato, cui causa cognoscenda data erat, hæc lata sententia d: *Declaramus, ut cum Bituricensis archiepiscopus Burdegalem adibat prouinciam, visitationis officium impensurus, dies, quibus eundem Bituricensem insirmari, vel insirmari contigerit illos de comitiua sua, sine quibus visitationis * officij commode vacare non potest, dicimus non esse computandos in numero quinquaginta dierum, quibus secundum prouisionem dicti domini Gregorij Papa, licet eidem archiepiscopo, si voluerit Burdegalem prouinciam visitare: prædictorum enim impedimentorum,*

& similibus, ac humanitatis dicimus rationem habendam, &c. Addit de ijs impedimentis Bituricensi archiepiscopo adhibendam fidem, nulla tamen ab eo stipendia pro illis exactum iri. *Actum hoc Neapoli anno Domini MCCLV. ind. xiiii. xiiii. die kal. april. pontific. domini Alex. PP. IV. anno 1. quæ sententia ab Alexandro confirmata. Dat. Neap. v. id. apr. an. 1.* At postea Burdegalem archiepiscopum a Bituricensis auctoritate liberum pronuntiatum a Clemente V. suo loco visuri sumus. Nunc ab his Alexandri iudicijs ad concessa ab ipso priuilegia digredimur.

42 Illustrabat tum in Gallijs regie purpuræ decus splendore sanctitatis Ludouicus, quem excitasse apud omnes magnam sui admirationem, ex elogijs insignibus, quibus ipsum Alexander exornat a, colligitur, cuius pietatis alendæ studio, edicto cauit, ne quis præsul, & A. S. Legatus ipsum ac Reginam Margaritam, tum sceptri Gallici successores, censuris ecclesiasticis posset defigere.

Regi Francia illustri.

Sublime regnum Franciæ, folium præminentia coruscans titulis generositate, magnanimitate, ac strenuitate, clarius cæteris, & excelsius innotescit: sed dum fidei suæ solem, deuotionis ignem, & speculum operum, quibus præfulget, attendimus, aspiciamus ipsum his tribus luminaribus copiosius radiare, ac exempli fulgorem ad alios effundere potiolem. Claritate quippe sanguinis rutilat, sed animi puritate præluet. Magnum quidem est dignitatis honore, sed gestorum nobilitate magnificum: conspicuum, inquam, altitudine status, sed præcellentia bonitatis illustre. Conuenit itaque, ut hoc genus regium tam insignem, tot vtique præminentijs, & meritis insignitum, singularium priuilegiorum insignium in signum præcipue beneuolentiæ, ac gratiæ specialiter præfignemus, maxime quia ex hoc genere suscepit mater Ecclesia, & suscipit filios benedictionis, & gaudij filios factis & fama pollentes, filios opportuni auxilij & fauoris, quia in hoc genere suauem delibat dulcorem reuerentiæ filialis: quia de hoc haurit continue amœnum innatæ sinceritatis odorem.

43 Hinc est igitur quod nos genus ipsum eximio dono gratiæ honorantes, tuis deuotis precibus inclinati, auctoritate apostolica indulgemus, vt nullus ordinarius iurisdictionem habens, nullusque Apostolicæ sedis legatus, aut delegatus, vel subdelegatus ab eorum aliquo, seu executor, aut consenerator a sede deputatus eadem in tuam, vel charissimæ in Christo filiæ nostræ Margaritæ illustris Regiæ Franciæ vxoris tuæ, aut successorum tuorum, qui legitime in prædicto Franciæ regno succedent, personas, interdicti, vel excommunicationis sententiam valeat promulgare, sine speciali eiusdem sedis licentia, vel mandato, plenam, & expressam faciente de præsentibus mentionem: decernentes huiusmodi sententias, si contra hoc indultum fuerint, irritas & inanes. Nulli ergo, &c. *Dat. Neapoli v. 11. kal. maij anno 1.*

44 Adiecta sunt etiam pontificio regeſto sex alia diplomata, quibus Regi, vxorique Regiæ, atque ijs, qui vna cum ipsis sacris concionibus interfuissent, indulgentiarum munus impertijt, vt tuitque, ne regia sacella, eiusue terræ sine singulari a sede Apostolica potestate facta interdicto affici possent: quæ quidem adducere ad aucupandam breuitatem prætermisimus. Præterire tamen non potuimus nobile, ac insigne diploma apostolicum, quo Regis collaudata pietate, illaq;

Priuilegia
Regibus
Franc. c6.
cessa.

a 16. post
op. 349

Literæ ad
S. Ludou.

Illustra
eorum ea
comia.

Ne præ
sules, aut
legati Ap.
iplos cen
suris de
uinciant.

Alia præ
rogatiua.

Parisien.
academiæ
elogia.

Guillel
mus e S.
Amore di
scordiam
refuscitat.
a Nang. in
gest. S. Lud
hoc ann.

b Cantipr.
lib. 2. c. 10
nu. 23.

c Alex. l.
1. ep. 7 12.
Contro
uersia de
primatu
Hibern.

Alia inter
Bituric.
& Burdeg.
archiep.

d Extrat
apud Alex
l. 1. ep.
334.
Octauiani
diac. Card
A. S. L. in
Sicilia cõ
firmatur.
* officio

incredibili qua salutis æternæ comparandæ ardebat cupiditate, ob quam spretis quibus circumfluebat regis opibus, in cælestium rerum assidua contemplatione animum desigebat, nec nisi inuitus, ac dignitatis, quam gerebat, munere adactus, ad tractanda humana auocabat, auctoritate Apostolica decem dierum indulgentiam impertitus est a ijs, qui pro Rege, dum vitam duceret, aut post eius mortem decem annorum spatio excurrerent, suas ad Deum preces, expiata pœnitentiæ sacramento conscientia, porrexissent.

Christi vniuersis fidelibus per regnum Francia constitutis.

45 Charissimus in Christo filius noster Franciæ Rex illustris, cunctis mundanis opibus animæ commodum præferens, & æternæ vitæ solatium gloriæ temporali, de salute propria sollicitè meditatur; & quamquam interdum ad alia regni vrgente cura mentis conuertat intuitum, ad salutem tamen toto voto, sedulaque cogitatione dirigitur, nec vnquam potest, quantacunque secularium rerum interueniat occupatio, ab hac consideratione diuelli. Propter quod vigil, & anxius salutis auxilia petijt, & vt in hoc sua sacra desideria fauorabiliter iuauemus, vehementi nos affectu pulsauit: non enim eise videtur de cultu corporis ingens cura, sed pro animæ profectibus suspirare cernitur, & ardere: plus namque spirituales amat delicias, quam carnales; magisque animæ quærit, quam corporis apparatus, ne vnquam in ipso postponatur carni spiritus, sed ordine directo potius præferatur, neque iste illi, sed huic veluti digniori de tamquam subdita famuletur.

Suis itaque salubribus digne annuentes affectibus, quia præcipue de orationibus confidit fidelium, spectans firmiter eorum iuari precibus apud Deum, vniuersitatem vestram affectuose rogandam diximus, & hortandam, quatenus præclaram ipsius Regis fidem, ac deuotionem sinceram attentè pensantes, cum sua egregia opera, in domo Domini quasi radij solares effulgeant, exempli lumen proferentia salutaris, pro eo deuotis animis supplicetis, orationes placidas in conspectu Altissimi offerentes, vt ipsam in bono corroboret, & confirmet, statum eius adaugeat semper in melius, tribuatque sibi sic constanter per rectitudinis incedere semitas, quod post decursum salubriter vitæ præsentis stadium letanter speratæ quietis brauium comprehendat. Nos enim de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui pro eodem Rege, dum vixerit, ac etiam postquam obierit, vsque ad decennium, Deum exorauerint, decem dies de iniuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus. *Dat. Neapoli VII. kal. maij anno 1.*

46 Necdum in Ludouicum, quem augustæ virtutes, illustriori postea in lumine collocatæ, ad sanctorum honores extulere, exhausta fuere pontificia beneficia: vt enim singulari pietate rerumque diuinarum amore astuabat, nouas semper preces Vicario Christi ad eliciendum aliquod sacrum beneficium afferebat. Postulauit itaque, vt si casu in locis interdicto suppositis ageret, sacris officijs interesse ac diuinis communicare liceret, cui Alexander morem gessit. *b*

Tuis supplicationibus fauorabiliter annuentes, persona tue auctoritate presentium indulgemus, vt si te ad loca ecclesiastico supposita interdicto declina-

re contigerit, tibi liceat ibidem, clausis ianuis, non pulsatis campanis, interdictis & excommunicatis exclusis, audire diuina, etiam si celebrentur eadem, alta voce, dummodo ea audire interdicti & excommunicati non valeant supradicti, tuque causam non dederis interdicto, nec id tibi contingat specialiter interdici. Nulli, &c. Dat. Anagnia 2. kal. octob. an. 1.

47 Simili quoque prærogativa Carolus S. Ludouici fratrem Andegauicæ & Prouinciæ comitem ad ornandam eius pietatem, atque ob maiorum optime de Ecclesia meritorum suauissimam memoriam, & commendationem, quibus, vt ait, *non tam deriuatione sanguinis, quam virtutum propagatione succederet*; complexus est Pontifex a, nimirum, vt tam ipse quam vxor in locis, quæ sub interdicto iugerent, vibrandi illius occasione ab ipso non iniecta, sacris interesse possent. Quo etiam beneficio Regina Scotiæ potita est. Nec absumme retulit a Pontifice Richardus Cornubiæ comes b, vt Minoritam, assentiente diocæsano, pro excipienda sua, suorumque exomologesi sibi afsiceret, ni crimen immane adeo esset, vt sedes Apostolica adeunda, consulendaque videretur.

48 Vt egregiæ superiorum principum virtutes singularibus prærogatiuis, laudibusque exornari a Christi Vicario meruerunt, ita Alphonsus III. Rex Lusitanicæ ob impudicitiam vitium Apostolica censure notari meruit. Abiecerat is Boloniæ comitissam, quam ante arreptum regnum vt legitimam coniugem coluerat, atque adulterij crimine se contaminare non perhorruerat: qua iniuria lacescita comitissa a sede Apostolica contendit, vt diuortium inter ipsam virumque; adulterum pronuntiaret: qua de re Alexander ad Compostellanum archiepiscopum scripsit. *c*

Archiepiscopo Compostellano.

Exposuit nobis dilecta in Christo filia nobilis mulier M. comitissa Boloniæ, quod carissimus in Christo filius noster Alphonsus illustris Rex Portugaliæ vir suus cum quadam alia matrimonium de facto manifeste contraxit, cui damnabiliter adherere præsumens, non erubuit, nec erubescit perpetrare adulterium cum eadem. Vnde humiliter supplicauit, vt prouidere in hac parte sibi quoad thori separationem, vt ab eius videlicet cohabitatione discedat, & accipiat & rehabeat dotem suam Apostolica sollicitudine curaremus. Quia igitur iustitiam postulatibus deesse in ea nec possumus, nec debemus, in qua nos omnibus apostolatus officium constituit debitores, fraternitatis per apostolica scripta in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus eundem Regem auctoritate nostra citare, procures, vt infra quatuor mensum spatium post citationem tuam * negocium huiusmodi contingentibus quod ordo dictauerit rationis. Diem autem citationis, & formam, & quicquid in ijs feceris, per tuas nobis literas harum continentes seriem studeas fideliter intimare. *Dat. Neapoli II. id. maij anno 1.*

49 Instruebat tum in Hispania contra Africa infideles expeditionem Alphonsus alter Castellæ ac Legionis Rex, qui ob eximium propagandæ religionis Christianæ ardorem augusto zelatoris fidei catholicæ elogio insigniri a Pontifice meruit. Prouinciam vero dedit Alexander Lupo Marrochitano Episcopo, vt Hispanos ad profitendam religiosam, accepto crucis symbolo, militiam pro cõfessione incitaret, atque eos, qui opes suas ad constanda subsidia conferrent, vel arma pro Christi gloria augenda capefferent, peccatorum veniam, qua

Præleg. S. Ludouico concessum.

Eodè beneficio affectus Carolus frater.

a Ibid. ep. 350.

Bt Regina Scoticæ.

b Ibid. ep. 336.

A postolica seueritas in Regem Lusitanicæ.

c Ep. 400.

Litteræ ad archiepiscopum Compostellæ.

Rex adulterij a Regina accusatus.

Constitutum ei ad iudicium dies.

* apud eundem Apostolicum copareat accepturus in

Alphonsus Rex Castellæ Africanam bello aggredi meditatur c Ep. 397.

a Ibid. ep. 349.

Testimonium Alexandri de S. Ludouico vt spretis humanis diuina sectaretur.

Quo ardo se pio sum precibus commedaret.

Concessit indulgentiam ijs, qui pro Rege Francie preces fuderint.

b Ep. 656.

quæ a concilio œcumenico professionem in terram sanctam ornantibus tribueretur, potituros promulgaret.

Lupo Episc. Marrochitano A. S. L.

Ad regimen vniuersalis Ecclesiæ vocati Domino disponente, circa illa tenemur curam sollicitam adhibere, per quæ cultus diuini nominis valeat augmentari. Sane carissimus in Christo filius noster Rex Castellæ, ac Legionis illustris zelator catholicæ fidei, ac populi Christiani contra Saracenos de Africa inimicos crucis Christi, & Christiani nominis, prout ex parte sua nobis extitit intimatum, per se, vel vicarium suum transfretare intendit cum bellatorum multitudine copiosa. Quia vero eidem Regi ad huiusmodi negocium est auxilium Christi fidelium plurimum opportunum, fraternitati tuæ prædicandi in Hispania, & Vasconia per te, ac per alios viros idoneos, quos ad hoc assumendos duxeris secundum datam tibi a Deo prudentiam verbum crucis, & eam in subsidium ipsius Regis contra dictos Saracenos recipere volentibus per te, ac alios, quos ad hoc elegeris largiendi eadem, & concedendi illis, qui huiusmodi laborem in personis proprijs, & expensis, ac eis, qui in personis suis dumtaxat, & in alienis expensis subierint, & illis etiam, qui in succursum dicti Regis, vel eius vicarij in expensis proprijs mittent idoneos bellatores, auctoritate nostra illâ suorum veniam peccatorum, quæ subuenientibus & succurrentibus Terræ sanctæ in generali concilio indulgetur, liberam concedimus auctoritate præsentium facultatem. *Datum Neapoli III. id. maij anno I.*

50 Ornauit etiam Lupus Pontifex ea potestate, quò facilius populos ad conciones, quas pro solicitandis in arma sacra, aduersus Africæ Mahometanos habebat, alliceret, vt indulgentiarum certa præmia ijs concederet, qui ad conciones audiendas concurrissent. Præterea obeunda in Africa legationis imposito onere, vt rem Christianam iacentem erigeret, ad omnes, qui sacris Christianis imbuti in Africa versabantur, scripsit Alexander a, vt Lupus legati apostolici dignitate auctum quo par erat honore prosequeretur: *Ipsium, inquit, in Africam vniuersam ad cultum diuini nominis ampliandum, commisso sibi plenæ legationis officio, vt iuxta datam sibi a Deo prudentiam exeat & dissipet, ædificet & plantet, prouidimus de fratrum nostrorum consilio destinandum.*

51 Propagandæ in Hispania fidei, excindendæque impiæ superstitionis Mahometis egregiam nauerat operam Castellæ Rex, perdomitis enim triumphatq; hostibus Carthaginem, Siluam, ac Pacem Christiano imperio adiunxerat, atque in ijs ad populos pietate excolendos tres ecclesias cathedrales excitarat, quarum dioceseon limites cum nondum definiti essent, nec qui antiquitus fuissent memoria vlla extaret, cum iam tot seculis, infelicibus ijs terris Mahometica superstitio incubuisset, Pontifex Lupo, de quo supra, episcopo his literis b munus iniunxit, vt excitis ijs, ad quos de finibus episcopatum spectaret, pro sua prudentia eos circumscriberet.

Literæ ad Episcopum Marrochit. A. S. L.

Cum carissimus in Christo filius noster Rex Castellæ, & Legionis illustris in terris per eum, & progenitores suos recuperatis de Saracenorum manibus tres, videlicet Carthaginensē, Siluensē, & Pacensem ecclesias erexerit cathedrales, & quia de limitatione diæc. earumdem, pro eo quod diutius fuerunt a Saracenis detentæ, non potest scri-

pto, vel testimonio edoceri, ne hac occasione dioceses ipsæ remaneant indistinctæ, vocatis omnibus, quorum interest, limitandi eas, de consilio peritorum; ac compescendi contradictores per censuras ecclesiasticas plenariam tibi concedimus auctoritate præsentium facultatem.]

Præterea Alexander illi prouinciam commisit, vt in ijs locis, quæ Castellæ ac Legionis Rex ex hostium manibus ac potestate vindicaret, episcopos præficere posset ad nouas eas ecclesias moderandas, populosque Christiana religione imbuedos, aliaq; id genus ad diuinam gloriam spectantia imposuit a. Efflorescebat porro Hispani in dies Christiana religio, ac plures exuta Mahometica superstitione ad Christum transfugerant: ad cuius ecclesiæ dignitatem tuendam Alexander Philippo electo recipiendarum a neophytis decimarum potestatem contulit. b

52 Ad cumulandas Regis Castellæ laudes adidimus, illum ita armorum gloria effloruisse, vt etiam augendæ amplificandæque rei literariæ animam applicaret. In publicis enim præsulum totiusque nobilitatis comitijs ad Salamanticensem academiam stabiendam amplissima stipendia professoribus constituit, c cuius propterea liberalitatem, sapientiamque commendauit Pontifex, vt cum militaris ars ac literarum studia, coniuncta semper eximio fœdere extiterint, ipse in Hispania, quæ tot egregios bellatores ferret, nobilem academiã instituisset, vt literis quoq; viros conspicuos parere atque alere posset: *Quia, inquit, ubi erat strenua & electa militia, ibi solebat ac celebre studium habebatur, excellentia tuâ profecto intererat regnum tuum ornare scientia, quod militari strenuitate dignoscitur decorari.*

Adiunctum quoque aliud in regeſto pontificio diploma, quo, egregio Regis collaudato condendæ academiæ studio, cum non minus regna literis quam armis efflorescere soleant, Salamanticensem academiam apostolica auctoritate confirmauit, d concessitq; e vt omnes, exceptis regularibus, triennio, iuri civili operam nauare possent. Eam vero academiã decoraturus Pontifex, eo illam priuilegio instruxit f, vt qui in ea doctoratus, post scientiam examine diligenti excusam probatamque, laurea donati fuissent, in alijs academijs, Bononiensi Parisiensique exceptis, professorum munere perfungi possent.

53 Explicuit etiam erga Alphonsum Alexander suum studium, vt ducatum Sueuiæ, quem maternæ hereditatis titulo ad se spectare contendebat, obtineret: cum enim oratores ad sua repetenda iura in Sueuiam mittere deliberaret, literas apostolicas ad præfules ac proceres Sueuorum dedit, g quibus hortatus est, vt regijs oratoribus ad recuperandam Sueuiam consilio; & operâ adessent: *Cum, sicut intelleximus, idem Rex, ad acquirendum ducatum Sueuiæ, & quædam alia iura sibi in illis partibus ex materna successione competentia, ea quæ conuenit circumspectione, & potentia desideranter intendat, nos vestrum in hoc procurari honorem, & eiusdem ducatus statum prosperum attendentes, deuotionem vestram rogamus, & hortamur, attente vobis per apostolica scripta mandantes, quatenus dicto Regi, & eius nuncijs ob reuerentiam Apostolicæ sedis & nostram, in eisdem ducatu & iuribus obtinendis, potenter & patienter pro iuribus assistentes, eis in tam utilis vobis & ipsi ducati prosecutione negotij fidele consilium, & efficax auxilium impendatis. Ita quod idem Rex vestra potentia ope fectus obtinere valeat quod*

a Ep. 726. Amplificata inter Hispanenses fides.

b 14 epist. 89. Alphosius rem literariam in regno restituit. Salamantia academia locupletata. c 16. epist. 692.

Confirmata ab Alexandro.

d Ep. 231. e Ep. 692.

f Ep. 653. Priuilegijs exornata.

Alphosius repetit ducatum Sueuiæ.

g 14. ep. 127.

Incitati Sueui, vt Regi faueant.

Literæ ad episc. Marrochit.

Lupus ep. Marrochitan. Hispanos & Vascones crucis symbolo insignire iussit.

Præmia bello faceris nominis propofita.

a Ibid. ep. 230. Legatus in Africa creatus.

Religio in Hispania a Rege propagata.

b Ep. 703.

Tres episcopales ecclesiæ conditæ.

quod intendit, & vos eos, qui Ecclesiam diligunt, per effectum operis diligere comprobantes, nostram uberius exinde mereamini gratiam, & fauorem. Dat. Neap. 2. non. febr. anno 1.

Conradino adhaerent.

Hætere Sueni aduersus Alphonsum Conradino, cum iura in eum principatum amplissima obtineret, quæ illi etiam anno superiore ab Innocentio IV. vna cum regno Hierosolymitano fuerant confirmata.

Frisij a Vvill. Rege R6. per domiti.

54 Delapsi ad res Germanicas non præterimus triumphasse Vvillhelmum Romanorum Regem de Frisijis perduellibus, qui ipsius potentia terrore adacti iugum acceperunt, vt victori gratulatur Pontifex: Accipimus, inquit, homines de partibus Frisia, quos diu contumaces habueras, & rebelles, se vt tenentur tuo domino submittentem, decimas omnium possessionum suarum, de quibus eas aliquis hæcenus non percepit, tibi, ac tuis heredibus in tuo comitatu Hollandia, in perpetuum concesserunt, &c. permittit victori Alexander, vt ijs decimis quinquennio potiretur ea lege, vt eo elapso dominis, ad quos spectarent, restituerentur, quibus literis pridie kal. octob. dies adscripta est.

a Ibid. ep. 646.

Belli causæ.

Non diu partis Vvillhelmo potiri licuit: instructa enim prodicione Frisij, qui impressum ceruicibus iugum iniquius ferebant, anno sequenti Vvillhelmo mortem intulere; vnde Germania in bella ciuilia, e quibus emerfisse videbatur, iterum coniecta est.

Colonien. archiepi. scop. attitus.

55 Interea attritus adeo erat Colonienfis archiepiscopus ex præteriti belli cladibus, quas comes et Monte, & Vvaleranus comitis Iuliacensis frater, nonnulliq; alij fœdere iuncti, archiepiscopi ditioni intulere, vt sanctimonialia direptis monasterijs vagari, sacerdotes & monachi ad penuriam redacti solum vertere cogentur. Obsolescente itaque diuino cultu atque alijs ingentibus malis suboriantibus, Pontifex restituendæ religionis zelo accensus provinciã dedit scholastico Argentinenfi, vt re explorata, hosce proceres, incusso solemnî ritu anathemate, bello absistere iuberet.

Ep. 597.

Incussæ rebellibus censuræ.

56 Dum hi principes Coloniensem ecclesiã spoliare moliantur, ornauit pulchriori exemplo Cracouiensem ecclesiam amplis opibus, & prærogatiuis hoc anno Boleslaus Cracouie & Sandomiriæ dux, ad augendum B. Stanislai martyris decus, Regisq; Boleslai facinus expiandum, annitente Salomea sorore, quæ casu viro Colomano Rege Galatiæ, cum quo virginitatem coluerat, sanctimonialibus nomen dederat; tum ob eximia officia, quibus Prandothas episcopus, & clerus Cracouienfis illum complectebatur, de quo insigne diploma ducale subiicimus.

Boleslaus dux Cracouien. ecclesiam iuribus auget.

Ext. apud Alex. lib. 2. pag. 140

In nomine Domini. Amen. Quoniam, vt ait auctoritas, omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur, ne mortalium gesta celebri, & perpetua semper digna memoria temporum decursu queant in dubium adduci, & eorumdem mutabilitate ambiguitatis discrimen in posterum aliquatenus possint pati, opera pretium est ea, quæ huiuscemodi sunt, testimonio & expressione testium perennari. Hinc est quod nos Boleslaus Dei gratia Cracouia, & Sandomeria dux, per oppositum gerere nos volentes Boleslao quondam Polonorum Regi reo mortis, & sanguinis præclari martyris, & pontificis Stanislai, & animaduerentes quomodo in suis mirabilis Deus sanctis miris virtutum prodigijs dignatus est eundem mirificare plusquam admirabiliter sanctum suum; & ideo cupientes ipsum honorare in terris, quem Deus glorificauit in caelis, pro remedio felicitatis anime patris ne-

Refert hores S. Stanislao pro illatis olim et iniurijs.

fri clara memoria Cracouia, & Sandomeria ducis Lextconis, & incolumitate generose nostræ genitricis ducis Grimizlaua, & nostræ, & ingenuæ consortis nostræ Cungundis præcordialis filie Regis inclityi Vngarorum, intuitu, beneficio, & seruitiorum, quæ nobis venerabilis in Christo pater dominus Prandotha episcopus, & capitulum Cracouiense impenderunt, & sunt in futurum auctor. Domino præstituri, & omnes villas capituli Cracouienfis ecclesiæ, cui memoratus sanctus, dum adhuc ipse vita potiretur presenti, præsedet in eadem pontificali officio dignitate functus, interuentu venerabilis sponse Christi germanæ sororis, videlicet Salomea quondam Galatiæ Regina plena in perpetuum gaudere concedimus libertate: idem ex nostra deuotione rationis arbitrio decernentes, vt omnes liberi homines capituli supradicti prædictarum coloni, & inhabitatores villarum, eam libertatem habeant, quæ ascriptiis sacra Cracouienfis sedis indulta esse dignoscitur ab antiquo, & per nos postmodum roborata. Qui utpote liberi homines capituli supradicti, a nostro, & nostrorum posterorum, & palatinorum, & castellanorum, & quorumlibet iudicum aliorum, presentium & futurorum, iudicij penitus in perpetuum sint immunes, & prorsus liberi, a Strofa, & Stam, & Pouoz, & alijs seruitutibus, & solutionibus ordinarijs, & extraordinarijs, quocunque eadem nomine censeantur, Prenod militari excepto, quos volumus dominorum suorum dumtaxat utilitatibus, & seruitijs perpetuo mancipari. Dat. in Cracou. per manus fratris Bartholomæi Ordinis Minorum mediatoris inter nos ex vna parte, & capitulum Cracouiense ex altera parte, anno ab incarnatione Domini MCCLV. indictione XIII. xv. kal. iunij. & postmodum confirmatum, & publicatum in colloquio habito apud Bafonam eodem anno Domini non. sept. Confirmata sunt hæc sequenti anno Alexandri IV. auctoritate, cuius eo argumento ad episcopum, & clerum Cracouiensem extant literæ.

Inductus ad id a Salomea Regina.

Immunitates Cracouienfis ecclesiæ concedit.

57 Flagitauit ab Alexandro Lectouia Rex, vt filium regia inunctione auctoritate apostolica liniri præciperet. Ac Pontifex, vt ipsius studium erga Ecclesiam, cui discussis ethnicorum erroribus se aggregarat, aleret, concessit, vt præfulem catholicum ad regia illi ornamenta conferenda, euocaret.

Alex. ap. 2. ep. 109. Rex Lituanæ postea ab Alex. vt filium Regis iungi iubeat. Ep. 220.

Illustri Regi Lectouia.

Catholicæ fidei cultum longius, latiusque per orbem diffundi continue super omnia cordis nostri desiderabilia cupientes, ad eiusdem augmentum fidei vigili, sedulaque solertia non cessamus intendere, ac vt iuxta nostri desiderij plenitudinem valeat prouenire, totius diligentia studium, excusso in hac parte cuiuslibet negligentia otio, adhibemus, augmentum ipsum per nos, ac alios omni ope, ac opera, prout ex alto conceditur, assidue procurando. Hinc est quod cum, sicut te intimante nobis, accepimus, tu diuinitus inspiratus de paganica cæcitate errore ad viam vitæ, quæ Christus est, baptismatis renatus vnda redieris, & Deo viuo ac vero placere studeas sub religionis obseruantia Christianæ, nos de hoc multo concepto gaudio volentes te in huius fide congruis roborare fauoribus, & condignis gratijs confouere, tuis supplicationibus inclinati, excellentia tuæ, vt quem malueris Latinum episcopum pacem, & communionem Apostolicæ sedis habentem, tibi aduocare liceat, qui dilectum filium nobilem virum natum tuum ad honorem Dei, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ in Regem Lectouia

Alex. litteræ ad Reg. Lituaniam.

Annuit eius præcibus Pons.

Ætatis auctoritate nostra coronet, tenore præsentium indulgemus. Nulli ergo, &c. *Dat. Neapoli 2. non. martij anno 1.]*

58 Cumulata hæc beneficia alijs: Russia enim nondum fide collustrata, illi attributa est, vt sacro nimirum bello sibi subijceret: *Cum a sicut ex parte tua fuit propositum coram nobis, tu contra regnum Russia ipsiusque habitatores in infidelitatis deuo constitutos, indefessa strenuitate decertans, nonnullas terras ipsius regni tue subiugaueris ditioni, nos attendentes, quod te terras habente prædictas, vicinæ paganorum, & infidelium regiones de facili poterunt tuo dominio subijci, & acquiri cultui Christiano, tuis benigne precibus annuentes præfatas terras tibi tuisque successoribus absque catholicorum quorumlibet præiudicio auctoritate apostolica confirmamus. Dat. Neapoli 2. non. martij anno 1.*

In eam vero adducor opinionem Lætoniæ Regem, qui superstitione exuta Christianorum numero nomen adscripsit, eundem fuisse ac Lituaniæ (quam vulgo Littavv appellant; quo etiam nomine vsus Pontificem reperimus) Andreæ Theutonici ordinis magistri opera baptismo initiatum, regioq; diademate exornatum tradit hoc anno Funcius c, quem ipse Mandauum, Longinus, d Michouias, e & Guagninus f Mendog, Chromerus g Mendocum appellarunt: quibus addit Longinus cruciferorum industria, ex duce in Regem summi Pontificis auctoritate euectum, carpitque auctor, ac perstringit auaritiæ cruciferos supremum Lituaniæ ac Samogitiæ dominatum ex eo affectasse, & in se ab eo transfusum prætendisse. At qui propagandæ fidei specimen præ se tulerat, breui a pietate defecit, atque arma in Christianos vertit, vt scribit Michouias: *Anno Domini MCCLV. Mendog dux Lituania in Regem Lituania, vt præmissum est, sublimatus, oppido Lublin exusto, prædas & spolia in circuitu eius plurima fecit, & plurimos captiuos in Lituaniam abduxit.* quibus consentanea tradit Chromerus: additq; paulo ante hanc defectionem pontificio iussu a Rigenfi archiepiscopo & episcopo Culmensi diademate cinctum fuisse.

59 Audita Lituatorum, Iacvvingorum, aliorumque infidelium in Poloniam irruptione, Alexander Papa victricia crucis signa expandi, pulosque ad religiosam militiam conuocari iussit. Personuit igitur sacrum classicum, ad paganos debellandos, Ecclesiæque subijciendos, in Polonia, Bohemia, Moravia, Austria, munusque accendendi in arma Christiani populi, inter cæteros commissum Bartholomæo Bohemo Minoritæ, viro ingentis existimationis, atque sacra eloquentia florentissimo. Probant hæc literæ h Pontificiæ Anagniæ exarata.

Fratri Bartholomæo de Bohemia Ordinis Fratrum Minorum.

Nuper ad audientiam nostram peruenit, quod Lituani, & Ientuisones ac nonnulli alij ethnici, qui Romanam Ecclesiam numquam matrem suæ professione fidei agnouerunt, vires exaucunt contra ipsam, dum iidem Christianorum finitimas, videlicet Poloniam, & quasdam alias vicinas prouincias hostiliter inuadentes, multos ex populo Christiano morti, & infinitos captiuitati dederunt, non parcendo sexui vel ætati; nec adhuc fidelium saturati cruore, ad impugnandum cum alijs paganis, & infidelibus Poloniam, & regiones finitimas, conflatis in vnū viribus se accingunt: propter quod nos graui dolore confodi-

mur, & super tanta strage fidelium paterno compatiens affectu, remedia, per quæ tantis obuientur periculis, sollicitè cogitamus. Nos igitur de circumspectione tua, nobis a pluribus & in pluribus commendata, plenam in Domino fiduciam obtinentes, mandamus, quatenus tam per te, quam per fratres tui ordinis, quos ad hoc idoneos esse cognoueris, in Polonia, Bohemia, Moravia, & Austria contra prædictos paganos prædices, & prædicari facias verbum crucis, concessa per nos auctoritate nostra illis Christianis eandem partium, qui contra infideles eosdem crucis assumpto signaculo se duxerint accingendos, suorum venia peccatorum, quæ dari consuevit euntibus in subsidium Terræ sanctæ. *Dat. Anagnia VIII. id. augusti anno 1.]*

Vt vero Bartholomæus æstuabat egregio promouendæ diuinæ gloriæ, fideique limitum latius profunderum zelo, adiecta illi prouincia est, a vt eos omnes censuris percelleret, qui tantum opus disturbare, vel obicem ac moram obijcere molirentur.

60 Pari zelo b accensi sunt præsules septentrionales, vt fideles ad sacra arma ad edomandos impios expedienda concitarent; præstoq; fuit laboranti Prussiæ, ac Poloniæ Primislaus, siue Othocarus Bohemiæ Rex, cuius virtute amplificati latius religionis Christianæ fines: cum enim indicias cū Bela Vngariæ Rege pepigisset, sacra cruce signatorū militia, Opisonis abbas in Polonia, Prussiaque A. S. nunciij opera, adscriptus; incitatusque earum regionum exemplo suo principibus, florentissimo succinctus exercitu, ac Brunone Pragensi episcopo, alijsque præsulibus secum adductis, in Prussiam sese infudit: ac versis sui terrore in fugam Prutenis paganis, Sambientes ad ditionem compulsos, atque a Brunone sacris baptismi initiatos suo nomine donauit. Excitata etiam duobis nobilissima, ac munitissima oppida, Regius mons scilicet ad mare Balticum, Brunsbergumq; tum ad rei gestæ consecrandam posteris memoriam, tum ad paganorum impetus sustinendos, propulsandisque. Nec frustratum consilium, vbi enim Christianus exercitus reportatis triumphis decorus abscessit, mox hostis furore in Sambientes percitus, quod ditionem fecissent, ferro flammæque grassari cæperunt. De quibus pluribus Longinus, c Michouias, d Chromerus, e Dubrauius, alijque agunt.

61 At vbi Othocarus inaudijt Sambientes, qui ipsius armis ad Christiana sacra adacti fuerat, a barbaris pietatis odio crudelissime diuexatos, iterum crucis symbolum induit, quem Romanus Pontifex ad fidem fortiter defendendam excitauit hisce literis, quas nos ex ingenti volumine M. S. archæi Vaticani inscripto Formular. Martini Ebulli vna g cum alijs pluribus, suis locis ad historiam illustrandam afferendis, descripsimus.

Illustri Regi Bohemia.

Regis æterni benignitas magnitudinem suæ gratiæ circa te multipliciter noscitur effudisse, sed in eo potissimum, quod in te in pijs operibus reddidit studiosum: ex quibus datur plenitudo fiduciæ, quod tu in præsentī vita regia dignitate præfulgens, & copiosus in prosperis, tandem cælestis coronæ gloriæ apud ipsius Regis clementiam consequeris; tuo claro nomine ob illam tamen in multis partibus interim relucente, quod tu olim pro fide catholica, in Prusciæ partibus ad honorē diuini nominis magnifice promouenda, crucis assumpto signaculo, illuc persona-

liter

Alex. I. I. ep. 21. Russia Regi Lituaniæ attributa.

Quis fuerit is Rex Lætoniæ.

e Funcius apud Notarios centur. 13 c. 13. col. 730. d Long. hist. Pol. lib. 7. f Guagnin Veron. in hist. duc. Lituaniæ. f Michou. lib. 3. c. 54 g Chrom. lib. 9. Descissit a fide.

In eum Pont. Sacrum bellum promulgat.

b Lib. I. ep. 564.

Irruptiones in Polonia.

a Ep. 309.

b Reg. post eand. ep. 564. Othocarus Rex Bohem. in eos signa attollic.

Infideles procriti.

Sambientes ad baptismalia sacra adacti.

Arces excitatae. Lituani Sambientes assilgunt.

e Longin. lib. 7. bos ann. d Michou. lib. 3. c. 54. e Dubraui hist. Bohem. lib. 1. f Chrom. lib. 9. g Formul. Mar. Ebul pag. 22.

Pontificiæ de his literæ.

iter eum magna, & famosa bellatorum multitudine processisti, paganos in terra Sambia constitutos conterendo taliter virtute tui brachij, quod ipsam per Dei gratiam Christiano domino subiugasti. Processu vero temporis tu pie confiderans, quod ex multiplicato studio beatorum operum maior proueniat cumulus premiorum perennium, denuo crucis characterem tuis humeris affixisti, ut diuina tibi suffragante potentia maiestatis fideles Christi defendas a discrimine, quod eis posset per sauitiam paganorum, aut aliorum infidelium imminere.

De tanta siquidem tuorum excellentia meritum nos in Domino multa iucunditate perfusi serenitatem tuam affectuose rogandam duximus & monendam, in remissionem tibi peccatorum iniungentes, quatenus deliciosum tibi constituens, quod semper feruens, & stabilis in ijs, quae Deo sunt placita, & opportuna salutis fidelium, habearis, dilectis filijs fratribus hospitalis S. Mariae Theutonicorum, quorum plurimi pro defensione fidei catholicae per manus infidelium in eiusdem Prussiae partibus denuo crudelissime sunt occisi, reliqua parte ipsorum mortis periculum habente praeculis propter obsidionem durissimam, quam sustinent a paganis, dextra triumphali sine dilatione subuenias, & tui laboris pristini fructum amenissimum de paganorum ipsorum spurcida potestate resumias. ita quod & nos, qui te filium benedictionis gratiae paterna in Domino sinceritate diligimus, ad ea, per quae tibi secundum Deum honoris, & prosperitatis augmentum prouenire valeant, esse promptissimi gaudeamus, & pietatis regnantis in secula Domini Iesu Christi, qui affectum placendi ac seruendi sibi dignanter tibi contulit, post decursum feliciter praesentis vitae spatium te clementer aggreget collegio principum supernorum.]

62 Adjuncta tum Christi imperio fuerunt Vvathlandia, Ingria, & Carelia abiectis superstitionibus, quibus addicta fuerant. Ad quarum prouinciarum infideles Christianis sacris imbuendos, ac religionem constabiliendam Alexander archiepiscopo Rigeni contulit auctoritatem, a vt episcopum illis praeficeret.

Ex parte tua fuit nobis humiliter supplicatum, vt cum pagani Vvathlandia, Ingria, & Carelia tuae prouinciae, inspirante illo, qui omnem hominem in hunc mundum illuminat venientem, apertis intelligentiae oculis idolorum cultu relicto baptismi velint suscipere sacramentum, praeficiendi eis, postquam baptizati fuerint, aliquem virum ad hoc idoneum in episcopum, & pastorem, qui eos verbis, & exemplis salutaribus instruens animas lucrifaciat eorumdem; maxime cum iidem pagani id a te, sicut asseris, instanter exposcant, licentiam tibi concedere curaremus. De tua itaque circumspeditione plenam in Domino fiduciam obtinentes, licentiam tibi auctoritate praesentium postularam concedimus sine iuris praedicio alieni. Datum Anagninae III. non. augusti anno 1.

63 Demandata etiam eidem archiepiscopo partes, b vt infideles, quos Otho e Luneborch, & Tidericus e Kiucl egregij Christi athletae seruire numini coegerant, baptismalibus sacris lustraret, ijsque episcopum daret, cum ab iisdem proceribus ecclesiae excitata, iustisque locupletata vestigalibus fuisset.

Cum, sicut dilecti filij nobiles viri Otho de Luneborch, & Tidericus de Kiucl fratres Rigeni & Reualienensis diocesis, ecclesiae Romanae deuoti, sua nobis

petitione monstrarunt, iidem non modicam paganorum multitudinem ipsorum terre vicinam adeo induxerint, vt ipsi pagani, apertis intelligentiae oculis, velint & cupiant ad Christiana fidei notitiam peruenire, nos vota ipsorum in hac parte fauorabiliter prosequi delectantes, mandamus quatenus, si festina, praefatos paganos ad eandem fidem auctoritate nostra recipere non omittas, praeficiens eis postmodum, postquam locum ad construendam episcopalem ecclesiam deputarint, ac ipsam de bonis proprijs dotauerint competenter, nihilominus aliquam personam idoneam absque praedicio iuris alieni, & praecipue dilectorum filiorum magistri & fratrum hospitalis S. Mariae Theutonicorum in Liouonia, & Prussia, si expedire videris, in episcopum, & pastorem. Dat. Neap. xiv. kal. april. ann. 1.

64 Excitata erat recenter ab Alexandro Rigeni ecclesiae ad archiepiscopalis dignitatis decus, cum in ea archiepiscopus Liouoniae, Estoniae, & Prussiae stabiles sedes Innocentij IV. auctoritate defixisset. De quo subiectum diploma a Pontifice exaratum. a

Archiepiscopo Rigeni.

Primatum cathedras, & apicem cuiuslibet ecclesiasticae dignitatis, priuilegio sibi diuinitus tradito, Ecclesiae Romanae constituit, quam solus ille fundauit, ac supra petram fidei mox nascentis erexit, qui beato Petro, aeterna vitae clauigero, terreni simul commisit, & caelestis imperij moderamen. Hinc est quod apud sanctam sedem, Apostolicam horum spectatur origo, eorumque dispensantur insignia, de cuius plenitudine omnes accipiunt, eiusque speciali munere, quod ratio personae, aut temporis, loci, vel causae interdum postulat, assequuntur. Sane cum sicut tua nobis, & suffraganeorum tuorum insinuatio patefecit, olim in certa ecclesia metropolitana non habens sedem, Liouoniae, Estoniae, ac Prussiae archiepiscopus vocareris, felicitis record. Innocentius Papa praedecessor noster tibi, ne praedialis honor vacillare per indeterminationem loci quodammodo videretur, aut insigne capitis nomen generali corporis appellatione confundi, vt in quacumque velles ecclesia cathedrali lege tibi metropolitana subiecta, eandem posses sedem, cum huiusmodi ecclesiam pastore vacare contingeret, collocare, per suas sub certa forma literas, de tua in Domino confidens circumspeditione, concessit. Porro Rigeni ecclesiae cathedrali, quae tibi praedicta suberat lege, postmodum pastore vacante, tu in ea metropolitanam sedem literarum auctoritate huiusmodi, prout ex ipsarum beneficio poteras, de consensu omnium, quorum intererat, deliberatione prouida statuisti, vt inde appellationis nomen metropolitanae dignitas, & prouincia fortiretur, tuque ac successores tui certo gaudeatis principalis domicilio mansionis. Tuis igitur, & eorumdem suffraganeorum precibus inclinati, quod a te in hac parte prouide factum est, ratum & firmum habentes, illud auctoritate apostolica confirmamus, &c. iure Romanae Ecclesiae, ac dilectorum filiorum magistri, & fratrum hospitalis S. Mariae Theutonicorum in omnibus, & per omnia semper saluo. Nulli ergo &c. Dat. Neap. xii. kal. febr. ann. 1.]

65 In Pomerania hoc anno Iacobie Trevis Leodiensis archidiaconi Apost. sedis legati opera bellum atrox, quod Svantopelkum, & Cruciferos diu exercuerat, extinctum refert Longinus: b Iacobus, inquit, archidiaconus Leodiensis Apostolicus nuncius & legatus, qui in Romanum Pontificem

De Sambienfibus debellatis

De secunda Otho- cari expeditione pro ijs suscepta.

Apostolicae adhortationes.

Prouinciae ad Christi fidem tractatae.

Lib. 1. ep. 543. Lit. ad archiep. Rigen. De sacris baptismalibus barbaris impertie dis.

Ep. 294.

Insignes religionis athletae.

Riga archiepiscopali sede decorata.

Abid ep. 342.

Lit. ad archiep. Rigen.

Liouoniae archiep. olim instabiles sedes.

Vt Riga Metropolis fuerit constituta.

b Longin. hist. Pol. l. 7. hoc anno Sopicum Iacobie legati opera bellum.

postea promotus Urbanus IV. vocabatur, in Prussia veniens atrox bellum undecim annis inter Szwantopelkonem Pomerania ducem, & Cruciferos fratres gestum intercipit, & per aequas condiciones pacem perpetuam ordinat, quae a parte utraque fuit deinceps & custodita, & servata.

66 Gesta a Iacobo tanta felicitate legationis septentrionali, Pontifex augustiorem aliam in oriente illi demandare decreuit: Tibi, quem carum habemus, tuorum exigentia meritorum, plena legationis officium tam in provincia Ierosolymitana, quam etiam in exercitu Christiano, ubicunque pro subsidio Terra sanctae in dicta provincia fueris, de fratrum nostrorum consilio duximus committendum: firmam spem, fiduciamque tenentes, ut cum semper dilexeris iustitiam, & iniquitatem oderis, tibi quoque praesto sit iudicium rationis, recta reges, & dirigens in directam, asperaque conuertes in plana. Et infra: Si vero alium legatum de latere nostro ad partes illas destinari contigerit, volumus, ut ob praefata Sedis reverentiam non exequaris praemissa legationis officium, eodem legato inibi existente. Dat. Later. VII. id. decembr. anno I.

Scriptum a ea de re ad orientales Alexander, quos legatum meritis officijs prosequi, operamque suam in ea terra diuino cruore consecrata, defendenda cum ipso coniungere iussit.

Venerabili patri nostro patriarchae Ierosolymitano, viro vique morum honestate conspicuo, literarum scientia praedito, & providentia circumsperto, quem carum habemus suorum exigentia meritorum, plena legationis officium tam in provincia Ierosolymitana, quam etiam in exercitu Christiano, ubicunque pro subsidio Terra sanctae in dicta provincia fuerit, de fratrum nostrorum consilio duximus committendum; spe nobis firma proposita quod, cum ei adsit puritas conscientiae, & praesto sit iudicium rationis, malitiam odiat, & innocentiam tueatur, quod recta regens, & dirigens indirecta, aspera conuertet in plana. Quocirca vniuersitati vestrae per apostolica scripta mandamus, & districte praecipimus, quatenus ipsum sicut Apostolicae sedis legatum, immo verius nos in ipso studeatis deuotè recipere, ac honorifice pertractare; sibi quoque fauorabiliter, ac fideliter assistentes, ipsius salubria monita, & mandata recipiant. Dat. Laterani VII. id. decembris anno I.

67 Quod ad rem Christianam in Syria spectat; exiguae praeteritis bellis attrita fidelium supererant reliquia, quae etiam vndique innumeris periculis circumfusa spe extrema pendere videbantur: non enim modo Corasmini, ac Turquemanni, Deo scelera Christiani populi in ijs regionibus arcano consilio vlciscente, horrendas clades intulerant, verum etiam Saraceni, viribus opibusque florentes, cum exiguum Christianorum numerum cõtemnerent, in spem totius potiunda regionis elati, inducias pacemue inire aspernabantur; cum probe nossent eos, a quibus submittenda contrahendaque auxilia forent, vastissimo terrarum intervallo submotos esse, ac si Christianus exercitus eo aduolaret, breuissimo tempore sparsus, ac dissipatus iri. Quare Terrae sanctae proceres agitato ad Saracenos propulsandos consilio, censuerunt prompto atque expedito stipendiariorum exercitu opus esse, ita ut cum aliqui ex ijs desiderati essent, alij mox supplemento accederent; quare Alexandrum rogauere, ut principes Christianos ad opes suas, pro sumptibus ijs bellicis tolerandis, alendoque, ac sustentando milite conferendas incitaret. Pontifex igitur Ter-

rae sanctae calamitatibus permotus, ut optimum submissum sibi consilium in opus perduceret, Castellae, ac Legioni Regis lugubrem Syriae statum, ob oculos proposuit, ac sollicitauit, ut liberalitatem suam ad eas sustinendas copias, quae semper ad prouolandum in hostem paratae forent, explicaret, suoque exemplo alios ad id perficiendum commoueret.

Regi Castellae illustri.

68 Terrae Ierosolymitanae periculosa necessitas, & eius conditio miseranda in discrimina grauiora procliuis ingi sollicitudinis stimulo cor nostrum exulcerat, mentem pulsat, vigilantiam excitat, & filere non patitur, nec quiescere zelum nostrum. Ingerit siquidem pijs sensibus gemitum, & moerorem inducit assiduum multiplicata contritio, continuata vexatio, & desolatio frequentata, quam illius regionis fideles populi vsque ad extremam virtutis articulum sustulerunt, qui a tribulatione malorum, & laborum dolore multiplici pauci facti, hostiles infidelium impetus vltimus nequeunt proprijs viribus sustinere. Ideoque faciem quasi post tergum ad consortes Christianae fidei conuertentes, eos ut in supportatione causae communis, & sufferentia ponderis tanti belli, sub quo lapsa nimium ipsorum possibilitas, & iam fere subacta prosternitur, fraterna sibi pietate succurrant manibus intentis & oculis, anxijque suspirijs interpellant. Nimirum eorum corda saxea sunt censenda, non carnea, & a naturae humanae foedere aliena, quae eorundem populorum non compatiuntur erumnis, qui erga illos fidei suae proximos pietatis non mouentur instinctu, quiue in tantis angustijs adeo illorum non tanguntur affectu, ut eis claudere viscera sua possent, & quod a perfidia nihil distat, opportunae subuentionis auxilia non praestare. Quid enim causae deest, quod super eos viscera debeat commouere fidelium? Si quando enim diuini iudicij occulta seueritas aduersus peccata fidelium exercet infidelium nationes, ipsi expõsitos publicis hostibus fines, & obiecta inimicorum crucis Christi odijs moenia incolentes, etiam certis populis alta pace quietis, infestis bellicae turbationis tempestatibus quatiuntur; & vndecunque aduersus venerabilem redemptionis nostrae locum profani gentium suscitantur incursus, ipsi hos ineuitabiliter coguntur excipere: ipsi specialiter furoris barbarici praedae patent.

69 Nam cum in illos dudum irruerint in graui multitudine Corasmini, cum illis immineat terribiliter valida Turquemannorum, & fera barbaries, cumque ipsos assiduis insultibus atterant, Christiani profluvio sanguinis nescientes mitescere Saraceni, quod aliud nisi misericordiae Domini opus est, aliquas ibi Christiani nominis reliquias superesse? Praeter hoc de terra illa vehementer exclamat sanguis Christi ad populum, quem redemit, & impropria exprobrantium Saluatori omnium obijciuntur oculis singulorum, si forsitan intelligant, & iusto zelo requirant de atrocibus creatoris sui cõtumelijs vltionem, illa praecipue ipsorum faciem ignominia confudentem, quod locus ille, in quo Dei Filius nascendo, moriendo, & a mortuis resurgendo cuncta redemptionis nostrae sacramenta perfecit, factus est possessio exterorum: & terra, quam redemptor humani generis cruoris sui perfusione sacrauit, perfidorum immunditij profanatur.

70 Porro eiusdem terrae, tam praelati, quam proceres, religiosorum domorum magistri, ac

Alia illi legatio in Oriente demandata, Ep. 110.

Si alius legatus accesserit abrogata, hae auctoritas, Ep. 767.

Syri Iacobo patriarchae parete iussi.

Lugubris Syriae status.

Lib. 1. ep. 344.

Literis ad Castell. Regem describitur ab Alexandro.

Corasminorum Turquemannorum; graues irruptiones

Occidentis diffidia Syriae perniciosa.

populi discrete considerant vniuersalem Christianitatis statum, quem peccatis hominum difficultates turbationum ciuiliū inducentibus longa malitia temporis in plerisque partibus agitant, hostibus Christiani nominis audaciam pariens & fauorem, ac impediens opportuna subuentionis auxilium, quod eidem terræ ab vniuersitate fidelium potuit prouenisse. Attendunt etiā diligenter quod inualecente fortitudine, ac multitudine paganorū, & populo fidelium redacto ibidem ad nimiam paucitatem, vnde præcipue imminet amissionis periculū in residua particula Terræ sanctæ, quam infideles assiduis incursionibus fideles illarum partium impetentes, ex eo sumunt insidendi constantiam, & fiduciam præualendi, quoniam experti sunt pluries graue fore, ac intolerabile cuicumque principi Christiano circa defensionem, ac recuperationem terræ ipsius proprijs laboribus, & sumptibus exequendam finaliter, prout rei necessitas exigit, immorari, cum tanti negocij moles tractum exigit temporis diuturni.

71. Hinc euenit quod iisdem pagani, sperantes auxilium, quod eidem terræ aliquando prouideri contingit, fore transitorium, & ad modicum duraturū, cum ipsi ad impugnationem sint semper affidui & vicini, & qui e contra defensionis præsidium interdum afferunt, sint remoti, pacem cum Christianis, vel treugas inire contemnunt, & expectant quod hæreditatis dominicæ tanto cruoris pretio comparatæ, & Christiani sanguinis parua reliquæ, quæ supersunt quasi fraterno delicta præsidio totaliter influant in os suum. Quare iisdem prælati, proceres, & alij tantæ necessitatis periculo imminente compulsi, deliberationis prouidæ consilia cogitantes, nobis significare curarunt, quod si eorum cogitationi præstaret pietas Christiana consensum, vt videlicet à Christianis principibus, prælati, & populis, prout vnicuique Dominus inspiraret, in hoc pietatis opus de proprijs viribus conferendum, aliqua illuc mitteretur manus militum, & peditum pugnatorum, ibi de liberalibus singulorum contributionibus, donec pax, vel treuge prouenerint, succiendi; & interim cum aliqui ex illa deficerent, de similibus instauranda personis ipsis, & terræ prædictæ, ne in probrosum veniant imminētis desolationis excidium, caueretur, & terra illa, quæ possidetur a nostris, cum minori posset grauamine singulorum fidelium in cultu diuino seruari, & quæ detinetur ab infidelibus facilius reuocari.

72. Quocirca serenitatem tuam rogamus, monemus, & hortamur attente, ac per aspersionem sanguinis Iesu Christi attentius obsecramus, quantum prudenter aduertens, quantæ confusionis opprobrium faciem Christiani populi opperiret, quantum eidem immineret exitium, quantumque vniuersalis incumberet perniciēs plebi suæ, si tot labores, tot dolores, tot rerum damna, tot dispendia personarum, quæ fideles Christi, quos improprium Domini, & zelus fidei tetigit, pro defensione, ac liberatione illius terræ pertulisse noscuntur, contingeret in nihilum computari, & negocium molimine tantæ vniuersitatis assumptum, ad congruum exitum non perducī, in præstando dictæ terræ huiusmodi pugnatorum subsidio pro reuerentia Dei, pro salute tua, & pro honore nominis Christiani dexteram tuæ liberalitatis extendas, ad hoc idem alios tuæ potestati subiectos exemplo laudabili, & quibus poteris exhortationibus inducendo, ac ordinando eum eis tempus idoneum, quo ad terram prædi-

ctam tuam, & ipsorum auxilium valeat peruenire. Nos enim te, ac alios quos ad huiusmodi subsidium deputabis, eos quoque, qui in hoc contribuerint competenter, illius statimus remissionis esse participes, eaque volumus immunitate gaudere, quæ iuxta quantitatem auxilij, & deuotionis affectum mittentibus, vel euntibus ad ipsius terræ succursum in generali concilio sunt concessæ. *Dat. Neapoli 11. id. aprilis anno 1.*

Præter hæc imperata auxilia, alia toto orbe Christiano pecuniæ, nimirum ab ecclesijs atque monasterijs vigesima cogebantur, vt literæ ad collectores Tusciæ scriptæ demonstrant. Nec reuocari in dubium potest, quin ex omnibus prouincijs familia subsidia peterentur.

73. Cum grauioribus oppressa cladibus, atque imminentium periculorum terroribus pene exanimata lugeret Syria, cæleste numen aliquorū pectora pio ardore succendit, vt tuendæ Terræ sanctæ, comprimendisque Saracenis sese deuouerent, quæ noua militia ab Alexandro confirmata est. a Quo etiā tempore datis ad equites S. Lazari Hierosolymitani ordinis S. Augustini apostolicis literis, collaudatoque eorum instituto, sanxit, vt ex religiosæ disciplinæ formula b, quam hætenus seruasse asserbant, ad pietatem incumberent.

Cæterum, vt Terræ sanctæ rebus finem adijciamus: illæ bellorum minæ, confectis inducijs, euanuere, atque hic Parisius Pontificem mordet, ita curas Terræ sanctæ abieciße, vt eo animaduerso compulsi orientales inducias cum Saracenis contraxerint. Superiores tamen literæ ad Regem Castellæ ac Legionis allatæ, quas encyclicas ad alios principes fuisse coniectura est, illum curas non posuisse restantur. At non potuisse ipsum totis viribus ad illam defendendam, incumbere, Manfredus obstabat, aduersus quem vt Saracenorum fautorem, atque Ecclesiæ hostem ac tyrannum Christianorum arma conuertenda fuerunt. Atque de Syriacis rebus hætenus: iam ad Constantinopolitanas sermonem conuertamus.

74. Fluctuabat orientis Imperium, Græcorum viribus & armis in summum discrimen adductum, iam enim adeo eorum potentia excreuerat, vt afflictis impulsisque Latinorum rebus, summum terrorem afferret. Ad quas sustentandas, confirmandasque Pontifex conuersis curis, ineunte hoc anno literis c ad episc. Argolicensem aliosque præfates datis, præcepit vt Achaia ac Peloponneso laborantibus succurrerent, suasque ad subsidia contrahenda opes conferrent, cum ipsorum maxime res ageretur, ne communi ruina obruerentur: si qui vero abnuerent, censuris percellerentur.

Circa negocium Imperij Romania sedulo cogitantes, vias & modos inuenire studemus, quibus eidem Imperio in multis constituto necessitatibus possit vtiliter, & salubriter subueniri. Et licet pro eodem negotio multipliciter hætenus sedes Apostolica laborauerit, nos tamen non possumus, nec debemus propter hoc illud negligere, quin semper ad ipsius promotionem omnem, quam possumus, diligentiam impendamus. Sane intelleximus quod Achaia, & Moræa regiones tanta necessitatis articulo coarctantur, quod nisi eis per eiusdem sedis prouidentiam celeriter succurratur, grauiora eis poterunt pericula imminere, propter quod decet, & expedit, vt circa regionum ipsarum statum sollicitè vigilemus, ad earundem munimentum efficaciter intendendo.

Aucta ex nostrorū paucitate barbarorum audacia.

Syrorum consilium de sustentandis afflicte compijs in Asia.

Sollicitus Rex Castellæ, vt summum partem conferat.

Notæ religiose familiaræ.

a Ibid. ep. 290. Ordo fratrum Hosp. Lepros. S. Laz. Hier. confirmatus. b Extat in Bullar. in Alex. IV. Impacta a Parisio calumnia Alexandro detegitur.

Constantinopolitani imperij res conculcæ.

c Lib. 1. ep. 29.

Lit. ad episc. Argolicensem & alios.

Achaia & Peloponnesus in periculum adductæ.

Ideoque discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus vniuersos archiepiscopos, & episcopos, ac alios ecclesiarum prelatos, nec non procuratores cathedralium ecclesiarum vacantium, & ceteros clericos beneficiatos, nec non omnes religiosos tam exemptos quam non exemptos regionum ipsarum moneatis attente, & efficaciter inducatis, ut provide attendentes, quod huiusmodi negocium specialiter ipsos tangit, cum communis sit ipsis, & alijs & prosperitas & aduersitas in hac parte, tam per se, quam per cunctos suos subditos clericos, & laicos ad declarum regionum conseruationem aduersus hostiles insultus, & impugnationes hostium communium violentas, sicut laici tam nobiles, quam alij regionum ipsarum eisdem subuentionem opportunam, & congrua subsidia largiantur, & c. Dat. Neapoli 10. non. ianuarij an. 1.

Cum ergo ad fulciendas labantes Latinorum res compararetur exercitus, Alexander transfusum iam in patriarcham Constantinopolitanum ab Innocentio prædecessore legationis munus, confirmavit, a vt tum in castris, tum alijs in locis eo fungeretur, ita tamen, vt si legatus e latere mitteretur, huiusmodi auctoritate non vteretur. Similiter Antiocheno patriarchæ, vt coniunctam legati apostolici dignitatem in suo patriarchatu gereret, concessit, b

75 Vt vero Græcorum res delibemus, prodit Gregoras, c Ioannem Ducam repentino morbo, dum Nicæam peteret, correptum, voce interclusa sensibusque abalienatis mortuo simillimum tribus diebus iacuisse; & quamuis postea recreari ac morbo conualescere esset visus, eludente tamen mali pertinacia medicorum remedia, adeo sæue conflictatum, vt sæpius exanimatus repente corrueret, terræque magno humanæ imbecillitatis exemplo allideretur, & eodē anno e viuis discessisse. Morbi genus accuratius Georgius Acropolita Logotheta describit: Cum a ergo medicorum ingenium de restituenda valetudine desperasset, vt respirare ipse paululum posset, Smyrnam iter meditatur, vt Christum, qui in ea colitur, adoraret, precibusque effusis sibi propitium in tanto infortunio redderet. Accessit, omnia uti insituerat perfectit, nec tamen ex morbo conualuit, nec mirum, frustra enim quis extra catholicam Ecclesiam a Deo miracula expetit. Porro in Pericyclij commorans, locus is est prope Smyrnam; quia vndique aquarum copia circumfluat, sic dicitur; maiori siue potius atrociori malo oppressus inde discedens, cum grauissime corpore urgeretur, Nymphaeum proficiscitur, nec regias ibidem domos inuisit, sed in hortis regijs, qui prope urbem erant, imperatoria fixit tentoria, ubi & diem suum obiit extremum 111. kal. nouembrijs, sexaginta & duos annos natus, vt qui illius res exactius possidebant, dixere. Ex his triginta tres probe integre regnauerat. Leni animo fuit, semperque se humaniorem præbebat; familiares parcis munerabatur, exteros, esque, qui tanquam legati ad eum venissent, magnificentioribus donationibus, vt ab eis laudaretur, afficiebat. Amoris muliebribus, postquā eius uxor Irene Imperatrix ex hac vita excesserat, & potissimum Marcesina, quæ ex Italia venerat, Anna quidem Imperatricis ex Alemannia uxoris pedisequa, sed quæ postea in amore amula fuerat, deditus; e cuius amore ita ipse pendebat, vt illi cocineos calceos gestare permiserit, & sagum, & frenum non alterius coloris indulerit; plures illi famulos quam veræ dominæ donauerit, aliaque quamplurima libidinibus præstiterit.

76 At si in eo turpissimam maculam suscepit, ob pœnitentiam tamen sceleris, dignamque Christiano principe vocem commendandus: recenset enim hæc Gregoras, a cum aliquando ipsius pellex regio fastu turgida ecclesiam ingredi pararet, Blemmydes, qui illi præerat, fores occludi ipsi iussit, ne vel incesu ecclesie solum pollueret, illaque acceptæ iniuriæ dolore ardens, apud Imperatorem quereretur, spretam ipsius maiestatem, assentatores etiam incirarent ad vindictam; ille subortis lacrymis criminum dolore percitus subiecit: Quid me aduersus iustum irritatis? si ego scandalum Imperio probrosa vita non intulissim, hanc iniuriam ac dedecus non excepissim. Præmittendæ hoc loco nõ visæ sunt Nicephori Blemmyde, de quo in superiori tomo memorauimus b, viri catholici literæ, quas post eiectam sacris Marcesinam ad Græcos scripsit, c vt superbiæ notā in Imperatoris adultera ea ignominia afficienda detergeret, idq; diuino tantum zelo attetatum doceret, cum cælestes iras humano furori præferret. Extant in codice Vaticano M.S. quas e Græco in Latinum sermonē Leo Allatius, eruditione præclarus, in mei gratiā conuertit.

NICEPHORI BLEMMYDÆ monachi, presbyteri, quod in Emathijs est, monasterij, epistola vniuersalior & ad multos. Principem Marcesinam, efflictim ab Imperatore adamatam, ideoque reliquos alios superantem, & ipsi Augusta pralata, tyrannice in venerandū sancti Gregorij Thaumaturgi monasterium, ubi eo tempore nos degebamus, irrupisse: introisse etiam in Dei templum, cum sacrificium missæ fieret, & exclusam fuisse per nos a sacra auditione, atque cum dedecore fugatam, dum interim illa de hoc facinore lamentaretur, & dolenter ferret.

Iterum nos spiritu audaces confidenter loquimur & agimus, rursusque minæ, angustia, & pericula. Adhuc nos mundanam sapientiam non edidicimus; ideoque & odiosi sumus & execrandi. Rursus potestatibus obstimus, meritoque inutiles redarguimur. Haud diu est, cum a malorum impetu emergentes nos recreauimus, & satan ad nos traduxit impudicam & veneficam, orbis offendiculum, vniuersale scandalum, cum ceruice & supercilio & fastu forte nos attonitos redditurus, ac profiraturus, infortuniorum atque incommodorum crebris occursationibus iam perterritos, concussosq; id enim sibi proposuerat, facile inopes nos, mente & animi viribus delassatos agnoscens; sed vere a solo sapiente & valido decipiendus ac eneruandus. Repentina, effrana, proiectaque Menas ista ad venerandum nostrum hospitium cum graui ingentique pompa, non sine cæco impetu, instar rapidi, varioque aquarum decursu tumidi torrentis irruit. Nostrum qui fores custodiebant, & alij, quicumque intra templum aderant, intuitu obriguerunt, nec vna omnes sententia tenebat. Cum omni apparatu, & in ipsum templum, dum diuinum ac mysticum sacrificium conficeretur, execrabilis illa influxit. Nos rei inexpectata nouitate, quid ageremus nescientes, statim adulteram a sacra auditione, communi concordæque fidelium oratione, ac hymnodia repellimus, auersamur impudentem, maximeque Christi legibus iniuriosam, & iniuriam palam profitentem, totis conatibus e sacris locis profanam eiecimus, infirmitate carnis trementes & timidi, sed Dei inconcusso timore hominem exuentes, ducentesque mortem improbitate, impietateque ipsa multo optabiliorem; & cum ea, cuius nullum cum Christianis consortium est, simul in ecclesia commorari execrabilis

Blemmyde in eo reprehendendo cōstantia.

a Greg. l. 2 sub fin. Digna principe aduersus adulatores vitiorum vox.

b An Chr. 1233. nu. 7. 8.

c Cod Var. in 5 signat nu. 1764.

Literæ Niceph. Blemmydæ.

Vt Imperatoris pellex sacris sit eiecta.

Ecclesiastica opes ad eas rufas derivatæ.

a Ibid. ep. 162. Patriarcha Constantinopolitani legati dignitate ornatus. Augustus eodem munerere patriarcha Antiochæ. b Ep. 243. c Greg. l. 2 Græcorum res. Ioannis Duca Imp. morbus scissimus. Georg. Logoth. hist. Constantinop. Leone Allatio interprete Frustra in schismate expetit a Deo miracula.

Virtutes illius ac vicia.

bilius magis estimantes, quam pessima morte ex hoc corpore separari, verbera simul & carceres & famem, & si quid his peius excogitari poterit, per totam vitam sustinent. Praesentium enim malorum violentissimum, & longissimum in aeuum perdurans, non ultra vinculi abruptionem extensum, cum mardida hac vita conuoluitur, maximorum, & nunquam dissoluendorum praemiorum copiam retribuens. At leges Dei contemnere, & quod sensum oblectat, Dominicis sancitis praeferre, trudi etiam, ex se mororem affert intolerabilem, & nullis terminis circumscriptam infamiam.

77 Oportet itaque nos inuocationem, quam inter orandum effundimus, veram ostendere, & veluti illius boni filij bonum operari; & licet puluis subtrahat, intente nosmetipsos ad superiora propter erga Patrem altissimum reuerentiam compellere, & conuersationem tanquam in patria, in caelis habere; saluere iusso ante etiam ipsam solutionem, quidquid in nobis terreni conspicitur. Quod si ad primum ordinem non peruenerimus, saltem ad delectationes, quae verbis exprimi nequeunt, & quae veluti victoriae praemia ijs, qui virtutibus insudarunt, preparata sunt, animum intendere, & propter sempiternam beatitudinem afflictiones omnes perferre. Neque enim sunt huiusmodi temporis passiones, quotcumque ille & quantulacunque sint, illius, quam speramus, retributionis condigna: Quod si e mercenariorum caetu exciderimus, saltem in postremo eorum, qui saluantur, ordine annumerari, & praceptorum Domini causam defensionemque suscipere, neglectus poenam, in gehennam scilicet condemnationem timentes, propterea, si opus fuerit, eorum causa vita discrimen adire. Quandoquidem quanta dementia est pusillis castigacionibus maiores, & exiguis tormentis perenniora praepone, eoque potissimum si breuiora sobrietatem, & sapientiam conciliant, hominemque expurgant? (Quis enim dummodo vixerit, non deliquit? & quis ab immunditie mundus fuerit?) Perenniora vero fors sunt, auferri nescia. Quem admodum enim quoquo modo delinquens, optione illi punitionum proposita, si praesentibus leuissimis, paucis fortasse alapis, molestius in futurum tempus arumnari, excruciaciari, deartuarique praoptaret, iure merito insipientissimus, & dementissimus haberetur, pari ratione, qui praesentibus noxis tempore retributionis futuras calamitates, cum vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit, praeferreret, amentissimus aequae ac miserrimus ille existimaretur, & qui hominum fraudes gloria diuina cariore haberet, hic siquidem vere oculis captus est, ut qui cum umbram apprehenderit, aut nauis in aquis vestigium, aliquid se possidere opinatur, cum nihil possideat. Quandoquidem si gloria amans est, gloriam veram ac permanentem, non decipientem ac fluxam, hominibus adhaerens, & a Deo secedens conquirat. Qui enim id studet, ut hominibus placeat, seruus Christi non est, & de quibus omnes homines recte enunciant, illis verus sermo va impertitur. Et licet multorum non eadem est, ac nostri sententia, verumtamen neque malitiose facientes amulari docemur, neque imitari operantes iniquitatem. Et si bipatres sunt, negligendi sunt, sectandusque est Christus, illius vestigijs inhaerendum, & ex illius iustificacionibus dependendum: namque qui non operatur hoc modo, dignus Christo non est. His freti cogitationibus statim e sacris edibus impiam pellimus, neque sanctum panem inuerecunde, atque immunde exhibere ausi sumus, neque ante volutantem sese continuo in caeno, ac adulterij sordibus, splendida, & instar margaritarum candida sacrosancti sacrificij

verba mittere. Quare in Domino, quae nobis inferuntur, danturque, sustinemus.

78 Addeamus ad huius anni calcem crudele facinus, quod Iudei in Hugone puero octeni Christiano Lincolnia commiserunt. Pro insira enim rabie, qua in Christum dominum efferati sunt, intercepto puero, ex omnibus Angliae urbibus Iudaeos maxime conspicuos exciuerunt, ut in Christi ludibrium, omnibus suppliciorum generibus, quibus ipse pro humani generis salute affectus olim esset, puerum excruciant. Congregata ergo eorum carnicum turba, ex ipsis vnum creauerunt, qui tamquam in scena praesidem ageret, Pilati que personam referret, alij tortorum officia suscipere, illatisque puero omnibus probris, quae sacra receset historia, crudelissime verberibus illum caedere, spinam coronam impressere capiti, egere in crucem, potauerunt felle, ac denique latus mortuo lancea transfuerberauerunt. Hoc fuit illorum paschale sacrificium, quod recurrente annis singulis festo, si occasio permitteret, immolare, ut postea facti sunt, consueuerant. Ad cumulum improbitatis, & flagitij, viscera auulsere, ut eorum beneficio incantationes magicas excercerent: utque scelus tantum lateret Christianos, corpus terra diligentissime obruerunt. Sed vindex numen, quod tanta crimina impune manere non permittit, hac ratione facinus patefecit. Euomit terra innocens corpus, quod honorificentiori sepulchro dignum erat, & quoties illud condere Iudaei tentauerunt, toties postea sequenti die sese proferebat. Horrere metu perfidi caepere, ac ne a Christianis conspiceretur, in puteum abicere. Interea pueri mater dolore percita filium quaeritabat: certiorque facta puerum in Iudei domum ingressum esse, irumpit, scrutatur, atque in puteum oculos conijcit, cruentum illico filij corpus adspicit, pressoque intus dolore ad iudicem aduolat; capitur aedium dominus, rei seriem fatetur, atque equorum caudis alligatus laniatur: nonaginta Iudaei Londinum in vincula abducti, ut iusto supplicio afficerentur, pueri vero corpus e puteo extractum solemnium pompa funebri a Christianis elatum est, atque in cathedrali templo cum martyris elogio collocatum. Inquirent mox Henricus Rex in totius Angliae Iudaeos, grauissimaeque exagitare, ut poenarum terrore ab huiusmodi maleficijs submouerentur. Cuius gestae rei historiam plures alij, atque inter eos nouatores, a scriptis commendarunt.

Iudaeorum immanitas in Hugonem puerum. Parisiensi Angli. hoc anno.

Flagitium diuinitus patefactum.

Sontes supplicio traditi.

aCentur. 13. cap. 14 col. 1282.

IESV CHRISTI

Annus 1256.

ALEXANDRI IV. PP. VACAT IMP. OCC. 6. annus 2.

BALDVINI II. IMP. 28.

I Anno redempti orbis millesimo ducatesimo quinquagesimo sexto, indictione quartadecima, infelix Vvillemi Romanorum Regis obitus magnam rerum conuersionem attulit, ob quam non solum Alexandro, verum successoribus etiam pro nouo Rege eligendo atque ad Imperij culmen postea euehendo graues curae suscipiendae fuerunt. Consentiant auctores hoc lucuosissimo anno Vvillelmum Frisonum iniurijs lacescitum, cum eorum terras fortissimo cinctus exercitu subegisset, dum victor effuso in fugam hoste rediret, ex comparatis insidijs in palustri loco ac densa arundine horrenti, vndique a Frisonibus circumfusum,

Vvillelmi Reg. expeditio in Frisiam. b Albert. Stad. in. cbro. Par. hist. Angl. Siff. in ep l. 2. Sero in. anal. apud Canis. to. 1. pag. 276. Annal. Dom. Colmar. Aditi. ad Lambere. Long. hist. Pol. lib. 7. ac plerique alij.

Humana diuinorum desiderio speranda.

Diuina iustitia hominum iracundiae praeferenda.

Seruus Christi hominibus placere, non curat.

sum, desertumque a suis misere occubuisse. Refert Stero illum, dum eas regiones peragraret, ad locum peruenisse, in quo sepulchrum marmore elaboratum visebatur; miratumque operis elegantiam ac pulchritudinem, sciscitatum esse, cui tandem excitatum fuisset, Frisiosque subiecisse, accepto certo oraculo a patribus conditum, illoque Romanorum regem, ut ferebat fama, inclusum iri. Funesta vero mortis genus describens Parisius, tradit Frisios, instructis insidijs in loco difficili, facto impetu ipsum cinxisse, atque equo generoso ferro cooperto vectum, dum paludem glacie concretam calcaret, molis grauitate glacie diffracta equum alte defixum in limo hæsisse: quem cum ipse impulsis calcariibus eruentaret, ut inde exiliret, ab equo, ut erat loricatedus, deiectum, obtritumque, suisque accedere metuentibus, ne fragili glacie haurirentur, Frisios calcandæ glaciei assuetos, aduolasse, & quamuis vitam supplex deposceret, immensamque vim pecuniæ polliceretur innumeris perfossum vulneribus, atque in frusta concisum ab efferatis hostibus interijisse.

2 Peperit illius cædes vniuersæ rei Christiana grauisimum exitium: cuius tristi accepto nuntio Alexander, mox ijs, ad quos eligendi Regis prouincia pertineret, literas dedit, ut operam in eligendo strenuo principe defigerent, ne quem ex Fridericiana stirpe progenitum eligerent, cui insitum a natura quodammodo in Romanam Ecclesiam odium esset: proinde Conradinum Friderici ex Conrado filio nepotem respuerent, tum quod ipsius imbellis ætas tractandis Imperij gubernaculis inepta foret, tum Fridericiana sanguinis labe iniustus esset, atque adeo plenum periculi ac discriminis, ne cum sanguine paterna improbitate deriuata, non aduocatus Ecclesiæ, sed crudelis persecutor ad solium eueheretur: ni parentum monentis consilij, se fulmen anathematis in eorum capita vibraturum. Demonstrant hoc literæ ad Maguntinum archiepiscopum scriptæ, cui non modo ad edixit obiecta anathematis pœna, ne Conradinum eligeret, eligiue consentiret, verum alijs etiam electoribus terrorem anathematis, si vel suffragia in eum, vel studia, operamue conferrent, incutere iussit.

Archiepiscopo Maguntino.

3 Intelleximus, quod instat tempus electionis celebrandæ de Rege, in Imperatorem, postmodum promouendo: super quo tanto propensior adhibenda est diligentia & cautela, quanto altius & difficilius est negotium, quod geritur in hac parte, quantoque res, si aliqua in ea interueniret negligentia, seu improvidentia, vel defidia, deteriore habere posset effectum, & exitum noxiosem. Vnde hic vehementer vigilandum est, hic perspicaciter intuendum, hic considerandum prudenter, hic mature deliberandum, hic prouide præcauendum, hic aperiendi sunt oculi, hic habendæ sunt aures intentæ, hic mens esse debet non rudis, & torpida, sed diligens, perugil, & consulta, vbi de aduocato Ecclesiæ agitur, de ipsius defensore tractatur, ne pro aduocato impugnator, & pro defensore assumatur, vel eligatur offensor. Quare vndique summæ cogitationis perferenda est acies, & circumquaque districta explorandum indagine, ut talis cooperante Domino reperiat & eligatur, qui fidelis, & deuotus existat, & de propria processerit deuotorum, ac idoneus & sufficiens merito reputetur ad obtinendum,

tanti honoris culmen, & Imperij regimen exercendum.

4 Qualiter autem quondam Fridericus, olim Romanorum Imperator, & sui progenitores, & polteri erga matrem Ecclesiam se gesserint, & qualem ei retributionem de beneficijs ab ipsa perceptis impenderint, patens est, & cognitum toti orbi, quoniam ij, aliorum persecutorum exceedentes tyrannidem, grauioribus eam affecerunt iniurijs, & oppressionibus durioribus affligerunt, & velut in cadem, & exterminium eius tendentes, furoris arcum, & feritatis gladium acuentes, diris illam vbilibet tribulauere flagellis, & vsque ad interiora profundis illatis vulneribus sauciaverunt. Nam in hoc prauo genere patrum in filios cum sanguine deriuata malitia, sicut carnî propagatione, sic imitatione operum nati genitoribus successerunt. Ex quo liquido perpendi potest, & conijci, si ex ipso aliqua potestatis reliquiæ remanserunt, quid sperandum sit in futurum de illis, quid in posterum expectandum: vita, namque, ac gesta prædecessorum peruersa iniquitatem prænuntiant successoris, nec horribilis & scelestæ illorum memoria quicquam boni de ipsorum posteritate credere, vel sperare permittit: de colubro quidem egreditur regulus, & arbor mala noxios fructus profert, paruumque principium nunquam bonum pollicetur effectum.

5 Et ideo de Conrado puero nato quondam Conradi prædicti Friderici filij est præcauendum omnino, ne villo modo intendatur ad eum, nec nominetur ad hoc, nec aliquatenus eligatur: maxime cum propter infantiam, nimiumque defectum ætatis sit ad ista prorsus inhabilis, ac ineligibleis penitus puer ipse: nec ius, quod electione prouenire, vel consurgere consuevit, sibi posset competere, nec in sua cadere, vel retinere persona, cum propter puerilem ætatem, quæ discretionem caret, & legitimum consensum, vel dissentiam non habet, electioni, si de ipso fieret, consentire non posset, nec ipsius consensus aliquam haberet efficaciam, vel vigorem. Et ex eo etiam idem puer in Regem eligi, vel nominari non debet, quia cum per electionem huiusmodi de aduocato vel defensore idoneo debeat Ecclesiæ prouideri, & ipse puer sit omnimodo ineptus & inutilis ad talis defensionis officium, seu ministerium exequendum, oporteret eandem Ecclesiam, si contingeret eligi dictum puerum, manere diutius, non absque grauibus forte dispendijs, defensionis commodo destitutam. Nec per hoc etiam consuleretur amplo, & spatioso regno Theutoniæ de rege vel rectore condigno, cum male possit alios regere, qui non nouit gubernare seipsum: nec bene, vel digne aliorum gubernaculo præesse valeat, qui regimine ducitur alieno, & cui propter tot patentes defectus necessaria est alterius custodia, & tutela, propter quod regnum ipsum longo tempore non sine multo discrimine sub opportuni regiminis expectatione langueret.

6 Ideoque fraternitatem tuam monemus, rogamus, & hortamur attente, ac per apostolica tibi scripta in virtute obedientiæ sub debito fidelitatis, quo nobis & Ecclesiæ Romanæ teneris, ac sub pœna excommunicationis, quam ex nunc in te proferimus, districtè præcipiendo mandamus, quatenus præfatum Conradum puerum, nullatenus in regem eligas, nec nomines, neque consentias in eumdem: ita quod excommunicatus existas, si contra mandatum nostrum facere

Fridericia
næ persecu-
tionis
immanita-
tem expo-
nit Alex.

Monet ne
Conradinus eligatur.

Anathema intar si Conradinum eligendū consensur.

Prælagid
illius ne-
cis.

Insidijs
opprimi-
tur.

Pontificis
pro subro-
gando Re-
ge solici-
tudo.

Alex. 1.2
op 353.
oziant
etiam in
bullar. in
Alex. IV.

vel venire præsumperis, & eundem Conradum nominaueris, vel elegeris, aut in ipsum consenseris, seu opem, vel operam, consilium, auxilium, vel fauorem, vt eligatur impenderis, scias te prius excommunicatione ligatum. Alijs vero coelectoribus tuis tam ecclesiasticis, quam secularibus auctoritate nostra firmiter inhibeas, ne ipsum ad hoc nominent, vel eligant, nec in eum consentiant, promulgando eadem auctoritate in eos excommunicationis sententiam, si contra hanc tuam inhibitionem venire tentauerint, immo nostram. Ita quod si eum nominare vel eligere, aut in ipsum consentire præsumperint, noscant se prius excommunicationis vinculo innodatos, vt ex hoc ipso, si de prædicto puero quicquam in hac parte attentatum fuerit, sit profusum vacuum, irritum, & inane. Mandatum itaque, ac præceptum super hoc apostolicum sic fideliter, sapienter, & efficaciter adimplere studeas, omnem opem & operam adhibens, vt aliquis fide clarus, & deuotione sincerus, cui ad id suffragentur merita, eligatur, quod ex ijs nos, & Romanam Ecclesiam tibi & ecclesie tuæ arctius obliges; nosque lætari possimus, id quod in hoc intendimus, tuo solerti studio salubriter prouenisse.

Ad hæc nihilominus in omnes electores, qui memoratum puerum ad hoc nominare, vel eligere, seu in ipsum consentire, aut opem, vel operam, consilium, auxilium, vel fauorem, vt eligatur, dare præsumperint, excommunicationis sententiam promulgamus, quam per te, antequam ad nominationem, vel electionem aliquam procedatur, reliquis tuis coelectoribus præcipimus nuntiari; quod si non feceris, eo ipso te noueris laqueo excommunicationis astrictum. Datum Anagnina v. kalendas augusti. anno 2. Eademque verborum concepta forma literæ, vt in regesto subditur, Treuirensi & Colonensi archiepiscopis missæ fuere.

7 Discissi in contraria studia electores, cum in Germano principe ad Imperium euehendo consentire non possent, externum quæsiuere, atque alij Richardum Cornubiæ comitem, alij Alphonsum Castellæ ac Legionis Regem, vt suo loco differetur, elegerunt: ex qua dissensione magni bellorum tumultus in Germania coorti: atque hos forsitan motus præfagiere horrendæ illæ tempestates, quæ tantos fragores in Germania edidere, illique formidandi tonitruum mugitus, qui aures hominum stupore, ac ingenti metu corda prostrauere. Refert quidem Thomas a Cantipræntensis tantam tempestatem dæmonum ope excitatam, vt immani ventorum vi vetustæ arbores altissimis defixæ radicibus euellerentur, fernerentur siluæ, domorum tecta raperentur, atque homines metu perciti reboantibus tonitruis, ingenti excussa grandinis copia, quasi imminente mundi ruina, atque extremi iudicij terrore impendente, lymphati per vrbes excurrerent, lugubresque gemitus profunderent: visos vero ab aliquibus animalium diuersorum forma indutos dæmones in aere volitare, ac inter se luctantibus ventis contrarijs immistos concurrere; nonnullas vero huiusmodi arbores vi procellæ deiectas, alioque turbinis impetu abreptas vidisse testatur.

8 Auxere turbas Germanicas Gerardi archiepiscopi Maguntini vincula: illum enim hoc anno ab Alberti ducis Brunsvicensis præfecto captum scribit additionum ad Lambertum auctor, b ac Gerardi patrum Tidericum comitem Ebersteinensem, cuius consilij se alienis simultatibus

implicari passus erat, suspendio ob violatam fidem, illatasque graues iniurias necatum. Tradit Crantzius a huic bello occasionem dedisse superbam quorundam nobilium virorum de Alseborg temeritatem, qui vt contemptum in Brunsviciducem exprimerent, non leui principis iniuria in gentilitio scuto lupum harentem leonis tergo depinxerant, vt cum dux leones, ipsi vero lupum in clypeo gestare mos esset, ipsi se principie superiores ostentarent: quæ demum superbia ipsis, ac sequacibus perniciem extremam attulit.

9 In Silesia Boleslaum ducem simili nefario scelere Thomam episcopum Vratislauensem vna cum præposito, & canonico Eccardo in vincula abduxisse, tradit Io: Longinus b, atque ideo Legnicensem ditionem interdicto percussam fuisse. Perrexit episcopus ad nouum templum ritu ecclesiastico consecrandum, ac securus agebat, cum Boleslaus prauis Theutonicorum consilij subornatus, eorum armis succinctus, intempesta nocte irruit, atque episcopum dignitate, sanctitate, & canicie venerandum, in lecto intercipit, res eius diripit, ac subucula tantummodo lectum equo imponit. Sauebat asperrimum frigus, ac præsul gelu horrebat: quem cum alij stridere dentibus frigoris vi cernerent, inhumanissime cachinnos tollebant: tandem ex Theutonicis vnus cæteris humanior, ocreis, ac penula variegata illum induit, summoque labore confectum episcopum, in carcerem Boleslaus compingit. Incitatur ad id audendum scelus impium principem, vt ait Longinus c, auaritia; cum enim Legnicensis comitatus parte fratris concessa exutum se doleret, ex Ecclesie direptis opibus, damna accepta sarcire posse sperabat: maiore enim emolumento, ac minore periculo bellum ecclesiasticis indici. Colorabat ramen facinus aliorum prætextuum fucos, ad quos Pontifex discutiendos obiecit, & si quid controuersie cum episcopo intercederet, violentas tamen in eum manus iniicere non debuisset: latum in eius terras interdictum datis ad Gnesnensem archiepiscopum, & Cracouiensem, ac Vratislauensem episcopos literis a confirmauit, ac nisi dux resipuerit, grauiorum pœnarum terrorem incussit.

Gnesnensi archiepiscopo, Cracouiensi, & Vratislauenfi episcopis.

10 Grauem ad nos dilecti filij capitulum ecclesie Vratislauenfis querimoniam destinarunt, quod cum venerabilis frater noster episcopus Vratislauenfis ad monasterium de Gorca sua diocesis consecraturus ibidem quamdam ecclesiam diuertisset, nobilis vir Boleslaus dux Slesie, associatis sibi quibusdam iniquitatis filijs, in ipsum monasterium nocturno tempore subito irruens, eundem episcopum in lecto iacentem, nullasque tunc formidantem insidias, cum præposito, & Ecardo presbytero canonico eiusdem ecclesie, nec non & quibusdam alijs ipsius familiaribus personaliter capere, ipsumque in maiorem Pontificalis dignitatis iniuriam ad quoddam castrum ipsius degustaturum ibidem carcerales angustias, nullum ad Deum, cuius idem episcopus legatione fungitur, habendo respectum, fere nudum adducere ausu sacrilego non expauit, rebus suis, quas ipse, ac familiares prædicti secum habebant, nequiter asportatis. De quo eo arctioris vrgemur doloris aculeis, & turbamur, quo iniuriam huiusmodi non minus nobis, quam ipsi episcopo illatam fuisse specialius reputamus.

11 Cæterum si forte nominatus dux aliquid con-

Tubet exeros eleores inentata. ead. pœna deterrere.

Externi principes ad German. imp. vocati.

Tēpestas concitata a dæmonibus.

a Cantip. lib. 2. c. 57. nu. 2.

Gerardus arch. Magunt. capus ab hostibus. b Auct. ad dir. ad Læbert.

a Crantz. lib. 8. Saxonia c. 21. & 22. Serar. hist. Mogun. l. 5. in Gerar. Ob superbum emblema enatum bellum.

Boleslaus dux Silesie episc. Vratisl. vinculis tradit. b Longin. hist. Pol. l. 7. hoc ann. Michou. lib. 3. c. 48.

Barbare tractat.

c Longin. ubi sup.

æ Alex. l. 2. ep. 477.

Pontificis de tanto scelere querelæ.

contra eum quaestio haberet, quomodo tamen in tam furiosam, tamque detestabilem insaniam prorumpere potuit, ut in christum Domini manus violentas iniiceret, ipsumque captivum detinere praesumeret, qui ex suae dignitatis officio nexus potest solvere delictorum? An putat idem dux, ut Ecclesiae mucro in vagina tepescens ferire nesciat tam grauer delinquentem, & ut abbreviata sit manus Ecclesiae, vel eius potestas in aliquo diminuta, quod de tam graui Deo illata iniuria condignam sumere nequeat ultionem? Porro in tantum, suadente iustitia, super hoc accenditur zelus noster, quod nisi per celeris satisfactionis remedium idem dux prudenter sibi duxerit prouidendum, taliter procedere curabimus contra ipsum, quod poena docente cognoscat quantum excesserit, immo deliquerit in praemissis.

12 Verum quia monitio debet esse poenae praesambula, & prius quam adhibeatur incisionis gladius, lenitiuis remedijs est utendum, fraternitatis vestrae per apostolica scripta in virtute obedientiae districte praecipiendo mandamus, quatenus praefatum ducem, quod episcopum, praepositum, & canonicum supradictos, ac etiam alios cum eis captos absque difficultate qualibet pristinae libertati restituens eos libere abire permittat, & de ablatis rebus, & irrogatis iniurijs eidem episcopo, & Ecclesiae, quam in hoc contra se nimium prouocasse dignoscitur, plenariam restitutionem, & satisfactionem impendat, ex parte nostra monere, ac efficaciter inducere procuretis. Qui si vestris acquiescere monitis non curarit, ipsum & omnes eius in hac iniquitate consiliarios & fautores, appellatione remota, singulis diebus dominicis & festiuis, pulsatis campanis, & candelis accensis in locis, in quibus expedire videritis, excommunicatos publice nuntietis, & faciatis per vos & alios ab omnibus artibus euitari, supponendo terram eiusdem ducis, ac loca, in quibus eundem episcopum, & alios detineri contigerit, ecclesiastico interdicto: ita ut nullum in eis diuinum celebretur officium, aut exhibeatur, praeter baptismum paruulorum & poenitentias morientium, ecclesiasticum sacramentum, & faciendo nihilominus hoc idem de quolibet loco, ad quem dux praedictus deuenit, quamdiu fuerit in eodem: processuri alias contra ipsum per priuationem feudorum, quae ab ecclesijs, nec non & iuris patronatus, quae in quibuscunque ecclesijs obtinet, prout culpa ipsius qualitas, & proteritas exegerit pertinacis, inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Contradictores &c. *Dat. Laterani id. decemb. an. 2.]*

13 Consurrexisse magno animo ad tuendam dignitatem ecclesiasticam violatam in Thoma Fulconem archiepiscopum Gnesnensem, refert Michonias a, atque etiam ante acceptas literas Apostolicas, censuras in Boleslaum distrinxisse: Fulco (inquit) archiepiscopus Gnesnensis, celerrime episcopis provincialibus Lancici conuocatis, Boleslaum ducem Legnicensem cum diocesi Vratislauenfi interdicto supposuit: mittensque ad Alexandrum Papam IV. in mandatis accepit, ut Boleslaus saeuus cum complicibus facinoris interdicere, quoad usque christos Domini relaxaret. In quem etiam bellum sacrum ab Alexandro indicium iustum ait, de quo postea. Antequam patrati in Thoma episcopum Vratislauensem criminis fama ad sedem Apostolicam emanaret, praeeperat b ei, ac duobus religiosis viris Alexander, ut benigne exciperet pa-

ganos, qui abiecta nefaria idolorum superstitione Christo nomen darent, atque apostolica auctoritate instructus, fretusque aduersus aliorum conatus tueretur.

14 Sicut dilectus filius nobilis vir Kasoturus Cuiavia, & Lanciscia dux Ecclesiae Romanae deuotus sua nobis insinuatione monstrauit, nonnulli pagani, qui Ientuosi vulgariter in illis partibus appellantur, suarum terrarum contigui sponte cupiunt ad fidem Christianam redire, ac se subijcere ditioni; & felicis recordationis Innocentius Papa praedecessor noster sibi, & dilecto filio nobili viro Boleslao duci Cracouiae, ac Sandomiriae suis literis dicitur concessisse, ut quoscunque paganos eorum terris contiguos, vel confines, qui sponte, ac sine bello, & gladio uellent ad Christianam fidem redire, ac sua se subijcere ditioni, liceret eis recipere, ac sicut alios Christianos manutenere, protegere, ac etiam in omnibus defensare, non obstante concessione, qua dicebatur prius ab Apostolica sede fore concessum dilectis filijs fratribus domus Theutonicorum partium earundem, ut quos de partibus illis paganos possent sibi bello, & gladio subiugare, suo dominio applicarent. Verum quia gratuita debet esse conuersio non coacta, & ipse Deus coacta seruitia non acceptat, ipsius ducis supplicationibus inclinati mandamus, quatenus dictos paganos, & quoscunque alios sponte ad eandem fidem redire uolentes contra quoscunque auctoritate nostra manuteneatis, & defendatis. *Dat. Anagninae id. iulij anno 2.*

15 Assurgebat feliciter ad ingens decus in Liunia, ac Prussia Christiana religio, ad quam latius diffundendam Pontifex, plurimum zelum inflammare conatus est, inter quos maxime Henricum Culmensis, atque Henricum Curouiensem episcopos, ex Praedicatorum, & Minorum familia ad eam dignitatem ob egregias virtutes adscitos, ad vrgendum diuinum negotium prouocauit b. Nec in Prussia modo, verum in Pomerania, Polonia, Dania, Suecia, Noruegia, Gothlandia, vniuersaque Germania, fideles ad cruceatam expeditionem concitati a religiosis viris quo argumento insignes subiectae literae.

Qui iustis causis hominum promouendis promptum fauorem impendimus, tanto libentius vigilantia cura prosequi pia debemus negotia Iesu Christi, quanto Deus homini praefendus esse dignoscitur, & omnis sibi debere reuerentia comprobatur. Igitur cum sicut relatu fide dignorum percepimus exultantes, conditor omnium in Liunia, ac Prussiae partibus dilectorum filiorum fratrum hospitalis Sanctae Mariae Theutonicorum Ierosolymitan. ac aliorum fidelium, triumphanti dextera faciente, sit multipliciter exaltatus, & spes sit, quod ibidem magis, ac magis sui nominis gloria protendatur, si nos plantationi suae partium earundem fauorem, quem in ipso possumus, impendentes opportunum illi per deuotos Ecclesiae subsidium procuremus; deuotionem tuam rogamus, & hortamur in Domino per apostolica tibi scripta mandantes, ac in remissionem peccatorum iniungentes, quatenus priores, & fratres tui ordinis constitutos in Magdeburgensi & Bremen. prouincijs, Ratisbonensi, Pataviensi, Alberstadeni, Ildefonsensi, & Verdensi diocesis huiusmodi negotio, quauis postposita difficultate, deputare studeas, & eosdem attentius exhortari, quod assumpto sanctae praedicationis officio propter Deum fideles dictarum prouinciarum, & diocesis eum ad nimiam charitatem, qua Christus nos dilexit & diligit, respectum habere, & ei retribuere aliquid pro omnibus quae retribuit ipsi illis, pijs exhortationibus, secun-

IentuosifuntChristiani.

Accepti in cliente-lam Apost.

Christiana fides in Liunia flore. Sacra expeditio in dicitur.

b Reg. post eand. ep.

Alex. an. 2. ep. 367. Datum ea de re diploma. A post.

Iust. Boleslao incus. mi. n. z.

A Gnesnensi archiep. mo neri iubet

Ni poenituerit solemnne ritum anathemate defigi.

Sactorum etiam vsu multari.

Michon. lib. 3. c. 48. Archiep. Gnesnensis zelus.

b Lib. 3. ep. 349.

secundum datam sibi a Deo prudentiam studeant informare, diligenter, & solícite petíturi, ut ipsi redempti pretio glorioso, in quos tamquam viros Christianos, & catholicos cadere opprobria exprobrantium Christo debent, se viriliter & potenter accingant, tamquam zelum Dei habentes, ad ampliandum gloriam crucifixi, & liberandú proximos de manibus paganorum, profecturi & acturi secundum fratrum consilia predicatorum, ita quod & ipsis præmium debeat æternum, & infideles nõ possint, quod impune Christi nomen impugnauerint, gloriari, &c. proponita indulgentiarum præmia ijs, qui expedierint arma, stipemue, vel operam in sacrum bellum contulerint. Dat. Later. v. id. mar. an. 2.

Data a etiam impietatis odio Ratpothermsi episcopo imperia, ut nonnullos comprimeret, qui idolorum cultui sese manciparant, ac si opus foret, principum auctoritatem adhiberet.

16 Fulgebant in Polonia B. Stanislai gloria, ad cuius sepulchrum plura Deus prodigia explicabat: vnde ingentes populorum concursus fiebant, pluresque commissorum criminum dolore perciti confluebant, ancepsque animi episcopus Cracouienfis, an eos ingredi pateretur, Pontificem consuluit: cui Alexander, vt in ecclesiam ad pœnitentiam decretam canonibus peragendam ipsos inducere posset, concessit b. Præterea piorum numero, qui ad venerandas martyris reliquias concurrebant, in dies aucto, alio exarato diplomate concessa antea confirmauit c, cumque eiusdem sancti gloria magis, ac magis sese diffunderet, in honorificentiore, atque ornatiore loco sacrum pignus reponere visum est: ac Pontifex, vt populorum pietatem magis accenderet, ijs, qui translationis pompam cohonestarent, indulgentiarum præmia proposuit, quo sacro beneficio adeuntes illius sepulchrum est profectus: angendeque ecclesie Cracouienfis, in qua martyr iacebat, dignitatis gratia datis episcopo, & capitulo literis, quæ Boleslaus dux in illius gratiam sanxerat, sua auctoritate fulcruit d, iterumque tributa illi iura, ac priuilegia temerari vnquam vœuit. Cumque postea Cracouia aliqua tulisset edicta, quæ iura illius ecclesie labefactare viderentur, ducem sancita conuelleret, ac reuocare imperauit e. Allata etiam sedi Apostolicæ aduersus Argentinenses querelæ, ecclesie libertates ab ijs violari. Quorum audaciam compressurus Alexander, Bisuntino archiepiscopo vibrandi in eos anathematis partes imposuit f. Eodemque zelo ecclesiastica tuenda maiestatis permotus decreta plura ad ipsam in Gallijs seruanda edidit. g

17 Galliarum vero decus, Regem scilicet sanctissimum de Ecclesia optime meritum ea ornandum prærogatiua decreuit h, vt nullus præsul nisi ex summi Pontificis auctoritate anathema, vel interdictum in eius ditionem pronuntiare posset: Tuis deuotis supplicationibus benignum impertientes affectum, auctoritate presentium indulgemus, vt nullus archiepiscopus, seu quilibet alius prælatus possit in terram tuam excommunicationis, vel interdicti sententiam promulgare absque mandato, vel licentia sedis Apostolicæ speciali. Nos enim decernimus irritum & inane, si quid super hoc contra huiusmodi nostre concessionis tenorem contigerit attentari. Nulli ergo, &c. Dat. Laterani 2. kal. aprilis anno 2. Non absimili prærogatiua Theobaldum Regem Nauarræ S. Ludouici generum i affectu Pontifex.

18 Præclaram vero pijsissimi Regis vocem omnium seculorum memoria celebrandam annali-

bus mandare visum est, quæ firmissimam ipsius de Christi in Eucharistia præsentia fidem demonstrat. Celebrabantur in aula regie sacello diuina mysteria, peractaque consecratione Christus dominus sub formosissimi pueri specie videndum sese omnibus obiecit. Ac tum e circumstantibus vnus rogat sacerdotem, vt tantisper sacram Eucharistiam teneat, dum Regem euocat. Mox venit ad S. Ludouicum: hortatur ad videndum miraculum accurrat. At ille, irent qui carerent fide: se quotidie ipsum præsentem in Eucharistia oculis fide intueri. Simile responsum a Simone Montfortio in simili occasione datum ex S. Ludouici ore excepisse refert Ionuillaus a: cum enim ad Albigenium hæresim discutiendam Christus in altari se videndum obtulisset, sollicitatus Montfortius, vt ad intuendum miraculum ad ecclesiam prouolaret, subiicit: *Accurrant increduli Albigenes, vt oculis fidei nostra mysteria suspiciant.*

19 Per hæc tempora nonnulli Parisiensis academie doctores, nouarum rerum cupidi, atque odio aduersus regulares, qui sanctioris vitæ instituta sectabantur, imbuti, violatis Pontificum sanctionibus ipsos exagitare, publicis scholis submouere, inuidiamque ipsis sparsis calumnijs conflare cœperunt. At Pontifex suscepto religiosorum virorum patrocinio, datis ad episcopum Parisiensem literis b, in consortium academie admitti iussit: eos, qui decreta apostolica niterentur infringere, sacerdotijs exui, iniquas conuentiones cum Prædicatorum familie religiosis viris initas rescindi: apostolicas vero literas, quarum priuilegijs cesserant regulares, vim suam retinere. Verum recrudescentibus odijs male sopitis, animisque exulceratis, nonnulli scientia excellentissimi doctores, quorum princeps erat Guillelmus e S. Amore, academie nomine ad Pontificem missi, vt coram Apostolica sede disceptarent. De quibus agens Parisius, noua quædam a doctrinæ puritate aliena, ex Ioachimi abbatis sæcibus doctuisse, librumque inscriptum Euangelium æternum, erroribus inquinatissimum edidisse, quod postea Hugonis Cardinalis opera, ne emergeret amplius, suppressum flammisque deletum ait. Sed auctori ipsis infenso nulla fides adhibenda est: eam forte calumniam ab aduersarijs aspersam, ipsis, credulus nimium in huiusmodi hausit, cum passim in viros pios calumnie disseminarentur. Grauem certe tum temporis contra paupertatis euangelicæ sectatores persecutionem concitatum, testatur S. Antoninus c, quæ Alexandri quarti in regulares benignitate diffusata, discussaque est. Extant ipsius Pontificis literæ in gratiam mendicantium typis cuse vna cum B. Thomæ Aquinatis tractatu pro iisdem mendicantibus, in quo etiam Guillelmi e S. Amore argumenta confutantur. Inscribitur liber, Declaratio & defensio priuilegiorum mendicantium. Guillelmum porro malevolentia in viros religiosos suffusum, librû in ipsos elaborasse erroribus infectum, & a vera pietate abhorrentem, tradunt auctores; atque ideo a Pontifice, cuius etiam vellicare auctoritatem erat ausus, damnatum flammis de quibus agit Prolemæus Lucensis in historia ecclesiastica M. S. d. de Alexandro PP. ita loquitur. d

20 Hic fuit multum in beneficijs gratosus & pius: pauperibus Prædicatoribus & Minoribus benigne fauit, & ipsos priuilegijs muniuit. Vnde quendam libellum constat, quod pauperes religiosi viuendo de elemosynis, etiam predicando verbum Dei, non sunt in statu salutis, in pu-

Christus in Eucharistia se videndum præbet Insignis S. Ludouici de ea fides. Memoranda eiusdem vox.

a Ionuillaus in vit. S. Lud.

Turbæ in Parisiensi academia aduersus religiosos

b Lib. 3. ep. 246.

Sedantur a Pontif.

Guillelmus e S. Amore mendicantium hostis.

c Anton. 3 par. hist. tit. 19. c. 7

Refellitur a S. Tho.

d Prolemæus Lucens. histor. eccl. l. 22. cap. 13. Eius libri flammis traditi.

blico consistorio comburificet, tamquam dogma pestiferum: & auctor ipsius cum suis sequacibus damnatus, qui dictus est Guillelmus de sancto Amore. Hic etiam alium libellum comburi fecit, in quo assereretur, quod lex Euangelij neminem ad perfectum ducebat, sed lex Spiritus; unde sic se habebat lex Euangelij ad legem Spiritus, sicut lex vetus ad legem gratia: & quod lex euangelica Christi in mille ducentis sexaginta annis euacuari debebat, & lex Spiritus subintrare. Quae quidem scelerata pessima originem traxit ex verbis Ioachim & libris eius, & multos habuit tunc temporis sectatores sub quadam specie sanctitatis. Sed dictus Alexander extirpauit de terra; unde primo fecit in publico consistorio comburi: qui liber vocabatur a sectatoribus suis Euangelium aeternum. Contra imitatores autem huius sectae dictus Pontifex durum fecit processum. Posteriorem librum horrenda haeresi infamem Parisius, ut vidimus antea, sacrae Dominicanorum familiae, ad obscurandam illius gloriam, attribuit. Et quidem calumnia vel ex eo detergitur, quod nulli certo auctori adscribat, sed tanquam nefandum partum ab omnibus editum insinuet. Quid enim magis a verisimilitudine abhorrens, quam eos libri haeresi infanda contaminatissimi auctores fingere, quos ea manet gloria, excindendis haeresibus, ac tum maxime cum is ordo primario sanctitatis flore ac splendore emicaret, strenuam operam collocasse? Eadem de impurissimo illo libro scateat haeresibus Alexandri M.S. vitae auctor a, Martinus Polonus b, Guido Bernardus c, alijque historiae prodiderunt.

21 Superiorum nouatores mentionem edidit, ad ac de Vvillielmo locuti Romanum Pontificem impie perstringunt, Vvillielmum damnasse eiusque librum flammis tradidisse. Quanta vero maturitate consilij ad eam disceptationem dirimendam se gesserit Alexander, vel ex eo patet, cum aduersarias utrimque partes, ut refert Cantipratenis e, sua argumenta explicare, rationesque conferre iusserit, Vvillielmumque librum Cardinalibus scientiae laude praestantissimis discutendum tradiderit: Qui liber, inquit, Cantipratenis, f qualiter citatus & vocatus ad curiam & praesentiam summi Pontificis dictis magistris damnatus sit & combustus, non solum in ipsa curia, sed & Parisius coram vniuersitatis multitudine copiosa, scire poterit qui collationes & disputationes legerit, praecipue contra magistros quatuor in capite aduersarios: disputationes quoque domini Hugonis presbyteri Cardinalis fratris ordinis Praedicatorum, domini Richardi & domini Gasetani & aliorum Cardinalium, allegationes venerabilis patris fratris Humberti magistri ordinis Praedicatorum, sed & ministri ordinis fratrum Minorum, & maxime magistri Alberti fratris ordinis Praedicatorum ad hoc specialiter a domino PP. vocati, & aliorum praelatorum atque magnorum virorum disputationes prolixas & magnas habitas Anagninae coram multis, & in ipsis inuenire poterit rerum gestarum veritatem.

22 Nobis instar omnium erit Alexander, qui cum in Vvillielmi libro multa sparsa essent, quae pietatem Christianam extinguerent, atque a vitae religiosae professione abducerent, Pontificiae etiam detraherent auctoritati, incusso anathematis terrore edixit g, ut qui librum tenerent, inijcerent flammis, utpote scelestum, atque abolerent: Prodiere, & in praua commenta ex nimio calore animi proruperunt, libellum quendam valde perniciosum & detestabilem temere componentes: libellum quidem non rationabilem, sed reprobabilem; non

veritatis, sed mendacij; non eruditionis, sed derogationis; non monentem, sed mordentem; non instruentem veraciter, sed fallentem. Quem nos, ad sedem delatum Apostolicam, venerabili fratri episcopo Tusculano & dilectis filiis nostris * Innoc. tituli S. Laurentij in Lucina, & Honorio tit. S. Sabinae presbyteris, & Innocentio S. Nicolai in carcere Tulliano, diaconis Cardinalibus, examinandum commisimus, ut plene ipsum inspicerent, & vniuersa contenta in eo perfecte attenderent, & discuterent diligenter.

23 Quo studiose perlecto & mature & distincte examinato, nobisque de hoc plenaria facta relatione ab eis, quod in ipso quadam peruersa & reproba contra potestatem & auctoritatem Romani Pontificis, & coepiscoporum suorum, & nonnulla contra illos, qui propter Deum sub arctissima paupertate mendicant, mundum cum suis opibus voluntaria inopia superantes: alia vero contra eos, qui salutem animarum zelantes ardentem & sacris studijs procurantes multos in Ecclesia Dei operantur spirituales profectus, & magnum faciunt ibi fructum; quadam autem contra salutem pauperum, seu mendicantium religiosorum statum, sicut sunt dilecti filij fratres Praedicatorum & Minores, qui vigore spiritus seculo cum suis diuitijs derelicto, ad solam caelestem patriam tota intentione suspirant: nec non & alia plura inconuenientia, digna utique consutatione ac confusione perpetua, manifeste comperimus contineri; quodque etiam idem libellus magni scandali seminarius, & multae turbationis materia existeret, & inducebat etiam dispendium animarum, cum retraheret a deuotione solita, & consueta elemosinarum largitione, ac a conuersione & religionis ingressu fideles, nos libellum eundem, qui sic incipit: Ecce videntes clamabunt foris; quique secundum ipsius titulum, Tractatus breuis de periculis nouissimorum temporum nuncupatur, tanquam iniquum, scelestum, & execrabilem; & institutiones & documenta in eo tradita, utpote praua, falsa, & nefaria, de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica duximus reprobanda, & in perpetuum condemnanda: distincte praecipientes, ut quicumque libellum ipsum habuerit, eum infra octo dies, ex quo huiusmodi nostram reprobationem & condemnationem sciuerit, prorsus in toto, & in qualibet sui parte comburere, & omnino abolere procuret. Et in illos, qui huiusmodi nostri praecipi fuerint contemptores, excommunicationis sententiam promulgamus &c. Adiectus aliarum poenarum terror. Dat. Anagninae, III. non. octobris pontificatus nostri anno 2.

24 Compulsos ad dicta abiuranda religiosorum aduersarios fuisse refert Cantipratenis his verbis: a *Dicti magistri, fratrum aduersarij, dignitatibus & beneficijs omnibus sunt priuati, donec iurauerunt, mandato domini Papae coacti, reuocare Parisijs & in alijs ciuitatibus, & locis verecunde praedicationis eorum quidquid contra dictorum fratrum ordines implicite vel explicitamente euouissent.* Addit, nonnullis interiectis idem auctor, quibus caelesti obiecto viso eam religiosorum persecutionem duobus ante annis praestentem narrat, vnum ex ijs quatuor doctoribus, Christianum nomine, Bellouacensem in ancipiti mortis discrimine causam, quae ipsos cocitasset, aperuisse: *Amarissimo, inquit, b corde contritus recognouit nil se & complices suos contra dictos ordines habuisse, nisi quod illis equari in scientia non valerent: & ob hoc eos paruspenderent auditores.* Et addidit: *Quoniam, ait, nihil habeo, quod vobis pro iniuria graui illata*

Haeresis ex Ioachim mi libris enata.

Damnata ab Alex.

Praedicatorum a ca lumnijs Parisijs vindicantur.

Extat in M.S. Vall. sign. C. 25. b Martin. Polon. in Alex. IV. c Bern. chro. Rom. Pont. d Cons. 13 cap. 10. col. 1189. Nouatores coarctantur. e Cantip. lib. 2. c. 10 nu. 23. Vvillielmi lib. iussu Pont. discessus. f Cantip. ubi sup.

Ext. dipl. in bull. in Alex. IV. Qua nota eum censura.

* Ioanni

Quos errores in eo profertur.

Obiectum anathematis illud penes se retentum uis

a Cantip. lib. 2. c. 10 nu. 23. Vvillielmi socij ad dicta reuocanda ad acti.

b 16. n. 1. Orta ex iniuria contenti nis origi

ibata refundam, in signum tamen, quod ex corde peniteo, corpus meum apud vos fratres Prædicatores tradendum sepulturæ relinquo. De Guillelmo vero in suis erroribus pertinacissimo rursus nobis inferius erit agendum: hic modo Gallicis nobis adiungemus, patrari solitis apud S. Syluani ecclesiam ingentibus miraculis, quæ in restitendis maxime pristinae valetudini ijs, qui morbo dicto igne gehennali male erant affecti, emicabant, Pontificem Gallos additis indulgentiarum præmijs adhortatum e vt stipem ad eam ecclesiam ornandam perducendamque ad culmen conferret.

25 Illustrabat Angliam per hæc tempora Richardus episcopus Cicestrensis, qui a S. Edmundo pietate excultus, vitam sanctissimam duxerat, innumeraque post mortem miracula, certissima ipsius adeptæ felicitatis atque apud Deum collectæ gratiæ argumenta, ediderat; atque in dies ad ipsius sepulchrum patrata meminit Parisius b. Quibus acceptis Pontifex ad Henrici Regis & episcoporum Angliæ preces, qui sanctorum catalogo ascribendum flagitabant, Vvignoniensi episcopo alijsq; vt res admirandas, quæ a viro sancto perpetrata dicebantur, in examen adducerent, seque totius rei facerent certiozem, prouinciam commisit. c

Sane dignas Domino referimus gratias, quod, sicut venerabiles fratres nostri nonnulli episcopi, & prælati alij regi Angliæ, ac carissimus in Christo filius noster Illustris Rex Angliæ nobis insinuare curarunt, recolendæ memoriæ Richardum Cicestrensem episcopum, cum pie dixisset in hoc seculo, viam salutis docendo verbis pariter & exemplis, tandem presentis vitæ cursu feliciter consummato, & etiam ante ipsius obitum multis miraculis Omnipotens decorauit. Vnae nobis humiliter supplicarunt, vt cum non deceat eum apud homines sine veneratione relinqui, quem merita & miracula sanctum ostendunt, ipsum ascribere sanctorum catalogo curaremus. Quia vero nobis plenius non constitit de præmissis, discretioni vestræ, ac qua plenam in Domino fiduciam gerimus, de fratrum nostrorum consilio per apostolica scripta mandamus, quatenus de vita, & miraculis ipsius diligenter & solite inquirentes, quæ inuenieritis, nobis per vestras literas fideliter intimetis. Non obstantibus fratribus vestri ordinis fili, prior, & frater Adam a s. de Apostolica sit inuitum, quod de causis, quæ ipsi a Sede committuntur eadem, cognoscere minime teneantur. Dat. Anagnina x. kal. iulij anno 2.

26 Celebrata sunt in Angliâ comitia publica, in quibus archiepiscopus Cantuariensis Bonifacius, Anglicano clero cinctus, coram Rege ac proceribus anathematis sententiam in eos tulit, qui ecclesiastica iura labefactarent: Auctoritate Dei Patris omnipotentis, & Filij, & Spiritus sancti, & gloriose Dei Genitricis semp. rque Virginis Mariæ, beatorum Apostolorum Petri & Pauli, omniumque Apostolorum, B. Thomæ archiepiscopi & martyris, & omnium sanctorum martyrum, B. Edwardi Regis Angliæ, omniumque confessorum anathematizamus, & a liminibus sanctæ matris Ecclesiæ sequestramus omnes illos, qui amodo scienter & malitiose ecclesiis & libertates priuauerunt suo iure. Item omnes, &c. defiguntur anathemate, qui probas Angliæ consuetudines, antiquas libertates, vel iura ecclesiastica infringent, ac non modo qui leges contrarias ferrent, verumetiam excruberent, vel suaderent, eadem pœna percussif. Subdit Vvestmonasteriensis Henricum, magna pompa venientem in Angliam Alexandrum

Annal. Eccl. Tom. XI. V.

Scotiæ Regem generum vna cum coniuge excepisse, de quibus etiam agit fufe Parisius. a

27 Sufficiendæ Asiaticæ expeditionis pium ardorem præ se ferebat Henricus, cuius consuium vt vrgeret Pontifex, Rostannum subdiaconum in Aquitaniam legatum misit b, cui Burdegalem & Auxitanum archiepiscopos, aliosque præfules obtemperare iussit: Dilectum filium magistrum Rostannum subdiaconum, & capellanum nostrum virum utique scientia præditum, morum honestate decorum, & consuij maturitate præclarum ad partes easdem tamquam pacis angelum propter hoc, nimirum discordias prouinciæ cõponendas, & pro negotio Terræ sanctæ, quod charissimus in Christo filius noster Illustris Rex Angliæ constanter, & patienter assumpsit, commissio sibi plene legationis officio, vt euellat & destruat, dissipet & disperdat, ædificet & plantet, sicut viderit expedire, duximus destinandum. Dat. Anagnina 2. kal. octob. anno 2. De eadem legatione iterum ad Vasconia archiepiscopos c, ac reliquum clerum, tũ ad Rostannum ipsum scripsit d, vt non modo dum in Angliæ Regis terris ad pacem in ijs regionibus conciliandam, ac Terræ sanctæ promouendum negotium versaretur, verum huiusmodi etiam auctoritatem exerceat, si eorum causa in alias terras sese conferret.

28 Versos ad seditionem Aquitanorum animos fuisse scribit Parisius, cum exhaustus opibus Henricus nõ per solito pretio ipsorum vina auxisset, atque Alphonsum Castellæ Regem, qui ad pacem Aquitanos inter & Anglum componendam intercesserat, illorum aduersus Henricum clientelam suscipere comminatum, eoque terrore actum Henricum oratores ad permulcendas Castellani iras transmisisse: ex ijs vero prænobilem equitem Ioannem nomine Alphonsum his verbis aggressum.

Domine Rex serenissime quid potuit Deus omnipotens plus fecisse beneficij, & liberalitatis, quã dedisse filium suum ad illius liberationem, ac redemptionem? Cui Rex: Nescio, quia maximum illud fuit. Cui Ioannes: Hoc profecto fecit tibi dominus meus Rex Angliæ. Dedit nempe tibi si ium primogenitulum suum vniuersorum heredem specie elegantem (alludebat orator ad Edwardũ, qui Alphonso sororem vxorẽ duxerat) Ne igitur irascatur serena discretio tua tali ac tanto amico tuo, in te tamquam in fratrem suum confidenti. Subdit auctor Alphonsum iras ob violatam ab Henrico Aquitanis fidem conceptas posuisse: nonnullos tamen proceres Aquitanos patrocinijs Castellæ Regis spe fretos animos in Henricum extulisse.

29 Refert idem auctor, Reginæ auunculum Thomam Sabaudia comitem, Taurina ciuibus, coniuratione facta, in vincula coniectum, moxque eo Petrum e Sabaudia, Cantuariensem archiepiscopum, atque electum Lugdunensem correptis copijs rebellem urbem arctiori obsidione cinxisse. Tulit grauisime Alexander Taurinensem defectionem, atque Alienoræ Regina tristem casum his literis e insinuauit: Ad audientiam nostram, non sine cordis amaritudine & mentis tribulatione, peruenit, quod nuper Astensibus ciuibus ad depopulationem castri montis Calerij hostiliter procedentibus, dilectus filius nobilis vir Thomas de Sabaudia comes auunculus tuus, qui in eodem castro tunc temporis morabatur, recedens exinde, ad ciuitatem se transtulit Taurinensem, sperans cum auxilio ciuium ciuitatis eiusdem, suorum utique vasalorum in successu prædicti castri, quod ad eum spectare dignoscitur, recuperare. Sed dicti ciues tanquam

a Par. hist. Angl. loc. ann.

b Alex. l. 2 ep. 460. Rostannus S. A. nuntius in Aquitan. missus.

c Ep. 462.

d Ep. 461.

Turbæ in Aquitania

Abductus Alphõsus Rex Castellæ ne se ijs implicaret.

Thomas Sabaudia comes cõiectus in vincula.

e Extant apud Parisi ubi sup.

De eo literæ consolatorie ad Reginam Angl.

* prædicti castri

S. Syluanus miraculis clarus.

a Lib. 3. ep. 246.

S. Richardus episcopus Cicestrensis.

b Paris. hist. Angl. an. 1255.

c Ibid. ep. 320.

De eosãtis annu merando agitur.

De illius miraculis.

Solemnes in Angliã cõuentus, d. iij. vestmon. flor. huius, hoc anno.

Anathema in violatores iurium eccl.

Alexander Scot. Rex

quam contemptores diuini timoris, & famæ propriae neglectores, fidelitatis iuramento, quo prædicto committi tenebantur ascripti, temere violato, eisdem Astensibus procurantibus, & ad id auxilium impendentibus, ipsum capere, & detinere non sine prodicionis nota nequiter præsumperunt: & quidam rumoriam sinister interiora nostra dolore immani acriter vulnerauit: quia tanto venit auribus nostris acerbior, quanto detenti nobis charior est persona. Tristamur itaque, nec indigne, quod filius, quem inter alios præcipue complectimur, taliter detinetur dolemus. Nec mirum quod tantipersona magnatis, de cuius sincero confidebamus obsequio, in manus suorum incidit proditorum; arctiusque tenetur, quia deuotione assidua inualefcens, ad prædicta sedis exaltatione indefessa sollicitudine laborabat, &c. adiungit demum preces, vt Taurinensium, Alentiumque mercatorum bona, quæ in Anglia reperia fuerint, occupanda curaret, donec comes pristinae libertati a coniuratis fuerit restitutus. Eodemque argumento Henrico Regi literæ ab Alexandro missæ sunt.

30 Agitabat Henricus ipse comparandæ armis Edmundo filio Siciliae consilia, quæ dum post amplissima promissa Pontifici data turpi segnitie cōfensescere patiebatur, insula sub Manfredi tyrannide, exceptis paucissimis arcibus, succubuit; cuius defectionis historiam Sicularum rerum auctor anonymus Richardi, quo plurimum in superiore tomo vsi sumus, continuator prosequitur, Manfredum creasse Fredericum Lanceam auunculum in Calabria, & Siciliae proregem, eumque, exceptis duabus arcibus S. Christina & Bubalino, Calabriam sibi subiecisse: ac missis in insulam Siciliae exploratoribus plures subornasse: adeo Manfredi partibus sese in dies effertentibus, multas vrbes, virosque nobiles ad Manfredum oratores transmississe, deque insula ad illius obsequium adducenda agitasse. Tum de Ruffino Minorita Siciliae prolegato in vincula Panormi coniecto de quo extat apud Vvadingum plures literæ, subdit: *Erat autem, inquit auctor anonymus, in Sicilia quidam Apostolica sedis legatus nomine frater * Ruffinus de Ordine Minorum, cui nomine Romana Ecclesia obediebant, præter quosdam paucos, quorum aliqui aperte principis partem tenebant. Sic enim prædictus vicarius in Calabria manens procurauit studio suo, quod principis pars iam in manifesto in Sicilia erat: sicque factum ipso vicario procurante, Frederico scilicet Lancea, quod crescente parte principis, & inualefcente captus fuit in Panormo prædictus legatus, & alij sequaces eius: sicque ciuitas Panormitana capto legato, & alijs rebellium fuga lapsis, alijs captis, ad mandatum principis redierunt. Factus est in Sicilia exercitus pro parte principis hac illac discurrens, & cum timore exercitus multi coacti ad partem principis reuersi sunt: quidam etiam voluntarie voluerunt, &c.*

31 Subiungit Rogerium Fimetlum, qui pontificias partes tuebatur, ac Lentini arci præfectus erat, a Manfredianis numero paucioribus profligatum: sed breui illorum exercitum plurimum in dies accessione auctum, confirmatumque adeo, vt per omnium insulanorum ora victoris Manfredi nomen volitaret. Vt vero Messana florentissima Siciliae vrbs, conspectis tantum hostium signis, metu confternata, partiumque studio debilitata, a Pontifice ad tyrannum ignaue disciuerit, exponit: *Dum adhuc in Calabria moraretur exercitus principis roboratus satis, & augmentatus, direxit se contra Messanam, in qua erat potestas*

quidam Romanus nomine ab ipsius terra communitate constitutus, sub quo ciuitas more ciuitatum Lombardia & Tuscia viuebat: sub cuius regimine communitas ipsius ciuitatis iam egressa bis fuerat exercitu congregato in offensionem illorum, qui principis partem tenebant, pluresque ciuitates principi obediens ab ipsius obedientia coegerat declinare, & secum tenere in sua rebellionem.

32 Procuratum est itaque per prædictum comitem, vt exercitus principis Sicilia, vt dictum est, satis roboratus, & augmentatus contra Messanam procederet, quo exercitu contra Messanenses directo, Messanenses de statu suo satis dubitare ceperunt, aliquibus eorum de resistendo consulentibus, aliquibus vero saniori consilio suadentibus, vt se ad principis mandatum conuerterent. Ciuitate itaque sic inter se titubante, imminente sibi terrore principalis exercitus, qui contra ciuitatem ipsam directus erat, prædictus potestas qui ciuitatem ipsam regebat, videns meliores & maiores ciuitatis velle ad principis mandatum redire; videns etiam populum ciuitatis nimis timere de exercitu principali, qui iam ciuitati appropinquabat, de ciuitate ipsa nauigio recessit. Cum iam qui partem principis occulte in ciuitate ipsa tenuerant, vexillū signo principis insignitū aspexerunt, nuncios ad comitem Fredericum in Calabria miserunt, vt Messanam transiret, & ciuitatem ad mandata principis reciperet: qui confestim transiens, ciuitatem Messanam pro principis parte recepit, &c.

33 Addit Fredericum acceptis aliquibus Messanenensium copijs in Calabriam regressum, S. Christinae arcem, cui Fulco Petri Ruffi e Calabria nepos, pontificiarum partium præfectus erat, obsidione cinxisse: ac Fulconem, cum se vndique ab hoste circumfusum, Siciliamque Manfredi fortunam secutam, ac Messanenens, quos amicos sperarat, hostes experiri intueretur, eam arcem, ac Bubalinam hosti tradidisse: his vero inflatum victorij Manfredum, cum ab oratoribus ab aula pontificia reuersis certior factus esset, Alexandrum pacis ab Octauiano Card. legato Fogia in ita tractatum nō admittere, in qua sancitum erat Campaniam Felicem apostolico imperio parituram, reliquis vero terras Conradinum Regem Manfredi administrationem publicæ rei gerente agnaturas, signa in Campaniam ad eam Pontifici eripiendam magno bellici apparatus terrore conuertisse, atque in huius expeditionis procinctu Messanenensium oratores accessisse, qui se suaque Manfredi obsequijs addicerent: Neapolitanos vero victoris metu perculosos venientem demisse occurrisse, atque ita incruento praelio potum Neapoli Manfredum, vbi dum versabatur, Capuanos ad gratiam ipsius ineundam oratores transmississe (Meminit etiam Parisius a illius Manfredi victoriæ, ac Neapolitanos & Capuanos se illi hoc anno subiecisse scribit) Confluentibus itaq; sub iugum Manfredi populis, Auerfanos defectionem meditados: sed pontificiarum copiarum metu, quæ vrbes infederant, a consilio reuocatos: defixis vero a Manfredi castris, mox ciues, qui cum ipso sentiebant, in pontificios arma corripuisse asperrimeque in vrbe certatum: denum Manfredi partes obsidentium ope superiores fuisse, Ricardumque de Auello, præfectum vrbis, in arcem se recepisse: quam cum tueri non posset, dum fugam cogitabat, obruncatum cecidisse: paulo vero post reliquas vrbes Campaniæ Felicis iugum accepisse.

34 Expectabat interea Alexander in tot aduersis casibus, vt Henricus Anglorum Rex confato

Quæ tum ibi reipulsi forma est.

Messanenensium ad tyrannū defectio.

Versi in Neapolim Manfredi impetus.

In eam recipitur.

a Par. hist. Angl. hoc ann. Potitur Capua.

Auerfam sibi subiecit.

Rex Angli segniter de Sicilia filio cōparanda cōsilia agit

Manfredi in Calabria progreffus.

* Ruffinus

Ruffinū Minoritā prolegatū Ap. carcere mādāt.

Panormū ad Manfredum defecit.

Messanæ orti tumultus.

flato florētissimo exercitu collapsas res redintegraret, filioque Edmundo traditum regnum assereret. At Henricus promissa nulla, quibus fretus Alexander pacem respuerat, belloque difficillimo se implicuerat, tenuit: nec enim statō tempore exercitum in Apuliam, vel ad confirmandos, qui in fide stabant, vel amissa recuperanda immisit: nec sumptus Pontifici, quos in eo bello collocarat, refundere potuit. Quare ne anathema, pœnasque fidem non seruanti impostas contraheret, ab Alexandro flagitauit, vt tempus ad fidem exoluendam extraheret: cui filioque Edmundo hæc Pontifex. a

Supplicantiſſimis olim nobis humiliter venerabili fratre nostro archiepiscopo Tarantasiensi, & dilecto filio electo * Saresbiniensi, ac abbate Westmonasterij Londoniensis nuntijs vestris, vt cum iam instaret festum sancti Michaelis, terminus videlicet tibi fili Rex Angliæ præfixus a nobis ac per te etiam approbatus, infra quem venire, vel mittere capitaneum cum militia competenti in regnum Sicilia, ac certam pecunia summam nobis, & Ecclesiæ Romanæ pro expensis factis in ipso regno soluere teneris, prout in apostolico priuilegio confecto super concessione prædicti regni facta tibi, fili Rex Sicilia, plenius continetur, prorogari vobis huiusmodi terminum de benignitate apostolica curaremus. Nos igitur ipsorum supplicationibus inclinati, eundem terminum primo vsque ad octauas prædicti festi, ac deinde vsque in diem mercurij post octauas ipsas tunc primo venturum de fratrum nostrorum consilio duximus prorogandum, sicut plenius litera apostolicæ continent, quas eisdem nuncijs duximus super hoc concedendas. Verum quia interim dicti nuntij petitiones vestras coram nobis, & prædictis fratribus proponere curauerunt, nos huiusmodi petitionibus diligenter auditis, & plenius intellectis, habitaque diligenti deliberatione cum eisdem fratribus super illis, memoratum terminum ad ipsorum nuntiorum instantiam, quantum ad infra scriptas sententias dumtaxat, & pœnam a prædicto die mercurij vsque ad sex menses computandos a kal. mensis decembris proximo venturi, &c. prorogamus. Dat. Anagnia 2. non. octob. anno 2.

35 Spreuit postea Henricus Siciliam armis comparare, cum obitinerum longissimos tractus atque Manfredi potentiam nimis ingrauescentem ab ea expeditione, quam in se magna religione susceperat, aggredienda detereretur. Scribit enim Parisius b, Henricum habito hoc anno a S. Ludouico solemnī ordinum conuentu, proximo a purificata Virginis festo die oratorem, qui liberum in Italiam profecturo exercitui, vel arario, per Gallias iter flagitaret, submisisse. Sed cum fama increbresceret pontificias copias in dies atteri, ac Manfredum latius victorias circumferre, ab ea re petenda, vt in extremum discrimen adducta atque inutili, abstinuisse: contēdisse vero vt iura sibi ac Ioanni parenti antea erepta restituerentur: sed a Gallis huiusmodi precibus repulſam obiectam fuisse: deiectum itaque spe sua oratorem reuersum in Angliam, ac rumores tantummodo de Manfredi progressibus attulisse. Dum porro Henricus moras alias ex alijs neciteret, atque Alexandrum inani potentissime expeditionis expectatione deluderet, nonnulla vrbes firmissimis præsidij munitæ, quæ hætenus in fide Pontificis steterant, demum succubuerunt. Hydruntini enim, quorum constantiam datis hoc anno Anagninæ nonis septembris literis magnis laudibus extulit c, amplissimasque donaciones ab

Octauiano Apostolicæ sedis in Sicilia legato ijs attributas corroborauit, haud multo post in Manfredi obsequium procuberunt: quam rem gestam ita describit supra laudatus Sicularum rerum auctor anonymus: a

36 Habita autem sic terra Laboris princeps in Capitanatam redit, & tamen in Siciliam se conferre disponens, voluit diuertere per ciuitatem Brundusij, qua adhuc in rebellionē durabat, cum quibusdam alijs ciuitatibus terre Hydruntij; cumque fuisset ante ciuitatem illam, voluit ibi moram trahere: sed statim a obsidione terra marique processit Tarentum, abinde in Siciliam profecturus. Cum autem adhuc esset Tarenti, intellexit ibi quod Brundusini volebant se dare eidem principi: nā quidam de ipsa terra cuius nomine Ayrolus de Ripa alta, attendens principis potentiam esse in continuo incremento, stultum reputans illi resistere, quem Dominus exaltabat, volens & principi complacere, & se & ciuitatem ab errore sua rebellionis reuocare, tractauit: & ita in ciuitate Thomas de Oria, qui caput erat rebellionis & ipsi ciuitati dominabatur, cum suis comitibus captus est: quibus captis ciuitate Brundusina ad mandatum principis redeunte habita est; Oria & Hydruntum, qua cum prædicta ciuitate se tenuerant, & sicut ipsam in rebellionē sequebantur, sic & in conuersione secuta sunt, &c. Adit vt eodem tempore Arianum situ loci, & propugnaculis munitissimum, quod pontificias partes acerrime defendebat, a Friderico Maletta Manfredi auunculo; Nuceria Saracenorum præfecto, scelere ac dolo expugnatum fuerit.

37 Trahanit, inquit, dictus capitaneus, quod specie cuiusdam confederationis inita inter homines Ariani, & quosdam de Luceria, qui contra principem se occulte esse finxerunt, illi de Luceria quasi de terra fugientes, & se in Arianum in auxilium Arianensium receptare volentes, ciuitatem Ariani noctu ingressi sunt: qui postquam in ciuitate fuerunt, infidam fidem frægerunt, & fidelem perfidiam direxerunt. Nam statim occurrentes sibi quadam securitate Arianos, ciues trucidare cœperunt, & nocturno tempore nullo inter hostes & ciues fieri patiente discrimen, facta est magna inter se ciuium cædes: sicque ciuitas capta est, atque destructa multis eorumdem ciuium in illa nocte caesis, multis fuga lapsis, & alijs maioribus ciuitatis, qui caput rebellionis fuerant, captis & sententialiter damnatis ad mortem: alijs mediocribus & vilioribus, qui eadem nocturnam casualiter euaserant, & qui a condemnatione mortis, pro eorum numerositate & vilitate exempti sunt, de loco illo eiectis, & per alia loca regni ad habitandum transmissis. Dum ita Siculos Manfredus, qua vi, qua dolo in seruitutem redigebat, Monopolitani illius iugum exosi ad pontificias partes se conuertere: ob cuius facti gloriam nonnullis prærogatiuis reperiuntur decorati ab Alexandro: b qui etiam episcopum a se pontificalibus sacris initiatum ad ipsos tranſmisit. c Beneficia etiam apostolica promeruere Aquilani, ad quos veluti fidelissimos clientes Alexander duo diplomata dedit, d ac Furconiensē episcopatum Aquilam traduxitque sedem in SS. Maximi & Georgij templo collocauit, eaque de re ad clerum Aquilanum, atque episcopum Furconiensē Aquilam translatum scripsit, e sed de his suis anno sequenti.

38 Non modo Manfredi tyrannidem in Sicilia, verum etiam Ezelini fauitem Ecclesia sustinebat in Longobardia; contra quem designatus Raennas episcopus creatus ab Alexandro legatus, longe felicius, quā Octauianus Card. rem

Ang. liz
Rex promissam
Pontifici
opem nō
submittit.

Lib. 2.
op. 465.

Saresb.
1015

Numerā.
di militi-
bus stipē-
dij rēpus
extrahi
flagitat.

Expedi-
tionem sic
lam inter-
mittit.

Par. liz
Angl. hoc
ann.

Hydrun-
tinor. con-
stantia.
Alex. l. 2
op. 392.

Res Sic.
aut. ano-
nym.
Brundu-
sium Mā-
fredum
excipit.

Hydrun-
tum eius
exemplū
sequitur.

Arianesē
dolo inter-
cepti.

Lib. 2. ep.
134.
Lib. 3. ep.
3.
Lib. 3. ep.
28. ep. 30.
Aquilani
Rom. ec-
clesiæ ob-
sequentes
e lib. ep. 29

Ezelinus
Ecclesiā
oppugnat

gestit, ac primum cum ille tyranni potentiam formidandam aduertisset, omni spe in caelestem numen coniecta, cuius causam contra haeticum contemptorem Ecclesiae, anathemate iam defixum defendendam susceperat, triumphalia crucis signa explicuit. Mouerat aduersus Mantuanos tyrannus, qui iugum ipsius e suis cernicibus depulerant, utque amisso fidei lumine inepris astrologorum vaticinijs addictus erat, defixis castris ipsos sidera consulere iussit: a fortilegijs enim adductum monachus Patavinus notat. Pronuntiarant insani ipsius astrologi, ac forte de industria, ut animarent militem: tempus opportunissimum, quo in Mantuanos irrumperet Ezelinus, eoq; responso sui confirmati circumiectis Mantuae agris vastitate intulere. Non praedixerat astrologi Ezelino expugnationem Patavinae urbis, quae a legato Ap. cruceatis copijs succincto, Venetorumq; subsidijs fulto, dum in Mantuanorum terras fureret, obsessa validaque impressione facta edomita, atque ad Pontificias partes traducta est: mox aperti carceres, distrupta vincula, in quibus plures innocentes diu luxerant, Andesius vrbis praefectus in ea rerum conuersione fuga praecipit meritis sese poenis subduxit.

39 Sparserat sese reigesta fama, atque Ezelinum horrore perfuderat, cum ille Mantuanis relicto, Veronam aduolat, ac duodecim millia Patavinorum, qui in vrbe agebant, proditoris accusatos, rabie efferatus, in carceres coniecit, ac partim fame, partim supplicijs enecauit, crudelique edicto imperauit, ut fugientibus Patavinis pedes manusque amputarentur; nec minus inhumani satellites iussa immania exercere; adeo ut funestis mutilatorum vocibus aera personarent. Vrebat Ezelinum cura, qua tandem arte Patavium recuperaret, ac primum Vicentini eius impliciti partibus, cum flumen alio auertere ac deriuare niterentur, legati Apostolici diligentia intercepti, caesi sunt; postea Ezelinus pudorem expiaturus, irasque satiaturus, Patavium obsidione cingit, sed licet longe maiores copias adduxisset, quam legatus numeraret, cum illius virtute omnes suos conatus elusos ac fractos videret, re infecta soluere obsidionem coactus est.

40 Nauarunt in eo bello egregiam Ecclesiae operam Veneti tum in Patavio expugnando, tum in Ezelino castris propulsando, ad quorum gratiam Alexander Gradenfi patriarchae auctoritatem contulit, ut in omnibus ecclesijs, quas Veneti in oriente obtinerent, episcopum praeficere posset; tum alijs amplissimis auxit priuilegijs, quae subiecto diplomate continentur.

Angelo patriarchae Gradenfi, eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum, &c.

Venerabilis in Christo frater Angele patriarcha, tuis iustis postulationibus grato concurrentes assensu, Gradensem ecclesiam, cui Deo auctore praesse dignosceris, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus & praesentis scripti priuilegio communimus. Igitur praedecessorum nostrorum felicitatis memoriae Pelagij, Alexandri, Urbani II, Adriani, Alexandri, Lucij, Urbani III. Clementis & Innocentij III. vestigijs inhaerentes, illius praecipue constitutionis tenorem seruantes, quam praedecessor noster Leo IX, Papa sanciuit, & synodali iudicio vel priuilegij pagina confirmauit, tibi tuisque successoribus canonice substituendis patriarchalem concedimus dignitatem, & magistrum Gradenfis ecclesiae gerendum in ijs tantum sibus confirmamus, qui per supradictos

praedecessores nostros eidem noscuntur ecclesiae constituti. Episcopatum praeterea cathedrarum vrbes, item Castellum, Torcellum, Matamaucum, Capulium, Ciuitatem nouam, Equilum, Veglam, Arbem, & Ansetium memoratae Gradenfi ecclesiae tamquam suae metropoli ad exemplar fel. recordationis Anastasij PP. praedecessoris nostri subiectas esse decernimus.

41 Crucem quoque ante ferendam esse concedimus, nisi cum Romae fueris, aut in praesentia vel comitatu Romani Pontificis. Pallium etiam plenitudinem videlicet pontificalis officij, fraternitati tuae ex Ap. sedis liberalitate largimur, quo intra ecclesiam tuam ad missarum solemniam celebranda uti memineris, eis diebus, quibus praedecessores tuos vfos fuisse cognoscis, videlicet in natiuitate Domini, Epiphania, Ypapanti, tribus festiuitatibus S. Mariae, Coena Domini, Sabbato sancto, Resurrectione Domini, Ascensione, Pentecoste, in natalitio S. Ioannis Baptista, & omnium Apostolorum, in festiuitatibus quoque S. Marci, sancti protomartyris Stephani, S. Laurentij, S. Martini, in solemnitate omnium sanctorum, & principalibus ecclesiae tuae festiuitatibus, nec non ecclesiarum, episcoporum, & ceterorum clericorum consecrationibus, & anniuersario consecrationis tuae die. Adijcimus autem ut praeter haec in dominica in ramis palmarum, in festiuitatibus SS. Siluestri & Canciani valeas pallio ipso uti.

42 Cuius itaque dignitatem in bonis per omnia te volumus vendicare, ut videlicet in corrigendis subditis plus apud te possit ratio quam potestas, atque te boni dulcem, mali vero pium sentiant correctorem, personas diligas, & subiectorum vitia persequaris, ne si aliter agere forte volueris, traseat in crudelitatem correctio, & perdas, quos desideras emendare, sicque vulnus debes abscindere, ut non possis quod sanum est, vlcerare, ne si ferrum plus, quam res exigit, imprimatur, noceat cui prodesse festinas: sed sic alterum codiatur ex altero, quatenus & boni habeant amando quod caneant, & mali metuendo quod diligant.

Praeterea ne commissa regimini & dispensationi tuae praefata Gradenfis ecclesia, quae de benignitate Apostolicae sedis praerogativa gaudet honoris, ex breuitate patriarchatus inferior & abiectionis valeat apud simpliciores haberi, ad ampliandam dignitatem ipsius, prioratum ei super Iadertinum archiepiscopatum, & episcopatus ipsius apostolica auctoritate concedimus, & tam te quam successores tuos Iadertino archiepiscopo, & episcopis eius, qui pro tempore fuerit, dignitate primatus, statim praesidere, & consecrationis munus eidem archiepiscopo impertiri, Romano quidem Pontifici traditione pallij reseruata.

43 Caeterum tam deuotionis tuae, quam honori & vtilitati Gradenfis ecclesiae, cui auctore Domino praesse dignosceris, deferre volentes, bonae memoriae Adriani PP. praedecessoris nostri vestigijs inhaerentes, tibi & tuis successoribus auctoritate apostolica duximus concedendum, ut in Constantinopolitana vrbe, & alijs itidem ciuitatibus in Constantinopolitano Imperio dumtaxat constitutis, in quibus Veneti plures habent ecclesias, vbi videlicet earum multitudo confuenit assidue conuenire, liceat vobis episcopos ordinare, & absque alicuius contradictione munus ei consecrationis impendere. Statuimus etiam ut quaecumque bona, quascunque possessiones eadem Gradenfis ecclesia in praesentiarum iuste & canonice possidet, aut in futurum iustis modis Deo propi-

Quibus sibus descriptus eius patriarchatus.

Quibus diebus pallio uti possit patriarcha.

Adhorratio ad patrem, ut ecclesia pie administretur.

Fit primas Iadertini archiepiscopi.

* primatus

Data ei auctoritas ut in Orientali imperio Venetorum ecclesiarum episcopos imponat.

In eum bellum motum.

a Monach Paduan. ebron. l. 2.

Patavii eiecepti.

b Append. And. Dadi.

c Monach Pad. ubi sup. Barbaries Ezelini in Patavinos

Frustra Patavium tentat.

d Append. And. Dadi in Roy. zeno. Veneti optime de Ecclesia meriti. e Lib. 2. ep. 334.

Alex. liter. ad patriarch. Graden.

tio poterit adipisci, firmatibi tuisque successoribus & illibata permaneant. Porro ecclesias a religio-
sis vitis canonice ipsi ecclesie Gradensi oblatas per
episcopatus tuos constitutas tibi, tuisque succes-
soribus libere confirmamus, ita vt nulli episcopo
absque tuo assensu in eis liceat consecrationes ce-
lebrare, aut sacerdotibus in eisdem Domino ser-
uientibus, donec in locis ipsius fueris, diuina offi-
cia prohibere. Decernimus ergo vt nulli &c. *Dat.*
Anagnina per manum magistri Kollandi. S. R. E. vi-
cecancellarij 11. id. iul. ind. x. i. v. incarn. Dom. ann.
MCCCLVI. pontificatus vero domini Alexandri IV.

anno 2. *Explicit eodem anno Apostolicum*
studium in religiosos viros Alexander, pluribus
que auxit privilegijs: dato enim diplomate
apostolico ad eremitas montis Carmeli discipli-
nam ipsorum asperioem, quam Innocentius
quartus in mitiore formam detorserat, sua au-
thoritate communiuit. a Apostolico etiam pa-
trocinio priorem ac fratres B. Mariæ de monte
Soniao, vulgo Seruos S. Mariæ nuncupatos, b or-
dinis S. Augustini Florentinæ diocesis est profe-
cutus, qua prerogatiua ab Innocentio antea
fuerant decorati: ij vero Apostolicæ sedi serui-
re regnare rati, se ipsos suaque omnia in
Romanum Pontificem dono contulere. Plures
quoque sparsas eremitarum, quorum alij S. Guil-
elmi, alij Ioannis Boni dicebantur, congrega-
tiones, quæ D. Augustini instituta erant amplexæ,
dato ad Lanfrancum supremum prefectum, alios-
que diplomate, e in eundem ordinem sub vno
capite coire & coalescere imperauit: quamquam
postea eremitis S. Guillelmi, ne alijs sese aggrega-
re inuiti tenerentur, remisit d; alijsque literis in
Apostolicæ sedis clientelam ipsos adsciuit e. Mi-
nistro etiam, ac religiosis viris ordinis S. Trinita-
tis & captiuorum permisit f, vt in Ceruifrigidi mo-
nasterio Meldensis diocesis, vbi eorum ordo inti-
tutus ferebatur, annis singulis solemnia comitia
celebrarent. Antea vero hoc anno ineunte can-
ctis Dominicanæ familiæ alumnis veniam pecca-
torum concessit g, qui ad habendas sacras con-
ditiones in loca sancta sese conferrent.

45 Alexandrum porro hoc anno ad incitandos
Christi fideles, vt in Terræ sanctæ subsidium arma
capesserent, incubuisse, tradit Albertus Stradensis,
qui paucis post hæc interiectis verbis chronico fi-
nem imposuit. Fulciendæ enim erant nouis au-
xilij Syriacæ res, ne penitus conciderent, quarum
lugubrem statum inuuit Alexander in literis i ad
patriarcham Antiochenum datis 11. id. februar.
Adeo Turquemanni, & alij Christiani nominis ini-
mici hæcenus terram Antiochenam continujs bello-
rum incurfibus * decreuerunt, quod quidquid extra
ciuitatem Antiochenam, & castrum Cursarij, quod
est Antiochenæ ecclesie speciale, consistit, supposuerunt
fere totaliter vastitati. De Turquemannorum ir-
ruptione iam ante egimus: subdit in his vero lite-
ris Pontifex, vt cum ob hostium incurfiones ve-
tigalia Antiocheni patriarchatus adeo sint im-
minuta, vt sustentandæ dignitati patriarchali pa-
ria non sint, se Nimociensis in Cypro ecclesie ad-
ministrationem illi contulisse.

46 At cum in sacro sepulchri dominici tem-
plo diuinus cultus obsolesceret, Iacobo Hie-
rosolymitano patriarchæ A. S. L. illius restituendi
cupido potestatem contulit, vt canonicorum nu-
merum aliorum sex supplemento augetet. Ne
vero barbari latius proferrent victorias, munien-
dis arcibus data opera. Cumque in Ioppe pro-

pugnaculis presidioque militari firmanda comes
Ioppenfis sua profudisset, Pontifex Iacobo pa-
triarchæ dedit imperia, vt mille marchas exijs
sedecim millibus bysantiorum Saracenatorum,
quæ apud Templarios Ptolemyde in belli sacri
sumptus asseruabantur, comiti numerandas cura-
ret a: Circa negotium, inquit, Terræ sanctæ nobi-
lis vir comes Ioppenfis tanto affectu ductus, quod
ipse, sicut accepimus, pro custodia castræ Ioppenfis non
solum omnia bona sua mobilia, & non modicam par-
tem sui patrimonij iam expendit, sed etiam graui pro-
pter hoc premitur sarcina debitorum. *bono. may*
147. Apostolicam etiam sollicitudinem Alexan-
der ad Græcos ab schismate funesto, in quo tot
seculis demersi iacuerant, reuocandos, restituen-
dosque Ecclesie defixit, atque adeo ad tantum
perficiendum opus, quod cum ipsius prædecessore
Innocentio a Caloioanne siue Vatacio agita-
tum fuerat, episc. Urbænetanum legatidignitate
auctum, rei cum ipsis transigendæ auctoritate in-
structum, ad Theodorum Imp. misit. b: si coniu-
ctionem illam in opus perduceret, de cogendo
œcumenico concilio cum eis decerneret. Qua
vero ratione rem inire, seque gerere deberet, in
apostolicis expressit literis, singulasque conditio-
nes, ad quas descendurus, ac paulatim deflexurus
esset, circumscripsit, tum quid antea cum Inno-
centio tractatum edocuit.

48 Alexander, &c. Hæc sunt recognitionis, & pe-
titionis capitula, quæ dudum Quisicæ & Sarden-
archiepiscopi, & Angelus comes, ac Theophylaceus
magnus interpret ex parte quondam Caloioan-
nis Imperatoris, & ecclesie Græcorum felicitis re-
cordationis Innocentio Papæ prædecessoris no-
stro, & sedi Apostolicæ obtulerunt. Videlicet,
Romanæ sedi, eiusque summo Pontifici præ cæ-
teris patriarchalibus sedibus summi recognitio-
nem, ac professionem in Ecclesia catholica prin-
cipatus. 2. Canonicam obedientiam præfate præ-
decessori, eiusque successoribus canonice intran-
sibilibus exhibendam. 3. Prærogatiuam appellandi
Romanam Ecclesiam, cum sacre personæ ecclesia-
sticæ Græcorum a superioribus suis crediderint se-
gruari. 4. Liberum recursum ad sedem Roma-
nam in questionibus, quas inter prælatos, &
alias personas ecclesiasticas Græcas cõtigerit sub-
oriri. 5. Obedientiam quoque in sententijs,
quas Romanus Pontifex sacris non aduersas cano-
nibus promulgabit. 6. In concilijs insuper eidem
Pontifici primam sedem, & primam subscribendi
vicem, cum subscriptiones fuerint faciendæ. 7. In
questionibus fidei, siquæ ibidem fortassis emer-
sint, præ alijs dare sententiam, suæque volunta-
tis proferre iudicium, quod, dummodo euâgelicis
& canonicis non obuiet institutis, obedienter
cæteri suscipiant, & sequentur. 8. In alijs vero
ecclesiasticarum personarum causis, & negotijs,
quæ in concilijs tractabuntur, sententijs, quas
Romani Pontificis distabit auctoritas, dummodo
sacrorum non aduersentur conciliorum decretis,
cæteri acquiescent.

49 Ad hæc idem nuncijs spedito Caloioanni
Constantinopolitanæ ciuitatis Imperium, & pa-
triarchis Græcis ibidem, & alibi patriarchalium
sedum iura restitui petierunt, ac Imperatorem,
& patriarchas Latinos ab eisdem ciuitate, ac sedi-
bus amoueri, Antiocheno patriarcha in illa ec-
clesia, dum viueret, tolerato. Sane oblationem,
professionemque præmissas felicitis recordationis
Innocentius Papa prædecessor noster de fratrum
suorum consilio nobis tunc in minori officio con-

Alia in
religiosos
viros col-
lata bene-
ficia ab
Alex.
Carmeli-
tarum di-
sciplina
confirmat
Ep. 11.
a Lib. 2.
ep. 75.
Serui B.
Mariæ.
b Ibid. ep.
207.
Tradunt
se dono
Ap. sedi.
c Ep. 252.
Eremita-
rum soda-
litia in-
vntu Au-
gustinianum
coa-
ctat.
d Ep. 370.
e Ep. 369.
f Ep. 85.
Trinitarij,
& Prædi-
catores co-
mitia in-
ire iussi.
g Ep. 23.
Fideles ad
Syriacum
bellum
accendi
iussi.
h Stad. in
chron. hoc
ann.
i Lib. 3. ep.
140.
Patr. Antio-
ch. A.
S. L.
* attribue-
runt
Antioche-
nus prin-
cipatus a
Turque-
manis ex
parte oc-
cupatus.
Nimociæ,
eccl. admi-
nistratio
patriar-
chæ per-
missa.
l Ep. 67.
Restitu-
tus diuinus
cultus in
templo se-
pulchri
Dominici

a 16. pag.
407.
Ioppenfis
comitis le-
uata ino-
pia.
Alexandri
curæ pro
traducen-
dis ad Ec-
clesiam
Græcis.
Legatio
ad Theod.
Imp. mis-
sa.
b Ibid. ep.
325.
Oblata ab
Imp. pro
obtinenda
coniun-
ctione cū
Rom. ec-
clesia.
Primatū
illius su-
premiū
agnosce-
bat.
Permitte-
bat vt Græ-
ci ad eam
prouoca-
rent.
Primā in
concilijs
sedem da-
bat.
Ferdā
in causis
fidei sentē-
tiam ad-
mittebat.
Que de-
pesceret
ab eccle-
sia Rom.
Restitui
sibi Con-
stantino-
polim.
Et Græ-
cis patriar-
chales ec-
clesias.
Admissa
ab Innoc.
IV oblatā
a Caloioā-
ne.

scientis, ut per huiusmodi benignitatis assensum desiderabili tantæ reconciliationis incremento, tota lætaretur fidelium vniuersitas, approbavit, sperans quod postquam prædicta ecclesia in materna pacis amplexum dante Domino redisset, oblationis ac professionis suæ terminos per liberam dilectionis latitudinem ampliaret.

50 Verum cum inter alia hoc prædictæ oblationis, & professionis series contineret, ut post concilium, & reformationem vniuersitatis Romanus Pontifex ante alios habeat dare sententiam, quod utique verbum ea proponentium, expositio declarauit, ut videlicet si de aliquo articulo fidei in concilio forte queratur, quicquid super eo dixerit Romanæ sedis antistes, dummodo euangelicis, vel apostolicis non obuiet traditionibus, in eo ceteri sibi obediant, eiusque auctoritatem sequantur; idem prædecessor satis absonum reputauit, quod in concilio celebrando ille solus articulus symboli Nicænæ synodi, in quo de processione sancti Spiritus Græca ecclesia aliquantulum a Romana dissonare videtur, per præfatos nuncios a Romani Pontificis excipiebatur iudicio, adijcientes, quod diffinitioni eius in concilio Græca non acquiesceret ecclesia, nisi quod diffinitum esset per scripturæ authenticæ testimonium, vel diuinum oraculum comprobaret. Non enim videbatur rationabilis causa, qua Græca ecclesia mouebatur, ut diffinendi potestatem, quam Romanum Pontificem habere non negat in cæteris fidei articulis, velit eum in hoc vno articulo non habere.

51 Verumtamen, ne aliquod ex hoc reconciliationem ipsius ecclesiæ impedimentum, vel obstaculum impediret, prædecessor ipse concessit, in concilio imminenti tenore prædicti symboli adiectione qualibet, nisi forte de mutua conuenientia, quam, sicut confidimus, reconciliationis inducet concordia, non mutari, sed in ea forma penes Græcam ecclesiam remanere, quam dicta synodus promulgauit, dummodo de sanctæ Trinitatis fide Græca ecclesia in omnibus catholice sentiat cum Romana.

52 Porro de Imperij negotio ijdem nuncij hoc receperunt ab eodem prædecessore responsum, quod super eo non vocato Imperatore Latino contra ipsum iuris ratio non patitur aliquid diffiniri, quia diffinitio irrita videretur, nisi aduersus citatum confessum procederet, vel conuictum. Sed ut nihil de ijs, quæ reconciliationi orientalis ecclesiæ cooperentur, omitteret, paratum se obtulit ad compositionem inter præfatum Caloioannem, & Imperatorem eundem interponere studiosius partes suas, confidens eam per suum studium prouenire: si autem placita partium in compositione conuenire non possent, offerebat super hoc idem prædecessor eidem Caloioanni exactam iustitiæ complementum, ius eius profecturus fauore quo posset, ut iustum pro suo voto iudicium reportaret. Considerare namque debebat, ac tenere pro certo, quod ecclesia Romana in iudicialis conditionis examine foueret tanto fauorabilius causam suam, quanto maiorem de ipsius, quam alterius deuotione, atque potentia eadem ecclesia, si eum ut carissimum & sublimem filium Deus daret suo gremio contineri, poterat habere profectum, ad cuius tutelam Christianis sunt distributa principibus administrationes secularium dignitatum.

53 Cæteram quia patriarchalium sedium sta-

tus absque iudicio immutari fas iusque non patitur, responsum est oportere illas in ea quam nunc obtinent ordinatione dimitti, nisi forte super ijs causam per consultam sacri deliberationem concilij dirimi placuisset, super quo cum beneplacito sapefati Imperatoris prædecessoris nostri concurrebat assensus. Verum, ut circa Constantinopolitanum patriarcham Græcum in eo, quod posset idem prædecessor cõdescendere verbo eius, hoc pro illo suæ duxit excellentiæ offerendum, quod ipsum ex tunc Constantinopolitanum patriarcham vere appellationis nomine nuncuparet, & postquam Constantinopolitanam ciuitatem ad eiusdem Imperatoris dominium depolui casu quolibet contigisset, eum faceret in antiquam patriarchatus sedem reduci, ut ibi residens suis præfesset subditis, quibus in præsentiarum noscitur præsidere, patriarcha Latino suis, quos nunc habet, subditis pacifice præfaturus.

54 Volumus autem, ut tu frater Vrbenetane episcopo, quem cum legationis officio ad partes Græcorum transmittimus, iuxta ea quæ præmissa sunt caute procedens, si plura ijs utiliora, & honorabiliora Romanæ ecclesiæ, ac aptiora reconciliationis negotio a Græcis impetrare poteris, non repente profilias ad præmissa capitula exponenda illis, vel etiam acceptanda. Si vero utilius videris te non posse procedere, tunc ista prudenter, sicut expedire videris, nostro & ecclesiæ Romanæ nomine acceptabis. Quod si forsitan ijdem Græci voluerint tecum finaliter omnia cõsummare, sed aliqua petierint, quæ tibi grauius videantur, super quibus acceptandis, & consummandis potestatem non habes, ac voluerint dicti Græci tunc ecclesiæ Romanæ canonicam obedientiam facere, tu si de futura reconciliationis consummatione speraueris, ne per te rumpi tantum negotium videatur, recipias eandem saltem obedientiam vice nostra, ut ipsa recepta ad vltiora facilius sit progressus.

55 Si autem nec hoc facere voluerint, sed nobiscum adhuc super ipsis capitulis, vel super alijs si qua denuo emerferint, prolixiorem voluerint habere tractatum, & tu de negotij consummatione aliquam spem habueris, ordines, quod solemnem Imperatoris, & ecclesiæ Græcorum nuncij tam prælati, quam alij ad sedem Apostolicam vna tecum accedant, habentes plenitudinem potestatis ab ipsis Imperatore, & ecclesiæ Græcorum, in nostra præsentia negotium consummandi. Demum si per te in partibus illis iuxta traditam tibi formam ad consummationem negotij procedi contigerit, secure cum eis ordines de generali concilio per nos in partibus istis, vel circa eas ad locum securum, & idoneum conuocando cum assignatione temporis competentis, infra quod idem possit commode pro locorum distantia, & temporum malitia concilium congregari.]

56 De missis ad Theodorum Græcorum Imperatorem a Romano Pontifice legatis meminit Georgius Logotheta, quos infecto negotio rediisse innuit. Capessiuert ille recenter Imperium, ac defuncto superioris anni mense nouembri Vacatio successerat, ut ex eodem auctore colligitur, cuius primas res gestas, ut salutatus Imperator fuerit, fœdus cū Turcis finitimis renouarit, ac Manuelli patriarchæ defuncto Blemmydam, quem sensisse cū Latinis in superiore tomo vidimus, subrogare cogitarit, eoque respuente oblatam dignitatem, Arsenium euexerit, quo illius ingenij facilitate abuteretur, ita describit: Imperator Theodorus

De Patriarchalibus sedibus.

Oblata ab Innoc. IV. Græcorum patriarchæ.

Eadē ab Alexandri legato traçari iussa.

Data ei auctoritas, ut profecturos Rō. ecel. primatum Græcos admittat.

Oratores miterōs ad sedem Ap. cures.

a Geor. Logoth. in hist. Constantinop. Leone Alat. inter De Theodoro Imp

dorus Imperij habenis susceptis, iustisque Imperato-
ri & patri, ut fieri amat, factis, & super scutum
affidens, uti moris est, ab omnibus Imperator ac-
clamatus Nymphæo discedens, Philadelphiam com-
meat urbem ingentem, & frequentem populis oppi-
datisque arma sumere, & maxime sagittis aduer-
sarium configere professis: eam cum in finitimum
agrum Persicum extendatur, bella cum hostibus con-
tinuo exercens gentem belli in studijs, asperrimam alit.
Vbi paucis diebus, quibus legationem ad Sultanum
transmiserat, commoratus, ad Bythinorum oras, &
ad primam illas regionis urbem Nicæam secessit.
57 Sed cum patriarcha orba ecclesia foret, nã pau-
lo antequam Ioannes Imperator moreretur, pa-
triarcha Manuel vitam finierat, nec absque patriar-
cha Imperatoris coronatio in sacro templo confici
posset: dignus ea prouincia, & honore conquireba-
batur, plurimorum suffragia in Nicephorum Blemmy-
dem, præceptorum meum, & philosophicorum sermo-
num ac dogmatum institutorem, virum & literis
& virtute perquam celebrem, & qui iuuenis adhuc
atque tenella ætate iugum monastica vite tulerat,
respiciebant: licet nonnullorum, & maxime primam
tam inuidentia, non modo tantæ virtutis lumen oc-
ciderat, sed & vitia quædam homini appinxerat.
Hunc Imperator Theodorus diligebat, cui iucundissi-
mus erat, quippe qui sermonem, quibus summope-
re delectabatur, magistrum eum sibi adficiuerat: sa-
pientia enim culmen, & reuera attigerat Imperator.
Ille ad tantam rem seignior esse, & Imperator
etiam ipse non impense nimis vrgeret, cui magis volu-
ptati erat, eum similem dignitatem non recipere: Re-
ges scilicet eos, qui patriarchatus presunt, moribus
ac ingenio abiectiores moderatioresque, ut facilius eo-
rum nutibus veluti iussis succumbant, peroptant,
quod rusticioribus eum sermonibus fideri nequeant,
potissimum accidit: qui vero sapientia operam nau-
uant, rigidiores videntur, & illorum insibus ad-
uerfuntur. Propterea Imperator Theodorus, illius
mente sensuque leuiter degustato, ad alios se conuer-
tit: & cum plures non satisfacerent, monachum
quemdam ex Apolloniadis lacu, præter paucas liti-
ras, cæterorum infantem, solum enim rudimenta
grammatices attigerat, nullis sacris ordinibus insi-
gnitum, Arsenium nomine, accersitum, quam celerri-
me missis hominibus, conduxit, nec ille renuit, &
eum Nicæa exire festinaret, præsulibus, ut quamprimum
eum patriarcham efficerent, imperat. Illi audientes
imperio per unam hebdomadam diaconum sacerdotem
& patriarcham eum consecrant. Adiungit auctor
narrando patriarchalis consecrationis causam
Europæarum prouinciæ motus fuisse.

58 Implicatum sub ipsis Imperij inijs Thessa-
lico, & Bulgarico bello Theodorum consensit
Gregoras, cū Michael Ætolie & Epiri princeps in
Thessalia finitimas vrbes inuaderet, alterque Mi-
chael Bulgariæ Rex, qui fratri Colmano successerat,
dolebatq; multis vrbeb; a Vatacio deiectum se fuisse,
accepta eius morte, conscripto ingenti exercitu,
in Græcorum terras excurrens plurima ipsi loca
eripuisse, quæ ex Georgio Logotheta delibanda
vix sunt: Bulgarorum, inquit, princeps Michael
uxoris Theodori Imperatoris frater socero illius
Ioanni Asano, ex Angeli Theodori filia susceptus,
Ioannis Imperatoris obitu nunciato, cum occiduas
partes Imperatoris copijs nudas orbasque conspiceret;
cum animoque agitasset regionem, & in ea oppida
ab Imperatore Ioanne Bulgaris subrepta, ad
Bulgarorum rursum dominatum, quod iam diu
Bulgarorum cordi inbaserat, reuocare; remque
pro tempore opportunam, et sibi videbatur, ratus;

Hæmo prodicens, transnatoque Hebræo paucissimo tem-
pore multarum regionum potitus est, multaque oppida
nullo cum labore sibi deuinxit. Bulgari siquidem
habitatores externorum iugo deiecto, generis con-
fortibus accurrebant: arces solo Romanorum præsidio
munitæ, cum ad repellendos hostium impetus non suf-
ficerent, in potestatem Bulgarorum nullo negotio ce-
ciderunt, partim timore percussis, & donationem
arcium pro salute, & domum abitione prædentibus,
partim repentina irruptione, cum obuiam ire non
possent, aufugientibus easque custodibus vacuas de-
serentibus, alijs etiam temporis longinquitate defes-
sis, cum præter modum custodia terminus illis pro-
traheretur, pleraque etiam arcium imperfecta viris,
& reliquis necessarijs partim munitæ præda hostibus
patuerunt. E vestigio itaque expugnata sunt Stemi-
machus, Peristiza, Crytismus Tzepana, & Abri-
di, præter Mniacum, quod vel solum Romanis per-
sisterauerat. Omnia, præter Vstra, Perperacium,
Cribus, & quod Adrianopoli adiacet Epbrem Bul-
garis cedere.

59 Addit auctor Theodorum Imperatorem
Bulgaricæ irruptionis auditore nuncio, ut occiden-
tales prouincias, quæ eo casu percussæ fluctua-
bant, in officio contineret, ac reciperet amissa,
raptim collecto exercitu traiecit Hellepontum,
atque Adrianopolim peruenisse: certiore
factum Michaelem Bulgarorum Regem circa
Hebrum castra fixisse, in ipsum extulisse signa,
primoque Bulgarici exercitus custodes partim con-
scidisse, partim in fugam egisse: monitum vero
Michaelem noctu in loca nemoribus densis con-
sita profugisse: Theodorum vero fugato ira hoste,
amissa omnia, excepta Tzepana, in suam potesta-
tem redegit; demum sequenti anno tentato hinc
inde bello, factisque plurimis excursionibus Mi-
chaelem pacem flagitasse; eaque lege firmatam, ut
Tzepana Theodoro restituta, vterque antiquis
regnorum limitibus siteret. Confecto ita Bulgarico
bello, Thessalicum facile sopitum est, ac dolo
Theodorus Dyrachium, Serbiam obtinuit: cum
specie tractandæ affinitatis, Michaelis despota
filium Nicephorum, vxoremque in suam potesta-
tem redegit.

60 Addit Georgius celebratæ ingenti pompa
Nicephori Michaelis despota filij cum Maria
Theodori Imperatoris filia, ac Nicephorum despota
dignitate ab Imperatore decoratum. Sed non diu
tenuit ea concordia: cum enim Theodorus in orientem
se contulisset, ut victorias barbarorum, qui
latius sui terrorem circumtulerant, ne opprimerent
Græcos, coereret; Michael Ætholiæ & Epiri princeps
dolens se a Theodoro Dyrachio & Serbiæ arce exutum,
defectionem molitur, Albanique præfatum Chabaronem
gloris suæ opera, quæ amatorijs literis ipsum ex-
cuiuerat vefanis amoribus irretitum ex insidijs
intercipit, Albanos in conspirationem allicit,
Seruorumque principem aduersus Theodorum
concitatur, ac bellum superiore atrocius conciliatus
cum Manfredi Siciliæ tyranno, & Villardumo
Achaïæ, & Peloponnesi principe affinitatibus
accendit. Sed demum a Theodori successore Pa-
læologo dolo viribus profligatum suo loco
videbitur.

Ve Patri Vatacio successe- rit.

Manuelis patriar- cha mors

Blenydes ad patriar- chatum vocatus.

Respuit dignitate.

Ve Imp. Græci me ptos pa- triarchas crearent.

Arsenius ad solium euectus.

Theodori in Europâ expeditio. a Greg. h. R. Rom. lib. 3.

Georg. Lo goth. ubi sup.

Michael Bulgariæ Rex.

Plura Gre- cis eripit.

Repressus a Theodo- ro Imp.

Parta a- mittit pa- cem; q- spo- scit.

Dyrra- chio poti- tur. In Asiam redit.

Michaelis Epiripri- cipis re- bellio.

IESV CHRISTI

Annus 1257.

ALEXANDRI PP. IV. VACAT IMP. OCCID. 7. annus 3. BALDVINI IMP. ORIENT. 29.

ANno salutis quinquagesimo septimo supra millesimum ducentessimum indictione quintadecima humani generis hoste scindente principum animos, atrox exarsit dissensio, deque Imperij maiestate inter electos duos principes est disceptatum. Admoniti iussique erant, ut antea vidimus, principes electores, ne in locum Vvillelmi interfecti Conradinum Friderici secundi ex filio nepotem, tum ob generis, tum ætatis vitium reipub. gubernaculis admouerent, paruerantque ij dictis apostolicis; sed in contrarias partes distracti, alij Richardo Cornubiæ comiti Henrici Anglorum Regis fratri, alij Alphonso Castellæ & Legionis Regi Imperium detulere, dignissimi ambo principes Imperio, ob egregias virtutes, quibus ornati erant, præclaraque facinoræ edita; quorum fama ad remotissimas orbis oras penetrarat, si concordia in alterutrum suffragia principum cecidissent. Rem hisce verbis perstringit Henricus Stero:

Principes regni pro eligendo Rege tamdiu habitis diuersis conuentibus tandem diffinitiuum electionis diem in octaua Epiphania statuerunt in Frankfurt celebrandum, ubi dum quidam conuenissent, Moguntinus, & Coloniensis archiepiscopus, & Ludouicus comes Palatinus Rheni, & frater suus dominus Henricus dux Bavaria in Richardum fratrem Regis Angliæ conueniunt, & electus ab ipsis subsequenter in die Ascensionis Domini apud Aquisgranum in Regem ungitur, & potenter in regni solio collocatur. Dominus autem Treuirensis episcopus cum alijs quibusdam principibus consentire nolens electioni prædictæ, in media quadragesima fretus literis, & auctoritate Regis Bohemiæ, ducis Saxonie, marchionum de Brandeburch, & multorum principum elegit dominum Alphonsum Regem Hispaniæ, qui electioni consensit, persuasus a Regibus & principibus & amicis.

3 Ad rei historiam contrarijs hominum studijs obscuratam inuolutamque tenebris illultrandam, veritatem ex ijs petere operæ pretium duximus, quæ coram sede Apostolica in Cardinalium confessu, a Richardi Alphonisque oratoribus, vtramque in partem iactata faere, quæque Pontifex suis literis b ad electos, & Imperij æmulos, ut de tota disceptati ipsorum iuris serie faceret certiores, conscripsit. Effluebat annus, intra quem, extincto Vvillermo, eligendus erat Francofurti Romanorum Rex, octauusque ab Epiphania dies tractando negotio constitutus; ac sane, ut Richardus cum suis contendebat, vt Rex crearetur præfixus, vt vero e contra Alphonfus, ipsiusque studiosi, non vt de eo eligendo, sed vt de ijs, quæ ad eligendum spectarent, ageretur. Primi accessere Francofurtum dux Saxonie, atque episcopus Treuirensis; interfuisse etiam procuratorem Regis Bohemiæ, ac ducem Saxonie, marchionis Brandeburgensis vices gessisse assererat Alphonfus, negabat Richardus. Ijs vero in vrbe agentibus venire archiepiscopus Coloniensis, cui archiepiscopus Maguntinus, tentus tunc ab hoste in vinculis, suas vices demandat; & comes Palatinus, quibus in vrbe præclusum aditum contendebat Richardus; e contra Alphonfus ita ingressum vetitum, quod magno armatorum nume-

ro succincti venissent, vimque electoribus alijs inferre molirentur: ipsis vero denuntiatum vrbes portas patefactum iri, si honesto tantum comitatu stipati ad tractandas Imperij res, remota illa armatorum multitudine, ingredi dignarentur.

4 Exulceratis ita principum electorum animis, inuicemque dissentientibus, quos contraria agebant studia, archiepiscopus Coloniensis, & comes Palatinus, captato consilio, Richardum in Romanorum Regem elegerunt, ita vt Coloniensis archiepiscopus etiam pro Maguntino suffragium conferret, cuius facti illam rationem proposuere, quod cum pauciores dies excurrerent anni, intra quem necessitas Regis eligendi incumberet, nec intra definitum illum extremum terminum principes electores conuenire facile posse viderentur, sua interfuisse, electionem celebrare; alios vero principes, eligendi Regis munere excidisse, siue, quod ad locum attinebat, nec præsentibus, nec procuratorum opera, vt Rex Bohemiæ, & marchio Brandeburgensis, non peruenissent, siue ad comitia agenda, vrbiisque portas pandere, vt dux Saxonie atque archiepiscopus Treuirensis nolissent.

5 His opponebat Alphonfus non fuisse minoris electorum numeri maiorem numerum ad definiendam electionis celebrandæ diem cogere, antequam vltima euoluentis sese anni dies laberetur. Interea dum Richardi celebraretur electio, qui Francofurti principes substiterant, neminem elegeri, sed post euolutum a morte Vvillelmi annum archiepiscopus Treuirensis, cui Rex Bohemiæ, Brandeburgensis marchio, ac Saxonie dux vices suas imposuere, vt Alphonfus affirmabat (instabat enim contra Richardus, vt demandatam ipsi eam prouinciã literis ostenderet) cum se Francofurtum contulisset, euocatis archiepiscopis Coloniensi & Maguntino, qui iam vinculis laxatus erat, & comite Palatino, nec ijs venientibus, dominica palmarum in Francofordienfi palatio Alphonsum Castellæ, & Legionis Regem suo, & aliorum principum nomine in Romanorum Regem elegit. Hæc nos ad controuersiam illius nobilissimæ lucem affundendam ex Urbani literis suis locis adducendis, interim decerpere volumus. Quis vero meliori iure an Richardus, cuius electio prior erat, an Alphonfus, in quem maior demum electorum numerus concurrerat, potiretur; vtque ea causa coram Apostolica sede diutius ventilata, tandem Richardo mortuo; Gregorius X. Alphonsum coegerit, vt suo iuri ad Imperium renuntiaret, ni suam ab Apostolica sede causam damnari vellet, quo facto, extinctoque impendentis belli periculo, Rodolphus ad Imperium est euectus, inferius exponemus.

6 Prætermisissis his silentio Parisius, quæ Ricardi causam tantum fulciunt, fusius a prosequitur, recensetque, vt archiepiscopus Coloniensis Imperij protocancellarius, pluresque Germaniæ proceres in Angliam solemnes oratores, ac literas miserint Richardo, quibus ad capeffendum Germaniæ regnum hortabantur. Versabatur tum cum Rege nobilitatis Anglicanæ flore circumsuso, cum ab oratoribus illi significatum est electorum suffragia in eum confluisse: hinc perstringebat oculos diadematis oblatis fulgor, hinc vltimorum Germaniæ Regum Lantgrauij, Henrici, & Vvillelmi comitis Hollandiæ infelix casus terrorem incuriebat: tum etiam Richardi præsentia Angliæ omnino necessaria videbatur. At Rex Angliæ, cum suspensos

Argumenta pro Richardo alata.

Contraria pro Alphonso.

a Pag. biff Angl. hoc ann.

Germani oratores ad Richardum.

expe-

Exorta in ter electores Imperij discordia.

Richardus & Alphonfus Reges designati.

Stero apud Canis antiq. lect. 80 1. pag. 376.

Qui Richardo adhaere.

Qui Alphonso.

Exortus in cod. Vall. M. S. sign. 499. pag. 9.

In quibus dissentierint electores.

expectatione omnium animos cerneret, Richardum hortatus est, honorem diuinitus atque humanitus oblatum acciperet: si respueret dignitatem, diuina repugnaturum voluntati: maximam inde gloriam in Anglos redundare, atque Anglis Germanisq; fretum nullo periculo appetitum iri.

Præclaram Richardi in admittendo Imperio vocem adducit Parisius, sibi mortem repentinam flammæque inferorum imprecari, si vel ambitione inflatus, vel auaritia adductus sceptrum acciperet: sed tantummodo illius regni suo splendore restituenti desiderio commoueri, utque eos, qui ipsum elegerant, summa moderatione, æquitate, ac dignitate regeret. Cur vero Germani exterum in Regem Romanorum adsciscerent, ad mutuam illorum inuidiam ac discordiam auctor causam deriuat; præterea ad immensas opes, quibus Richardus circumfuebat. Tum principes enumerat, e quorum nutu electio pendebat: *Hi sunt, inquit, maximi in Alemannia, ad quorum nutum pendet electio ipsius regni, quod est quasi arrha Imperij Romanorum, archiepiscopus Coloniae, cuius titulus est sacri Imperij protocancellarius post honorem archiepiscopatus: archiepiscopus Maguntinus, archiepiscopus Treuerensis, Rex Bohemæ, comes Palatinus de Rbeno, dux Austria, dux Suavia, qui & comes Bauariæ, dux Polonia, marchio de Michæ, marchio Brandeborg, dux Saxonia, dux de Brunefuic, dux de Carentene, dux de Melai, dux Brabantia, qui & Louania, Landgrauus Duringia, marchio Misnia. Inter omnes hos magnates supereminens est archiepiscopus Coloniensis, qui coronare tenetur Regem Alemannia apud Aquisgranum, ab antiqua & approbata consuetudine. Non leuiter tamen auctor aberrauit a rei veritate, cum Pontifices in suis literis de ea controuersia agentes septem tantum electores enumerent, nimirum archiepiscopos Coloniensem, Maguntinum, Treuirensis; Regem Bohemæ, ducem Saxoniæ, comitem Palatinum, ac marchionem Brandeburgensem.*

7 Quo vero Richardus de Germanorum principum voluntate certior fieret, in Germaniam oratores ad exploranda eorum studia misit, quorum plures optime erga eum se affectos ostentauerunt. Quinetiam Conradus Coloniensis archiepiscopus magno procerum numero stipatus in Angliam venit, ut Richardum ad petendam Germaniam, capeffendaque gubernacula incenderet: omnia ipsi cessura feliciter, populosque ac principes eius imperia excepturos. Londini etiam publico, ac solemniter fidem suam sacramento astrinxit, eiusque exemplo alij proceres in ipsius verba iureiurando adacti. Explicuit in eos regiam magnificentiam Richardus, atq; inter alia mithræ egregio opere laminis aureis testâ, ac lapillis pretiosis distinctam Conrado cõtulit: quam cû capiti imposuisset, urbane subiecit, se ipsius capiti in grati animi signum regiam coronam impositurum.

8 Conuertit mox curas Richardus in adornanda profectioe, conflataque validissima classe, ac magnis opibus in naues asportatis, vela in Germaniam fecit, felicique in terram exensione facta, summo applausu ab innumera hominum multitudine, quæ ipsi sese obuiam effuderat, exceptus, adductusque Aquisgranum, a Coloniensi archiepiscopo in Regem Romanorum inauguratus est, similiterque ipsius vxor Sancia regio diademate redimita. Hæc de Richardo Parisius, cuius partibus pro innato in patriam amore studuit, asseritque nunquam Germanos oratores de

Alphonso electo mentionem edidisse, aut legatos a Richardo missos in Alemanniam, nullo eius rei rumore afflatos, ac nec tenuissimam rei famam ad Anglorum Regis aut Richardi aures affluxisse, cum ipsi Imperium Germani detulere. Quod sane ab omni verisimilitudine abhorret: num enim principum aperta dissensio latere Anglos potuit? num acceptis quorundam tantummodo literis, delatisque studijs alios a se abalienatos esse Richardum fugere potuit? Illud vero probabilius, ipsum altissima dissimulatione rem suppressisse, atque ad occupandam coronam prouolasse, ut æmulo aditus præcluderet, eiusque consilia elideret. Inquam sane sententiam hæc monachus Patauinus: *Comes autem Richardus ascendit in Alemanniam festinanter, & de assensu quorundam principum capiti suo regni Alemannia diadema imponi curauit. Interea Alphonfus Castellæ, ac Legionis Rex delatum ab alijs principibus Germania regnum admiserat, certiorque factus Richardum ab alijs proceribus Regem Romanorum salutatum, atque etiam Aquisgrani corona cinctum, Imperij maximam partem in suam potestatem redegit; Gallia, Nauarræ, Aragonia Regum gratia fretus, fultusque eorum promissis, a quibus electus fuerat, totius Hispaniæ, & Galliarum vires in Germaniam infundere, ac Richardum depellere meditatur; atque ius suum ad Imperium, virium potentiam, fœderatorumque copias efferebat. Et quidem multorum fama circumferebatur, Francos obinueterata cum Anglis odia, ac bella veritos, ne si Richardus ad Imperij fastigium perueniret, maxima regno pericula conflatum iri, cum hinc Anglia, ad repetendas ereptas præteritis belis prouincias, totos imperus impressura esset, hinc Germania tot bellicosarum gentium arma in eam sub Richardo, qui inter cæteros titulos Pictauræ etiam comitatum sibi arrogabat, conuersura videretur. Cum vero vterque princeps ad suas corroborandas partes Pontificis gratiam colligere, maximi interesse probe nosset, eumque demum potiturum Imperio, ad cuius partes ille sese detorsisset, magnis apud eum studijs officijsque certare, ut illius gratiam prolicerent: missisq; oratoribus singuli dedere operam, ut se ad inunctionem conferendam, imponendumque diadema, reiecto æmulo ut illegitime electo, vocaret. Contendebant quoque alij principes, ut quisque Alphonso, aut Richardo fauebat, literis atque oratoribus causam, quam erant amplexi, Pontifici commendare. Et sane confirmat monachus Patauinus a vtrumque electum suos Romam oratores ad Pontificem misisse, ut ab ipso confirmari in Imperio obtinerent, atque ad accipienda insignia excirentur: sed Pontificem, ne pax abrumperetur, longiores ex Cardinalium consilio moras protraxisse, ne in tanta tamq; implicata tantorum principum controuersia rem definiret.*

9 Nec is turbarum Germanicarum finis, verum non leue schisma in earum regionum ecclesia nobilissima emerfit, ex quo bella ingentesque calamitates erupere. Cum namque Philippus Carinthiæ dux Salisburgensis archiepiscopus electus, qui eam ecclesiam annis nouem administrarat, sacris pontificalibus numquam initiari voluisset, ut refert Stero b, Alexander contumacem præfulem exauctorauit, atque episcopali dignitate deiecit: qua de re extat in huius anni regestro apostolicum diploma, e quo Alexander Chimenfi episcopo prouinciam imposuit, ut Philippam, qui tanto tempore summo fidelium damno & scandalo ec-

Richardus solus publice rei causa sceptrum admittere profectetur

Principes electores ex Parisio

Is ex Pontificum literis emendatur

Archiepiscopus Coloniensis in Angliam aduentus

Richardus Aquisgrani diademate insignitus

a Monacho i. a. i. chro. lib. 2. hoc ann.

Alphonfus finitum Regum vires sibi conciliat

Curt Gallus Alphonfus studuerint

Aemilius Reges certatum Pontificis gratiam ambiunt

a Monacho Pad. chro. lib. 2. Alexander in longius tepus re extrahit

Philippus archiepiscopus Salisturg

Munere deturbatur. b. Stero apud Canis an. q. l. c. 2. pag. 277. c. Alex. 13 ep. 619.

clesiam illam sine præfule viduam gemere coegerat, ad restituendas illius arces, oppidaque vero archiepiscopo Salisburgensi, nimirum Vlrico Seccouienſi antea episcopo a canonicorum Salisburgensium collegio subrogato, cuius Alexander electionem ratam esse iusserat, celsuris ecclesiasticis compelleret, & archiepiscopali aula fiduciario iure obnoxios, incussa bonorum multa, ad excipienda Vlrici imperia adfringeret.

10 *Olim ecclesiarum cathedralium sponſis, contractum hinc inde spirituale coniugium passim, non absque vtrorumque periculo, negligentibus consummare, differendo munus consecrationis recipere ultra tempora in antiquis canonibus diffinita, nos, quibus ex iniuncto nobis apostolatus officio cura omnium ecclesiarum incumbit, prædictis ecclesiis taliter viduatis, quæ quidem licet sponſos haberent, destituta tamen erant ipsorum solatio quoad quadam, prouidere salubriter ac multorum dispendijs obuiare volentes, de consilio fratrum nostrorum vniuersis electis in præmissis ecclesijs semel tempus statuimus, infra quod munus consecrationis reciperent: alioquin, nisi essent legitimo impedimento detenti, ab administratione spiritualium & temporalium cognoscerent se suspensos. Et si ultra prædictum tempus sua consecrationis munere detinerent ecclesias alijs sex mensibus viduatas, ex tunc ipsis ecclesijs scirent se auctoritate nostra priuatos; & ijs, ad quos talium spectat electio, prouidendi sibi de alijs haberent liberam facultatem, non obstante aliqua indulgentia eis sub quacumque forma verborum concessa, per quam aduersus statutum huiusmodi possent in aliquo se tueri.*

11 *Vnde dilecti filij præpositus & Heidenricus canonicus Salisburgensis ecclesie ad sedem Apostolicam accedentes tam ex parte sua, quam ex parte capituli eiusdem ecclesie coram nobis, non sine multa cordis amaritudine, retulerunt, quod Philippus quondam electus ipsius sanctæ sanctorum Patrum non metuens, & moderna statuta contemnens, eandem ecclesiam non tanquam sponſus, sed adulter potius, tenuit per nouem annos, & amplius, occupatam: cum nec infra tempus præfinitum a canone, nec post huiusmodi constitutionem nostram super hoc editam, & in illis partibus promulgatam, ab eodem etiam capitulo pluries requisitus, se procurauerit consecrari: quamquam in vocem appellationis proruperit, & in ipsa ecclesia in spiritualibus & temporalibus nihilominus temere ministrarit. Propter quod ipso Philippo post primos sex menses ab administratione suspensus, & demum post sex alios eadem ecclesia iuxta tenorem ipsius constitutionis priuato, dicti præpositus & capitulum prouidendi ecclesie ipsi de alio habentes ex hoc liberam potestatem; & volentes ecclesie sue consulere de pastore, vocatis omnibus qui voluerunt, potuerunt & actuerunt commode interesse, tandem in venerabilem fratrem nostrum episcopum Cbimensem, præfatum præpositum, & scholasticum ac Hermannum canonicos Salisburgenses prouidendi eidem ecclesie de pastore contulerunt vniuersim potestatem: qui venerabilem fratrem nostrum Secouen. episcopum in Salisburgensem archiepiscopum iuxta formam sibi traditam concorditer postularunt, &c. confirmat Alexander Seccouienſis archiepiscopi electionem, ac Philippum archiepiscopali gradu deturbat. Dat. Viterbij non. septembr. anno III.*

12 *At Philippus pontificia monita spreuit; quare anathemate defixus est. Reigesta seriè legatus ad Pataniensem suffraganeum scripsit, vt suam ad depellendam Philippi tyrannidem operam conferret. Successisse iam e sententia res videbatur,*

atque excussum tyranni iugum: cum Philippus Bohemia Rege atque Austria duce accitis in auxilium Salisburgum, arces, oppidaque militæ præfidiario firmat, aduersantesque sibi in exilium egit: de quibus pluribus auctores a Succinctus etiam totius Bohemæ, Austria, Morauæ flore, Austria dux in Bauariam irrupit: sed Bauarus fratris auxilijs fultus hostem deleuit, atque edita magna strage in fugam auertit.

Edidit vero Premislaus Rex Bohemæ egregium religionis exemplum, qui cum accepisset hæresim in Bohemæ & Polonia confinij pullulare, ad eam excindendam pestem Alexandrum sollicitauit b, vt strenuos censores fidei præferret. Commissa est ea prouincia Bartholomæo e Brouna & Lamberto Theoronic Minoritis, quos pietatis professio in illius hostes zelo inflammabat.

13 *Extinctum est hoc anno xv. augusti pulcherrimum totius Polonia lumen, Hyacinthus nimirum, siue Iacicus, aut Iaczo, ijs enim nominibus ab historicis Polonis appellatur, Dominicanæ familiæ vir sanctissimus, qui ad Polonos ac Russos Christiana pietate imbuendis, egregiam operam nauauit: effulſitque maximis miraculis, e quibus illud recenset Longinus, e iniecta ipsum flumini veste, cum tribus socijs inspectantibus, atque admiratione defixis Vissegradensibus, sicco pede traieciſſe.*

Nec minus insigne innumera populi multitudine teste comprobatur aliud miraculum, cum a Clementia nobili fœmina ad relaxandas curas in agrum inuitatus fuisset, paulo ante quam accederet, sæuissima grandine circumiacentium agrorum segetes, quæ iam flauescabant, attritæ omnino fuerunt. Venienti ergo populus eius sanctitatis opinione imbutus, ad eum confluit, crebrisque suspirijs abcessis vocibus exorat, vt Deum pro lenanda accepta calamitate, segetibusque restituendis deprecaretur: nec irritæ eorum spes, affulgente enim die postero, integræ segetes summa omnium admiratione conspectæ sunt.

Edidit innumera alia viuus miracula, d quæ præterimus taciti: nec leuiora post mortem explicuit. Et quidem Deus serui sui sanctitatem illustraturus, eo ipso die quo e viuus sublatus est, adolescentem, qui dum equum agitaret, quadripedis impetu e sede excussum, ac terræ allisus morti occubuerat, ipsius parentibus sancti viri suffragia implorantibus ad vitam reuocauit.

14 *Cælestibus etiam visis adeptam æternam illius felicitatem patefecit. Ioannes Prandothas episcopus, persolutis illi iustis ante aram B. Virginis prouolutus in genua, sese effuderat in preces, cum suauissimo somno correptus ingredienti in chorum duos eleganti forma iuuenes, ac mox alios duos maiestate humana augustiore decoros conspiciatur, alterum pontificali habitu ornatum, alterum Dominicanorum veste miri candoris insignem ac gemina corona redimitum: sciscitant quis esset, responsum, Stanislaum, focium suum Hyacinthum ad cælos perducere, qui doctoratus ac seruata virginitatis duplici laureola fulgebat.*

15 *Nec dispar virgini Deo dicata sanctissimæ obiectum visum, Deiparam sanctorum ingenti multitudine circumfusam, quos omnes cælestis splendor obibat, videndam sese præbuisse: verba auctoris e afferro: In Cænobio S. Trinitatis Cracouia religiosissime deuotissimeque vita excedit ad patriam claritatis æterna a Matre misericordie carente: Ibo mihi ad montem myrrha; & angelico cœtu prosequente (quemadmodum virgini deuote reli-*

Vi repellitur. Secuta in de bella a Chr. Salisbur. an. 1256. & 1257. a. apud Canis ant. l. 6. tom. 5. p. 48. 1264. & Auentinus arque ex eo uouat. cent. 13. cap. 8. col. 777. b. Alex. ep. 365.

Othocarus Rex institui in regno cælores fidei postulat. S. Hyacinthi piæ mors. e Longin. h. p. Pol. l. 7. hoc an. Michon. lib. 3. c. 54. Chrom. l. 9. Nonnulla miracula ab eo edita.

Visitulum sicco pede calcat. Obtritas segetes restituit primæ viriditati.

d. Exant apud Sur. die 15. aug. Ad vitam mortuum reuocat.

Cælestium visum de eo Prandothæ ep. obiectum.

Aliud sanctimoniali ostensum.

e Longin. ubi sup.

glo-

Vlricus in illius loco cum susseptus. a Ep. 625.

Apostolica constitutio de suscipiendis ordinibus ab electis.

Vt sprete sit a Philippo.

Clerus ecclesie Salisb. prospexit.

Sententia in Philippum.

Philippi contumacia.

gioſaque ſanctimoniali Stronclaſua in ZnierZinienſi monaſterio profeſſa per viſum in mortis praſati IacZkonis articulo monſtratum eſt) deducius, & a Pranaotba Cracouienſi epifcopo, & populi multitudine in eodem caenobio S. Trinitatis ſepelitur. Tantiſ & tam frequentibus prodigijs illum & in vita & poſt mortem inſignire & glorificare dignatus eſt Altiffimus, vt non ſolum dignus, ſed etiam digniffimus, ſi ipſa prodigia * neglectum a Polonis & a notitia Pontificis maximi ſuppreſſum iri non contigiffet, canonizatione videatur. Ita Longinus, cui Michouias a & Chromerus b conſonant. Ceterum comprobata ſignis innumeris illius ſanctitate Clemens VII. anno MDXXVII. conceſſit, vt eccleſiaſticum in recolenda eius memoria officium inſtitueretur, lapſiſque poſt tribus annis, vt eius feſtus dies in Polonia celebraretur: praeterea, vt ſupplicatio ſolemniſ religioſa pompa in ipſius honorem inſtrueretur. Demum poſt diligenti examine diſcuſſa eius precibus collata a Deo beneficia, ſacro ritu in ſanctorum albo a Clemente VIII. anno MDXCIV. repositus eſt.

16 D. Hyaeinthi ſacro funeri felicem Poloni principis, nimirum Przemislau ducis Poſnaniensis obitum coniungamus, quem voluptatum illecebrae non corrumpere, non opum fulgor perſtrinxit, non ambitio poſtea praecipitem deiecitura extulit: vir erat ſummæ in temperandis voluptatibus auſteritatis, atque in adminiſtranda iuſtitia integritatis, cilicio carnem ſæpius macerare ſolitus. Sepulchralis vero elogij loco ex Longino c egregiam ipſius commendationem afferemus: *Hic inter Polonia principes mitiffimus ſui temporis & ſupra etatem prudens, duas praecipue virtutes continentiam & iuſtitiam ſumma cura, ſummog; ſtudio ſeſtatatus, cilicina veſte in diebus quadrageſimæ, vt caro ſeruiret ſpiritui, & cereuiſia parum ſapida, aut vino lymphato utebatur. In pronuntianda vero ſententia, & lite dirimenda tam modeſtus, tam iuſtus, vt vtraque pars eius probaret decretum. Nemo illum vidit vnquam aut ebrium, aut iratum, aut geſtu, indumento, ſermonem, aut opere ſuperbum. Sacro cæna die duodecim pauperum ablutis & oſculatis pedibus, quemlibet nouo panno veſtiebat: media nocte quod illi ceremoniale iam, & quaſi ex debiti neceſſitate conſuetudinarium factum fuerat, dum a familiaribus quiſcere putaretur, cuſurgens curſum horarum Virginis glorioſa, quibus finiſ, psalmos aliquos & orationes, quas didicerat, depromebat. Contulit eccleſie Gneſnenſi willam Czirnclin, Poſnaniensi Bur, praeter libertates, quibus vtramque baronibus ei aduerſantibus, magnis praerogatiuis extulerat.*

17 Longe a tanti viri probitate aberat impius Boleslaus Legnicenſis dux, qui ob captum inhumaniter Thomam Vratiſlauenſem epifcop. Sæui nomen traxerat, atque adhuc eundem praefulem carcere incluſum tenebat; cum Pontifex Gneſnenſi & Magdeburgenſi archiepifcopis dedit imperia, vt crucis ſigna infeſta aduerſus Boleslaum pro reſtituendo libertati epifcopo attollerent, populofque ad ſacram expeditionem in tyrannum, eccleſiaſtica ſpernentem cenſuras, accingendos curarent. De quo ita Pontifex conqueritur: *d Idem dux Eccleſie malleum velut ſtipulam reputans, ad huc in ſua perſeuerat obfirmatus malitia, omnino contempta eccleſie diſciplina, & quod ad cumulum ſuae damnationis magis accedit, eos nunc validioribus quam prius afficit poenis & tormentis, pedes enim ipſius epifcopi, qui calciati eſſe debent in euangelium pacis, ferreis nexibus alligantur, & qui gregem ſuum*

ſacrae praedicationis vberere deberet reſicere, nunc in duri carceris ergaſtulo detinetur, interdico ſibi capellani ſui ſuffragio, cui in confeſſione conſcientiam ſuam pandere valeat, & cum quo poſſit interdum ſaltem miſſarum officia celebrare. Equidem cum & nos talis iniuria vulnerat & non leuem in preſſura moeſtitiam, ad procedendum contra ducem ipſum acrius nos inuitat: nam veriſimilitudo non tolerat, vt patiente tanto Eccleſie membro caput non langucat, aut expeſ doloris exiſtat. Si ergo commiſſum ſibi nobis licet indignis, & curam gregis Dominici ſolicitam gerere, & medelam ſauciati vulneribus adhibere, quomodo ducem ipſum per mortales campos, per iter mortis vltra patiemur diſcurrere, quin ipſum ad paſſua ſalutis reducamus? Cumque infirmus ſalutaria reſpuat, quærat noxia, & plerumque deſiderijs contrarijs vrgeatur, quomodo ducem ipſum tanquam laborantē phreſi impia relinquemus voluntatis arbitrio, qui ipſi, quantumcumque inuito, amara ſalutis pocula propinemus? vt id ad curam ſanus fuiſſe cognoſcat, quod infirmus non poterat praſentire.

18 Sane poſtquam idem obſtinatus ſpiritualem medicinam reſpuit, poſtquam Petri gladium, prout congruit, non attendit, quid ſupereſt, niſi vt extrahatur materialis gladius contra ipſum, & ad quod leui medicamine voluntarius induci non potuit, poena ſaltem formidime pertrahatur inuitus? An habitatores Polonia filios ſpeciales relinquemus expoſitos illi diſcrimini, quod ex tam deteſtabili facto ipſorum imminet regioni? erit ne in tam enormi exceſſu patientia noſtra tanta, vt & negligentia nomen aſſumat, & vera patientia nomen perdat? Et quidem quantumcumque ob generoſitatem ipſius & ſuorum progenitorum merita haſtenus detuliſſimus eidem, id tamen ulterius non patitur praedicti criminis magnitudo: accuſat enim ipſum carcer, arguunt vincula & contra ipſum Deum ac homines prouocant ad vindictam.

19 Ceterum more pij patris, qui ſententiam cito conuertit in veniam, & redire non perire cupit filium, adhuc experiri volentes, ſi de fragmentis conſcientiae ſuae, quæ velut lagena ſigili eſt grandi conſtrictione conſracta, aliqua teſta permanſerit deuotionis igniculi retentiua, vniuerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur attente in virtute ſancta obedientiae vobis diſtincte praecipiendo mandamus, quatenus praſatum ducem ſuper liberatione ipſius epifcopi & aliorum, nec non & ſuper praemiſſis omnibus moneatis, & moneri & induci efficaciter faciatis, quod ſi monitis veſtris, quod abſit, pertinaciter aures obdurauerit cordis ſui, ex tunc ſinguli veſtrum in ſuis ciuitatibus & dioceſibus pro liberatione eiusdem epifcopi contra ducem ipſum iuxta datam vobis a Deo prudentiam per te, vel per alios viros ad hoc idoneos, praedicetis verbum crucis, &c. Proponit Pontifex indulgentiarum praemia ijs, qui aduerſus Boleslaum ſæuam accepto crucis ſymbolo religioſam militiam fuerint profeſſi. *Dat. Lat. III. kal. apr. pont. noſtri anno III.*

20 Temperatum a bello eſt, cum Boleslaus ad eludendam imminentem vltionem Thomam epifcopum vinculis laxaſſet: ſed ad indignas pactiones adactum, ob quas increpitus eſt Thomas a praſulibus, qui ſe bello ſacro accinxerant, tyranni minis ac terroribus de gradu conſtantiae deiſci ſe paſſum eſſe, ſuæque cauſae æquitatem, atque eccleſiae iura prodidiſſe: inſam etiam cæteris principibus praebuiſſe, vt familia ac Boleslaus in epifcopos ſcelera pertentarent. Sponderat nimirum duo marcharum millia Boleslao, ac decimarum manipularium, iure improbiſſimo exemplo, ceſſit;

Demandus ferro qui æquitate non regitur.

Prius Boleslaus officij moneri iubet Pontifex quam bello appeti.

Michl. 3 cap. Long. ubi ſup. In ſignis pactionibus Thomam liberat. Thomas philanimitatis in crepuit.

* per

a Michl. 1. 3. c. 54. b Chr. 1. 9. Precaria formula pro implo randa eius ope inſtituta a Clē VII. A Clem. VIII. SS. catalogo adiectus 1594. Præmiſlaiducis Poſnan. pia. mors.

c Long. biſt Pol. lib. 7. hoc anno. Eius elogia.

Boleslaus ſæuus Vratiſlauenſis epifcopi tenet in vinculis. Sacra in eum expe ditio indi cta.

d Extant Pontificia litera a pud Long. biſt Pol. 1. 7. Iuſta cau ſa quæ Pont. ad eam promulgada inouere.

cesserat. Vbi Longinus, qui hæc narrat, exclamat, non iam mirum videri debere Silesiæ duces, quibus Polonia iure debebatur, regno deturbatos, cum spoliatis sæpius ecclesijs, manibusque in christos Domini iniectis, tantis sese criminibus obligarint. Lætus ea præda Boleslaus, eiusque suauitate ad simile audendum facinus illectus, fratrem Glogouienſi ducatu exuere meditatur: blandis illum vocibus ac simulatis humanitatis officijs ad se vocat: at ille, cum sibi insidias comparari audisset, alijs artibus ipsius fraudes eludere aggreditur: lectissimam militum manum arripit, cuius partem in filius proximis latere iubet, ipse cum reliqua ad Boleslaum pergit, qui cum armatos egregie instruxisset, atque pro turribus & muris collocasset, vt facilius pelliceret in insidias, ad fratrem descenderat: at mox ab illo captus abducitur, ac duo marcharum millia, quæ ab episcopo extorserat, diuino iudicio pro se liberando refundere coactus est. At de his fatiſ.

21 Ad comprimendam audaciam, & crudelitatem Lituanorum, Iaczuingorum, aliorumque hostium Ecclesiæ, quos vel schismatis, vel infidelitatis nequitiã in pios efferat, Alexander a Bartholomæo Minoris Bohemiam promulgandæ religioſæ militiæ provinciam demandauit, quem Bohemiæ, Austriæ, Poloniæ, Morauiaque præsulibus, vt in promouenda sacra illa expeditione operam conferrent, commendauit. b Floruit ille ingentium virtutum opinione, magnamque apud Cracouia & Sandomiria ducem, ac Salomem olim Galiciæ Reginam, quæ monasticam disciplinam in S. Damiani ordine colebat, gratiam collegit: a quibus sollicitus Alexander, vt in oppido Lacou Cracouienſis diœcesis sedem episcopalem excitaret, præficeretque Bartholomæum, rem in Gnesnensis archiepiscopi atque episcopi Cracouienſis arbitrium contulit, c vt quod ecclesiæ dignitati conducere videretur, decernerent. Accensi porro ita sunt Gnesnensis archiepiscopi, tum Bartholomæi, aliorumque concionatorum opera pio ardore fideles, vt Casimirus Lancitiæ & Cuiuuiæ dux, alijque plures Poloniæ, Austriæ, & Morauia proceres accepto crucis symbolo bello sacro aduersus Lituanos se deuouerint: quos Alexander apostolico patrocinio præmijſque indulgentiarum donauit. d

*Nobilibus viris Casimiro * & Cuiuuiæ duci, ac alijs ducibus, baronibus, & vniuersis cruceſignatis per Poloniam, Morauiam, & Austriam constitutis.*

22 Dignum est, vt cælestis Regis obsequijs inhærentes speciali debeant prærogatiua gaudere. Cum igitur, sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, vos zelo fidei & deuotionis accensi ad exhortationem venerabilium fratrum nostrorum archiepiscopi Gnesnensis & suffraganeorum eius, ac dilecti filij fratris Bartholomæi de ordine fratrum Minorum contra Liouannos *, Iacintiones, & alios paganos & schismaticos, qui terris Christianorum confines existunt, de mandato nostro prædicantium verbum Dei, viuificæ crucis assumpto signaculo, contra eosdem perfidos velitis viriliter cum Dei adiutorio proficisci, nos propter hoc vos benigno fauore prosequi delectantes, vestris supplicationibus inclinati, personas vestras cum familia, & omnibus bonis, quæ in præsentiarum rationabiliter possideris, sub beati Petri, & nostra protectione suscipimus; vobis auctoritate presentium nihilominus concedentes, vt eisdem indulgentijs & immunitatibus gau-

deatis, quibus gaudent cruceſignati in Terræ sanctæ subsidium accedentes. Nulli ergo, &c. *Dat. Laterani non. ianuarij anno III.*

23 Exceptit egregius princeps de Ecclesia optime meritis clientele apostolicæ fauores aduersus crucigeros equites. Contulerat Innocentius Papa in Casimirum Lancitiæ & Cuiuuiæ ducem nonnullarum terrarum, quibus Goleas & Polexici nomen erat, dominium, modo ethnici sponte Christiana sacra amplecterenter, etiamſi religioſis S. Mariæ Theutonicis equitibus concessisset, vt quas in Prussia terras ferro ethnicis eripuissent, ipsorum ditioni obnoxie censerentur. Cumque superiorum regionum pagani imbui religione sacra Christiana cuperent, atque adeo sub ducis imperio caderent, ijdem religioſi equites, furentes auaritia, repentinas excursions in neophytos egere, multum fudere humanum sanguinem, eoque suo subiiciendos imperio contendebant. At legatus Apostolicus (is erat abbas e Mezzano) cui a Pontifice seruandorum Casimiri iurium provincia erat demandata, rei æquitate motus, anathematis in eos sententiam iaculatus est: deque ea re certior factus Alexander, scriptis ad religioſos Dominicanorum, & Minorum familiæ viros, qui cæteris earû familiarum in Prussia sodalibus præerant, literis a sententiam, quam legatus tulerat, confirmare imperauit, vt cæptis censurarum terrore submouerentur.

Prioribus ord. Prædicatorum, & Guardiano fratrum Minorum.

24 Exhibita nobis dilecti filij nobilis viri Casimiri ducis Lancitiæ & Cuiuuiæ, deuoti nostri, petitio continebat, quod cum olim ei fel. record. Innocentius Papa prædecessor noster terras paganorum, quæ Goleas & Polexici vulgare appellantur, duxerit concedendas, dummodo pagani terrarum illarum sponte sine gladio fidei Christi susciperent per baptismum, dilecto filio abbate de Mezzano Placentinæ diœcesis, tunc in partibus illis A. S. L. sibi super hoc conseruatore concesso, non obstante quod tota terra Prusiæ concessa fuit a sede Apostolica magistro & fratribus domus S. Mariæ Theutonicorum, quam possent sibi per gladium subiugare; idem abbas in dictum magistrum & quosdam de ipsis fratribus, quia ipsi, vt euacuant gratiam eidem duci super hoc factam a prædecessore prædicto, terras eisdem ipsis paganis paratis & volentibus sponte vnda renasci baptismatis, intrantes in gladio eam sibi non sine multa effusione sanguinis subiugarunt; & diligenter ab ipso abbate moniti, ab ipsa subiugatione respiscere contumaciter denegarunt, cum hoc esset adeo notorium, quod nulla poterat tergiversatione celari, excommunicationis sententiam, exigente iustitia, promulgauit: quare fuit ex parte ipsius ducis nobis humiliter supplicatum, vt eandem sententiam robor faceremus firmitatis debitum obtinere. Ideoque discretioni vestræ adinstar prædecessoris eiusdem per apostolica scripta mandamus, quatenus sententiam ipsam, sicut rationabiliter est prolata, faciatis auctoritate nostra vsque ad satisfactionem condignam, appellatione remota, inuiolabiliter obseruari &c. *Dat. Lateran. non. ianuarij anno III.*

25 Paruere Pontifici Prutheni equites, ac suis obsequijs promerere, vt Alexander b donatione Chelmenſis principatus a Conrado Mazouia & Cuiuuiæ factam vi. kal. aug. confirmarit. Quibus literis c insertæ sunt publicæ tabulæ a Cōrado anno MCCXXX. indictione III. mense iunij editæ,

qui-

Diuina in
Duces Si-
lesia vitio

Bolesl.
dum fra-
trem spo-
liare ten-
tat capi-
tur.

a Alex. 1.3
ep. 310.
Sacrum
bellum in
Barbaros.

b Ibid. ep.
308.

c Ep. 311.

Casimi-
rus dux
alijque re-
ligioſe mi-
litiæ dant
nomen
d Ep. 6.

* Lancitia

Commē-
dantur a
Pont.

* Liſtuanos

Cruceari
in sed. Ap.
clientelā
admiſſi.

Contro-
uerſa in-
ter Casi-
mirum,
ducem &
Crucefe-
ros.
De Ethni-
cis qui
sponte ba-
ptiſmum
ſuſciperēt

Impium,
& crude-
le crucefe-
rorum fa-
cinus.

Feruntur
anathe-
mate a le-
gato.

a Ib. ep. 4.

Confir-
mata ab
Alex. ſen-
tentia.

ſunt ſoſt.
v. v. m. ſi.
ſunt ſoſt.
v. v. m. ſi.
ſunt ſoſt.
v. v. m. ſi.

b Long. hiſt.
Pol. 17.
Crucefe-
rent Alexandro.
c Alex. 1.3
ep. 723.

quibus Conradus, vxore Acſaphia & filijs Boles-
lao ac Semouito, tum proceribus aſſentientibus,
Chelmenſis ditionis iura in equites transfudit, vt
Poloniam aduerſus Saracenorum aliorumque
infidelium impetus tuerentur, atque hiſce limiti-
bus Chelmenſem tractum circumſcribit: *Contuli
hoſpitali S. Maria domus Teutonicorum & fratri-
bus eiusdem domus totum & ex integro Chelmen-
territorium cum omnibus ſuis attinentijs ab eo loco,
vbi Dravvantica egreditur, terminos Pruffia, &
per deſcenſum eiusdem fluminis in Viſclam, & in-
deceſſu Viſcle vſque ad Oſam, & per aſcenſum Oſe
vſque ad terminos Pruffia, in veram & perpetuam
proprietaſem poſſidendam.* Confirmata a etiam a
Pontifice eſt alia donatio a legato ſedis Apoſtoli-
ca ijs facta. Quod vero ad bellum ſacrum Litua-
nicum ſpectat.

Tam ſacrum in Lituanos ac Iaczuingos
clauſum cecinerant Minorita, ac plures ad trium-
phalia crucis ſigna pellexerant, quos cum poſtea
ob rei ſuſceptæ difficultates pœniteret, nonnullos
adibant, qui ad emungendas pecunias implendi
voti onere liberabant, eaque ab ſede Apoſtolica
auctoritate munitis præ ſe ferebant. Quæ res,
cum expeditionem inſtruendam diſturbare vide-
retur, certior factus Alexander, dato ad Minori-
tas diplomate edixit b, nequis niſi facta ſibi ſin-
gulari a Pontifice facultate nuncupato gerendo-
rum in ethnicoſ armorum voto, illius reos libera-
ret.

26 Nec ad Lituanos modo frangendos, qui
rei Chriſtianæ non leuia damna intulerant, incu-
bit Alexander, verum etiã ad Ruſſiæ Regē Danie-
lem ad officium reuocandum, Apoſtolicam ſolicitu-
dinem deſiſſit. Aggregarat ille antea ſeſe Chriſto,
atq; etiam poſt baptiſmi ſacra inunctus fuerat, re-
gioque diademate Pontificio iuſſu redimitus: ſed
poſtea, vadente humani generis hoſte, ab Ec-
cleſia ſædiſſime deſciuerat. Quem Alexander
mollibus primùm verbis ad pietatem adducere
eſt conatus: tum ni ſalubribus monitis pareret,
grauiores minas armorumque terrorem ipſi in-
tentauit. c

Danieli Regi Ruſſiæ.

Inter alia, quæ nobis ex iniuncto Apoſtola-
tus incumbunt officio, animarum nos conuenit
præcipue inuigilare ſaluti, vt eas regum Regi, qui
nos illarum, licet immeritis, voluit præſeſſe regi-
mini, lucrificare, ſua nobis cooperante gratia, va-
leamus. Verum quia non eſt Deo acceptum ob-
ſequium quod ſine fide præſtatur, nec perueni-
tur operum ædificio ad ſalutem, quod ſupra firmi-
tatem fidei non conſurgit, ad propagandam eam,
& corroborandam in mentibus omnium, & ſpe-
cialiter Regum & principum intentione tota,
omnique ſolicitudine, ac verbi & operis effica-
cia laborare debemus, vt Chriſtiana religione la-
tius diſfuſa per orbem, Patris æterni Filii multi-
plicatis ſeruatoribus plenius honoretur.

27 Sane tu olim cupiens de infidelitatis tene-
bris, quæ poſtquam etiam renatus fuiſti fonte
baptiſmatis, oculos tuæ mentis inuoluerant ad lu-
men catholicæ fidei, ſine qua nemo ſaluatur, &
ad obedientiam eccleſiæ Romanæ non ſine diuina
inſpiratione redire, iuramento præſtito promiſiſti
Eccleſiæ prædictæ tamquam fidelis eius filius obe-
dire, ac fidem catholicam, ſicut alij orthodoxi
mundi principes obſeruare: propter quod Ec-
cleſia eadem, volens te in ſui deuotione congruis fir-
mare fauoribus, & condignis gratijs conſouere,
perſonam tuam ad regalis dignitatis apicem ſubli-

mauit, faciēdo te inungi ſacri chriſmatis oleo, tuo-
que imponi capiti regum diadema. Sed tu, ſicut
ad audientiam noſtram non ſine cordis turbatione
peruenit, tam ſpiritualium quam temporalium be-
neficiorum ipſius Eccleſiæ immemor, tantæ que
gratiæ proſus ingratus, præſtiti iuramenti reli-
gione contempta, id quod circa obedientiam
eiuſdem Eccleſiæ, ac prædictæ obſeruationem fi-
dei promiſiſſe dignoſceris, obſeruare poſtmodum
non curaviſti in animæ tuæ periculum, ipſius ini-
uriam fidei, Eccleſiæ prædictæ contemptum, & op-
probrium Ieſu Chriſti. Super quo tanto vehe-
mentius contriſtamur, quanto feruentius ſuper
omnia cordis noſtri deſiderabilia cupimus, vt cul-
tus eiudem fidei per orbem longius, latiusque
diſfuſus continuum, auctore Domino, ſuſcipiat
incrementum.

28 Volentes igitur apoſtolicis apud te ſuper
hoc inſiſtere monitis, & ad veritatem, quæ Chri-
ſtus eſt, paternis te perſuaſionibus reuocare; ac
ſperantes quod te grauiter contra Deum, & eius
Eccleſiam deliquiſſe conſiderans, condigne pœ-
niteas, & errore tuum corrigere ſtudeas per te
ipſum; magnitudinem tuam monendam duximus
attentius, & hortandam, quatenus ad tuam me-
moriã reuocans quanto ſtudio, quantaque ſo-
licitudine circa exaltationem tuam ſedes Apoſto-
lica laborarit; conſiderans etiam quod non Ec-
cleſiam, ſed teipſum decipis, tuum in hac parte
promiſſum damnabiliter non ſeruando, perditio-
nis viam, qua graderis, non differas abiurare, &
id quod de ipſius obſeruatione fidei, & prædictæ
Eccleſiæ obedientia iuramento præſtito promiſi-
ſti, inuolabiliter obſeruare procures: ita quod
nos, tuorum laudabilium operum odore perce-
pto, multa exinde perſuſi lætitiã, dulciami ipſius Ec-
cleſiæ vbera, quæ copioſe dudum in multorum
beneficiorum perceptione ſuxiſti, tibi tuis exigen-
tibus meritis affectuoſius porrigamus. Alioquin
venerabilibus fratribus noſtris Olomucentiſ, &
Vvratſlauenſiſ episcopis literis noſtris iniungi-
mus, vt te ad id per cenſuram eccleſiaſticam, ap-
pellatione remota, compellant, inuocato nihilo-
minus contra te auxilio brachij ſecularis. Non
obſtantibus aliquibus literis apoſtolicis cuiuſcun-
que tenoris exiſtant, per quas effectus præſen-
tium impediri valeat, vel differri, & conſtitutione
de duabus dietis edita in concilio generali. *Dat.
Later. id. febr. anno 1111.*] Data a ſunt Olomu-
centiſ, & alijs præfulibus imperia, vt Danielem
cenſuris armisque fidelium ad officium redige-
rent.

29 In Dania libertate eccleſiaſtica obſole-
ſcente ob maximos bellorum motus, quibus
quaſſata fuerat, ac nonnullorum procerum in-
graueſcente adeo tyrannide, vt regia etiam au-
toritate non reprimerentur, earum regionum
epiſcopi, ad tuendam dignitatem coacto concilio,
ſubiectas leges ſanxere. b

Cum eccleſia Dacia adeo graui perſecutioni
ſit expoſita tyrannorum, quod episcopis, qui ſe pro
domo Dei murum obijciunt deſenſionis, etiam in præ-
ſentia domini Regis in ipſorum perſonas non venen-
tur minas iniurioſas inferre, quæ ſatis probabiliter
ſunt timenda, cum clerus ſecularis deſenſione vi-
deatur carere penitus poteſtatis, ac illorum ſuperbia
a metu regio libera, & ſecura in malum poſſit aſcen-
dere, quantum velit, ſanxit præſentis concilij au-
thoritate, vt quicumque episcoporum infra termi-
nos regni Dacia mala captione de mandato domini
Regis ſiue eius conſentientia, vel conſenſu, vel alicuius

Corrobo-
rata dona
tio Chel-
menſis a-
gri.

Quibus li-
mitibus
definita
a Ibid. ep.
724.

Verat Pô-
tifex voti
reos mili-
tia ſacra
exolui.

Ibid. ep.
310.

Daniel
Rex Ruſ-
ſiæ a fide
deſiſit.

Ibid. ep.
110.

Literæ ad
Reg. Ruſ-
ſiæ.

Pontiſicia
pro eo ad
Chriſtū
reuocãdo
ſolicitudo

Obijcit
Alex be-
neſicia ab
ſede Ap-
accepta.

Ad pœni-
tentiam
allicere
ſtudet.

Ni reſi-
puerit ob-
iectæ mi-
næ.

a Reg. poſt
eand. ep.

Danie
episco-
por. con-
cilium

b Extans
apud A-
lex. lib. 3.
ep. 674.

Latæ ab
ijs leges.

nobilis qui manet infra fines prædicti regni, captus fuerit, vel membrum amiserit, aut atrocem iniuriam in persona sua passus fuerit, ipso facto, dummodo probabiliter præsumi possit hoc de voluntate domini Regis processisse, ac dubium non sit ipsum hoc faciliter corrigere posse, in toto regno diuina sint officia interdicta.

30. Si vero aliquod prædictorum alicui episcoporum illorum fuerit per aliquem potentem, qui manet extra regnum Dacie, & ex coniecturis conijcti aliquo modo hoc ex Regis, vel principum, siue nobilitum regni Dacie consilio prouentisse, eo ipso eiusdem episcopi diocesis a celebratione mysteriorum sequeantur diuinorum. Et si Rex admonitus per duos episcopos, vel quoscumque clericos sue diocesis distulerit, vel non curauerit taliter laeso infra mensem iustitiam exhibere, regnum ipsum usque ad condignam satisfactionem habeatur a diuinis suspensum.

Prohibemus etiam sub excommunicationis pœna, ne aliquis presbyter, seu cappellanus alicuius nobilis, durantebus prædictorum interdictorum sententijs, ipse nobilibus presentibus, aut aliquo alio in curijs dictorum nobilitum, vel alias publice, vel priuate diuina celebrare præsumat: quod qui fecerit, sciat se excommunicationis sententiam incurrisse, &c. Flagitarunt Dani præfules ab Alexandro, vt hæc edicta synodalia Apostolica muniret auctoritate, quæ Pontifex, vt æquitati consentanea, corroborauit adiecta solita formula, Nulli nostræ confirmationis, &c. Dat. Viterbij. v. non. octob. an. 1111.

31. Reliquere etiam hoc anno præclarum sollicitudinis pastoralis exemplum orbi Christiano Danicæ, & Norvvegiæ antisites: cum enim regni vtriusque Reges ad bellum concitatos viderent, iamque aliqua prælia mari commissa essent, vergebantque ad mutuam internecionem populorum animi, commissarum sibi a Deo ouium seruandarum zelo accensi tantum adhibere studium, vt paulo post erumpens belli flamma restincta sit.

32. In Scotia ecclesiastica libertas non parum laesa erat in Gamelino S. Andree episcopo per summam iniuriam ab Alexandro III. Rege, qui ob inuentum facile ab improbis circumueniri potuerat, & sua se depulso: ad quem pristina restitutum dignitati Pontifice sanctionem edidit, & ac Godfridum, vt rem perficeret, in Scotiam, & legauit. Non minorem vero iniuriam hoc anno a suis accepisse Scotum Regem, quam antea inflixerat Gamelino, refert Parisius, & dum ait proceres ob externos ad honores adscitos ab Alexandro abalienatos, inita conspiratione incautum in regia oppressisse, ac vinculis tradidisse.

33. Aliam Boethius coniurationis causam adducit, eum male in pueritia sua administrati regni rationes exigere, ac populum ab illatis iniurijs vindicare meditare, proceres quibus administratio credita fuerat, in ius vocasse, hostesque, cum non comparuissent, declarasse. Hos vero ex familia Cumenia opibus, & virorum numero ac potentia florentissima satos, duce Vualtero, sceleris pœnas maiori scelere effugere meditatos. Corrupta itaque militum delecta manu, agentem Kynrossæ Regem cepisse, atque ad Sterlingum perductum custodia tradidisse: ac tum abiecto regio metu regnum gerere aggressos. Verum coniurationis auctor Vualterus, qui humanum iudicium euasisse putabat, diuinum non effugit: veneno enim ab vxore necatur, quæ amoribus cuiusdam infimæ fortis hominis se irretiri passa, fortunis omnibus amissis, in Angliam fugere coacta est. Sublato itaque factionis duce,

cæteri ab Rege tento in vinculis non ægre veniam impetrarunt. Hactenus de Scoticis rebus, iam ad Anglicanas digredimur.

34. Repertum hoc anno, dum ecclesia S. Albani reficiebatur, eiusdem martyris sepulcrum refert Parisius his verbis: *Dū lignonibus in pavimento cementariorum ministri insisterent, per tumultum instrumentorum, & pedum strepitum perpendebant aliquid ibi insolitum, & incognitum latitare. Profundius igitur perserutantes, inuenerunt sub terra, sed non profunde, vnā tumbam lapideam satis eleganter compositam in loco, qui fuit inter altare Vistiani: ubi quoque collocatum fuerat antiquum feretrum pictum, & quadam tumba marmorea cum columnis marmoreis, qui locus & tumba dicebatur vetus tumba S. Albani.*

35. In ipso igitur mausoleo tumulabatur beatus Albanus die, qua decollatus est, ab amicis & parentibus suis, & neophytis, occulte tamen, & honorifice de nocte propter metum paganorum: ubi lux caelestis descendit, & apparuerunt angeli descendentes, & canentes hunc hymnum: *Albanus egregius martyr extat gloriosus. In quo etiam mausoleo inuenta est quadam lamina plumbea, in qua secundum antiquorum consuetudinem scriptus est hic titulus: In hoc mausoleo inuentum est venerabile corpus S. Albani protomartyris Anglorum. Hoc euenit in octauis S. Stephani in presentia domini episcopi. Et infra: Et concessit episcopus veniam quindecim dierum omnibus ipsam inuentionē presentialiter venerantibus. Et interiectis nonnullis subiicit Henricus Regem loci religione pelletum eo accessisse, ac magno delibutum pietatis sensu munera obtulisse.*

36. *Obtulit, inquit, maiori altari monile nobilissimi num habens duas lingulas, & transtrum, & annulos nobiles tam ipsi altari, videlicet S. Albani, quam S. Amphibali; & vnā cuppam argenteam deauratam ad reponendum puluerem nuper inuentum in mausoleo, de quo prædictum est, & sex pannos sernicos, quorum vnū assignauit ad cooperiendum dictum mausoleum, & alium ad cooperiendum tumbas Rogeri & Sigari eremitarum, & denarios ad emendandum feretrum.*

37. Deportato illo sacro feretro in solemnī supplicatione obtentam a Deo aeris serenitatem, narrat idem auctor his verbis: *Abbas, & conuentus S. Albani perpendentes de inundatione pluuiarum immoderata tam scenis quam segetibus suffocationem generalem imminere, prout consuevit in tali fieri periculo, constituuerunt, vt indicto ieiunio per archidiaconum tam in populo quam conuentu cum processione solemnī feretrum S. Albani ad S. Mariæ ecclesiam, qua de pratis dicitur, deportaretur, conuentu & populo nudis pedibus subsequenti: cum oratione deuotissima: quo factō eadem die meritis beati martyris cessauit inundatio tam damnosa.*

38. Tradit idem auctor hoc anno diem obiisse B. Edmundi sororem, ad cuius sepulcrum edita miracula magnos populorum concursus ad eius suffragia apud Deum imploranda pellexerunt. Simillima quoque de Vualtero scribit, multis post mortem miraculis a numine illustrato: eum vero cum in viuis versaretur, singulari amore pauperes prosecutum, ac fame ingrauescente, ad sustentandam eorum inopiam thesaurum sacrum, ac vasa aurea argenteaque, vt viua Dei templa seruaret, distraxisse.

38. Decreuit ad sedem Apostolicam oratores amplissimos Edmundus Henrici Regis secundus natu

a Par. vii sup. Sepulchrum S. Albani mart. inuentum.

Henricus Rex Angli illud reliquiose addit.

Oblata ab eo muñera.

Nimij imbres sedati pitorum precibus.

Soror B. Edmundi miraculis clara.

Vualterus illustris sanctitate. Sacras opes distraxit in pauperes.

Censuræ ecclesiasticæ ab ijs districte.

Suum illis addit auctoritate Alexan.

Bellum Danos inter & Noruegos a Par. hist. Angl. hoc ann.

Alexander Rex Scot. ep. S. Andree diuicax.

b Lib. 3. ep. 640. c Reg. post sand. ep. A suis conijcitur in vincula. d Par. hist. Angl. hoc ann.

d Boet. hist. Scot. l. 13.

Coniurationis princeps veneno necatus ab vxore.

Edmundus fil. Regis Angl. oratores ad Alex. mittit. Lib. privileg. R. Eccl. T. 2. pag. 162.

Edmundi ad Pontif. literæ.

Flagitat Edm. æquiores pactiones in re Sicilia.

Arlotus A.S.N. in Angliam missus. Lib. 3. ep. 761.

Pontif. literæ ad Regem Angl.

Edmundi expeditio in Sicilia extracta in sequentem annu

natu filius, qui regios Sicilia titulos Apostolicæ sedis beneficio acceperat, vt de impetrato regno pactiones sibi æquiores referret, de quo extant eiusdem literæ in M. S. Vaticani archiui inscripto libro privilegiorum Romanæ ecclesiæ in tomos tres ingentes diuiso, in quibus illustrissima Regum, & Pontificum monumenta continentur.

Sanctissimo in Christo patri domino Alexandro, Dei gratia, sanctæ Romanæ Ecclesiæ summo Pontifici, Edmundus eadem gratia Rex Sicilia, deuota pedum oscula beatorum. Nouerit vestra paternitas reuerenda, quod nos, dilectos nostros venerabilem patrem R. Tarentasensem archiepiscopum, ac Bathoniensem & Rossensem episcopos, & discretum virum magistrum Nicolaum de Pluncon cappellanum vestrum, quemlibet eorum in solidum, de mandato, & auctoritate domini patris nostri, Dei gratia, Regis Anglorum illustris procuratores nostros constituimus & nuntios speciales, videlicet ad petendum a vestra clementia sanctitatis meliorationem & reformationem conditionum in privilegio apostolico contentarum super concessione præfati regni Sicilia nobis facta, & ad tractandum de nouis conditionibus apponendis, obligandumque nos ad obseruandas easdem sub quibuscunque modis, partibus, aut etiam iuramentis, prout ipsi, vel alter eorum viderint expedire: ratum promittentes nos habituros, & firmum, quicquid per ipsos, vel cum ipsis seu quolibet eorum in solidum factum fuerit in præmissis. In cuius rei testimonium, bullam nostram auream presentibus duximus apponendam. Datum apud Vindesores xxv. die iunij anno regni nostri secundo, anno etiam Domini m.c.c.lvii.

39. At Pontifex extremo anno in Angliam misit legatum apostolicum Arlotum nomine, quæ cum Parisius ob arcana consilia venisse asserat, ex apostolicis literis b colligitur ad quæ tractanda negotia ea prouincia ipsi fuerit commendata, nempe vt cum Rege Angliæ de vindicanda e manibus Manfredi Sicilia ageretur, tum etiam, cum ad id regnum e tyranni seruitute eripiendum grauisissimis pœnis incurrende anathematis sententiæ, interdicto subijciendæ suæ ditionis, rescindendæ editæ donationis, suscipiendæ periurij infamiæ, pœnis se obligasset, nec leges tamen admissas implere posse præfixo tempore videretur, apostolica benignitate ex earum legum seueritate remitteret, consuleretque ipsi, ne in eas pœnas summo dedecore ac damno laboretur: quare vt ad promissa exequenda sese accingeret, præscripti temporis augultia sustulit, produxitque, ac donationis collatæ in Edmundum iura redintegrait.

Regi Anglorum illustri.

40. Ad reformandum negotium regni Sicilia, quod tecum, & cum charissimo in Christo filio nostro Edmundo nato tuo Sicilia Rege illustri ecclesiæ Romana suscepit, & ad reparandum illud in prosecutionis statum, a quo propter omissiones, & procuraciones diuersas cadere videbatur, dilectum filium magistrum Arlotum subdiaconum, & notarium nostrum, de cuius fide plene confidimus, duximus de fratrum nostrorum consilio transmittendum, concessa sibi expressius sub certa forma reformatione ipsius negotij vsque ad kal. iunij proximas per alias nostras literas facultate. Quoniam autem ante omnia tibi ad nuntiorum tuorum instantiam, & alias etiam per nostræ sollicitudinis studiū sic duximus prouidendū, quod tu excommunicationis sententiam, seu aliquas ex pœ-

nis, quæ in priuilegio concessione, innouationis, & confirmationis, quas præfato Edmundo super prædicto regno fecimus, continentur, propter defectus aliquos a te circa prædictum commissos negotium, nullatenus incurristi, & regnum tuum non subiaceat ecclesiastico interdicto, super prouisione huiusmodi contra pœnas easdem tibi, & regno ipsi a nobis facta plena tibi decernimus auctoritate presentium esse cautum, tam ad conscientiam, quam ad famam, vt præsertim maculatus reatu, vel nota periurij nullatenus sentiaris.

41. Vt autem super eisdem pœnis sic tibi prospiciatur in posterum, & prædicti reformationi negotij sic opportunitas temporis commodetur, quod non contingat illud in graue dispendium Ecclesiæ, ac ipsius regni perniciem protelari, pœnas omnes in prædicto contentas priuilegio vsque ad prædictas kalendas presentium auctoritate suspendimus, ita præsertim, quod interim occasione quorumcumque defectuum a te in eodem negotio commissorum tu excommunicationis sententiam, vel reatum aut notam periurij non incurras, nec regnum tuum subiaceat ecclesiastico interdicto; nec nos prædictas innouationem, concessione & confirmationem casemus, iritemus, aut cassas, vel irritas nuntiemus, nec de ipso regno interim aliter quomodolibet disponamus, sed ius, quod præfato Regi Sicilia ex innouatione, concessione, & confirmatione sibi super eodem regno factis a nobis extitit acquisitum, eidem & heredibus suis vsque tunc saluum maneat, & illæsum, sicut erat postquam eadem innouatio, concessio, & confirmatio fuerunt eidem in memorato priuilegio per nos factæ. Ad cuius suspensionis irrefragabile testimonium præfentes literas fore decernimus efficaces. *Dat. Viterbij xi. id. decembris anno m.c.c.*

42. Misit etiam in Angliam Alexander archiepiscopum Messanensem legationis munere insignitum a, summaque auctoritate pro gerenda, commissa prouincia instructum: cuius obeunda causam cum arcanam dicat Parisius, ad rem Sicilia promouendam missum coniectura est. Habitis certe solemnibus regni comitijs Rex Edmundum filium Appulo cultu indutum in publico consessu produxit, astantesque obsecrauit, vt opera fortunisque suis ad regnum Sicilia adolescenti regi, iam ad spes maximas pubescenti, comparandum non parcerent: adiecitque se Apostolicæ sedis gratia fretum, sultumque Anglicanæ ecclesiæ, quod sperabat, subsidio ad florentissimum illud regnum ex tyranni manibus eripiendum, obstrinxisse. Eo vero tempore Rustanum antea in Angliæ legationis dignitate ornatum, iudicio apud Pontificem postulatū, in administrando munere improbe se gessisse, collectaque apud Regem principisque gratia, ad cumulandas in Angliæ opes per summam auaritiam absum esse, atque ideo a Pontifice omni dignitate exutum, refert idem auctor. Verum vt res fuerit, is certe postea, abiectis opibus, paupertatem euangelicam in Franciscana familia est sectatus.

43. Duriori quoque censura percussit Alexander archiepiscopum Eboracensem, Scvvalum nomine, quem solemniter e consortio fidelium in Angliā segregari, ferique anathemate iussit, quod perniciter pontificijs imperijs aduersaretur. Inlicita pœna, atque ignominia causam referre Parisius b in eius constantiam, qua Romana curia ministris ecclesiæ Anglicanæ opes diripiētibz sese opposuit. Sed falso pertinaciam illius constantiæ nomine exornat, cum iuste Pontifex

Susceptæ ob moras pœne abrogatæ.

a Par. ubi sup. Inanes Henrici Regis conatus pro comparanda Sicilia.

Rustanus ob gestā male legationē vocatus in iudiciū

Franciscanus se ad dicit.

Archiep. Eborac. anathemate percussus.

b Par. ibid.

pro Sicilia, depulso tyranno, in Edmundum transferenda a clero Anglicano pecuniarum subsidia exigeret. Addit Sevvalum, post multa aduersa tolerata, morbo grauiore implicitum absolutio- nis beneficium supplicem flagitasse: quamuis enim iniuste ob defensa ecclesie sue iura anathe- mate percussum se putaret, veniam tamen humil- lime poscere, ne ex summi Pontificis contemptu, spreteque auctoritate, ipsius sententia aduersus se vibrata ex iniusta iusta euaderet.

44 Non potuit porro Henricus Sicilam expeditio- nem toties promissam conficere, cum hinc Vvallenses, Leolino duce, cui Northualli & Sev- valli se coniunxerant, hostes experiretur, a qui- bus regium exercitum concisum refert Parisius; a hinc Richardum fratrem ad Germanicum Imperium prouehere contenderet; tum amissas a Ioan- ne Rege in Gallijs prouincias recuperare molire- rit, atque in spem ingentem elatus esset, coniu- cto sibi ob affinitatem Scotie Rege, filiam enim uxorem illi tradiderat, ac Richardo, qui Pictauiam sibi vendicabat, Germanico scepro potito, Fran- cos potentie sue pares non futuros. Sed illos aduersus hostiles irruptiones Nortmanniam com- munisse refert idem Parisius, ac partem de Othone Imperatore, & Ioanne Rege victoria memoria animos confirmasse: demumque accidit, vt alta illa Henrici consilia irrita ceciderint: dumque in Siciliam traducere exercitum differret, Manfre- dus tyrannidem suam latius circumferebat, ac po- pulos qua vi qua metu in sui obsequium adi- gebat.

45 Perstiteret tamen Aquilani in Ecclesie fide, suoque studio promerueret, vt Alexander sedem episcopalem Furconensem in eorum urbem tran- ferret, atque in ecclesia S. Georgij, quam bonis amplissimis donant, collocaret: quo argumento haec litera ad ipsos data, b

Aquilensibus fidelibus nostris.

Purae fidei claritate conspicua terra vestra, & lucidis in se ac magnificis proficit actibus, & alijs ciuitatibus regni Siciliae, spectabili sectanda probitatis exemplo, libertatis amplectenda profes- tum manifeste propinat: propter quod terra eadem, quae a moenium fundatione suorum gestorum nobilis ingenuitate conspicitur, sic apud proximos & remotos multipliciter redditur suorum processuum strenuitate laudabilis, & penes nos & Apostolicam sedem praecipuis atrolenda fanori- bus, & gratijs potioribus honoranda. Quod non solum per singulas eiusdem regni vrbes clare resonat suae praeconium bonitatis, sed & longius tuba intonat laudis eius, suaque remotius acta yola- ntis fame deuotione notescunt, & nos dictaq; Sedes, totis affectibus ducuntur, vt congruis ea subli- m emus honoribus, & condignis gratijs exaltemus.

46 Attendentes igitur sinceram deuotionis constantiam, & indeficientis fidei firmitatem, quibus terra eadem erga Romanam ecclesiam pol- lere dignoscitur; ac volentes ex hoc affectus nos- tri plenitudinem, quem habemus ad illam, ostende- re per effectum; pensantes etiam quod omnes fere habitatores Furconen, & Amirerni incolatum suum ad praedictam terram transulisse dicuntur; considerantes insuper quod vos, tamquam ortho- doxae cultores, & amatores fidei ecclesiam san- ctorum Maximi & Georgij de Aquila, quam de nouo construitis, & quam cum instantia petitis in cathedralem auctoritate apostolica erigi, bonis vestris temporalibus secundum facultates ve- stras iam laudabiliter dotare coepistis, ei vnum

molendinum, & dimidium, ac duo alia sedilia pro contruendis duobus alijs molendinis liberaliter concedendo, prout in instrumento publico con- fecto exinde plenius perspeximus contineri; ve- stris supplicationibus inclinati praedictam terram Aquilae, [quam sub B. Perri & nostra prote- ctione suscipimus, de fratrum nostrorum] consi- lio, & plenitudine potestatis statuimus esse de ca- tero ciuitatem, episcopalem dignitatem conce- dentes eidem, & Furconensem sedem cum omni- bus suis iuribus, dignitatibus, & honoribus, praefertim cum ad id venerabilis fratris nostri Berardi episcopi, & dilectorum filiorum magistri Angeli cappellani nostri, archipresbyteri, & capituli quon- dam Furconensis vota concurrant, ad praedictam ecclesiam sanctorum Maximi & Georgij de Aquila, quam deinceps cathedralem esse decernimus, transferentes; constituendo vt de caetero loci praesul non Furconensis, sed Aquilensis episcopus nominetur. Nulli &c.]

47 Idem diploma ex Aquilanae ecclesiae sacro tabulario decerptum apud nos extat, in quo Car- dinalium nomina appositae sunt:

- + Ego Alexander Catholicae Ecclesiae episcopus.
- + Ego Odo Tusulanus episcopus.
- + Ego Stephanus Penetrinas episcopus.
- + Ego frater Ioannes tituli S. Laurentij in Luci- na presbyter Card.
- + Ego Richardus sancti Angeli diaconus Cardi- nalis.
- + Ego Octavianus sanctae Mariae in Via lata dia- conus Cardinalis.
- + Ego Petrus S. Georgij ad velum aureum dia- conus Card.

Dat. Laterani per manum magistri Rollandi S. R. E. vicecancellarij x. kal. martij, ind. ct. xv. incarnatio- nis dominicae mclvii. pontificatus vero domini Alexandri papa quarti anno tertio. Agit de his Fer- dinandus abb. Vghellus Ital. sacr. T. I. in episc. Aquilanis. Succubere demum sub Manfredi ty- rannide omnium vltimi Aquilani, qui praeclearum sed lugubre fidei & constantiae exemplum Siculis extitere. At de his anno sequenti: iam reliquas res Italicas prosequamur.

48 Depressa est in Insubria hostium Ecclesiae potentia: Brixiani, enim libertati restituti ijs omnibus, quos ob defensas Ecclesiae partes inclu- sos carcere tenuerant, Heimerardi Dominicane familiae viri insignis indutria, ac legati apostoli- ci opera, ad Ecclesiam transfugere. a Papienses etiam & Placentini durissimum Palauiciniana ser- uitutis iugum e suis ceruicibus depulerunt. Vt enim in marchia Taruisina Ezelinus, ita in Insubria Palauicinus tyrannidem in populos exercue- rant. Nonnulla etiam arces erepta Ezelino, quas in Patauino agro obtinebat. Secundum illum rerum successum non nihil confudit Alberici Ezelini fratris ab Ecclesia defectio, qui cum inimicitias cum fra- tre aliquandiu gessisset, cum ipso tandem foedus coiuit, ac Taruisinos ab Ecclesiae obsequio diuul- sit.

49 Inter haec cu sanxissent Mantuani nonnulla decreta, quae haereticis fauere, ac diligentiam fidei- censorum in ijs perscrutandis infringere videban- tur, Mutinensi episc. Alexander partes imposuit, vt ea edicta ab eisdem Mantuanis conuelli iuberet. Ne porro interdum zelo plus aequo ardentiori insons aliquis immerito supplicio cum fontibus inuol- ueretur, religiosi ordinis Praedicatorum viris, qui in Insubria & Liguria excindenda haeresi praefecti erant, praescripsit b, ne in quempiam, nisi pra-

Moritu- xus venia efflagitat

Par ubi sup. Henrici ingentia consilia

Nullum ex ijs per ducit.

Manfredus ob tardio res moras Sicilia portus.

Aquilani in fide ec- clesiae co- stantissimi.

Lib. 3. ep. 28. ep. 187.

Alexandri lit. ad Aquil.

Eorum e- logia.

Furcone- sem episc. Aquilam transfere Alex.

Aliae res Italicae.

Brixia ad Ecclesiae partes tra ducta.

a Monac. Papiens. Chr. lib. 2. Ptolem. Luc. hist. eccl. l. 22. cap. 15. Palauici- nus de- presus. Alberic? Taruisi- in fratri Ezelini partes rap- it. Mantua- noru inu- fra edicta rescissa.

b Exant apost. lit. in bullar. in Alex. IV.

Vocandi a censorib? fidei dice- celsani in iudicijs. Privilegia dignitati sedis Ap. gerabeu- sia abro- gara. Lib. 3. p. 615. Alexadri consti- tucio. Praefules ad sedem Apost. ad eundam certis re- poribus obstricti. Religiosos ordines fouet. A. lex. Ibid. ep. 265. Ep. 703. Ep. 593. S. Bonau- zura pra- est. Min- oritis. Ibid. ep. 670. Ex- 2ae apud V. uad. hoc an. n. 9. Alexandri in eum- studium. Serice ve- stes in re- diuina per- agenda. Minoritis permissa. Ep. 418. Turba in Parisien. academia renouata.

praesente: hoc episcopo eiusue vicario sententiam ferrent: si vero rei publice de religione catholica male sentire faterentur, neque de sententia vlla ratione vellent dimoueri, etiam non admonitis excitivae diocesanis, meritis supplicij afficerent.

50 Nec praetereunda videtur pontificia con- sultutio, qua Alexander dignitati ac veneratio- ni Romanae ecclesiae, ne sensim defloresceret, consuluit: concessa enim omnia privilegia, quae alij importunitate sua extorserant, alij precibus erant eblanditi, vt Apostolica sedis praedicae onere exsoluerentur, abrogauit.

Importuna multorum instantia, quam nequit interdum repulsa repellere, felicis recordationis Innocentium Papam praedecessorem nostrum, & nos aliquando coarctauit, vt cum votis eorum benignitas sedis Apostolicae quodammodo tracta concurreret non ex voto. Sane nonnulli ecclesiarum praelati obtinuerunt sibi per sedem Apostolicam importune con- cedi, vt non teneantur sedem eandem vsque ad certa tempora visitare, contra formam praestiti iuramenti: ex quo illud euenit inconueniens, quod Apostolicae se- dis dignitas rarius visitatur in derogationem reueren- tia, quae ab omnibus debetur eidem, vtpote quae mater existit ecclesiarum omnium, & magistra. Nos igitur volentes super hoc salubri remedio providere, ac Romanam ecclesiam, quae super omnes alias ordi- naria potestatis obtinet principatum, congruis hono- ribus frequentari; praesertim cum non sit facile recedendum ab eo, quod a praedecessoribus nostris super hoc diu excogitatum existit, & obtentum; de fra- trum nostrorum consilio indulgentias, & concessiones huiusmodi patriarchis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, & alijs ecclesiarum praelatis concessis au- thoritate praesentium reuocamus. Dat. Viterbij. III. non. aug. anno III.

51 Caterum suam benignitatem in religiosas familias explicuit: Richardi enim S. Angeli diac. Card. Augustinianus eremitas clientelae comenda- uit, partesque iniunxit, vt omnes sub vno capite vitaeque religiosae excolendae simili ratione con- iungeret. Sacrum quoque ordinem Pauperum catholicorum nuncupatum, iam ante in eandem familiam redactum, in susceptis religiosae discipli- nae institutis perstare iussit: adiciuitque ad inpa- trocinium apostolicum Vallisumbrosae religiosum ordinem.

52 Gerebat hoc tempore supremum apud Franciscanos munus S. Bonauentura, cuius per- spectae explorataque virtute Alexander (floreat enim apud omnes non modo abditioris scientiae, sed etiam summae sanctitatis ac prudentiae opinio- ne) ad eius amplificandam confirmandamque au- thoritatem, sanxit, vt nullus concessis ab Apo- stolica sede privilegij sine eius facultate vteretur: periculum enim erat, ne aliqui vt se praeposito- rum imperijs subducerent, diplomata ac praeroga- tiuas importune furriperent: tum ad arcedam ambitionem, ne quis electus ad ecclesiam admini- strandam oblatum munus, nisi eo consulto, ad- mitteret; plurimaeque aliae probe ad moderandam eam familiam religiosam constituit. Hic vero non omit- timus, ad augendum diuini numinis cultum Mi- noritis Neapolitanis concessisse, vt solutis Fran- ciscani sodalitijs legibus, sericis vestibus in Missae peragendo sacrificio vterentur.

53 Eluxit etiam singulare erga ipsos ac Domi- nicanos studium in defendenda aduersus inuidos illorum causa. Nondum enim inter Parisienses doctores ac religiosos viros medicantes concordia coa- luerat, recrudescentibusque odijs ab academia con-

sortio religiosos depellere moliebantur, atque ad colorandam facti rationem, nonnulla afferbant argumenta, a inuitum neminem ad alterius so- cietatem adstringi debere: tum nuncupatum pau- pertatis votum non pati, vt quastum, qui ex eo deriuabatur, colligerent, ipsosque ea ratione a vita sanctimoniae professione discessuros. At Alexander suscepto religiosorum patrocinijs, tum latas antea in eorum gratiam sententias corro- borauit, tum conuentiones, quibus apostolicis privilegij se non vsuros sponderant, rescidit, proque sua auctoritate sanxit, vt religiosi pari li- bertate ac seculares ad scholas adeundas, frequen- tandas concertationes publicas, laureamque doctoratus adipiscendam potirentur; argumenta- que causae aduersantium doctorum vt futilia & inania repudiavit.

54 Pro afferenda vero in Gallijs suo splendori dignitate ecclesiastica, atque eius iuribus seruandis, nonnulla ab Alexandro decreta sunt: scriptis enim ad archiepiscopos & episcopos Galliarum literis, anathema in eos qui leges contra libertatem ecclesiasticam ferrent, easue seruarent, fulmi- nauit.

Archiepiscopis & episcopis per regnum Franciae constitutis.

Improbis quorundam volentes, prout cum Deo possumus, refragari conatibus, qui ecclesias, & personas ecclesiasticas ipsarum, quantum in eis est, libertate subuersa, deicere in diuini nomi- nis iniuriam moliantur, fel. recor. Honorij & In- nocentij Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum vestigijs inharendo, excommunicamus omnes illos, qui de cetero seruari fecerint statuta edita, vsus & consuetudines introductas contra ecclesiasticam libertatem, nisi ea de capi- tularibus suis infra duos menses post huiusmodi publicationem edicti, nullatenus vterius resu- menda, fecerint amoueri. Excommunicamus quoque statuarios & scriptores statutorum ipsorum, nec non dominos, potestates, consules, rectores, & consiliarios locorum, vbi de cetero huiusmodi statuta, vsus, & consuetudines edita fue- rint vel seruata: necnon & illos, qui secundum ea praesumpserint iudicare, vel in publicam formam scribere iudicata.

55 Cum igitur vobis praecipue, quos praedi- ctae libertatis propugnatores oportet esse con- stantes, ex officio impositae necessitatis incumbat pro sanuario domus Domini, ne in conculcacionem veniat, resistere viriliter, ascendentibus ex aduerso vt Ecclesia Dei aduersus exteriores insultus muros fortitudinis habere probetur, non parietes inclinatos, fraternitati vestrae per apostolica scripta in virtute obedientiae districte praeci- piendo mandamus, quatenus edictum huiusmodi tam in prouincialibus concilijs & episcopalibus synodis, quam alibi per vestras ciuitates & dice- ceses solemniter publicantes, ipsum contra eos, qui in illud commiserint, inuiolabiliter obseruetis, & faciatis vsque ad satisfactionem plenariam obseruari. Contradictores &c. Non obstante si eorum aliquibus sit indultum, quod ipsi excommunicari, vel eorum terrae nequeant subijci ecclesiastico in- terdicto. Ita tamen, quod si quis in laqueum praedictae excommunicationis inciderit, a nemine absque speciali mandato sedis Apostolicae, nisi forsan in mortis articulo, absoluat: & si secus praesumptum fuerit, id volumus non tenere.

56 Quod si forsan super hoc inuenti fuerint aliqui pertinaces, eis denunciare curetis expresse, quod

Ext. ap. diploma apud V. uad. hoc an. Alexander tuetur religio- sos vi- ros.

Libertate ecclesiasti- ca alicerit.

Lib. 3. ep. 495.

Alex. lit. ad Gall. praefules.

Opprimere liber- tatem ecclesiasti- de figit ana- themate.

Praefules te ad de- fendenda excitat.

Auctorita- te ad cen- suras in- cutiendas instruit.



quod ipsi, nisi resipuerint, feudis, si qua tenent ab ecclesijs, merito ingratitude priuabuntur, & eorum proles a clericatu & ecclesiasticis beneficijs, praesertim in cathedralibus ecclesijs excludentur, cum dignum sit talium posteros ab vberibus pia matris auelli penitus & arceri, qui eam vipersis audent morsibus lacerare, retributione maligna pro dilectione odium impendentes. Clerici quoque, qui cum talia committentibus permanent, nisi post propositam aut saltem publicatam eis super hoc monitionem vestram ab ipsorum obsequijs omnino recesserint, omnibus ecclesiasticis beneficijs & clericatus privilegio nouerint se priuandos; cum qui propriae professionis & ordinis insectatores amplectuntur, & benedicens inique agentes fauore approbat, in suis desiderijs peccatores merito debeat a fructibus suis cognitis reprobari. *Dat. Viterbij non. iulij anno 1111.*

Datis etiam alijs literis episc. Cameracensi decreuit, a vt priuilegia, quae ecclesiae Gallicanae ad sua iura contra eorum violatores defendenda concessa essent, ad ecclesiam Cameracensem sese porrigere censerentur. Tum concessio episcopis minoris Britanniae diplomate, constitutionem inter episcopum Trecentensem, & comitem Britanniae pro ecclesiastica libertate editam confirmauit. ^b

57 Postulauit per idem tempus ab Apostolica sede Theobaldus Campaniae comes, ac Nauarra Rex, innata pietate adductus, vt cum diuina prouidentia ad regium solum ipsum extulisset, inunctionis beneficium illi conferret. Cuius pijs precibus obsecutus Alexander, Pampilonensi episcopo prouinciam commisit, vt Regem inungeret, & consecraret, atque etiam apostolica auctoritate ipsi, ac successoribus ius, ac munus imponendi Regibus Nauarrae diadematis contulit: *Sanc- tissimus in Christo filius noster Theobaldus Rex Nauarrae illustris, & comes Campaniae, ac Bria Palatinus, deuotissimus Ecclesiae filius, sperans per huiusmodi unctionem spiritualis gratiae rore perfundi, nobis humiliter supplicauit, vt cum ipse per apostolicam prouidentiam in Regem inungi, & regale suo imponi capiti diadema. Nos igitur dicti Regis deuotionem multimodam attendentes, & considerantes quod progenitoribus suis, qui fuerunt ardentes catholicae fidei amatores non solum deriuatione sanguinis, sed & puritatis ac hominatis imitatione succedit; ac volentes ob hoc eum in ijs specialiter honorare, ipsius supplicationibus grato concurrentes assensu, fraternitati tuae de fratrum nostrorum consilio per apostolica scripta mandamus, quatenus adhibito tecum decenti episcoporum numero, cum propter eiusdem Regis honorificentiam, tum propter reuerentiam sacramenti, sibi auctoritate nostra huiusmodi unctionem impendas, & capiti eius imponas regium diadema. Nos enim tibi & tuis successoribus ad eiusdem Regis instantiam ungendi, & coronandi auctoritate apostolica eum, suosque successores in deuotione Romanae Ecclesiae persistentes, in Reges iuxta morem, qui seruat in talibus circa Reges alios catholicos, & sicut canonica instituta edocent, liberam per praesentes literas concedimus facultatem. *Dat. Viterbij 1111. non. nouemb. anno 1111.* Petierat etiam ab Apostolica sede Rex Nauarrae, vt cum puerili facilitate, dum in annis teneris versabatur, pluribus sacramentis se deuinxisset, quae grauiori damno ipsius iura infringent, ac labefactarent, eorum religione liberaretur; cuius rei aequitate permotus Pontifex relaxandi ijs vinculis Regis eidem Pampilonensi episcopo partes iniunxit. ^d Haecenus de oc-*

cidentalium rebus; iam ad orientales sermonem conuertamus.

58 Attriti fuere in oriente a Tartaris per ea tempora Saraceni, quorum praecipites victorias his verbis Parisius perstringit: *Facti sunt, inquit, eisdem Tartaris multitudo gentium in tributum, Soldani videlicet admirabiles, & principes etiam Calippi.* subditque eo successu elatos iugum Christianis imponere meditados, a, missisq; ea de causa oratoribus, Templarios atque Hospitalarios consilium inter se in re grauisima contulisse, ac demum dato hoc responso, quod refert auctor, Tartaros repulisse: *Responderunt quod non se Dei obsequio mutato habitu vt deliciose viuerent, manciparunt, sed vt potius pro Christo morerentur, qui in ipsa terra pro humani generis reparatione mortis supplicium non renuit tolerare. Veniant igitur Tartari demones Tartarei, & seruos Christi ad defensionem legis Christiana in campum contra eos inuenient ad praelia preparatos.* Excisos ab iisdem Tartaris Assassinos fuisse tradit idem auctor his verbis: *Circulo eiusdem anni Tartari detestabiles Assassinos detestabiliores, quos Cultelliferos appellamus, destruxerunt.* Describit paulo amplius Assassinorum excidium Aytonus Curchi princeps, regia Armenorum stirpe oriundus, qui hisce temporibus vixit, vt ipse testatur: ac dein aetate prouectior rerum orientalium, ac praecipue Tartarorum historiam ad Clementis V. gratiam, quem ad instaurandam in Syria religionem expeditionemque sacram orandam urgebat, composuit: ac vbi pluribus recensuit, vt Tartari aduersus Saracenos ab Aytono Armeniae Rege concitati fuerint, ac Mango Chan Imperator fratrem Haolonu florentissimo instructum exercitu in Saracenos effuderit, subijcit. ^b

59 Haolonus cum suo exercitu copioso inuastit regiones, & terras vndique: & antequam sex mensium spatium laboretur, totum regnum Persarum, quia carebat domino & rege, fuit facilliter subiugatum: cepitque Haolonus absque resistentia omnes terras vsque ad terram Assassinorum. Isti vero Assassini sunt homines infideles, nullam habentes legem, vel fidem, nisi sicut eorum princeps, & dominus instruebat, qui sex montium vulgariter dicebatur: ad cuius beneplacitum, & mandatum mortis se sponte, & facilliter offerebant. Habebant enim praefati Assassini quoddam inexpugnabile castrum, quod Tigado dicebatur. Erat autem illud castrum omnibus necessarijs praemunitum, & ita forte, quod a nulla parte timebat insultum. Praecipit itaque Haolonus cuidam duci, assumeret decem milia Tartarorum, quae dimisit in custodia regni Persarum, quod subiugauerat, vt est dictum; qui castrum illud obsideret, & quousque illud caperet, non discederet vlllo modo. Vnde praedicti Tartari in obsidione illius castrum steterunt per vigintiseptem annorum spatium tam hyeme, quam aestate. Finaliter vero Assassini reddiderunt castrum propter defectum vestium, & non propter penuriam victualium, vel alia ratione.

60 Consentiunt etiam alij ab iisdem Tartaris fuisse deletos, sed de expugnatae illorum principis arcis firmissimae, Tigado dictae, tempore dissentiant, dum viginti septem annis obsidione cinctam Aytonus, & Sanutus scribunt, alij tribus annis tantum oppugnatam tradunt. Non alienum vero hic fuerit nonnulla de illo populo, ob crimina ingentia e terra exciso, memoria dignissima, ex a Iacobo Vitriaco decerpere: describit in primis illorum sedes his verbis: *In prouincia Phoenicis circa fines ciuitatis Enteradenfis, quae bodie vul-*

Parte a Tartar. de Saracenis ingentes victoria.

a Par. hist. Angl. hoc ann.

Marin. Sa. nus. lib. 3.

par. 13. c. 9. Samur. 13. par. 13. c. 7.

Christia. nos Syros sibi subijcere affectant.

Religiosorum equitum fortis vox.

Assassini Tartari delecti.

b Ayton. hist. orient. cap. 24. Persis subacta a Tartaris.

Dicitur Tigadi obsidio.

c Ayton. & Sanutus. ubi sup.

d Iacob. Vitri. hist. orient. n. c. 14.

a Ibid. ep. 514.

b Ep. 597.

c Ep. 688.

Alex. lit. ad episc. Pampilonen.

Rex Nauarrae regis ornamentis insignitum stipulat.

Iuberetur Pampilonensi episcopo pontificio nomine diadema illi imponere.

Pampilonensi episcopo concessum. Regis iungendi. Rex Nauarrae, sacra mentis religionem soluitur.

d Ep. 698.

Quae fuerint Assinorum sedes.

vulgariter appellatur Tortosa, quidam populus scopulis, & montibus undique circumclusus inhabitat, habens castella decem fortissima, & propter viarum angustias, & rupes inaccessibiles inexpugnabilia, cum suburbanis, & vallibus omnium fructuum, & frugum fertilitate fecundissimis, & amoenitate iucundis. Horum autem hominum, qui Assasini nuncupantur, quadraginta millium numerum excedere dicitur multitudo. Crescunt autem sibi capitaneum, non successione hereditaria, sed meritum prerogativa, quem ipsi Veterem, seu Senem appellant, non tam prouecta aetatis ratione, quam prudentia, & aetatis praeminentia. Primus autem & summus infausta religionis eorum abbas, & locus, unde principum habuerunt, a quo in Syriam venerunt, in partibus est orientalibus valde remotis versus ciuitatem Baldaensem, & partes Persidis prouincia, &c. Subdit quanto principem honore & obsequio prosequantur, utque ille pueros in locis amoenissimis, & omni deliciarum genere affluentibus educandos curet, quos ea opinione imbut, longe maioribus delicijs in altera vita potituros, si in exequendis principis imperijs occubuerint: ita vero instructos ad Christianos principes trucidandos submittat. De eorum vero religione haec habet.

Insignis impostura principis Assinorum.

a Eod. cap.

61 Hi super omnes alios Saracenos legem Mahometi, & eius instituta diligenter, & arctissime seruauerunt usque ad tempora cuiusdam magistri sui, qui naturali praeitus ingenio, diuersarum scripturarum exercitatus Iudaio, Christianorum legem, & Christi Euangelia cepit cum omni diligentia legere, & perscrutari, admirans miraculorum virtutem, & doctrinae sanctitatem: ex quorum comparatione friuolam, & irrationabilem cepit abominari Mahometi doctrinam, & tandem cognita veritate subditos suos a ritibus maledictae legis studuit paulatim reuocare; unde exhortatus est eos, & mandauit, quod vinum cum modestia biberent, & carnes porcinas manducauerent. Tandem vero post multas admonitiones, & varias doctoris sui predicationes in hoc omnes concorditer consenserunt, quod relicta Mahometi perfidia, percepti baptismi gratia efficerentur Christiani, ita tamen, quod eiusdem essent conditionis & libertatis, ut alij Christianorum legi subiecti: erant enim tunc temporis fratribus militiae templi tributarij, duo millia bizantiorum eisdem annuatim persoluentes pro securitate cuiusdam terrae suae, quae in confinio terrae praedictorum fratrum sita erat, qui multas eius molestias occasione vicinitatis inferre consueuerant. Praefatus autem Assasinarum magister vnum de familiaribus suis, virum eloquentem, prudentem, & strenuum, de quo plurimum confidebat, misit ad Regem Hierosolymitanum. Rex autem intellecta causa legationis, pro tanti populi visitatione, & tot animarum a laqueis diaboli liberatione, Deo gratias agens, nuntium Senis cum summo gaudio & honore magno recepit, & ipsum ad propria reuertentem, ut domino suo bonam Regis & Christianorum voluntatem, & magnum desiderium nuntiaret, usque ad fines terrae suae deduci praecipit: qui dum fines suos iam fere ingressurus Tripolim pertransisset, quidam ex nostris, vir Belial & iniquus, Dei timorem ante oculos suos non proponens, hominem de regio ducatu & fidei Christianorum sinceritate confidentem, improuifum, & nil tale sibi metuentem, in detrimentum Christiani nominis, & maxime ecclesiae orientalis, occidit: unde populus ille, qui tamquam planta nouella nondum plene radicans erat in fide, cum ira magna, & indignatione fidem nostram respuens, & nostrorum consortium suspectum habens, a tam sancto & bene-

Ve iam ante de Christiana fide amplectenda deliberrant.

Quo finistro casu a religione reuocati.

sto proposito resiliit, & usque ad tempus praesens Christianos, & Dei Ecclesiam pers. qui, & infestare non pratermiserit. In vno igitur corporali homicidio praedictus ille proditor animas innumeratas interfecit.

Solicitati postea sapienter ad Christiana sacra amplectenda fuere, ac demum S. Ludouicus paucis ante annis, dum in Terra sancta versabatur, operam collocarat, ut ipsos ad Christi fidem adduceret: sed illi, cum haecenus diuinam lucem, admittere respuerent, & crimina criminibus cumularent, a diuina iustitia penitus extincti excisique fuere: atque orbis nefanda hominum peste, qui triumpho ducebant Regum, ac principum carnifices agere, liberatus est. At de Assasinis haec suffecerint: ad alios Saracenos populos a Tartaris profligatos styllum vertamus.

62 Subactam ab Haolono preterea Turquia docet Aytonus, cui consentiunt ea, quae narrat Georgius Logotheta. b Irrupit per ea tempora Tartaros in Turcos Graecorum Asiaticorum finitimos, ac vectigales effecisse: tum addit Michael Palaeologum ob iactatas a Theodoro Imperatore minas apud barbaros profugum; copiarum parti praefectum oppositam Tartarorum aciem fregisse; sed Persae principis prodicione Tartaros demum victoriam retulisse: Cum in extremo discrimine res bellica & quod aiunt, in nouacula acie versaretur, Tacharij quippe plerumque Musulmanice ditionis occupatum expilauerant, & apud Axara castra locauerant; impellenteque necessitate Persae ad pugnam cum Tacharijs instaurandam urgerentur, Michaelem Comnenum Christianis cohortibus praesidere decreuerant. Ille extorris, & in aliena terra oberrans, auxilio suo Musulmani subuenire nefas esse dicebat, ne inter pugnandum, ut ille asseuerabat, Christianus sanguis impijs, ac consceleratis sanguinibus immisceretur: sed enim diuino praesidio fretus, & mentem induens generosam, pugnam committit. Pars itaque exercitus qui sub Michaele Comneno armamouebat, aduersos sibi ipsi Tacharios impulsos deuicit, a Michaele ipso primum exercitus hostilis ductore ad mammam vulnerato. Qui ut earum rerum periti affirmarunt, ex eo vulnere non diu post animam efflauit. Debellati itaque ex ea parte, cui Comnenus praerat, Tacharij iam fuga terga vertere.

63 At vir quidam inter Persas celebris dignitate Ampachures, maxima apud Persas existimationis, quam multo abhinc tempore in suam gentem parum fidus prodicionem coeperat, tunc exclusit, & cum vniuerso milite suo Tacharijs adhaesit. Hinc contraria cerni: namque paulo ante victores sese in pedes conijcere, tergaque hostibus ad lacerandum dare. Itaque Persae Tachariorum iaculis dilaniati frequentes cadere, quos per longa spatia victores subsecuti sunt. Michael Comnenus, cum ita fors tulisset, maximo Persicorum exercituum Soratopedanche socios itineris coniungitur, quem Pelarpacium Persae vocant. Sic per plurimos dies procedentes cum aduersarijs continuo subsequenteribus, singulis horis pugnam conserebant: & cum Celarpacis habitatio Castamona esset, in eam gressu accelerarunt. Tunc Tacharij vniuersam Musulmanorum regionem percurrunt.

64 Subdit auctor Tartarorum de Turcis parta victoria nuncio exterritus Theodorum Imperatorem, ad frangendo eorum impetum in orientem aduolasse cum exercitu, seque ab eodem in occidentalibus partibus ad nonnullas res componendas relictum, de quo legatis Alexandri Pontificis a se dimissis haec adijcit: Egressus ipse Thessalonicam Berroeam proficiscor, ubi & summi Pontificis legati immorabantur, quos imperatorio mandato dimis-

a Tö. xlii an. Christi. 1251. n. 50

b Georg. Logoth. in hist. Constantinopol. Leon. Al. lat. in. rp

Tartari in currut in Turcos.

Michael Palaeol. sub initio aduersam Tartarorum aciem fragit.

Prodicione vincit altera Tart. acies

Theodorus ob Tart. victoriam, in orientem trajicit.

Pontificij tum nunciij dimis-

missurus eram, ibi propter legatorum dimissionem... missum ad Theodorum ab Alexandro episcopum Vrbeutanum, vt de Gracorum ecclesie cum Romana coniunctione agitare, superius a vidimus; vbi conciliandæ illius capita Græcis pontificio nomine proponenda attulimus: sed nimia schismaticorum pertinacia cæpta concordia perducit ad exitum non potuit, quæ demum cum Theodori successore Palæologo, etsi parum firma, coaluit. sed ad Georgium Logothetam redeamus, qui vbi nonnulla de turbis, quas Michael Ætolie princeps concitarat, nosque superius leuiter attigimus, differuit, subiicit Sultanum ex regno profugum eiectionem a Tartaris ad Theodorum, qui in orientem procurrerat, vt Imperio, cui Tartaricus terror impendebat, consuleret, se contulisse.

64 Persarum, inquit, princeps Sultanus nudicerui cor habens, vt poeta enunciauit, terram propriam deserens, quando illius exercitus attritus erat, fugituum Imperatorem conuenit. Ille virum amplexatus, muneribusque eundem, & socios donatos, honorifice, ac humanissime pertractauit, & in regionem propriam remisit; pusilla etiam militum manu concessa: nam quadringenti numero erant omnes, & exercitus ducem Isacium Ducam, cui Murtzuphlo cognomen erat. Tunc imperatoris aule primitierius, Persarum par puri dare cupiens, Imperatori Laodiceam urbem donauit: ingressaque est in eam. Romanorum, que paulum perdurauit, custodia, vrbe rursus a Musulmanis occupata, neque enim fieri poterat, vt non a Musulmanis occuparetur. Sultanus ad restitendum Tacbarijs impar, cum proceribus consilio inito pacis, & fœdus a Tacbarijs accipit seseque illis subdit, & ex eo tributa Musulmani Tacbarijs persoluunt.

Ann. 1256.

Turquia princeps ad Theodorum cō fugit.

Tartarorū stipendium se constituit

Magne in Italia turba.

Alex. l. 4 ep. 170. Ezelinus, & Albericus pontificios ve xant.

Anathemate percussus.

IESV CHRISTI

Annus 1258.

ALEXANDRI IV. PP. VACAT IMP. OCC. 8. annus 4. BALDVINI II. IMP. 30.

Annus decimitertij a Virginis partu seculi quinquagesimus octauus, indictione prima, ingentes Ecclesie luctus attulit, cum in oriente Christiani inaudito inter se furore concurrerent: ac in occidēte hinc Ezelinus sauius tyrannus, Alberici fratris fœdere perfidiaque auctus, aduersus Ecclesie clientes, ac studiosos in Insurbria; & marchia Taruina habenas furori laxaret: hinc Manfredus Siculum, Ecclesie Romane vectigale, regnum occuparet: hinc Ianuenses & Pisani, Guelphi ac Gibellini pertinacissimo inter se odio certarent: atque ad malorum cumulum Romani in ipso Ecclesie gremio bellum concitarent. Tanta mala compressurus Alexander, ad edomandum Ezelini furorem, vibratum olim in eum anathema renouauit, & fratrem Albericum, nouum illius crudelitatis satellitem, qui ab Ecclesie castris transfugerat, eadem pœna percussit: sed ne inflicta ab sede Apostolica sententia, vt bruta fulmina contemnerent, Pontifex ex Cardinalium consilio, omnia ipsorum mancipia, quorum ingens erat numerus, cum filiis, ac nepotibus, si ad Ecclesie obsequia redirent, in libertatem vindicauit.

2 Sane Ezelinus de Romano tamquam hereticus dudum ab ecclesiastica unitate praecisus extitit, & Albericus germanus eius per nos tamquam fautor, & defensor hereticorum est vinculo excommunicationis

astriictus, ac priuatus omnibus indulgentijs, & priuilegijs sibi ab Apostolica sede concessis. Sed ipsi cordibus suis induratis velut malleatoris incus, quasi mare feruent, & Ecclesiam ac deuotos ipsius tamquam hostes, & persecutores catholica fidei, spiritu ad superbiam obfirmato, non desinunt impugnare. Quia vero dignum est vt Ezelinus & Albericus praedicti de iniquitate sua doleant se iacturam aliquam reportasse, omnes seruos, & ancillas ipsorum cum eisdem conditionis filiis, & nepotibus, qui redierunt, vel redibunt ad Ecclesiam unitatem, & in eiusdem obedientia & deuotione permanserint, cum suo peculio de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica tradimus plenarie libertati, & eos liberos esse decernimus; ita quod ipsi peculia sua libere valeant retinere, & ea libertate gaudere, qua gauderent, si liberi nati essent, &c. Dat. Viterbij v. non. iulij an. 1 v.

3 Interea discissi in contraria studia Brixiani fluctuabant. Et quidem ij, qui partibus Ecclesie fauebant, cum metuerent ne aduersa pars Brixiam Ezelino proderet, intempesta nocte correptis armis in inimicos profiliere, eosque captos in carcerem coniecere. Aduolarunt mox Brixiam legatus, marchio Estensis, & S. Bonifacij comes Mantuano flore succinctus, rebuque omnibus compositis recessere, ex quo Ezelinus spes suas abiectas intuitus emarcuit, qui Brixia obtenta, Insurbriam in seruitutem redacturum sperabat. Quibus enarratis monachus Patavinus grauit in Ezelini superstitionem inuehitur a, qui ineptis ariolorum promissis versutisque se deludi patiebatur: Dominus, inquit, secundum propheticum sermonem signa faciens irrita diuinorum, & vertens ariolos in furorem, idololatriam Ezelini & Palauicini, qui planetas, & signa cali pro numine venerabantur, sua potentia brachio prostravit pariter, & confudit. Non enim Omnipotens planetis contulit detrahem, nec eorum motibus suam potentiam alligauit, sed in se retinuit plenitudinem potestatis. Reputandi ergo sunt fatui & insani, qui totam spem suam in constellationibus posuerunt, & Creatorem omnium contra se non timent quotidie suis sceleribus prouocare. Dominus igitur sit nobis adiutor, & non timebimus quid nobis faciant Mars, Iupiter, & Saturnus. Interiectis tribus mensibus non leuem cladem accepit Ezelinus: cum enim in Balsiano agro stipendium Theutonico militi daret, irruente marchione Estensi Parauinis stipato, Theonici in pœnam commissorum scelerum, cum nullis censuris ecclesiasticis ab Ezelini partibus auelli potuissent, internectione sunt deleti.

4 Mixti aduersus fuere prosperi illi successus: Crema enim, quæ Mediolanensibus diu paruerat, coorta seditione, Cremonensibus ac Palauicino excitis, pulsa aduersa parte, hostium Ecclesie iugum accepit. Elatijs Cremonenses Brixianos lacefluere, atque Ezelini consilij adducti, fultique armis, nonnulla ipsorum oppida cepere. Mouebat aduersus hostem legatus cum exercitu, aduentuq; Ezelini, qui Cremonensibus cum lectissimis copijs sese coniunxerat, perterritus, dum in tutiora sese subducere meditabatur, contrarijs sententijs a consilio suscepto abductus, primo hostiu aspectu atq; impressione fusus est, cum Brixiani multitudinis hostium terrore percussus in fugam sese effudissent, plures viri principes & conspicui, inter quos legatus, episcopus Veronensis, Mantuæ praefectus, in Ezelini crudeles manus incidere: qua victoria egregie vsus hostis, fugientes insequitur, ac Brixiam solo terrore obruit: qui enim a castris in urbem fugerant, adhuc metu percussus, & alij, qui ruen-

Eorū mā. cipia in libertatem vindicata.

Gibellini Brixiam puls.

a Monac. Paduan. chron. l. 2. Ezelini in astrologia praesidentis superstitio.

Germani Ezelini se quaces deleti.

Guelphi Crema eieci.

Cremonens Brixianis bellū inferunt.

Leg. S. A. acie fusus captusq.

Brixia ab Ezelino subacta.

tuenda vrbi remanserant, inopino casu attoniti, non auri Ezelino resistere, sub ipsius feruitute colla submisere.

De Philippo archiepiscopo Rauennate tradit Hieronymus Rubeus a, ipsum paulo post incolu- rem tradita ingenti pecunia vi, quæ ad eum redimendū in archiepiscopatu Rauennate coacta est, ab Ezelino Pontifici restitutum. Sed hallucinatur auctor b, cum monachus Parauinus tradat etiam mortuo Ezelino in vinculis fuisse, vt vero ex ijs euolarit, suo loco dicemus.

5 Grauiores etiam turbæ aduersus Christi vicarium Romæ exarsere, quibus Manfredi fautores faces subiecere: precipuum seditionis auctorem obscuræ fortis hominem fuisse magistrum pistorum refert c Parisius, qui populum in senatorem, aspersa illi nimij in patritios studij inuidia, concitauit: commota plebecula ad carcerem, in quo Brancaleonem Manfredianæ factionis tenebatur, procurrit, vinculis liberat, salutem senatorem, fideique sacramento sese illi obstringit. At ille castigans ira in omnes, qui eius vinculis causam præbuerant, defæuit, Hannibaleses atque aduersarios pepulit Vrbe, aut suspendio damnauit: Defixit anathemate furentem Brancaleonem, socioque Alexander, sed illi censuris ecclesiasticis conculcatis, habitisque ludibrio, Pontificem & Cardinales furori effrænato sese subducere, ac Viterbium profugere coegerunt. Nec tyranni furor hic substitit: propositis enim pœnis grauissimis exercitum Vrbe educit, vt Anagniam Pontificis patriam cæca rabie deleret, quare Anagninensium lacrymis permotū Alexandrum asserit, Brancaleonem de pace ineunda sollicitasse, qua ille admissa, Manfredi fœdere potentiam confirmauit. Sed nō diu diuina prouidētia parte honore potiri perduellem permisit: eodem enim anno extinctus est: cuius caput populus rebellis honoris ergo, quod potentiorum capita decussisset, in pretiosissimo vase collocatum, impositumque columnæ marmoreæ impie est veneratus: senatorem vero, quamuis oratorum opera vetitus, ne quem sine Pontificis assensu sibi præficeret, Brancaleonis auunculum, spreta auctoritate pontificia, salutauit.

6 Cum vero affirmer Parisius Pontificem ob concitatas Romæ seditiones Viterbium secessisse, eas anno superiori cœpisse, hoc vero recruidisse dicendum est, cum ex Alexandri a epistolis ipsum ex Vrbe Viterbium anno superiori se contulisse constet, tunc namq; 1v. id maij Laterani epistolam trecentessimam decimam octauam, & 1v. kal. iunij Viterbij trecentessimam vigesimam secundam scripsit, ibique egit sub initium vsque septembris huius anni, vt eius literæ in regesto insertæ patefaciunt. Inde vero Anagniam profectus, ibi biennio circiter, vt eius literæ demonstrant, est commoratus. Caterum quemadmodum Parisius Alexandrum Anagniam oriundum fuisse affirmat, ita Pontifex ibi se educatum atque inter canonicos (de qua re supra memoraui) emeritum docet diplomate, quod hoc anno ad rem æternæ mandandam memoriæ, ciuitati, & ecclesiæ Anagninæ dedit, atque adeo ei plurimum debere profiteretur e. Quia igitur in ipsa ecclesia, cuius canonicus fuimus, & in suis obsequijs longa decurrimus tempora, & expleuimus plures annos, plene vtique nouimus iura ipsius, & munimenta super ipsius pertinentijs manifesta sunt nobis, & de suis rationibus plenariam certitudinem obtinemus, sicuti qui vidimus, & pertractauimus, & qui circa ea pluri-

um extitimus studiosi, &c. Inter alia ad illius dominatum, Acuti castrum spectasse docet. Adiecta est huiusmodi Apostolicis literis x. kalen. aug. Viterbij. Ornatæ pariter Innocentij IV. prædecessoris patriæ studio ecclesiam S. Saluatoris Lanuaniensem vctigalibus auxit a. Sed ad institutam orationem de concitatis in Ecclesiam moribus redeamus. Defuisse in rebus asperis constantiæ fidei erga Pontificem plures Ecclesiæ clientes argumento est, Alexandrum Eugubino comitatu, ex inuasorum manibus vindicando viribus imparem, illum Perusinus tradidisse, ea lege, vt ipsius iura ab inuasoribus suo sumptu recuperarent, quinquēnio excurrente ducentarum librarum Senensium censum persoluerent: quo elapso non repetitis, refussisue expensis, integrum Romanæ ecclesiæ restituerent. De quo extant in libro censuum b, post Cencij præfecti ærarij tempora pluribus monumentis locupletato, publicæ tabulæ.

7 Tot licet implicitis turbis Pontifex conciliandis Ianuensium & Pisanorum discordijs, quos dirus furor inter se commiserat, non defuit c: sed cum eorum dissidia Syriæ grauisimam perniciem attulerint, lugubrem historiam inferius prosequemur. Iactabatur graui bello reliqua Italiæ pars ac Sicilia, cum Manfredus opprimendæ illi inhieret, & qua vi, qua promissis, qua fraudibus cœca regnandi cupidine inflammatus tyrannidem confirmaret. Nos rei gestæ seriem ex laudato sæpius a nobis M. S. d decerpemus. Perstiterant hætenus in Pontificis fide tres munitissimæ arces Placia, Aydonæ, & vrbs S. Ioannis, quæ Manfredi impetus artesque eluserant: sed cum externis auxilijs destitutæ essent, sub Frederici Læcæ Manfredi ducis potentia succubuerunt. Placia enim, valida hostium in mœnia impressione facta, deum expugnata, sæuitum est ferro in primarios, qui Pontifici constantissime adhæserant, parcitum multitudini, vt eo clementiæ exemplo vicini ad obsequium allicerentur: quæ res successit e sententia, Aydonensibus mox sub Manfredi iugo se demittentibus. Ciuitas vero S. Ioannis situ fortissima, cum aliquandiu tyranni imperia detrectasset, ob illatam agris vastitatem ad deditonem compulsa est: arque ita Siciliæ insula, Tarentinus principatus, Apulia, & Campania Felix sub Manfredi imperium concessere.

8 Confirmatis viribus suis Manfredus, qui ad regnum subijciendum Conradini nepotis iura a se capitis sui periculo defendi iactauerat, vt eo iustitiæ furo populis subornaret, rerum potitus noua intruere cōsilia cœpit e, vt abiecto prorogis nomine sceptrum ac diadema corripere, cuius subdolas artes ex eius gestis in lucem producemus: f *Toto regno sic in pace stabilito, princeps Manfredus in Siciliam ire decreuit: ingressusque Siciliam paucis diebus Messanæ moratus, ad ciuitatem Panormitanam proficiscitur, viam faciens per ciuitatem castri Ioannis: in qua ciuitate dum esset, vidit ruinas castri, quod a ciuibus ipsius terra destructum fuerat vsque ad solum. Attendens autem quod ciuitas ipsa nullo modo bene regi poterat sine castro, ipsum statim castrum reaedificari præcepit: & quia magnum opus erat, nec poterat sic cito, vt expediebat, per homines ipsius loci tantum reaedificari, omnibus simul ciuitatibus Sicilia onus reparationis ipsius castri distribuit, vt onus ipsum per omnes diuisum leuius a singulis portaretur. Interim autem dum in Siciliam princeps iret, venit rumor in regnum, quod nepos eius Rex Conradus filius quondam Regis Conradi primi in Alemannia obiisset.*

Leg. A. S. diuturno carcere tentus. a Rub. hist. Rauenn. l. 6. b Monac. Pad. in fine chron. Seditio Romæ cōcitata.

c Par. hist. Angl. hoc ann.

Pontificis fuga.

Brancaleonis mortui caput a perduellibus cultum.

De Alexā dri apud Viterbiū, & Anagniam secessu.

d Alex. l. 3

Anagnia Alexandri patria.

e Ep. 234.

Vt in ea inter canonicos meritum sit.

a Ep. 56.

Plurimum defectio a Pont. Eugubini comitatus ad quinque Perusinis attributus

b Lib. cœf. in vatic. archiu.

pag. 222. 223. c Vall. bibl. pag. 284.

Ianuenes & Pisani bello distudent.

c Alex. l. 5 post epist. 173.

Sicilia a Manfredi erepta Pontifici.

d Anony. auct. de reb. Sicul. Placia vastata a Manfr.

Alia loca iugum accipiunt.

Manfredi astus.

e Vrb. IV. in cod. Val. lic. sign. lit. C. n. 49 pag. 154. f Id. auct. anonym.

Rumorē de morte Conradini spargit.

9 Sparfus, is fuerat Manfredi arte, qui tyrannidem affectabat, quem his dolis vsu refert Ricordanus a, in solemni ordinum Siciliae conuentu finxiffe Conradinum graui adeo morbo correptu, vt regendis populis nunquam idoneus futurus esset, atque in eo rerum statu consilia procerum flagitasse: auctores vero ipsos extitisse, vt oratores in Germaniam ad rem explorandam mitteret, ac si morbo succumberet, sceptrum corripere: missos itaque ad Conradinum seu Reginam Elizabetham muneribus pretiosissimis onustos oratores in Sueniam: cumque mater Conradini ab oratoribus sibi timeret flagitibus, vt Conradinu, qui inter plures coetaneos colludebat, saluari permitteret, magna honoris significatione suppositio puero, qui Elizabethae iussu Conradinum agebat, pretiosissima dona, atque inter caetera conditos fructus veneno infectos obtulisse, iisque degustatis paulo post puerum extinctum. Siculos vero oratores contentis itineribus e Germania abcessisse, peruenisse Venetias, ac disseminata falso Conradini, quem necasse putabant, morte, triremem pullis velis, ac toto apparatu pullato adornari iussisse, ipsos etiam incessisse atratos. Cumque in Apuliam applicuissent, vt erant a Manfredo edocti, magnam doloris significationem pra se tulisse: ac tum Siculos Conradinum vt extinctum planxisse, Manfredumque & amicos simulato luctui indulxisse.

10 Ijs itaque dolis circumuenti Siculi Manfredum Regem salutarunt, vt annoymus profertur: Quo rumore audito, nimirum mortis Conradini, comites & alij magnates regni, prelati etiam ecclesiarum in Sicilia ad principem profecti sunt: singularum quoque magnarum ciuitatum nuntij ex parte ciuitatum suarum, ad eundem principem perreuerunt, vnanimiter omnes petentes ab eo, vt ipse princeps, qui vsque tunc pro parte predicti Regis Conradi & sua regnum nexerat, & in tanta pace constituerat, ipsius regni gubernaculum & coronam tanquam Rex & ipsius regni verus haeres acciperet. Qua petitione vnanimiter sibi facta, ab omnibus idem princeps per concordem omnium comitum & magnatum, ac etiam prelatorum regni electionem in Regem electus, coronam regni Sicilia in maiori ecclesia Panormitana, iuxta consuetudinem & ritum praedecessorum suorum regni Sicilia, solemniter accepit anno dominica incarnationis MCCLVIII. XI. die mensis augusti, indiction. 1.

11 Cum auctor inducat proceres Siculos Manfredum existimasse verum regni haerem, quod falsum omnino erat, etiam Conradinus re ipsa interisset, videtur ipsos alia fabula a Manfredo atque amicis iactata corruptos, quam Parisius b disseminatam scribit, ne obsceni natales ad corripiendum sceptrum Manfredi obessent: illius scilicet matrem, qua Manfredum ex furtiuo Frederici concubitu susceperat, in extrema mortis confinia adductam Fredericum per sacra omnia exorasse, vt matrimonium cum ipso iniret, ne antea vita culpa salutem animae in periculum adducerent: eam rem Imperatori fraudi non fore, cum extremos spiritus proxime elatura esset, sibi vero & animae salutis summo emolumento futuram: flexumque illius lacrymis Fredericum, qui tunc coniuge careret, assensisse: eaque ratione Manfredi ad paternam haereditatem titulum comparatum. Correpta itaque a Manfredi tyrannide, cum res in Germaniam emanasset, missus a Conradino est in Siciliam orator, qui tyranni fraudes detegeret, ac Siculos ad Regis pueri obse-

quium reuocaret. De oratoribus Conradini, Reginae, ducisque Bauariae nomine missis, meminit Matthaeus Spinellus, eosque in publicis comitijs auditos, ac senem abbatem conspicuum auctoritate diuulgasse, mentitos, qui Conradini mortis famam sparsissent, Manfredumque obsecrasse, vt regijs insignibus abstineret: ad haec Manfredum subiecisse, amissum a Conradino regnum, se vero illud armorum vi e duorum Pontificum manibus auulsiisse, nec Pontifices passuros fuisse, vt Germani eo amplius regno potirentur; se vero ad vitam sceptrum gestaturum, ac dein transmissurum Conradino: matrem vero praclare consulturam, si filium educandum moribusque Italicis imbuedum ad se transmitteret, filij enim loco sibi futurum. Quo porro consilio haec postrema adderet, quiuis de tyranno facile intelliget. Addit auctor Manfredum ingentia ad ducem Bauariae Conradini auunculum sibi conciliandum munera transmississe. Ceterum importunum Conradini oratorem suae obsistentem tyranni Manfredus interceptum obrucant, vt eo scelere patrati alterius sceleris famam obrueret: qua etiam de causa in iudiciu ab sede Apostolica vocatum, Urbani IV. ostendunt litera. Siculi vero siue Conradinum viuere ignorarent, siue fraus eos non lateret, qua metu, qua studijs alijs ducti Manfredum vt Regem coluerunt.

12 Verum quamuis in eo Rege salutando consenserint Siculi, nullum ipsi ius ad regnum, Ecclesiae fiduciarium, conferre potuerunt, cum sua Pontifici iura eripere, atque in alium pro libidine transfundere non possent: & quamuis Siculum solum Manfredus premeret, regnum tamen ad Edmundum Henrici Anglorum Regis filium, legati pontificij opera eo indutum ornatumque, spectabat; atque ad agitanda pro eo recuperando consilia Arlotum anno superiori exeunte, pridie idus decembris, vt ex eius literis a vidimus, b in Angliam peruenisse ingenti pompa & comitatu tradit Parisius; sed cum dissensionibus arderet Anglia, prudenter abscessit. Vvallenses enim saeuissimas excursions in nonnullas regiones fecerant ad quos comprimendos cum Vvillielmus episcopus fratre Regem hortaretur, hoc responsum accepit: Commoda, frater, tuas illas ingentes & effusas opes ad meas iniurias vlciscendas, hostesque edomandos.

13 Discesserat Arlotus ex Anglia, cum Alexander, quem grauis recuperanda Siciliae cura vrebatur, Minoritam, Mansuetum nomine, in Angliam legauit: qui cum ad tolerandos bellicos sumptus pecunias reposeret, Rex comitia ad eas colligendas habuit, de quo locutus Parisius, Henricum perstringit, Regnum Siciliae filio delatum admisisse, tribuitque proceribus superbum responsum, ipsum nimia simplicitate circumueniri se passum: Richardi fratris exemplum imitari potius debuisse, qui eo regno sibi delato magno consilio vsus non alijs legibus assentiri voluerat, quam vt excendorum Nuceriae Saracenorum gratia, cruce signati exercitus dux creatus, dimidiam decimarum partem, qua belli sacri causa cogebantur, obtineret; nonnullas arces, quas Pontifex praesidio milite firmarat, ab eo reciperet, vt exercitui suo tutissimo asylo ac praesidio essent: ipsum vero, recusante fratre, in spes maiores elatum, difficillimo se negotio implicuisse, e quo expedire se exhausto etiam aetario non posset.

14 Addit de Richardo, electo discordibus suffragijs Rege Romanorum, Parisius discessisse hoc anno Alphonsum Castellae & Legionis Regem ad Richardum literas, quibus inuasis minis ab Aleman-

a Ricord. Malesp. hist. Flor. c. 148.

Vt illum veneno veneno necare conatus sit.

Decepti Siculi Ma Manfredum Regem salutarunt.

Panormi regijs ornamentis insigniuit.

b Par. hist. Angl. hoc ann.

Fabula a Manfredi disseminata ad regendum naturalium labem.

Mash. Spinell. e l. uenatio in Annal. M. S. sub an. 1256.

Conradini oratoribus.

Manfredi nulla obsequia ostenditur.

Intermissa Angli expeditio in Sicilia.

a Alex. I. ep. 261. b An. cur. 1257.

Nuntius in Angli missus ab Alex.

Angli proceres Henrico in re Sicilia aduersi.

Quas leges Richardus poposcisset.

Alphonsi Regis Castellae & Legionis Regem ad Richardum intentata.

mannia recedere iubebat, sed Richardum respondisse, si bellum inferret, eius conatus fortissime excepturum; Hispanum vero collecto florentissimo exercitu, Aragoniæ & Nauarra coniunctis viribus, Italiam versus signa direxisse: Saracenos interea occasionem aucupatos, ad oppugnandam Cordubam vires impetusque conuertisse, atque ita Alphonsum regredi coactum, a suis proceribus sollicitatum, vt regnum contra Saracenos tueretur; ne certa amitteret, dum splendidas spes venaretur: Romam vero oratores ad Pontificem misisse, qui flagitarent sui iuris rationem habere, suæque dignitatis ac meritorum, vt qui Christianæ religionis limites plusquam ceteri principes protulisset; nec vlli habenas Imperij, quam ipsi tractandas committeret. Subditque auctor, Pontificem oratoribus respondisse, vt prius Alphonsum electorum suffragia obtinere niteretur, atque Aquisgrani eundem de more redimiri, ac tunc se ad ipsius augendam dignitatem, Imperiumque conferendum, proposita rei æquitate ob oculos, operam nauaturum: quo responso euulgato nonnullos Italiæ principes Richardo dexteram porrexisse ait, seque ipsius clientelæ nuncupato fidei sacramenta deuouisse, ipsamque liberatis nonnullis ciuitatibus a prædecessoribus oppigneratis, Germanorum principum gratiam collegisse: at contra Alphonsum admodum elanguisse, cum iuris huiusmodi rigorem animaduertet. Sane Alexandrum in Richardi partes propendisse, ex aliorum Pontificum literis elicitur, cum in epistola ad Richardum scripta, electi in Romanorum Regem titulo eum decorari, vt Vrbanus IV. testatur, quo nauquam Alphonsum titulo insigniuit: eoque argumento vsi sunt postea Richardi oratores, vt probarent Alexandrum Richardo Imperium adiudicasse, ac pro illius causæ æquitate optime sensisse.

15 Dum porro Germania ciuili belli metu horreret, dæmones malorum imminentium spe, & infelicissimæ inter Christianos dissensionis aspectu recreati lætitiâ, obiectis infernalium chorum ludibrijs, præ se tulere. Rem narrat Thomas Cantipratensis his verbis: *b Anno præseti mccc. lviij. prope ciuitatem Agrippinam in villa, que oppidum Regis vocatur, quodam solemnî die ingens chorea demonum in habitu alborum monachorum in planitie campi visa est vocibus altisonis tripudians & exultans. Congregatis igitur cum sacerdote suo hominibus uilla, cum ad choream accedere uoluissent, dæmones, secundum quod homines propinquabant, choriando procedebant ad Rhenum, quoad usque se totalis illa malignantium turba in fluuium adnullauit.* Obsolescente tû in Suecia clericali disciplinæ splendore, Alexander Upsalensem archiepiscopum ad restituendum morum pristinum nitorem excitauit, et, atque a Vvillelmo Sabinensi episcopo A.S. in Suecia legato constitutione, qua sacerdotibus concubinarijs anathema obiectum erat, olim editam insinuauit. Meminit de ea Io: Magnus d. ac latram ait, cum sacerdotes Græcorum more passim luxuriæ, prætextu coniugij, indulgerent.

16 Dum ad solutiores mores cleri Suedici adstringendos incumbitur: in Gallijs purissimos radios admirandæ sanctitatis fundebat Ludouicus Rex, quorum splendore recreatus Pontifex eius encomia premere silentio, pijsque desiderijs dissentire non potuit.

Ludouico Regi Francia illustri.

Sic ille lucifer matutinus, qui nescit occasum & qui humano generiferenus illuxit, in tui clau-

stra peccatoris luminis sui gratiam, quod referimus gaudentes, infudit, quod omni exinde obscuritate depulsa caligine tuum serenauit animum claritate virtutum, tuamque mentem luce iustitiæ, ac fulgore rectitudinis illustrauit. Hinc procedit, fili charissime, quod iuxta tui status magnitudinem studuisti semper & studeas opera exercere magnifica, teque lucidis & placidis actibus gratum reddere apud Deum, qui te apud homines & opibus & honoribus magnificentius sublimauit. Hinc procedit quod existis in augmentatione, ac defensione cultus fidei orthodoxæ sollicitus, in conseruatione libertatis ecclesiasticæ strenuus, in ecclesiarum aliorumque piorum locorum constructione beneuolus & benignus, in eorum dotatione ac dotatione largiflans: in gratijs & beneficijs erga personas ecclesiasticas regulares, & seculares, & in elemosynarum erga pauperes largitione valde munificus, & in deuotione ad nos, & Ecclesiam stabilis, & accensus.

17 Hinc etiam prouenit, quod conscientia puritatem, & bonitatem, per quam Altissimo placeas, totis votis amplecteris, & in ea deliciosum existimans & suauem, intendere ac vacare virtutibus, firmatis ad condignum & honestum affectibus, maxime delectaris, vt odore grato de tuis processibus ad Dominum ascendente merearis sua potenti dextera ab omni nocumento corporis, & animæ præseruari. Digne igitur super ijs ei gratias referentes, supplici apud eum deprecatione insistimus, vt tuum in ijs animum regat & firmet, ac proficiendi ad melius tibi gratiam largiatur.

18 Ex parte sane tua fuit a nobis deuote petatum, vt cum tu quædam bona, quæ ad te diuersis modis peruenisse noscuntur, personis, quarum sunt, restituere tenearis, & scias te teneri ad restitutionem bonorum huiusmodi faciendam; ac personarum, quibus eorum restitutio fieri debeat, sciri & inueniri non possint: quamquam super ijs per viros discretos, & idoneos feceris diligenter inquiri, prouidere in hac parte tibi apostolica solitudine curarem. Nos igitur, qui salutem in te vtriusque hominis totis desiderijs affectamus, volentes super hoc conscientia tuæ ad remouendum exinde omnem scrupulum remedio consulere opportuno, tuis precibus grato concurrentes assensu, excellentia tuæ auctoritate presentium indulgemus, vt liceat tibi huiusmodi bona pauperibus in elemosynam erogare, ac de ijs, quæ taliter erogaueris, liberationem, & absolutionem plenariam consequaris. Verumtamen scire te volumus, quod si per personas, quibus eorum restitutio fieri debeat, ad tuam notitiam peruenire contingat, te ipsas prædicta bona restituere nihilominus oportebit. *Dat. Viterbij III. id. aprilis anno iv.*

19 His literis apostolicis Regis pijsissimi conscientia nondum sedata erat: non enim modo longe a malo aberat, sed ne quidem mali suspicionem in se suscipere tolerabat. Quare Alexander petenti iterum consilium de ijs, quæ a maioribus raptæ ad ipsum peruenissent, indixit, ac vt quas elemosynas profunderet, restitutionis vicem subirent, ubi certæ personarum non occurrerent, quibus damna resarciret: *Cum in te salutem hominis vtriusque totis desiderijs affectemus, nos volentes conscientia tuæ super restitutione bonorum, si qua ad te ex progenitorum tuorum successione, vel alias peruenisse noscuntur, faciendam forsitan ijs, quorum sunt; licet, sicut asseris, nescias, ad restitutionem aliquam bonorum huiusmodi aliquibus te*

Regi gratulatur Pont. virtutibus comparandis infistere. Tueri libertatem ecclesiasticam.

Templum numini ponere. Fouere religiofos viros. Liberalitate pauperes leuare

Sectarico scientiam nitorem.

Pij Regis anxium desiderium de alienis restituendis.

Quid ipsa Pontificis indulgentiam.

Ibid. ep. 94.

Aliæ Pontificis lit. ad S. Reg.

Italicam expeditionem aggressur. Reuocatur.

Imperialem coronam ab Alexandro postulat.

Pontificis responso.

Itali in Richardum propensiores.

Richardus Regis titulo exornatus ab Alex.

Extrat. Vrban. dipl. in Cod. M. S. Vall. sig. l. f. C. n. 49 pag. 11. 12. & 146. Negatum id nomen Alphonso b. Cantip. lib. 2. c. 57. n. 42. Spectra in Germania visa.

Nauata in restituenda Suecicæ clero morum puritate.

Alex. l. 3. ep. 218. Magn. l. 19. c. 15. Poena in sacerdotes concubinarijs.

Galliæ S. Regis exemplis illustrata.

Lib. 3. ep. 133. Alex. lit. ad S. Lud.

teneri, paterna providentia providere, magnitudini tuae, ut elemosynae, quas tua regalis munificentia facit & faciet in futurum, cedant loco restitutionis praedictorum bonorum, auctoritate praesentium indulgemus. Verumtamen scire te volumus, quod si tibi constiterit te teneri ad restitutionem bonorum talium, & personas, quibus eorum restitutum fieri debeat, ad tuam notitiam peruenire contingat, te ipsis bona eadem restituere nihilominus oportebit. Dat. Viterbij id. aprilis anno IV. Quibus sane Rex sanctissimus dignissimum ac pulcherrimum omnibus principibus exemplum praebuit, vt a subditorum inuadendis fortunis sibi temperent. Quam ille ab ijs abhorruit, quorum purpura plus populo- rum, quos exfluxere, sanguine, quam suo fulgore rubet! quibus illud propheticum congruit: *Qui deuorant plebem meam sicut escam panis.*

Relictum Regibus insigni exempli.

u Psal. 13.

Margarita Regina hereditaria in Prouinciam iura tueretur. b Lib. 3. ep. 62. Agitata in ter Gall. & Arag. Reges afinitas. c Ibid. ep. 352.

Sopite a S. Lud. di. Scordiaz.

d Ep. 99.

Emit praetensa iura ab Anglo Rege.

Francorū & Arag. Reges duo ambigua iura sibi remittunt. e Sur. l. 3. Annal. c. 56.

f Bern. in Chron. Rō. Pont. & Baron. in notis. S. Saturni corpus inuentum. Coruscant miraculis.

20 Neque illud reticendum videtur, Margaritam Regis vxorem comitis Prouinciae filiam, cum non lenia in paternam hereditatem successionis titulo in Prouinciam iura contenderet, ne literis aliquibus apostolicis labefactari viderentur, ab Alexandro obtinuisse b, ne quibuscumque ab aduersarijs elicitis diplomatibus prauidicij alicuius ratio causae suae aequitati crearetur c. Solutam etiam legem de consanguinitatis gradibus ad Philippum filij gratiam, vt cum Regis Aragonum nata matrimonio coniugaretur. At res postmodum ob initam ab Aragonij filio Petro cum hostis Ecclesiae Manfredi filia Constantia affinitatem, discussa est, nolente S. Ludouico vt suo loco videbimus ex illa coniunctione cum ijs, qui hostibus Ecclesiae affinitate erant iuncti, sanguinis claritatem obscurare.

21 Eruperat non leuis discordia inter nonnullos praefules Galliarum ac proceres aliquos, quae maiores flammam conciperet, Pontifex illius sopienda obruendaque munus, conuocata vtraque parte ad conciliandos conglutinandosque animos, Rothomagensi archiepiscopo iniunxit d, Exploratum sane atque illustre est, Alexandrum Rege flagitante eam concordiam coire iussisse. Et quidem Rex sanctissimus, viuum probitatis exemplar, non modo ad pacem inter subditos, sed etiam ad eam cum Anglis firmandam toto pectore incubuit, ingentemque pecuniae vim, quam in Anglum, vt nonnullis cederet iuribus, refunderet, cogi iussit: populos vero ea voce permulsi, ferrent a quo animo ad breuissimum tempus eo onere premi, vt longe duriori secuturis temporibus leuarentur.

22 Egisse etiam vndecima maij huius anni die cum Iacobo Rege Aragonum de componendis controuersijs, quae inter ipsos intercedebant, vt nascitura inde bella sopiret, scribit Surita e: atque Iacobum praetentis in nonnullos ducatus, & comitatus Galliae Narbonensis iuribus cessisse: sanctum vero Regem supremum in Barchinonensem comitatum aliasque Cataloniae terras dominium Iacobo remisisse. At de his haec tenus.

Eodem anno inuentum corpus S. Saturnini Tolosae scribit Bernardus f: *Anno Domini m. c. clviii. quinta die introitus mensis septembris quaesitum & inuentum est sanctissimum corpus B. Saturnini martyris & protopraesulis Tolosanae sedis in suo monasterio in Tolosa, ubi multis miraculis Deo operante claret.* Anno vero millesimo ducentesimo sexagesimo quinto, v. nonas octobris in ecclesia S. Saturnini iuxta martyris corpus inuenta subdit quatuor sanctorum sarcophaga, nimirum Syluij, Hilaris, Honorati, & Papuli martyris.

23 Confirmavit ita ijs miraculis iterum in fide, quam olim docuerat, S. Saturninus Tolosanos, apud quos suam explicare gloriam voluit, cum religio, extincta Albigenisum haeresi, refloresceret. Quae lues cum etiam Italiam infecisset, laborabat non segniter in scrutandis perdendisque haereticis Minoritae, qui sedem Apostolicam in nonnullis dubijs consulere, num ij relapsi censendi, qui olim abiurata publice haeresi, qua tamen non erant contaminati, dein decursu temporis ea irretiti deprehendebantur. Quibus Alexander respondit fictione iuris relapsos existimandos, si violenta haereseos suspicione, ac infamia laborassent: si leuiori suspicione perstricti, relapsos non habendos. Petierant etiam, an is, qui sauerat haereticis, ad haeresim proscribendam adactus, ac postmodum ea contaminatus inuentus, relapsis annumerandus esset: subiecit Pontifex etiam relapsorum numero adijciendum. Proposuerant quoque, an qui ad veritatem aperiendam iudice ad censorum fidei tribunal vocati, imminente sui suorumue periculo exterriti, periurio sese deuinxerant, ac vrente postea conscientia profiterentur, se rem totam patefacturos, vt periuri postea a dando testimonio forent remouendi: responsum in gratiam fidei admittendos. Postulatum praeterea, an de sortilegijs, & incantationibus censors ijdem cognituri essent: decretum eos huiusmodi quaestionibus, ni coniuncta haeresis esset, non inuoluendos. Rogatus etiam Alexander num heredes infestas defunctis multas pecuniaras tolerare deberent: probauit si, quae iniunctae erant, ad salutem animae spectarent: si vero ante impositam poenitentiam rei decessissent, heredes tunc non teneri. Dubitatum erat qua ratione ea verba explicanda: Per se vel per alium inquire posse: soluta ita quaestio, vt prior simili auctoritate tres, aut quatuor e suis ad munus obeundum instruere posset. Sanxit etiam, vt clerici perpetuo carceri mancipandi dignitatis insignibus solemniter exuerentur; religiosi, qui haeresi contaminati forent, grauioribus poenis percellerentur. Nonnulla alia etiam de poenis in fautores haereticorum exercendis, atque in filios nepotesque deriuandis statuit.

24 Pulsauere a iterum sedem Apostolicam quaestionibus suis, quid agendum in ijs foret, qui morituri haereticos ad consolationem excipiendam euocarant, quique postmodum mente deturbati dicebantur, ne bonorum successione filij vxorue legum seueritate euertentur. Quippe insana illa opinio apud eius temporis haereticos vigeat, vt superiori tomo, cum de Albigenibus ageremus, ex Petro Vallisarnensi vidimus, vt crederent salutem certissime adepturos, si quis ex ijs, quos perfectos vocabant, morientibus manum imposuisset, atque orationem dominicam repetisset; omniaque scelera, quantumuis immania, hoc facto penitus deletum iri: huiusmodi vero superstitionem, ac vesanum ritum consolationem vocitare consueuerant, quod morituri eo usurpato apicem felicitatis attigisse existimarent.

25 De hoc Catharorum errore a Reinerus, siue Rinherus, qui olim annis septemdecim haeresiarcha extiterat, diuinaque gratia collustratus in ordine Praedicatorum acerrimus haereticorum impugnator fuit, in suo contra Vvaldenses tractatu scribit, ipsos quatuor sacramenta, quorum primum vice baptismi manus impositionem siue consolamentum appellabant, non a Christo instituta, sed ab ipsis effecta admisisse:

Confirmat in fide Tolosanos. Bull. in Alex. IV. De iudicijs in haeret. constitutis.

Quirelati censendi.

An relapsi ad testimonium adhibendi.

An sortilegorum causa spectet ad censors fidei.

Poenae in haereticos statuta.

a Alex. ib. eod. ann.

Catharorum delicta.

a Reiner. apud Grat. seruum.

Manus, inquit, impositio vocatur ab eis consolamentum, & spirituale baptisma, siue baptisma Spiritus sancti, sine quo secundum eos nec peccatum mortale dimittitur, nec Spiritus sanctus alicui datur; sed per eam, solummodo ab eis factam, utrumque conferitur. Differunt tamen in hoc ab eis aliquantulum Albanenses: dicunt enim quod manus ibi nihil operatur, cum ipsa a diabolo sit creata secundum eos, sed sola dominica oratio, quam ipsi dicunt tunc, & quod utrumque necessarium ibi requiritur, videlicet, & manus impositio, & dominica oratio (Ineptum in hac controversia, cum de Albigenfibus ageremus, hæretici responsum a in superiori tomo attulimus: qui de statu animæ illius, qui excepta manus impositione, antequam dominica absolueretur oratio, animam effilarat, consultus sanxerat, illum cælo quidem receptum, cæteros vero omnes, quibus vterque ritus non adhibitus esset, ad inferos deturbandos) Est etiam communis opinio omnium Catharorum, quod per illam impositionem manus, & orationem dominicam non fiat aliqua remissio peccatorum, si illi, qui tunc manus imponunt, sunt tunc in aliqua mortali peccato. Fit autem hæc manus impositio a duobus ad minus, & non solum a prælatis eorum, sed etiam a subditis, & in necessitate a Catharibus. Et infra subiicit de conscientia æstu, quo hæretici fluctuant, num a viro ab omni criminis contagione puro illam manus impositionem exceperint.

26 *Nota insuper, Cathari in maximo laborant dubio, & periculo animæ: verbi gratia si prælatus eorum, & maxime episcopus, occulte commiserit aliquod mortale peccatum, quales etiam multi olim reperti sunt inter eos, omnes illi quidem, quibus ipse manum imponit, fiunt decepti, & pereunt, si in eo statu decedunt. Etiam causa huius periculi vitandi omnes ecclesie Catharorum, una excepta solummodo, vel duabus, receperunt secundo, & aliqua tertio consolamentum, id est manus impositionem, quod est baptisma eorum, ut supra dicitur, & de prædictis est fama publica inter eos.*

27 *Fuere hæ infelices Vvaldensium artes, ut cum ipsi magno religionis supercilio, abiecta Apostolorum exemplo rerum caducarum sollicitudine, sanctitatis larvam ostentarent ad pellicudinem in hæresim plures, etiam omnium turpitudinum ac vitiorum maculis inquinatissimis salutem æternam pollicerentur, si in extremo vitæ discrimine manus impositionem contulissent, sine qua negabant salutem comparari posse. Ad quod vesanum dogma auctoritate diuinæ Scripturæ confirmandum sacra oracula in nefarium sensum detorsisse refert Reinerus: Dicunt, inquit, omnia peccata per manus impositionem ab ipsis factam relaxari, & Spiritum sanctum infundi, & hoc volunt probare per illam auctoritatem Actuum: Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum.*

28 *Addit auctor, ut crudelissimi illi non animarum modo, sed & corporum carnifices a moribundis excitiuolentiam ijs mortem inferrent: Quando autem aliquem in extremo vitæ periculo recipere volunt, dant ei optionem, utrum velit in regno calorū esse cum sanctis martyribus, vel confessoribus. Si autem elegerit statum martyrum, tunc manutergio ad hoc specialiter deputato, quod Theutonice vocatur Bnetextub, ipsum strangulant, osio super eum clauso. Si autem confessorum elegerit, tunc post manus impositionem nil dant ei ad esum, nec puram aquam ad bibendum, & ita fame ipsum perimunt. Hæc erat infanda hæreticorum consolatio, quæ*

in carnificinam desinebat, subtili dæmonis commento, ne quis eorum, qui hæreticos accersiuisset, ex cruentis eius manibus euaderet. Ad eam ergo pestem excindendam, quam refellere superuacaneum esset, cum humani sensus ad illam perhorreant, iure principes ferro, flammis, & catallis vendam censuere: edixitque Alexander, ut eorum bona, quibus ab hæreticis manus admota esset, fisco addicerentur, ne ægrorum propinquitate coniunctissimi, ad quos hereditas spectaret, sceleratam adeo piaculum committi paterentur. Ea vero seueritas ad hæreticos abolendos adhibebatur, ut vrbium prætores a ac magistratus, inuiti ac renitentes etiam, ad leges in hæreticos latas referendas in legum codices adigerentur: refert enim Foliet Genuenses magistratus duobus ante annis ab Anselmo censore fidei Dominicano anathemate defixos, cum id detrectarent: factaque ad sedem Apostolicam prouocatione, eam cōditione sacris restitutos, ut suis legum commentarijs sancita apostolica, & imperialia aduersus hæreticos adijcerent.

29 *Narrat a idem auctor belli atrocis Genuenses inter ac Pisanos exorti causas, Calaritanum agri regulum, ut vires aduersus Arborensem toparcham Pisanorum fœdere subnixum cōfirmaret, castro Sardinia Genuensem remp. donasse. Sed demum ab Arborensi iudice arctiori obsidione, deuicto eo municipio, Genuenses in S. Giliam inductos, ut ex ea arce ad amissa recuperanda erumperent: quibus similia tradit Bizarrus c. At Pisani comparato exercitu, ut hostem occuparent, S. Giliam castris cinxere: cumque ex eo bello ingentium malorum materies scaturiret, Alexander post multos adhibitos pro concilianda discordia labores ab aduersis factionibus pacis arbiter renunciatus, duos religiosos equites creatos nuncios apostolicos in Sardiniam legauit d, ut pontificio nomine b. S. Gilia præfeturam gererent, donec controversia æquitate dirempta foret.*

P. Hospitalis S. Ioannis, & P. domus militia Templi Hierosolymitani fratribus nuncijs nostris in Sardinia.

30 *Olim inter dilectos filios potestatem, capitaneum, consilium, & commune Pisanorum super villa S. Gilia Calaritanæ diocesis, * ex altera, procurante generis humani inimico materia diffusionis exorta, tandem fuit a partibus in nos tanquam in arbitros, laudatores, seu compositores, vel diffinitores præcise super ea certa pœna interposita concorditer compromissum, prout in instrumento publico inde confecto plenius continetur. Nos itaque de discretione vestra plenam in Domino fiduciam obtinentes, districtè per apostolica scripta vobis in virtute obedientia præcipiendo mandamus, quatenus ad terram ipsam personaliter accedentes, Pisanis, a quibus dicta villa obsessa dicitur, & Ianuensibus, pro ipsius defensione ibidem morantibus, & quibuscunque alijs pro eisdem Pisanis, & Ianuensibus illic existentibus cum machinis, & alijs, quæ causa impugnationis, & defensionis habent ibidem, exinde sine qualibet difficultate remotis infra dies octo, iuxta dicti compromissi tenorem, tenutam ipsius villæ nomine nostro recipere nullatenus postponatis: mandantes, & præcipientes nihilominus hominibus dictæ villæ, ut in nullo alteri partium in alterius præiudicium faneant, vel ei exhibeant auxilium, vel fauorem: sed eos compellatis iurare super ijs, quæ huiusmodi contingunt negotium, vestro stare mādato, mandatum nostrum su-*

a T. XI
ann. Chr.
1204. 114.
61. 62.

Vvaldensium circa animæ salutem trepidatio.

Specie sceleris fre laxabant.

Suos in desperationem adiungunt.

a Fol. hist. Genuen. lib. 4. Ianuenses ad leges in hæreticos admittendas adacti

Gerunt bellum cum Pisanis. b 1d. ibid.

c Bizarr. l. 2 de bello Pisan. Pontifex controuersie se arbiter designat.

d Lib. 4. ep. 3. post ep. 173.

Missi in Sardinia Ap. S. nuncijs. * ex parte vna, & Ianuenses

per hoc taliter impleturi, quod sollicitudinem vestram exinde merito commendemus. *Dat. Viterbij 11. non. iulij anno 14.*

31 Extrant a aliæ ad Pisanos, ac Ianuenses literæ, quibus de S. Gilia Calaritana diocesis oppido admissum arbitri munus significat, additque hæc imperia: *Cum igitur nobis cordi sit lites dirimere, & a laboribus, guerris, ac animarum periculis releuare subiectos, tam apostolica, quam arbitraria, seu compromissaria potestate vobis tenore presentium præcipiendo mandamus, quatenus in medietate mensis septembris proximo venturi, quem terminum vobis peremptorium assignamus, compareatis coram nobis per sufficientes & idoneos responsales, facturi & recepturi super questione dicta villa, quod ordo exegerit rationis. Datum Viterb. non. iulij anno 14.*

32 Adhibiti sunt Templarij restinguendo huic bello, cum ex eo accensa essent faces, quæ in Syria luctuosissimum incendium excitarunt: efferat enim Ianuenses, ac Pisani mutuis odijs, vbicumque, siue terra, siue mari; in occidente, vel in oriente infestis telis concurrebant, trahebantque in prælium fœderatos, maximeque Veneti ob singularem cum Ianuensibus emulationem Pisanis accesserant, atque Ptolemaide alijsque in portibus simultates exercuerant, ex quibus dissidijs extrema regno Hierosolymitano clades imminabat: cum non modo hostium armis peteretur, verum etiam eorum viribus, quibus illius defendendi munus incumberebat, lanigaretur. His itaque & alijs impendentibus malis remedium aliquod allaturus Christi Vicarius, Messanensem archiepiscopum in orientem misit, ac Pisanos, Ianuenses, & Venetos mutuo fundendo sanguini parcere iussit.

Potestati, capitaneo, consilio, & populo Pisano.

33 Sicut olim accepimus, & referimus cum dolore, pacis inuidus, & seminator discordiæ tantum inter vos, & dilectos filios ciues Ianuenses odium seminavit, quod inualecente guerra grauissima inter partes, alter alterius destructionem in personis desideravit hætenus, & in rebus. Ex quo inter alia miserabile regnum Hierosolymitanum, multis attritum, & concussum angustijs & pressuris, ad extremam poterat desolationem perducere in derogationem, & contemptum fidei Christianæ: propter quod nos, licet immeriti, iuxta verbum prophetæ constituti super gentes & regna, vniuersæ terræ, in quibus Dominus inuocatur, volentes animarum & personarum periculis obuiare, ad vos tamquam ad deuotos Ecclesiæ filios venerabilem fratrem nostrum Messanensem archiepiscopum duximus destinandum. Vos vero, qui hætenus ecclesiæ Romanæ paruistis reuerenter monitis & mandatis, zelantes pacem, & concordiam, & bonum statum regni prædicti, ac augmentum fidei orthodoxæ, ad nos super ijs sollemnes ambasciatores, & nuntios destinastis, qui plenum, & sufficiens a vobis mandatum habentes super omnibus, ex quibus dissensionis & guerra inter vos & eosdem Ianuenses exorta fuerat materia, præcise compromiserunt vestro nomine arbitrio, laudo, dispositioni, & ordinationi nostræ sub certa pœna stare, prout in instrumento publico inde confecto plenius continetur.

34 Nos itaque qui cunctis Christi fidelibus pacem, & concordiam procurare tenemur ex officio pastoralis, volentes vobis, & ipsis, quos siue cetera in Domino caritate complectimur, salubri

super hoc remedio prouidere, vniuersitatem vestram rogamus, monemus, & hortamur attente, presentium vobis tenore, tam apostolica, quam arbitraria, seu compromissaria potestate districte præcipiendo mandantes ad præsens, saluis alijs mandatis vobis semel, & pluries a nobis in posterum faciendis, quatenus dictis Ianuensibus, & eorum iurisdictioni subiectis pacem firmam de cetero, & inuiolabilem vbique seruetis, ab omni molestia & offensione ipsorum Ianuensium, & eorum ditioni subiectorum tamen terra, quam in mari vbique per vos, & vestræ ditioni subiectos desistentes omnino, eos secure ad ciuitatem & districtum vestra, & loca vobis subiecta venire, & per ipsa ire, & in ipsis morari, & redire sine aliqua læsione, vel impedimento personarum, & rerum libere permittendo. Et vt inter partes ex nunc omnis cesset materia dissensionis, & guerra, vos in ciuitate vestra infra triduum a receptione presentium faciatis voce præconia publice proclamari, vt omnes conciuies vestri omnesque, quos ditio vestra regit, Ianuensibus & subiectis eisdem concordiam & pacem obseruent; ipsosque in aliquo non offendant, sed secure in societibus, mercimonijs, & alijs vtantur vbilibet cum eisdem: mandantes nihilominus in proximo passagio mensis augusti, vel ante, si fieri poterit, per nuntium & literas speciales consulibus, admiratis, seu capitaneis Pisanorum, & alijs Pisanis in vltamarinis partibus existentibus, & alibi vbicumque fuerint, qualiter in huiusmodi negotio, super quo in nobis compromissum est, existat processum; & quod legatus, seu nuntius Apostolicæ sedis ad partes vltamarinas celeriter transmittetur ad pacem, & concordiam peragendam, ac solidandam super omnibus, super quibus orta est discordia inter partes: & quod iidem pacem & concordiam teneant, & obseruent Ianuensibus, & subiectis eisdem, & cessent omnino ab offensionibus eorundem.

35 Volumus insuper, & mandamus, vt eo tempore, quo legatus, seu nuntius Apostolicæ sedis propter hoc ad partes vltamarinas accesserit, seu applicauerit, nuntij, seu procuratores vestri, habentes a vobis super omnibus negotium contingentibus mandatum sufficiens, super quo compromissum est in nobis, ad reformationem pacis & ad omnia, quæ necessaria sunt ad eam, in ciuitate Acconensi compareant coram eo, ita quod eos non oporteat ex aliqua causa occasione dicti negotij ad vos iterum habere recursum. Ad hæc præcipimus, & mandamus, quod nullum stolium, armamentum, seu naualem exercitum galearum, nauium, seu quorumcumque lignorum vltra mare mittatis, literas quoque nostras, quas Ianuensibus, Pisanis, & Venetis commorantibus in vltamarinis partibus destinamus, vna cum vestris literis prædictam continentibus celeriter destinetis eisdem, mandatum nostrum super ijs taliter impleturi, quod huiusmodi discordia Deo præuio reformata, vobis & dictis Ianuensibus exinde diuinæ retributionis præmium, & a nobis condigna proueniat actio gratiarum. *Dat. Viterbij 11. non. iulij anno 14.*

36 Conceptæ sunt eadem verborum forma ad prætorem, senatum, ac populum Ianuensium literæ, quibus deplorat rem Christianam ex ipsorum dissidijs cum Venetis ac Pisanis in discrimen extremum adduci, monetque, vt transmarinis Ianuensibus dent imperia, ne Pisanos ac Venetos lacesant, permissamque sedis Apostolicæ arbitrio

Imperatur Pisanis vt pacem cum Ianuensibus colant.

17. p. 4.
p. 173.
Genuenses ac Pisani bello abstinere iussi.

17. epist. 149.
Bella in Syria inter eosdem accensa.

Alex. lit. ad Pisanos.

Ex bello nata pericula.

Messanen sis arch. ad pacem conciliandam missus.

Ianuenses quoque ac Venetorum pacem in oriente seruare Pisanis iussi.

17. epist. 173.
Legatum pro pace iungendum Pont.

omnem controuersiam faciant certiores. Ijs etiam respondent aliæ ad Venetos a, quibus uel Alexander, ne Ianuenses terra uel mari lædant, ac proximo tempore legatum Apostolicam ad dirimendas æquitate discordias transmissurum spõdet: *Ab omnibus, inquit, molestijs, guerris, & offensionibus, grauaminibus, & læsionibus mutuis desistentes, omnino ueram pacem, & concordiam inter uos deinceps inuiolabiliter tenere, & obseruare curetis, ac nullis uestrum alterum in persona uel rebus, in terra uel mari præsumat offendere, uel grauare, cum prædicti ambaxiatores, & nuntij in nostra presentia constituti, nomine & uice prædictorum communium pacem, & concordiam inter se facere & inire curarint: scituri pro certo, quod legatum sedis Apostolica ad partes ultramarinas propter hoc celeriter transmittemus, per quem guerra, ac dissensiones huiusmodi, præstante Domino, sedabuntur, & agentur, que dicti regni ac communium prædictorum respiciant incrementa, &c.*

37 His consentiant, quæ de Pontificio studio in conciliadis Ianuensibus, ac Venetis, eorumque fœderatis adhibito refert Andreas Dandalus b; sed ex infelici Ianuensium apud Tyrum clade, quæ tum obrigit, discordias priustinas recruduisse: *Interea Alexander Papa Venetos, Pisanos, & Ianuenses per nuntios monuit, ut pro sedanda discordia ambaxiatores suos cum sufficiente mandato ad compromittendum in eum mittant: & hoc gesto, Papa treguas indicit, statuitque quod duo Veneti nobiles cum galeis Ianuensium, & totidem Ianuenses, & Pisani cum galeis Venetorum transfretare deberent, ut propter treguas silique a bello desisterent, & in posterum super differentijs sententiandi sibi arbitrium reseruaui: & ob hoc Ioannes Delphino, & Ioannes * Boadario missi sunt Ianuam, & cum duo nobiles Ianuenses cum Venetis usque Iadram nauigassent, de suorum consuetudine notitiam habuerunt, qui consusi Ianuam redeunt, & tregue ob hoc totaliter cessatae sunt.*

38 Coniectos fortuito casu, atque e priuata infanientium duorum homunculorum rixa Venetos ac Ianuenses in bellum hoc atrocissimum, refert continuator belli sacri c, cui Ianuenses historici assentiunt: concitatum nimirum in Ianuensium uico apud Ptolemaidem tumultum, ad tribulis Ianuensium elatos clamores ab æmulo Veneto lauciati, factumque subinde in Venetorum forum impetum, dum improuide fugientem insectabantur: ex ea contumelia cõmotos Venetos paulo post fortuita alia de causa iras deprompsisse: cum enim Ianuensium quidam nauem Venetam a piratis mercatus, in Ptolemaidis portum inuectus esset, Venetos uel nauem suam cognitam repetere aggressos expeditisse tela, fufisque propugnatoribus, ea potitos esse: tum vero Ianuenses furore percitos, instructis trirēibus in Venetos progressos, nauem recuperasse, eosque portu & urbe depulisse: quam iniuriam uirtuosos Venetos, ab bellum se comparasse.

39 Describit Andreas a Dandalus secutum subinde infaustum in Syriaco mari prælium, ducibus Andrea Zeno & Laurentio Teupulo aduersus Rosium Turcium Ianuensem, ex quo concordia ab Alexandro inira dissoluta est: *Gravi uicissim bello peracto Veneti uictoriam habuerunt, & xxv. Ianuensium galeas, cæteris in Tyro fugientibus, uiriliter ceperunt, & in Achon redeunt cum prædæ bonorum eorum, ac turrim inuictissimam destruxerunt, cunctaque ædificia: & Tyri commorantes de cætero non portabant vexillum in suis nauigijs ue-*

nientes ad portum Achon, nec de cætero ibi curiam, uel præconem habuerunt, Vicisse ob Pisanorum auxilia Venetos refert continuator belli sacri. Ijsq; cõsentanea a, scribit monachus Patauinus eius temporis auctor: His temporibus cum Ianuenses Venetorum animos grauiter offensissent in ciuitate Acconitana, que antiquitus Ptolemaida dicebatur, ubi communiter negotiatores dictarum urbium habitabant, Veneti uicisci suas iniurias cupientes, & pro nihilo maris pericula, & expensarum magnitudinem reputantes, dummodo ualenter se de aduersarijs vindicare, classē in manu ualida in Syriam direxerunt: & tam nauali prælio quam campestri Ianuenses uiriliter expugnantes, captis multis nauibus bellicis, & reliquis in fugam conuersis, euerfa simul turre munitissima, & in uastitate hostili cunctis eorum domibus desolatis, ipsos de ciuitate Acconitana penitus eiecerunt. Nec discrepat ab his Bizarrus b: prælio enim hoc atroci gesto nono kal. iul. Ianuenses adeo attritos ait, ut pristina fortuna ornameta omnia, nec opes modo sed etiã horrea publica, ac prætoria in Syria amiserint. Accisis uiribus Christianorum ex ea clade ac breui perdēda Syria, ni dissensio cõsopiretur, sollicitum Pontificem his malis medēdi cupidum impetrasse a Venetis, ut Genuenses superiori prælio capti libertati restituerentur: deinde etiam inducias auctoritate Pontificis compositas ea lege, ut Genuensibus intermissam orientis nauigationem repetere liceret. Sed eam discordiam recruduisse, ac primum Constantinopolitano Imperio, deinde Syriæ exitium inuexisse iugebimus.

40 Amissa est ob hæc turbas rei præclare gerenda aduersus Saracenos occasio, dum Tartari ab Aytono Rege Armenia concitati Mahometanos diris cladibus affligerent: cepisse enim impetu hoc anno Baldach Mahometica superstitionis regiam & Caliphium necasse, narrat Aytonus his uerbis c. *Obsedit, nimirum Haolonus, ciuitatem Baldach, in qua erat Caliphus, qui magister erat & doctor sectæ perfidæ Mahometi, fecitque Haolonus ad exercitum conuocari triginta milia Tartarorum, qui erant in regno Turquia; & postquam congregauit undique gentem suam, insulari fecit ante litus ciuitatis, que uelociter absque nimio mora dispendio fuit capta. Caliphus quia captus uirum adductus fuit ante presentiam Haoloni, & inuenta fuerunt in Baldach tanta diuitia, quod uix creandum esset esse totidem in residuo huius mundi. Capta autem fuit ciuitas Baldach anno Domini MCLVIII.*

41 Postquam d Haolonus de ciuitate Baldach fecit omnia que uolebat, iussitque Caliphum ante se adduci, & præcepit, quod ante se totum eius thesaurum poneret: tunc uero Haolonus interrogauit Caliphum dicens: *Cognofcis ne totum fuisse tuum quod uides? utique ait ille. Haolonus dixit: Quare tu tanto thesauro non conuocabas stipendiarios & uicinos, ut te, & terram tuam tuerentur a potentia Tartarorum? At ille respondit: Quoniam credebam sufficere gentem meam. Tunc dixit Haolonus Calipho: Tu dicis doctor omnium credentium in falsa secta Mahometi, & a tuis munerabaris. Talis ergo magister, & tantus aliorum ciborum cibari non debet: unde tibi damus in cibum ista omnia pretiosa, que tantum dilexisti, & cum magna auiditate custodisti. Et præcepit ponere Caliphum in una camera, & ante ipsum projici margaritas, & aurum, ut de illis comederet quantum uellet, & præcepit ne aliquis cibus daretur, aut potus alius propinaretur eidem: & sic morte pessima miser ille, & auarus miserabilem uitam finiuit, nec unquam Caliphus postea exiit in Baldach.*

a Monach. Pad. chro. lib. 2. hoc ann.

Clades ipsi illatae.

b Bizarr. lib. 1 de bello Ven. Continuator belli sacri. 4. cap. 12. Capti bello iussu Pontifici libertati.

Amissa occasio turbas præclara occasio.

c Ayton. in hist. orient. cap. 5. Saraceni a Tartaris cæsi. Baldach impetu capitur.

d Cap. 26. Auari Caliphij supplicium.

* alijs dicitur.

a Ib. ep. 2. post 173.

Indicit inter amulos inducias.

b Andr. Dandalus in Rayn. 2. no. Controuersiam æquitate dirimere parat.

c Badu. 10.

e Contin. bell. sacri. lib. 4. c. 11. & 12. Bizarr. de bello Ven. Foliet. 4. Extr. leui. ingēnia exorta mala.

d Andr. Dandalus in Rayner. Zeno. Ianuenses prælio nauili delati a Venetis.

42 Postquam a Haolonus subiugauit Baldach & terras alias circumcirca, prouincias diuisit per duces & rectores, sicut sua placuit voluntati, & praecepit, quod ubique Christiani tractarentur benigne, & quod eis castrorum, & ciuitatum custodia traderentur. Saracenos quidem iussit ponere in maxima seruitute. Haolono quidem erat uxor Christiana nomine Doucoscaron, & fuit de prole illorum Regum, qui uenerunt ab oriente uisa stella natiuitatis Domini, & ista domina deuotissima Christiana in perpetuum licentiam diruendi templa Saracenorum petierat, & inhibendi ne solemnitas fieret in nomine Mahometi; & fecit Saracenorum templa funditus deuastari, & in tanta seruitute posuit Saracenos, quod non erant ausi ulterius apparere. His consentanea hoc anno de religione Christiana regina Tartarorum beneficio amplificata, euerisq; Mahometis templis, tum de necato Caliphio refert Sanutus; sed hanc addit circumstantiam: b Capti Calipha gutturi liquatum aurum iussit infundi, auaritiam exprobrans, quia cum immensis afflueret thesauris, cupiditate detentus pro salute sua eos expendere renuit. Post mortuum autem Caliphum Halao totam regionem obtinuit. De pluribus alij Saracenorum regnis excisis dicemus suis locis: nunc ad Graecorum res digredimur.

b Marin. Sanut. l. 3 par. 13. c. 7

Michael Rex Bulgar. casus infidij. c Georg. Eo gar. in hist. Constantinop. in script. Leo no Allat.

43 Concussam etiam grauissimis tumultibus per haec tempora Bulgari am scribit Georgius Logotheta c, cum Michael Rex a coniuratis ex infidij casus esset, rursusque Callimanus, qui scelere regnum quaesierat, obruncatus, demumque collectis regni Bulgarici ordinibus Constantinum scepro donatum; quae ex ipso auctore decerpenda uisa sunt: Bulgarorum princeps uxoris suae frater Michael, qui simultates, & inimicitias, easque non leues, & in generum, & in Imperatorem, & rem denique Romanam gerebat, a consobriano suo Callimano, consijs & nonnullis Trinobi ciuibus, cum extra dictam urbem degeret, lethali uulnere accepto, illico exspirauit. Qui eum iugulauerat Callimanus, illius uxore ducta, Bulgarorum principatum sibi quodammodo vindicasse uisus est. Sed Rufus Vrus cum exercitu Trinobum egressus filiam illius Michaelis consortem receperat. Quidam enim Callimanum ex loco in locum aberrantem antea trucidarant. Cum uero herede legitimo Bulgarorum principatus desisteretur, proceres in concilium conueniunt, & * Itechi filium Constantinum, ut sibi ipsis imperet eligunt: sed ut speciosas regnandi causas haberet, & hereditario iure regnum possidere uideretur, legatos ad Imperatorem Theodoru miserunt, ut filiam suam maiorem, cui nomen Irene erat, in matrimonium Constantino Itechi dimitteret, quae illi legitime copularetur, cum esset Asanis Ioannis, qui antea Bulgari imperarat, neptis, ideoque ad talem dominatus pertineret, sed quando Itechi Constantinus alio atque legitimo matrimonio copularetur, uxorem a viro separatam ad Imperatorem Theodorum ducunt. Sic se res Bulgarorum habebant, sic Theodorus Imperator pacem recuperat, sic otium & tranquillitatem uterque auouatur.

Callimanas tyrannus trucidatus. * Itechi Constantinus Bulgarici sceptri successio designatus.

Theodori Graec. Imper. filiam ducit uxorem in d Niceph. Greg. hist. Rom. l. 3. Schismat. coru infid. gnis improbitas.

sine liberis defuncti sorore ducta, dotale sceptrum acceperat, qui cum regno, Mesembria sola retenta, depulsus esset, illam Theodoro Graecorum Imperatori, ut uectigalia alia ad vitam sustinentiam acciperet, tradidit.

IESV CHRISTI

Annus 1259.

ALEXANDRI IV. PP. VACAT IMP. OCC. 9. annus 5. BALDVINI II. IMP. 31.

1 Anno a Virginis partu quinquagesimo nono supra millesimum ducentessimum indicatione secunda Ezelinus horum temporum Nero, infensissimus Ecclesiae, ac totius pene humani generis hostis, monitum illud diuinum, quod longo secundarum rerum successu turgidus spreuerat: Ne dixeris a peccauit, & quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor; infeliciter tandem est expertus. Sustinuit diutissime diuinum numen perditissimi hominis improbitate, cum ad aliquorum puniendam scelera, exercendamque suorum constantiam eius opera ueretur: ubi uero completae fuere iniquitates Amorrhæi, tunc uindictae suae iras in eum effudit. Oppresserat anno superiori suo pauore Ezelinus Brixiam, atque in suam potestatem redegerat b: sed uide triumphum ingentem sibi erexisse uidebatur, inde eius mali atque exitij causa emerit: ea enim urbe potitus, Palauicinum & Cremonenses, quos uictoriae, & laborum socios habuerat, confortes dominationis habere recusauit, Brixiaque exclusit: at illi illatae iniuriae uiscenda cupidi, concepta intus odia breui aperuere, ac missis ad marchionem Atestinum & Mantuanos oratoribus, armorum societatem cum ipsis contra eundem Ezelinum conuere. Egregiam quoque Boso e Douaria nauauit operam, ut Mediolanenses Cremonensibus conciliaret. Conflabatur itaque procella grauissima, magno terrore in Ezelinum eruptura; cum ille alias artes, nonnullis Mediolanensibus subornatis, ad totius Insubriae urbem principem opprimendam instruebat: tamque uelut ad certissimam praedam aduolabat, cum Mediolanensium dux admonitus, qui aduersus Ezelinum mouerat, ad occupanda eius consilia Mediolanum praecurrit, fluctuantes ciuium confirmat animos, ac tyrannum in fugam conuertit.

a Ecclesijs

b Monach. Paul. ebr. l. 2. Bonif. hist. Tar. uis. lib. 5. & alij. Ezelinus uictoriae socios Brixia pellit. Conflata inde in eum conspiratio.

2 Interea Cremonenses, Mantuani, alique focij, coniunctis armis, insequuntur tyrannum: qui Aduam fluium uado traiecerat, cum pontem ab hoste occupatum frustra tentasset, acceptoque uulnere propulsatus esset: tumque marchio Palauicinus, Boso e Douaria Cremonensibus succinctus, Estensis marchio cum Mantuanis, & Ferrariensibus ingenti animorum ardore in eum profiliere. Nec diu tanti praelij molem sustinere potuit Ezelini exercitus, partim a cruce signatis casus, partim fuga mox dissipatus: ac direpta fuere impedimenta. Sed inter praclarissima spolia Ezelinus ipse captus, suauissimum imbelli multitudini uidebatur spectaculum, uinctum illum intueri, qui sui antea terrorem aspectu solo armatis incusserat: atque ad id uidebatur populi uelut ad immane monstrum, ac sauisimum carnificem aspiciendum, qui neque praegnantibus nec lactentibus pepercit: concurrebant. Adductus Succinum a Cremonensibus, delibatis iam in hac uita futurorum suppliciorum doloribus, tum ex accepto in oppugnan-

Ezelini exercitus casus.

Tyrannus ab hostibus captus.

quando Adduæ ponte vulnere iacta temere a milite sagitta, sed a numinis vltice manu in eius pedem directâ, tum merore ac senio, septuaginta annos emensus, exaruit. Infelix quidem mortis genus, si humana spectentur, at eo longe infelicius ac funestius, quod qui viuus Dei erat oblitus, moriturus suæ salutis immemor extitit: quique ab Ecclesia ob scelera anathemate ictus, pontificiam auctoritatem spreuerat, moriens ecclesiastica sacramenta execraretur. Additus erat ineptis astrologorum vaticinijs, & quendam ariolum Saracenum Babylonium, velut alterum Balaam in summa veneratione habuit, qui tamen imminentem diuinam vindictam numquam ipsi præfagiuit.

3 Meminit de tyranni morte funesta a Ptolemaus Lucensis, quam diuinæ iustitiæ, illatas, Ecclesiæ iniurias vindicanti, ascribit: *Mala, inquit, morte interijt Azolinus toto suo genere extirpato, ad Alberici fratris supplicium alludit, de quo postea. Hic nos adiungemus, quid de crudeli Ezelino Manfredi rerum scriptor historiæ monumentis consignarit* b: *Cecidit pestifer ille tyrannus Ezelinus de Romano, cuius impietatis rigida, seueritatis horrida, interdicta, & execrabilis acta describere longum per se tempus exigeret: sed prius necessarium videtur pectore armato duritia, quam verbis atque personis tam nefandis, tamque trisibus apponere calamum, vel auditorum animos appellare. Et infra: Dum collectis vndiq; viribus contra Mediolanenses infestis angustijs processisset prope castrum Cassiani, in manibus Cremonensium, qui sub præsidatu marchionis prædicti, nimirum Palauicini, in auxilium Mediolanensium potenter exierant, prope summo adeo miserabiliter cecidit: ubi lethaliter vulneratus, duobusque Succinum morti succubuit, qui raptor fuerat vitæ multorum.* Describit accuratius eiusdem tyranni mores, ac vitam monachus c Patauinus, quem lectori cûsulendum relinquimus.

4 Percrebuerat late tristis Ezelini casus fama, ac tum Albericus eius frater, qui Taruisinos d opprimebat, saluti suæ metuens, ex ea vrbe diffugit: quam Veneti admoto exercitu obtinuerunt, quique patria depulsi tyranni sæuitia fuerant, reducti. Reuocarunt quoque exules Vicentini: ac præ cæteris recreati Veronenses, quos Ezelinus maxime attriuerat, diuinæque fuit prouidentia, vt qui Ezelino grassandi vires dederant, eius sæuitiam primi experirentur: adeo vt nobilitatem omnem illius deleret, ac ducentos ciues, inclusos carcere, circumiectis ignibus concremaret. Sumptis ergo illi animis reliqua Ezelini præsidia deturbauere, & comitem sancti Bonifacij in urbem exiuerunt.

5 Excusso sæuissimæ illius tyrannidis iugo, recreari cœpit Ecclesia: cumque Palauicinus, Boso, Cremonenses, alijque populi antea ab ea anathemate defixi, cû aduersus Ezelinum sædus percusserant, non rite a quodam viro religioso absoluti fuissent, Alexander Ebredunensî episcopo A. S. L. partes imposuit e, vt si illi in fide Ecclesiæ perstare in animum induxissent, fœdera cum Manfredo olim principe Tarentino, alijsque Romanæ ecclesiæ hostibus infringere atque illata damna resarcirent, apostolica auctoritate Ecclesiæ conciliaret. Ex monumento enim peruetusto f in quo fœderis illius contracti a Palauicino, Bosone, & Cremonensibus cum marchione Estensi, Mantuanis, ac Mediolanensibus, contra Ezelinum leges descriptæ sunt, ea recensentur, vt Manfredum tamquam Sicilia Regem legitimum, & amicum

haberent, atque ad eum in Pontificis gratiam restituendum operam nauaturos sponderent: cuius fœderis conditio, cum Romanæ ecclesiæ iuribus aduersaretur, qua ferebatur, vt inuasorem Sicilia pro Rege legitimo colerent, eam rescindendam censuit; ac Manfredi societati renuntiare, si fidelium numero aggregari vellent, imperauit.

Archiepiscopo Ebredunensî.

6 Satis ex deuota tuarum serie literarum, satis etiam ex nostra mente collegimus, quam implicitus, & confusus, quam detestabilis & damnosus dudum fuerit, & sit hodie Lombardiæ status, quæ in hoc potissime vigere dignoscitur, quod dispendiosis litibus, & periculosis discordijs non sine offensa grauissima implicetur, nobis, sicut & quibusdam Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, fundentibus propter hoc sæpe profunda suspiria, & etiam lacrymosa. Procedit exijs, quod & super valetudine corporali, & multimoda cordis angustia, quam sub multorum de partibus illis detestanda versutia frequentissime pertulisse dignosceris, tibi paternis affectibus condolemus: ac etiam te plenis in Domino prosequimur actionibus gratiarum, quod susceptæ legationis officium cum omni diligentia, & virtute prosequi studuisti.

7 Ad hæc quia instanter, ac humiliter petiisti, vt super diuersis articulis, quos prædictæ tuæ literæ continebant, tibi nostrum beneplacitum exponere curarem; nos fraternitati tuæ duximus respondendum, quod beneficium absolutionis per quandam religiosam personam Palauicino, & Bosio de Doata, ac etiam Cremonen. illis, qui tunc contra quondam perfidum & impium Ezelinum in exercitu existebant, temere præstitum, cum nullam super hoc potestatem habuerit, & Ecclesiæ formam in aliquo non seruarit, fratribus Minoribus & Prædicatoribus prætermisissis, per quos iuxta ordinationem tuam huiusmodi absolutio debuit prouenisse, irritum esse auctoritate nostra decernas, ac illud publice denunties non tenere: prouiso quod si prædicti Palauicinus, & Bosius redire velint ad mandatû Ecclesiæ reuerterent, & in eius deuotione persistere pura fide, ac societatem, seu confederationem penitus abirent, quam cum Manfredo quondam principe Tarentino, seu quibuscunque alijs Dei, & Ecclesiæ inimicis damnabiliter inierunt; nec non super ijs, pro quibus per sedem Apostolicam excommunicationis vinculo sunt restricti, satisfactionem congruam impertiri, tu eis, recepta prius ab ipsis de ijs obseruandis idonea cautione, absolutionis beneficium iuxta formam Ecclesiæ largiaris: facturus id ipsum circa Cremonenses, & quoscunque alios, aut communitates etiam Lombardiæ, seu marchia Taruisinæ, quoad excommunicationis & interdicti sententias relaxandas: si tamen ipsi iuxta prædictum modum ad mandatû ipsius Ecclesiæ cum debita velint humilitate redire: circa satisfactionem vero præstandam ab eis, cum vix, aut numquam posse prouenire credatur, ac etiam super obtinenda idonea cautione, quod ipsi mandatû Ecclesiæ fideliter obseruabunt; procedas, prout tua discretio melius viderit expedire, diligentiam, quam poteris habiturus, vt ecclesijs & personis ecclesiasticis bonorum immobilium, omnino, necnon & mobilium, si qua extant, competens fiat restitutio, quæ prædicti Palauicinus & Bosius, seu communitates olim eisdem ecclesijs & personis indebite abstulerunt.

8 Prouideas etiam diligenter, quod si qua

Impia ei
mors.

Ve ab a-
strologis
fuerit de-
lusus.

ad Pol. Luc
hist. eccl.
M. S. l. 22.
cap. 15.

b Auctor.
anonym.
de reb. Si-
culis.
Sæui eius
mores.

c Monac.
Pad. chro.
lib. 2.
Taruisini
Albericū
tyrannide
depellunt.
d Bonifac.
hist. Taru.
lib. 5.
In Venetorum
potestate
cœdit.
Veronenses
& Vicentini
asserunt se
in libertatem.

Pontifex
Palauicini
num ad
obsequiū
allicere
audet.

e Alex. l. 5
ep. 231.

f Extrat
M. S. apud
nos.

Miser In-
subriae
status.

Restitue-
do illi ad-
hibitus
legatus.

Non rite
censuris
solutos Pa-
lauicini
& socios
diuulgare
iustus.

Si a Man-
fredo di-
scendant in
gratiam
admittere

Pœnas ad
expian-
dū
scelus in-
fligendas
decernit
Pont.

Gesta ad-
uersus ec-
cles. liber-
tatem re-
scindēda.

ipsi iuga, vel onera ecclesijs, & personis eidem imposuerunt hactenus, vel de cætero duxerint imponenda, illorum, & statutorum, ac omnium aliorum fiat amotio, quæ redundant in earum præiudicium, & libertatis ecclesiasticæ detrimentum. De facienda quidem confederatione, vel societate inter aliquas ciuitates ecclesiæ Romanæ nomine, cum ipsam talibus non deceat implicari, te nullatenus intromittas. Præterea quæmerentium consolator Dominus gemitus Ecclesiæ suæ clementer audiuit, & lacrymis plurimorum, qui eius misericordiam super tantis ipsorum angustijs assidue implorabant, finem imposuit affectatum, brachio suæ potentiae confringendo prædicti cornua Ezelini, crucem amodo non prædices, nec facias prædicari. Votorum etiam redemptiones non exigas, nec facias ab illis exigi, qui olim contra Ezelinum eundem crucis signaculum assumpserunt, quia nos oportuno tempore, prout expediens fuerit, super hoc curabimus prouidere. Cæterum tuæ circumspectioni commitimus, vt in partibus illis maneat, & tuæ legationis officium iuxta morem prudenter, ac laudabiliter exequaris: dummodo consideratis circumstantijs opportunis fiduciam habeas, quod super ijs, quæ honorem contingunt Ecclesiæ, possis Deo propitio prosperari. Si vero tua præsentia ibidem non fuerit fructuosa, licentiam tibi concedimus, quod ad nos duce Domino reuertaris.

Dat. Anagnia id. decemb. anno. v.]

Papienses
Ecclesiæ
conciliati.

9 Paruere nonnulli iussu pontificijs, ac fide-
lium cōmunioni a legato sunt restituti: inter quos
Papienses, qui partes Friderici acerrime, dum vi-
xerat, ac postea eius tyrannidis successorum de-
fenderant, ad Ecclesiam rediere: quos Pontifex a
Papiensi episcopo, alijsque præsulibus sacris res-
titui præcepit: a Nos illius, qui propter peni-
tentiam peccata dissimulans parcendo ac miserando
maxime suam omnipotentiam manifestat, in terris
vicarij, licet immeriti, constituti; absolutionem que-
rentes, non vinculum animarum, mandamus quate-
nus a potestate ac syndico consilij & communis ciuita-
tis prædictæ de parendo mandatis nostris, & ipsius
Ecclesiæ, publice iuramento recepto, quod etiam a
procuratoribus prædictis recipi ad firmitatem maio-
rem fecimus; & iniuncto eisdem potestati, consilio, &
communi vice nostra sub debito præstiti iuramenti,
quod nulli deinceps contra prædictam Ecclesiam ad-
erebunt; quodq; in Regem vel in Imperatorem Roma-
norum illum recipient, quem Apostolica sedis prouisio
approbabit, tam potestatem, consilium & commu-
ne prædictis, quam omnes alios vniuersos & singu-
los de districtu ciuitatis eiusdem a prædictis excom-
municationum sententijs per vos, vel per alios auctori-
tate nostra iuxta formam Ecclesiæ absoluatis, ac re-
laxantes interdictionem, cui occasione prædicta ciuitas
& districtus subiacent antedicti, &c. Dat. Anagn.
11. kal. maij anno. v.

17. ep. 59
Papienses
Friderici
partes dā-
nant.

Palauici-
nus Bri-
xianos si-
bi subijcit

10 At Palauicinus nouæ dominationis occupan-
de audis, cum Brixianos morte Ezelini contrarijs
studijs fluctuantes videret, conciliandæ inter eos
amicitiæ specie, in eorum urbem, ac gratiam ali-
quorum solerter sese insinuauit; atque vnus partis
studia amplexus, contrariam prostrauit, pepu-
litue, ac urbem in suam potestatem redegit: at-
que Ezelini improba exempla sectatus, tyranni-
dem exercere cœpit. Versabatur adhuc in car-
cere archiepiscopus Rauennas A.S.L. in quem ab
Ezelino coniectus fuerat: ipsum vero Palauicinus
non modo laxare vinculis, Alexandro suam au-
thoritatem adhibente, renuit; verum arctiori cu-

Tyranni-
dem exer-
cet in Ra-
uennatē
arch.

stodia teneri iussit. Sed legatus, egregia arte
suspensio e carcere sane sese in terram demisit, at-
que in paratum equum insiliens, concitatissimo
cursu Patauium se proripuit; quæ monachus Pata-
uinus a fusius narrat.

11 Gessisse sane Palauicinum aduersus Eccle-
siam infensum animum, quamuis in debellando
Ezelino strenuam operam nauasset, non ex his
modo, sed ex Sicularum rerum anonymo scri-
ptore constat b, quem Manfredi partes sectatum
esse, atque ab eo præfectum Liguriæ, diserte
ait. Cuius verba, quamuis Manfredum summis
laudibus efferat, adducenda visa sunt, cum ex ijs
prudens quisque tyranni ambitionem ac flagitia
colligat: *Interea Regem omnibus imperialium san-
guinis fastigijs comitatum, & a primis nature vesti-
bulis assuesactum desiderijs magnis, de remotis parti-
bus honoris & gloria cupido sollicitat: & dum posset
eius affectibus tam nobilis regni possessio blandiri, &
copiosa tantarum rerum opulenta delectari, ad cur-
ras negotiorum Italia, vbi dignitatis paternæ præ-
fulsit auctoritas, mentis suæ dirigit intellectum.*
Extendit enim potentie suæ robur ad Ligures,
dilatata ad Tuscos, & vicinitate suarum virium
*concutit Marchianos; per diuersas namque pro-
uincias de antiqua contraria consuetudine cæcus*
hominum diuisi in partes remanserant. In Liguria
Vbertus marchio Palauicinus, utique prudens &
*nobilis, qui propter fidem & seruitia sua de imperi-
ali munificentia beneficia multa receperat, & Ca-
saris quoad vixit, ac posterorum suorum honorem*
propterea cordis affectione zelabat. Remanserat in
Tuscia. pars Gibellinorum & ciuitas Senarum
præcipue, qua Gibellinitatis senescens, in fide tunc
temporis semper erga Imperatorem & heredes suos in
seruitijs iuuenis & deuota manebat. Manfredi fœ-
deratos Senenses fuisse scribunt Ricordanus c
*Ma-
lespina, & Ioannes Villanus d: quos etiam, vt-*
pote hostes Ecclesiæ nonnulla aduersus ecclesiastica
iura, sanxisse ex pontificijs literis constat, quib-
us Senensis episcopus ea rescindere iussus est.
Pergit auctor e: Erat quoque in marchia Anco-
nitana partium obstinata dissenso, quæ dum hæc
vnum, illa vero aliud appetunt, inter se rediuiua
semper altercatione concertant.

12 Ab istarum itaque regionum partibus
cum ob fidem, quam erga Imperatorem habuisse
pretendunt, tum ad vitionem iniuriarum, quam de
hostium depreffione concipiunt, Rex Manfredus in-
stanter requiritur, oblatis sibi prænuntijs, eorum
antiqua deuotio vires auxiliares ipsius Regis ad re-
gionis eorum postulat fauorem. Iis autem diuersa
consilia Regis affectus & successorem se paternæ at-
lectionis exhibebat: & ne oblata sibi victoriæ gloria
negligenter annuere videretur, ad prouincias ipsas
vires suas porrexit in subsidia deuotorum. Habita
itaque deliberatione consilij, marchionem Palauici-
num in Lombardia capitaneum statuit, Iordanum
de Anglono comitem S. Seuerini consanguineum suum
in Tuscia, Perciuallum de Oria affinem & familia-
rem suum in Marchia generales loco sui vicarios de-
stinavit: deputata eorum cuiuslibet equitum quantitate
non modica, quibus stipendia mensura prouidit
assidue de ararij sumptibus eroganda. Meminere
Iordani comitis Senensibus a Manfredum cum
ocingentis equitibus Germanis submissi Ricorda-
nus f, & Ioānes Villanus g. Vt vero Iordanus Flo-
rentinos magno prælio deleuerit ipsorumque vr-
bem ac plura alia loca in Manfredi tyrannidem
redegerit, sequenti anno dicitur.

13 Cæterum Manfredum hoc anno, publicis
con-

Qua ara
ab arch.
recupera-
ta liberta

a Mon.
Pad. chr.
lib. 3.
Cur Pala-
uicinus
Manfredi
adhæserit
b In hist.
M.S. de
Manfredi
Sicula
cor. hist.
Flor. cap.
163. &
166. &
alij.

Manfredi
ambitio
de Italia
subigēda

c Ricor-
ubi sup.
d. Io. Vill.
lib. 6. c. 1

e Lib. 4.
ep. 38.

Gibellin-
rum cum
Manfredi
fœdus.

Duces
Manfredi
in Hetr-
uria, Ligu-
& Mar-
chia con-
stituti.

f Ricor-
cap. 163.
g Io. Vill.
lib. 6. c. 76

conscriptis actis, anathemate ab Alexandro defixum ob coronam Siciliae, confecta Conradini morte, arreptam, scribit Parisius a. Nec modo ob tyrannidem, sed ob alia etiam grauissima flagitia, quae nisi longiore oratione percurri possent, confortio fidelium, ac principatus Tarentini iure depulsum narrat Nangius his verbis: b *Eodem tempore Manfredus princeps Tarentinus filius Frederici Imperatoris in concilio Lugdunensi, sicut superius dictum est, damnati ex quadam concubina, sub quadam Conradini nepotis sui morte confecta, in Regem Siciliae contra mandatum ecclesiae Romanae coronari se fecit. Propter quod, & alios actus suos nefarios & graues offensas, quas nimis longum esset hic enarrare, Alexander Papa IV. ipsum, ex causis varijs excommunicationis vinculo inmodatum, principatu Tarentino & alijs dignitatibus ac honoribus quibuscumque tanquam rebellem & hostem ecclesiae Romanae, suorumque iurium inuasorem occupatorem, & detentorem sacrilegum, & tanquam sociatum nefando foedere Saracenis, eorum complicem, ductorem, & protectorem publicum, auctoritate apostolica priuauit. Haec auctor: sed a tyranno ab Alexandro merita execratione defixo, ad insultum Regem apostolicis priuilegijs exornatum sermonem traducamus.*

14 Postularat Nauarrae Rex, idemque Campaniae comes Theobaldus, quo regiam magis auctoritatem stabiliret, si apostolica accessisset, vt qui pro gentis more clypeo efferretur, ac Rex salutareretur, mox inungi & corona redimiri posset. Cuius æquissimas preces Pontifex hoc diplomate admisit: c *Tuis supplicationibus inclinati, vt a Nauarrensis facta eleuatione Regis Nauarrae, pro vt moris est, idem sic eleuatus, incontinenti, sicut habitenus est obtentum, nomen Regium sortiatur, vntionem & coronationem, quando sibi placuerit, & expedire viderit, recepturus, tibi, & successoribus tuis Regibus Nauarrae auctoritate presentium indulgemus. Dat. Anagniae 1x. id. februarij anno v.*

15 Flagitauit etiam Theobaldus, vt si Pampilonensis ecclesia pastore viduata esset, alioque is impedimento implicitus, Regem inungere non posset, catholicae communionis alium antistitem eligeret, qui conferendae consecrationis regiae prouinciam demandaret: cuius similiter precibus morem gessit Alexander, d remque ita temperauit, vt ille sibi nullum ius ex eo parere posset: *Meminimus venerabili fratri nostro Pampilonensi episcopo ad supplicationem tuam nostris dedisse literis in mandatis, vt tibi vntionem sacram impenderet, & tuo capiti regium imponeret diadema; ac nihilominus eidem episcopo & successoribus suis ad tuam instantiam vngendi & coronandi auctoritate apostolicae, tuosque successores in deuotione Romanae ecclesiae persistentes, in Reges, iuxta morem, qui conseruatur in talibus circa Reges alios catholicos, & sicut canonica instituta edocent, liberam per nostras concessisse literas facultatem. Verum quia si contingeret ecclesiam Pampilonensem vacare propter vacationem ipsius, & alias etiam possent circa te, ac successores tuos vntio & coronatio huiusmodi retardari, nobis humiliter supplicasti, vt prouidere tibi & eisdem successoribus tuis paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, auctoritate tibi presentium indulgemus, vt tu, & charissima in Christo filia nostra illustris, Regina Nauarrae, Campaniae, & Bria comitissa Palatina uxor tua, & successoribus tuis, ac uxores eorum Reginae Nauarrae, in deuotione sedis Apostolicae persistentes, tempore vacationis eiusdem Pampilonensis ecclesiae, aut*

si Pampilonensem episcopum, qui pro tempore fuerit, adeo in remotis agere contigerit, quod nequeat interesse, vel si forte ad diem ad hoc praefixam te, vel dictos successores tuos, aut tuam & ipsorum uxores vngere & coronare noluerit, vel nequiuerit, vntionem & coronationem a quocumque malueritis catholico episcopo, gratiam & communionem eiusdem sedis habentem, secundum praedictum morem recipere valeatis. Nolimus tamen quod ecclesiae illius episcopi, a quo tu, vel successores tui, aut uxores praedictae praemissa receperitis, per hoc ius aliquod acquiratur, aut eidem Pampilonensi ecclesiae prauidicium generetur. Dat. Anagniae id. februarij anno v. De eadem re Pampilonensem episcopum fecit a certiore: qui cum nonnullas concordiae leges cum Rege iniuisset, quae ecclesiae illius iura imminuere ac labefactare videbantur, Alexander irritas esse iussit. b

16 Cum vero Theobaldus sacrum Deo templum regia magnificentia apud Igniacum in Suesfionensi dioecesi excitare decreuisset, Pontifex ad rependendam benemerito de Ecclesia gratiam ius patronatus est impertitus. c Colebat etiam literas omnibus laudibus princeps cumulatifimus, vtque nouerat regna ad nouum decus assurgere, in quibus studia efflorescerent, noua academia Nauarram decorare studuit, eamque Tutelae excitare decreuit: cumque regium consilium Pontifici significasset, vtque pro apostolica magnificentia egregio aliquo priuilegio exornaret, concessit Alexander d, vt qui in eadem academia literis darent operam, integris sacerdotiorum vectigalibus, vt qui Parisijs ad studia incumbant, potrentur.

Illustri Regi Nauarrae.

Etsi multa interdum concurrant in principe, quae gratum & amabilem ipsum reddant, ex aliquo tamen eorum, quod acceptius est & pulchrius, gratior ipse ac carior reputatur. Nam nonnumquam profecto euenit, quod in vna eademque persona quamplura digna laude conspiciamus, & tamen propter vnum ex illis potissime quod clarius in ipsa relucet, digniorem & pretiosiore eam merito existimamus. Licet igitur altitudo generis, morum claritas, perspicuitas prudentiae, ac alia etiam in clyta simul in te fili conueniant, tuamque adolescentiam acceptam plurimum constituent & dilectam; & nos propter huiusmodi gratiarum dona, quibus te Rex regum, & Dominus dominantium decorauit, affectum ad te conceperimus specialem; & ex ipsis quasi quibusdam placidis illectiuis ad tua commoda efficaciter inducamur; est tamen inter haec aliquid singulare, quod mentem nostram fortiter attrahit, & vehementer ad tui amorem intima nostri cordis accendit, videlicet quod in florentissima aetate tua iuueniles a te motus profus abiiciens, teque virum perfectum mente componens, illis intendendis operibus, illisque vacas virtutibus, quibus in oculis diuinae complaceas maiestatis, nobis reddaris amabilis, & non solum subditis tuis, verum etiam alijs fructuosus, & utilis habearis. Quamquam enim virtus Caesaribus prouenire consueuerit ante diem, sic tamen in te diem huiusmodi anticipasse videtur, quod nobis in admirationem vertitur, & alijs etiam in stuporem.

17 Hinc procedit fili carissime, quod animus tuus prudentum & sapientum virorum consortio specialiter delectatur. Hinc prouenit, quod ad regnum tuum liberales philosophiae artes, quibus humana erudiuntur ingenia, liberaliter & libenter

Alter eo impedito adhiberi a Rege potest.

a 16. ep. 50

b Ep. 187.

Igniacensis ecclesia ab Reg. Nauarrae condita. c Ep. 37.

d Ep. 117

Regis Nauarrae infans commendatio

a Par. hist. Angl. hoc ann. & Ital. Luc. l. 12. c. 14. Distr. in Manfredum censura. b Nang. in gest. S. Lud. hoc ann.

Reges Nauarrae salutarerentur inuentione ob tinent a Pont.

c Lib. 5. ep. 32. Verus mos in salutaribus Regibus Nauarrae.

d Ep. 49.

Pampilonensis ep. priuileg. in Rege Nauarrae inungendo

ter inuitas. Hinc quoque contingit, quod ad regnum ipsum amoenissimum Heliconis fontem totis affectibus, cunctisque studijs desideras deriuari, vt de liquore ipsius iidem subditi, ac alij quicunque dulcia sumant, & hauriant pocula, per quæ arida eorum fecundentur corda, & sitibunda reficiantur pectora copiose. Sane ex parte tua fuit nobis cum instantia postulatum, vt cum tu in castro tuo de Tutela Tyrafonensis diœcesis, quod inter alia loca regni eiusdem locus est, vt asseritur, titulo nobilitatis insignis, fidei puritate præpollens, rerum affluentia locuples, & ipso suo situ communis, & habilis vniuersis, studium ordinari desideres generale, ac cathedras erigi magistras, ad commune omnium ad castrum ipsum causa studendi venire, ac morari volentium commodum & profectum, apostolicum adhibere * fauorem. Nos igitur tuam laudabilem in hac parte intentionem, tuumque pium votum diligentius attendentes, ac te propter virtutes multiplices, quæ tibi cum ætate concreverunt, omni dignum gratia reputantes; tuisque fauorabilibus super hoc petitionibus beneuolè concurrentes assensu, vniuersis studentibus in scholis apud castrum prædictum de fratrum nostrorum consilio auctoritate præsentium indulgemus, vt omnes prouentus suos ecclesiasticos cum ea integritate percipere valeant, cum qui illos percipiunt ij qui in Parisiensi ciuitate scholasticis disciplinis insistant. Nulli &c. *Dat. Anagninæ v. id. maij anno v.*

18 Adtrinxerat solemnè sacramento fidem Catalanis Iacobus Aragoniæ Rex, nunquam se, filiumque Petrum monetæ pretium ac pondus immutaturum, quippe non leue damnum populis, si qua in eo fraus committeretur, illatum iri timebatur. Cui iusiurando Pontifex rogatus vt maius robur obtineret, apostolicam addidit auctoritatem: *Habent in vobis charissimus in Christo filius noster Aragonum Rex illustris, & dilectus filius nobilis vir Petrus natus eius comes Barcinonensis, vt votis eorum fauorabiliter annuamus. Sane fuit ex parte ipsorum propositum coram nobis, quod de consensu baronum, & totius populi Cataloniae promiserunt, ac se obligarunt, per suas patentes literas super hoc præstito iuramento, quod ipsi ac heredes eorum monetam, quam ipsam Rex & comes tunc faciebant, & nunc etiam cudi faciunt, non mutabunt in perpetuum, sed huiusmodi monetam, & non aliam cudi faciunt eiusdem ponderis & valoris. Nos itaque ipsorum Regis, & comitis supplicationibus inclinati, quod super hoc ab ipsis factum est, ratum & firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus, & presentis scripti patrocinio communitus. Dat. Anagninæ 11. id. februarij anno v.* Hactenus

Alexander: qui etiam episcopatum Segobricensem e Saracenorum manibus Christianorum armis vindicatum cum episcopatu S. Mariæ, dato ad vtriusque ecclesiæ episcopatum diplomate coniunxit. Præter hæc diplomata extat aliud in regesto pontificio huius anni ad Alphonsum Castellæ ac Legionis Regem 11. Idus februarij datum, quo, vt alias legisse memini, ad cuius gratiam sanxit, vt nullus sedis Apostolicæ legatus sine Pontificis singulari auctoritate, eaque expressis conceptis verbis in ipsum, vxorem, filios, ministrosque anathematis possit sententiam ferre: similique prærogatiua Flandriæ comitissam, dum in viduitate permanebat, decorauit, b eiusque iura defendi, c atque ab improborum audacia vindicari iussit.

19 Vvaldemarum quoque Sueciæ Regem be-

neficijs apostolicis complexus, permittit vt Sophiam neptem suam tertio consanguinitatis gradu coniunctam vxorem duceret, suaque auctoritate, quæ obstant sacrorum canonum impedimenta, datis ad Vpsalensem archiepiscopum, aliosque præfules literis amouit, a cum ex eo matrimonio non leuis in populos ac rem Christianam utilitas redundare videretur: *Ex parte charissimorum in Christo filiorum nostrorum Vvaldemari Sueciæ, ac Christophori Dacia Regum illustrum fuit nobis humiliter supplicatum, vt eidem Regi Sueciæ ac nobili mulieri Sophiæ nepti eiusdem Regis Dacia contrahendi matrimonium ad inuicem, & consummandi contractum, ac in eo licite remanendi, non obstante, quod iidem tertia consanguinitatis linea sunt coniuncti, licentiam de benignitate sedis Apost. largiremur. Licet igitur coniugalis contractum copule inter tales fieri canones interdiciant, & raro vel nunquam, nisi ex magna utilitatis & necessitatis causa, sedes Apost. consueuerit impedimentum huiusmodi per dispensationis gratiam submouere; quia tamen certa ratio, propter quam sedis eiusdem clementia potest honestè ad prædictam inclinari gratiam, fuit proposita coram nobis; præsertim quia, cum pagani regnum Sueciæ, cui vicini existunt, incessanter impugnent, villas & ecclesias eiusdem regni destruendo, & cremando ignis incendio, ac ipsius incolas crudeliter perimendo, per confederationem ipsorum Regum atque regnorum suorum per huiusmodi matrimonium faciendam eorumdem paganorum insultibus melius & salubrius poterit obuiari; & infra, eiusdem auctoritate nostra petitam concedatis licentiam, cum ipsis super impedimento consanguinitatis huiusmodi dispensando. Dat. Anagninæ kal. martij anno v.*

20 Sopita eo matrimonio bella grauissima, quæ Suecorum Danorumque arma exercuerant, refert Magnus in Gothorum historia b, Schönin- giumque multo cruore vtrimque; suso disceptatam dotis nomine Sophiæ Regiæ Eryci Regis Danorum filia, & Christophori sorori attributam, ac perfectis ijs nuptijs Birgerum regiæ Gothicæ procuratorem ad temperandam optimis legibus rempublicam applicuisse animum, ac Stocholmiam in agro aquis salubribus perfuso ad mare Balthicum condidisse, ac propugnaculis firmissimis communiisse, vt barbarorum irruptiones reprimeret; atque ita in posterum Moscouitas, Russos, Tauerstios, qui eo portu in Sueciam penetrare ac vastare consueuerant, regnum excursionibus huiusmodi infestare non ausos: tum in eam amplitudinem & magnificentiam effloruisse Stocholmiam, vt in ipsa Sueci Reges sedem collocauerint. Atque de ijs hactenus.

21 Hoc anno Pontifex restituendæ ecclesiasticæ disciplinæ zelo, cum veteris sanctitatis pulchritudo emarcesceret in clero catholico, encyclicis literis archiepiscopos & episcopos officij admonuit, proposita ob oculos ipsorum dignitate, qua cæteris eminebant, vt salutem commissi gregis diligentissime inuigilarent: incussitque diuini iudicij terrorem, cum tot pereuntium animarum stragem, effusique sui sanguinis pretium dissipatum ab ipsis Christus Dominus repetiturus esset, acerrimos stimulos admouit, vt foedissima scandala e suis ecclesijs amouerent, ne paterentur clericos, qui in concubinato cœno volutabantur, publici sceleris exemplum in populos transfundere: eam esse omnium malorum originem, eum funestum tot cladum fontem, quæ in Ecclesiam redundarent. Quo vero maiori auctoritate instructi impudicos percellere, atque ad officium reuocare

Vvalde-
marus
Rex Sue-
ciæ neptem
vxorem
ducit.

* Ep. 74.

Solutè ad
illius gra-
tiam ca-
nonicæ le-
ges.

Obiecta
indè spes
tuende in
Septentr.
fidei.

b Magn. l.
19 c. 18.
Schönin-
gia dotis
nomine
attributa.

Stochol-
mia a Bir-
gero con-
dita.

Coercitæ
inde bar-
barorum
irruptio-
nes.

Restitu-
dis colla-
psum mori-
bus oper.
dat Pöfif.
c Lib. 5.
ep. 37.

Egregiū
ipsum erga
rem litera-
riam stu-
dium.

Acade-
mia Ture-
læ a Theo-
baldo ere-
cta.

* velle-
mus

Præroga-
tiua a Pö-
tifice in
ea operā
literis dā-
ribus cō-
cessit.

De percu-
tienda iusti
ponderis
moneta.

* Ibid. ep.
55.

Episcopa-
tus con-
iuncti.

Data Re-
gi Castellæ
præroga-
tiua.

b Ep. 140.
c Reg.
post eand.
ep.

possent, præcepit, vt omni prouocatione ad sedem Apostolicam abiecta, in eos ecclesiasticarum legum seueritatem expedirent.

Archiepiscopo Rothomagensi, eiusque suffraganeis, nec non dilectis filijs abbatibus alijsque ecclesiarum praelatis ordinariam in subditos obtinentibus potestatem, per Rothomagensem prouinciam constitutis tam exemptis quam non exemptis.

22 Si vere, quod dicimur, pastores ouium Christi sumus, non impauide ferre possumus terribiliter intonantia nostris sensibus contra pastoralis curæ negligentiam sacrarum oracula scripturarum, quæ detrimenta domnici gregis in præsidium desidia retorquentes, minaciter inclamant pereuntium sanguinem de præpositorum manibus exigendum. Quis nostrum non contremiscat & paueat, dicente ad pastores gregis sui Domino per prophetam: Vos dispersistis gregem meum: eiecistis & non visitastis eos. Ecce ego visitabo super vos vestrorum malitiam studiorum? Pauerit utique ad hos increpationis, interminationisque diuinæ sermones idem ipse propheta, dum dicit: A facie Domini & a facie sanctorum verborum eius conturbatum est cor meum in medio mei, contremuerunt omnia ossa mea. O formidolosa speculatorum, quos populo suo dispensatio diuina præposuit, & periculosa conditio, si perfunctorie res agatur: si eo modo in sollicitudine commissa non militent, quo summus præcipit Imperator: si sibi & vniuerso gregi, cui Deus eos custodes & episcopos constituit, non attendant. Ijs præcipue horrendum erit illud humanorum operum finale iudicium, omnibus in commune tremendum, in quo etsi vnusquisque de proprii corporis actionibus districto sit subiiciendus examini, vt recipiat, prout gessit; nobis tamen, quibus populi cura commissa est, non sufficiet propria innocentia sine cumulo iustitiæ subditorum, quando negligentis ministri pigritiam persequens austerus iniunctæ seruitutis exactor, delicta plebis impingerit reatui prælatorum. Si enim qui de vnicò talento sibi credito sacri fœnoris non reportabit augmentum, tanquam inutilis seruus, & piger iustæ damnationis periculum sustinebit, quam durum, putatis, iudicium fiet illis, qui commissum sibi pluralem numerum viuientium talentorum non solum integrum neglexerint reddere creditori, verumetiam in illa districtione probabitur damnatum Domino suo in bonis, quæ ab illo multiplicanda susceperat, intulisse?

23 Propterea fratres & filij, qui fasces pontificalis officij & ecclesiastici ministerij subeundo, defixistis pro animabus creditis apud extraneum manus vestras, festinate quæsumus liberari ab illo, qui supremus est actor & iudex, nullum nobis de allegationis nitore præsidium relicturas: discurrete, nec cessetis, ne fiant animæ vestræ pro illis, quos in custodiam sub tanto vadimonio suscepistis. Excitet vos summi pastoris amor, qui vos pascendis rationalibus ouibus dedicauit. Exterreat corda vestra, & torporis somnum repellat ab oculis metus periculi: eis procul dubio, qui supra greges suos vigiles non obseruant, excubias, imminetis. Sed ecce lethalis incuriæ sopor pastoralis curæ vigilantiam, quod gementes dicimus, oppressisse videtur in plurimis, prout testatur nimia de plerisque regionibus clamans Christiani populi corruptela, quæ cum deberet sacerdotalis antidoti curari remedio, proh dolor! potius ex malorum contagio procedit a clero, ita vt alicubi verum sit, quod prophetica que-

rela testatur: Factus est, inquiens, sicut populus, sic sacerdos. Malitia namque dierum labentium, quæ cum tempore corruptit & mores, dante quamplurimis ex impunitatis audacia semper in deteriora proclium infrantis licentiæ libertatem, nonnulli clerici, præcipiti lubricæ voluptatis arbitrio laxas committentes habenas, post carnis suæ concupiscentias abierunt, & relegata pene penitus a conuersatione vitæ suæ clericalis munditiæ honestate, tenent in conspectu etiam populi concubinas, cum quibus impudicæ frontis irreuerentiam induentes, scædas manus & scetiditas, quas fordidis libidinosa conuinationis scæcibus immerferunt, non erubescunt in suum periculum & ruinam populi sacris ministerijs immiscere, a quibus ob publici concubinatus infamiam, quæ nulla potest tergiuersatione celari, secundum scita canonum tam quoad se, quam quoad alios sunt suspensi: & nequis talium Missas audire præsumat, arctius in eorum contemptum canonica auctoritatis constitutio interdicit.

24 Per tales maxime nomen Domini blasphematur in terris: per tales derogatur sacramentis fidei orthodoxæ, cum vasa Domini pollutis eorum contactibus profanantur: per tales perit erga religionem catholicam deuotio reuerentiæ Christianæ: per tales decipitur populus in diuinis, & ecclesiastica substantia dissipatur. Hinc detrahitur verbo Dei, dum immundis talium labijs nunciatur: hinc hæretici mussitant, & insultant: hinc tyranni sauiunt: hinc perfidi persequuntur: hinc grassantur audacius in Christi patrimonio sacrilegi exactores, a quibus, proh pudor! ob huiusmodi carnes putridas, quas disciplinalis mucro non refecat, sicut debet, discernerum catholicæ matris corpus in ostentum ducitur & contemptum. Profecto patres, qui huiusmodi filios sub dissimulationis conniuentia fouent impune, etiam si cum Heli sacerdote sint boni forsitan in se ipsis, merito pro consimilis negligentia malo repentina paris interitus ruina deijceret de sella retrorsum. Ecclesiæ quoque principes, qui zelo Finees * ardeant, non feruntur in tales, sine causa videntur portare gladium potestatis, quem ad vindictam malorum, laudemue bonorum desuper acceperunt.

25 Nos igitur cupientes tantum malum de medio Ecclesiæ, tantumque scandalum ab oculis fidelium remouere, vniuersitatem vestram rogamus, monemus, & hortamur attente, per apostolica vobis scripta in virtute obedientiæ iniungentes, ac vos singulos sub obtestatione tam iudicij singularis, quo quisque citatur ad Dominum de corpore mortis huiusmodi, quam iudicij generalis, in quo vniuersi stabimus ante tribunal æterni Iudicis, obsecrantes, quatenus in vobismet ipsis expressius curetis ostendere quam pie ad Deum, quam sancte ad seipos, quam iuste ad proximos oporteat ceteros in Dei Ecclesia conuersari. Totius namque familiæ status & ordo vacillat, si quod requiritur in membris, in eorum capite non habetur: & in eius ore aduersus peccantes necesse est redargutionis obiurgatio conticescat, qui admittere cognoscitur arguenda. Quæ enim fronte fieri quis poterit morbi curator, dum languore consimili detinetur? aut sator virtutum, dum seditator ostenditur vitiorum?

26 Ad inquirendos autem, ac puniendos subditorum vestrorum excessus, & maxime incontinentiæ sceditates in clericis, præsertim concubinarijs manifestis, qui odorem scetere faciunt do-

Clericor-
des expo-
nit.

Quanta
sacerdo-
tes concu-
binarij in-
uehant
mala.

Qui præ-
sules istæ
fordibus
se inficiant

*ardentes

Diuini iu-
dicij ter-
rorijs in-
cutitur.

Præsules
officij mo-
net.

Muneris
ijs a Deo
impositi
magnitu-
do.

Ad pro-
mouendâ
animarû
salutem
ipso iure
citat.

Distin-
genda in
reos ec-
clesiastica
sueritas.

mus Dei, tanto feruentius assurgatis, quanto dam-
nabilius præteriretis eorum contagia incorrecta.
Verum vt aduersus concubinarios huiusmodi of-
ficij nostri debitum, tam auctoritate nostra, quam
vestra, liberius exequi valeatis, nos prædecesso-
rum nostrorum attendentes vestigia, & plenius
exprimentes, super hoc processus vestros per ap-
pellationis obiectum nolumus aliquatenus impe-
diri. Si vero huiusmodi concubinarij, quorum
culpæ contigerit canonica districtione feriri, su-
per appellatione, aut absolutione, vel restitutione
sua, literas apostolicas reportarint, illas, nisi for-
sit in eis appellationis, aut excommunicationis,
seu amotionis suæ huiusmodi causam expresserint
manifeste, decernimus nullius esse momenti, sed
eis vel processibus per eas habitis nequaquam
obstantibus, censura vestræ animaduersionis in-
tales inuiolabilem obtineat firmitatem. Preces
autem, monita, mandata, & præcepta nostra su-
per his taliter implere curetis, quod conuersatio-
nis honestas in clero, & deuotionis antiquæ sin-
ceritas in populo per solitudinis vestræ dili-
gentiam reformetur: cumque Princeps pasto-
rum aduerit, ab vnoquoque nostrum, fructum
iniuncti negocij quæsiturus, coram ipso apparea-
tis intrepidi, & dignam sibi possitis villicationis
vestræ reddere rationem. Volumus autem atque
præcipimus, vt tu frater archiepiscopo suffra-
ganeis tuis, & alijs prælatis tuæ prouinciæ, has lite-
ras sine moræ dispendio facias præsentari, vt super
præmissis præceptum nostrum exacta diligentia
exequantur. *Dat. id. februarij pontific. nostri anno*
v.] Coniecit has literas a Stero in annum
MCCCLX. quas ex adscripta die in hunc annum refe-
rendo exploratum est: quasq; cum Salisburgenfi
episcopo datas scribat, vniuersos præfules ad re-
stituendos collapsos in clero mores zelum expli-
care iussos colligitur.

a Henr.
Sier. in
chron.

Correpti
Parisen-
ses acade-
mici.

Ep. 152.

27 Grauioribus quoque literis Parisiensis aca-
demie doctores perfrinxit, Guillelmum e S.
Amore prauarum opinionum erroribus infectum
admisisse, eique studia sua impendisse; vnde gra-
ues in religiosos viros inimicitias ab eo subornati
plures susceperant, atque exercebant: quasi enim
academie causa, non ob scelera sua fuisset censura
apostolica percussus, ad redintegrandam illius dil-
igentem sese adstrinxerant: iam enim sacerdotijs
exutus fuerat, ac doctorum albo Pontificis aucto-
ritate erasus, de quo pristinis honoribus restituendo
cum libellum supplicem porrigerent academi-
ci, Pontifex peruicaciam hominis, qui non-
dum errorem eiurasset, obiecit: rite tamen crimen
expianti veniam est pollicitus.

Magistris, & scholaribus Parisiensibus.

Inter alia, quæ olim pro vniuersitatis, & di-
sciplinæ vestræ profectu salubriter ordinanda pro-
speximus, quod religiosi viri, præsertim fratres
Prædicatores & Minores degentes Parisijs, qui sic-
cut merito religionis, & vitæ decora membra vni-
uersalis Ecclesie sunt censendi, sic eodem merito,
& participatione doctrinæ, atque scientiæ vniuersi-
tatis vestræ debent pars non incongrua, nec in-
digna videri; eiusdem vniuersitatis tam confor-
tio, quam beneficio gauderent in omnibus, sub
certa forma duximus statuendum. Sed licet non-
forfan in omnibus, in plurimis tamen, animosæ
voluntatis arbitrio rationabilis æquitatis euer-
tente, iudicium aliqui contra ordinationem
nostram, cui voluntariæ approbationis assensus,
& promptæ obeditionis obsequium debebatur,
præsumptuosum rebellionis leuauere calcaneum

aliqui, mandatorum nostrorum vim, & potesta-
tem ingeniosis adinventionibus vacuantes, super-
ficialiter sic nostris detulere sermonibus, quod
verius illuisse probantur. Cum enim iuxta ordi-
nationem eandem prædictos fratres teneamini a
vestro non separare consortio, quis non videat
manifeste delusionis commentum, quod separan-
do vos ab ipsis, prohibitam separationis pœnam
eis infligitis indirecte, contra positam vobis ei-
dem ordinationis legem communem priuatis
fraudibus rectissime moliendo?

28 Pro Guillelmo præterea de S. Amore, quem
a comunione vestra prorsus extraneum notiffi-
ma culpa fecit, ad pristinum vniuersitatis vestræ
reuocando consortium, conuentum fieri, vel ha-
beri tractatum, ne sopiti scandali rediret occasio,
Apostolica sedis auctoritas interdixit: nihilomi-
nus autem quia nostis eosdem fratres propter
transgressionis culpam, & prolata animaduerso-
nis pœnam, quas religioso timore deuitant, nec
posse nec velle, vbi habentur de prædicta reuo-
catione tractatus, conuenire vobiscum, quoties
pro quibuslibet vniuersitatis negotijs conuenitis,
huiusmodi tractatus reducat, quo eisdem fra-
tribus illicitum fiat vestris congregationibus in-
teresse, in quo vtique facto sagittæ nocere para-
tæ, quæ peruerse mittuntur in alios, in spirituales
plagas mittentium conuertuntur. Caueant ergo
sibi, qui tales struere non verentur insidias, ne
dum alijs tendiculas * receptionis obijciunt, ipsi
in propositos sibi a nobis laqueos excommunica-
tionis aliarumq; sententiarum inciderint, a quibus
nequibunt, cum voluerint, de facili expediri. Mi-
rum si considerationis vestræ docta prudentia
dignum venia iudicet prædicti Guillelmi gra-
ue peccatum, quod nec confessionis humilitas,
nec pœnitentiæ satisfactio, nec conueniens pœni-
tudinis indicium mitigauit: præsumptionis enim
eius audacia publicauit longe lateque se ipsam,
eamque non tam condignæ, quam misericordis
animaduersionis ultio prædicauit: quod videlicet
in perniciosam vniuersitatis vestræ scissuram, &
dissolutionem studij salutaris non est veritus po-
nere os in cælum contra sedis Apostolicæ pote-
statem, aduersus auctoritatem Pontificum, contra
ministeria sacerdotum, contra statum, & profes-
tum religiosorum virorū, maxime Prædicatorum
& Minorum, quorum sacra plantatio sanctam fœ-
cundat & veniunt Ecclesiam, reprobe dogmati-
zans, & quantum in ipso fuit, disseminans in Ec-
clesia vnitatis nefandi schismatis pestem, famosum
infamemque conscribendo libellum, ne in ven-
tum cederent contumeliosa, & damnabilia ver-
ba sua.

29 Porro quamvis eundem libellum in fauili-
am, & cinerem ecclesia Romana damnauerit spiri-
tu oris sui, ostendens hoc ipso quæ stipendia
deberentur auctori, ipse tamen nec apud sedem
Apostolicam, nec postmodum alibi constitutus
suum super eodem libello, quem se composuisse
non abnuat, humiliter confiteri curauit, & emen-
dare commissum: sed in sua rigidus peruicacia
eos, quorum animos incitare non desinit, teme-
ritatis propriæ incentiuo secum trahit in pertina-
cis, vt accepimus, obstinationis abyssum. Hæc
quippe non est illa, quæ desursum venit, sapien-
tia pudica, pacifica, & modesta, pro qua capeffen-
da peregrinari, patrijs relictis sedibus, elegistis:
pro qua constitutis scholasticis vos exercere su-
doribus: pro qua decreuistis nocturnis lucubra-
tionibus fatigari: quam vtique nemo pertingit,
qui

Vt impe-
ria Apo-
stolica te-
rarine de-
ludere.

* dece-
ptionis

Obijciunt
Guillel-
mum e S.
Amore
molitum
schisma
inducere.

Obdurat
se in erro-
ris perti-
nacia.

qui fuerit sapientiæ terrenæ, quæ animalis est, & maligna ac sanæ doctrinæ opposita, studiosus; hæc nêpe carnalium, est deorsum emergens prudentia, qua secundum hominem ambulantes zelo & contentione rixantur, ac sibimet propter concupiscentiam, quæ in eorum membris militat, inquieti pacem ad Deum & proximos nescierunt. *Et infra:* Præfatus vero Guillelmus, pro quo per memoratos nuncios supplicastis, si conuenientia humilitatis & pœnitentiæ signa monstrauerit, per quæ appareat a via suæ prauitatis conuersus, poterit Apostolicæ sedis non solum misericordiam, sed & gratiam promereri, &c. Addit paterna monita, vt remotis iurgijs pacem colant, ac Dominicanos, & Minoritas infestare caueant. *Dat. Anagninæ v. id. iulij anno v.]*

Præterea episcopo Parisiensi præcepit a, vt magistris illis significaret, ipsos contentas pontificijs sanctionibus pœnas incursums, si vel religiosos suo consortio amouere, vel se ab eorum societate, quod in idem recideret, subducere affectarent: academiæ vero Parisiensi denuntiaret, eos sententia anathematis defixum iri, si commercium aliquod cum Guillelmo e S. Amore inirent, ac literas ab ipso priuatim, aut publice exciperent, mitterentue, ne discordiarum noua fax animis iniiceretur.

Egregiam vero commendationem, qua celeberrimam academiæ ornauit Pontifex ipso literarum exordio, filere non possumus: *Ex alto fuisse conspicimus ciuitati Parisiensi prolesum, quod honorificata decore studij generalis, & tantorum vniuersitate scholarium illustrata præluceat orbis ciuitatibus, orbemque lucidum reddiderit sui luminis claritate: ipsa quidem vniuersitas fons irriguus consuevit esse virtutum, vniuersale speculum, mater studere volentium, & magistra scientiarum, ad singulos dona deriuans, cunctosque illustribus radijs doctrinarum clarificans, &c.*

30 Caterum cum Guillelmus e S. Amore calumnias plures in viros religiosos medicantes diffusisset, adeo vt ipsorum fama apud plures, qui virum hauserant, laboraret, vniuersis præsulibus literas dare se asseruit Alexander, vt sinistras eas opiniones pro concionibus sacris e populorum animis detergerent, atque etiam auctoris aculeatum librum, aliosque recenter editos, quibus religiosorum fama lacerabatur, ac pietas adducebatur in odium, intentato censurarum ecclesiasticarum terrore ab ijs, qui eos seruarent, exhiberi, ac publice flammis damnari iussit. Apparitorem etiam academiæ, qui sacram concionem habente S. Thoma Aquinate b, libellum a Parisiensi episc. damnatum, calumnijsque in religiosos viros confarcinatum promulgare ausus fuerat, percelli anathemate, suoque munere deturbari imperauit, regiamque in ijs exequendis, si opus foret, auctoritatem adhiberi. Hæc fuisse Pontificis ad capiendas vulpeculas, quæ vineam Domini demoliri nituntur, studia. Nunc de alijs grauioribus curis ad arcendos seros apros, qui eandem depasci, & euasare minitabantur, differamus.

31 Impendebat occideri Tartarici furoris terror, atque impetu toto in Vngariam irrupere, & ad alias orbis Christiani prouincias populandas penetrare apparabat. Quo vero Tartarus superbis sauisimisque consilijs viam muniret, missis ad Belam Vngariæ Regem oratoribus, illius gratiam colligere, ac sibi aristissimo fœderis vinculo illum deuincire conatus est, vt eius nimirum opera ad subiiciendum imperio suo reliquum Christianum orbem vte-

retur. Proposuit ergo optionem, vt vel filio suo Tartarorum Regis filiam vxorem acciperet, vel filiam suam ipsius filio coniugem desponderet: eoque sancito fœdere cum fortissimo Vngarorum exercitu Tartaris sese coniungeret, præiretque ad Christianos excindendos, ac demum quintam spoliorem partem, quæ de hostibus referrentur, recepturum: & ni oblata amicitia leges acciperet, crudelissimi belli terrorem incussit. Perfusus metu Bela, qui Tartarorum excursionem præterita tot malis obrutus fuerat, ad Alexandrum oratores misit, propositaque imminentis mali formidine, obsecrauit, vt promptissimum auxilium expediret laboranti Vngariæ. Et de Gregorio IX. questus est Vngariam in alia Tartarorum irruptione deseruisse: se quidem facile posse ab imminente periculo euolare, ac procellæ minitanti subducere, si oblata a Tartaro pacis & amicitia leges admitteret.

32 Acceptis tristibus nuntijs Alexander, Gregorium prædecessorem excusauit a, si Fridericiano bello implicitus, ac rerum mole obrutus opem non explicuisset: adeo repentino impetu hostem irrupisse, vt prius illata clades fuisset, quam illius accepta fama peruenire potuisset. Tum quod ad leges fœderis propositas attineret; fœdissimas illas atque adeo funestas, vt sola cogitatione horrorem animo offundant: præterea si eas admittere in animum induceret, in ancipiti versari discrimine, an crudelis & infidus barbarus eas esset seruaturus: hortatus denique est, vt impium fœdus generose respueret: spem suam in Deo, cuius causa ageretur, collocaret: non defuturum illi cælitus auxilium: atque vniuersum orbem Christianum ad propulsandum commune periculum vires suas coniuncturum, sedemque Apostolicam tot Reges fortissimos, regnaque florentissima ad arcendum Tartarum excituram. Querelas quoque alias obiecerat Bela, quas Alexander fregit, omnemque illarum suspensionem subiectis literis, ad Belam ipsum datis, amouit.

Regi Vngariæ illustri.

33 *Cum inter alia regna mundi, quæ fidei obediunt Christiana, regnum tuum sincera in Deum, & sanctam eius Ecclesiam deuotione claruerit, sicut laudabilium operum testimonia libro illibellis commendata memoria manifestant, quibus utique progenitorum tuorum, & tua tempora in monumentum seculorum succedentium decorantur; nescimus, quæ ratio cogitationi tuæ suadere potuerit, maternum Apostolicæ sedis affectum, quo in ipsius visceribus specialiter contineris, unquam in tuis necessitatibus voluntarie tepuisse. Præterea illa pupugit querelam nostram, quam literarum tuarum, & porrectarum nobis per dilectum filium magistrum Paulum præpositum ecclesiæ cappellanum nostrum nuncium tuum, virum utique literatum, prouidum, & prudentem, ex parte tua petitionum præfatio continebat: licet credamus eam non ex iactura læsi animi, sed ex libertate filialis confidentiæ processisse.*

34 *Habebat namque præfationis continentia memorata, quod licet olim regno tuo seua Tartarorum rabie laceffito, tu, vt populi tui reliquæ salua forent, a felicis recordationis Gregorio Papa prædecessore nostro contra eosdem Tartaros per venerabilem fratrem nostrum scilicet tunc Vaciensem, nunc Penestrinum episcopum auxilium postularis, idem prædecessor quasi tuæ, ac patrum tuorum clara deuotionis oblitus, stragi populi tui etiam verbo compati noluit, nedum factis; quod credibile sibi videri non debuit de patre pleno visceribus pietatis, maxime,*

Belam Regem Vngariæ sibi tentant adiungere.

Pontificis pro Vngario confirmando curæ.

a Ibid. ep. 191.

Vngarorum erga sedem Apostolicam eximium.

Abstergit Pontifex conceptas sinistras suspiciones ex animo Regis.

Regis Vngariæ de Gregorio Papa querelæ.

Si cum flagitij pœnitentiæ misericordiam sedem. Apost. v. ram.

a Ibid. ep. 197. ext. v. ad hoc ann. n. 6. Intentatæ censuræ.

Parisiensis academiæ elogium.

Adhibita contra Guille. S. Amore libros remedia.

b Ead. ep. 197.

Tartari occidentem sibi subijcere, meditantur.

peime, cum comperta tibi tunc veritatis testimonium refragetur. Et quamuis post obitum eius Apostolica sede vacante S. R. E. Cardinales tibi consolatoria, ut dicis, promissa transmiserint, quod eadem sedes postquam ei foret diuinitus de Christiani populi pastore prouisum, ad prostigandas de tuis finibus nationes infestas opportunam sollicitudinem adhiberet, tibi tamen, etiam postquam Deus Ecclesiam suam de summo Pontifice ordinauit, ex spe data res aliqua non prouenit: quin potius inde addita est afflictis afflictio, & molestia luctuosis, unde releuationis consolatio sperabatur. Postulans ergo tibi contra ingruentis eorumdem Tartarorum insultus nunc saltem Ecclesie consilij, & auxilijs subueniri, expressisti, sicut placuit, quod ipsa in priori discrimine te deseruit, & contempsit.

35 Si profecto, non diiudicans casus & tempora censes indignum, quod predicta sedes tibi tunc pro voto non affuit, et exinde dignam tibi existimas murmuris prouenisse materiam, pone quae sumus ante oculos tuos, & attende propensius, quibus tunc temporis Ecclesia versabatur aduersitatum fluctibus, & quibus difficultatum implicationibus tenebatur, quoniam ijs perpensis eam, ut credimus, a vinculo improprij huius in iudicio regia considerationis absolues, & non ei sed malitia temporis, & malignitati turbantium pacem eius, quicquid circa subuentionem tuam olim omisum queraris, consenties imputandum. Mundus certe uniuersus agnouit, & tu egregia uniuersitatis eius portio non potes non sensisse cum mundo, quod ea tempestate qua ecclesiastica subuentionis implorasti suffragium, Fridericus quondam Imperator acerrima in sedem Apostolicam tyrannide sauebat, eam omnibus potentiae suae viribus persequeudo, intendens, ut oppressa illa, & filijs eius nomini suo absque ullo protectionis obstaculo subiugatis, ipse singulariter velut immane desolationis idolum praeter ceteris coleretur.

36 Pro sua igitur, & filiorum libertate tuenda tantis iam eadem Ecclesia erat fatigata dispendijs, tantis debitorum oneribus, quae necessario subierat, premebatur, quod inter angustias suas in alienum praesidium respirare non poterat, & ad ipsorum, aliorumque debitorum reliquias, quae adhuc soluenda super sunt, facultates eius usque modo sufficere nequiverunt. Nihilominus autem in tam vehementi procella, quae multipliciter eandem concutiebat Ecclesiam memoratus praedecessor, dum pro communi salute decertans erat, potius filiorum adiuuandus suffragijs, quam in aliorum praesidium aduocandus, causa tua omnino non defuit, sed adesse studuit paternae compassionis affectu, sicut exposita sibi tuae conditionis flagrabat necessitas, & infausti temporis qualitas permittebat. Porro cum postquam sponsum secundum corpus eadem Ecclesiae, quae diu vidua fuerat, miseratio diuina prouidit, a regno tuo illo volente, qui habens in sua potestate ventos & maria, tranquillum de tempestate producit, gladius Tartaricus abscessisset, si necessitate spectante sperata de predictorum Cardinalium pollicitationibus subuentione non processit, notari de defectu fidei promissa non impleta non possunt, quae fuerant in sublata iam necessitatibus dumtaxat articulo persoluenda.

37 Adiecasti praeterea, quod, cum ad resistendum tantis hostibus non tibi sufficiant vires tuae, si dictae sedis auxilio modo finaliter destitui te contingat, cogeris, licet inuitis & dolens, cum illis pacis & unionis foedera copulare, ad quae ipsorum monitis & precibus pluries inuitaris: offerunt enim tibi, sicut tua narrationis series continebat, ut secundum optionem tuam, vel filio tuo filia principis Tartarorum, vel filio eius filia tua matrimonio coniungatur.

Venire tamen in foedere pacis debet expressa conditio, ut filius tuus cum quarta populi tui parte praecedat eosdem Tartaros ad exterminium populi Christiani, habiturus iure belli quintam de spolijs & bonis, quae subactis, vel deletis Christianis inuaserint, portionem: addito quod ab ipsorum tributo, vel censu habearis immunis, & illa multitudo non introeat fines tuos, sed & nuntiorum comitiua, quos tibi ab eis aliquando negotiorum exigentia suaserit destinari, centenarium numerum non excedat.

38 Praeter alia quae asseruisti, silenda potius, quam dicenda, nimirum si contra praedictae gentis impetum, nec de caelo, unde solet interdum paucissimis in bello fidei, atque iustitia contra plurimos prouenire victoria, nec de terra, in qua illud est omnibus tecum commune discrimen aliquod tibi consideres, quod absit, auxilium affuturum; abhorreret tamen deberet Christianissimus princeps etiam regna quae libet mundi, etiam denique vitam propriam & suorum, regnis temporalibus praeferebam, sibi tam detestabilibus, tamque probrosis compendijs praeseruare. Sanari quippe nonnunquam piguit viros fortes, cum suaderentur eis turpia remedia medicina; satius iudicantes fortiter mori, quam viuere criminose: & generosis animis aliquando dignius visum fuit tristi affici exilio, quam regna cum pudore, ac seelere possidere, quia nil prodest homini mundum uniuersum lucrari, cum anima propria detrimento. Absit igitur a te filij charissime, ut pro quocumque temporalis fortuna, vel salutis vitando periculo ea unquam infamiae nube obscurari consentias claritatis tuae titulus; aut eo maculari perpetuae ignominiae opprobrio celsitudinem regni tui, quod abruptus a corpore fidelium, & foedo foedere infidelibus nationibus copulatus fias de propugnatore Christiani nominis fidelium impugnator. Vide quanti odij tibi praepares materiam, si aduersus domesticos fidei, quam professus es, in arcum pessimum, quod dictum est horribile, vertereris; & per te ad impugnandos alios principes, & populos Christianos barbaris nationibus aditus panderetur.

39 Sed esto, quod ad euadendum quaecumque discrimina posset absque pudore confusionis admitti remedium butusmodi pactionum, credendum est tamen illud non salutem tuam vel regni tui, sed periculum continere. Potes enim argumentis euidentibus didicisse, quod praedicti Tartari per insidiosas pactionum tendiculas plures gentes seduxerint in laqueos inexplicabilis captiouis, illo praerogatiuae priuilegio apud eos gaudere non poteris, ut tibi promissorum, conuentorumque suorum seruent constantiam, quam alijs non obseruant. Certo nempe fidei vinculo teneri nequeunt, cum veram fidem non habeant infideles, quia nec ipsi religionis nostrae sacramentis iudicant pondus auctoritatis inesse, nec sacramentis gentilium indubitata fidem homo adhibet Christianus.

40 Matrimonij quoque nexus, nec Christiano paganum, nec Christianum pagano coniungit, quia etiam inter ipsos paganos, etsi verum sit, tamen propter defectum fidei non est ratum, & inseparabile apud eos matrimonij sacramentum. Extrema haec duo verba sumpta sunt latius pro coniugio, quod cum inter infideles ad sacramenti dignitatem non assurgat, ut merus contractus ciuilis dissolui potest. Si ergo, quod absit, filium, vel filiam tuam contingat gentilis connubij contagio maculari, ex hoc vique facto (quod non iuris effectum, sed solum Creatoris tui contumeliam continebit) foederis pacis, aut pactionibus medijs nihil proueniet firmitatis: & sic cum non nisi in Domino lex Christiana

Vngarus
contra
Tartaros
auxilium
flagitat,

Excusatur
Gregorius
Papa.

Pontifex
Regem
hortatur
ut foederis
impium
respuat.

Inique pa
cis condi
tiones a
Tartaris
Vngaro
oblatae.

Deterreret
ab ineth
da cum
ethnicis
affinitate

permittat rubere Christiano, filius vel filia tua cum infideli uxore, vel viro execrabili nuptiarum infame, ac captiosum contubernium sortiretur, & peribit, pro dolor! in obsceno adulterini thori vultu lugenda eo tempore soboles principis Christiani.

41. Execrare ergo christe Domini quacumque, ubi ad improprium Christi tui a perfidis Christiani nominis hostibus proponuntur, & stans in iustitia, quæ roborat thronos regum, inimicorum impetum non ita formides, quin Dei timorem eorum metui anteponas, & fortitudini hominum iudices diuinam potentiam præferendam. Non enim credere debes, te inter ceteros Christianos Reges in hoc discrimine celestibus auxilijs, Ecclesie suffragijs, aliorumque orthodoxorum principum, & fidelium populorum viribus deferendum, cum non in te solum, sed in vniuersum genus humanum propter peccata plurimorum imminens tribulationis iudicium excitetur. Scis enim, o piissime Rex, quia Deus, etsi miserator sit atque misericors, est tamen fortis & potens, dissimulans interdum misericorditer, sicut clemens, peccata hominum propter penitentiam fructuosam, interdum potenter visitans, sicut iustus, animaduersione vindicta, ne semper dicat in corde suo insipiens: Non est Deus. Ad hoc enim immittuntur, iusto Dei permittente iudicio, hostilitates & fames, pestes & clades: ad hoc gens in gentem, & regnum concitatur in regnum: ad hoc seditiones & bella civilia commouentur. Hæc utique mala quid aliud sunt, nisi quedam stipendia peccatorum præcurrentia finale iudicium, & ministrantia impijs primum gustum damnationis æternæ: pijs vero significationem præstantia, ut fugiant a facie arcus extremum æternumque periculum comminantis?

42. Quid mirum, fili, si tribulationum grauium inerebescunt ærumna. cum refrigescente charitate iniquitas inualecat? Ecce iam in cælum ascendunt, & commouet clamoribus zelum eius hominum impietas erga Deum, inobedientia erga patres, infidelitas erga dominos, inhumanitas erga proximos, & erga impotentiores tyrannica oppressio fortiorum, qui volunt legem iniustitia fortitudinem suam esse. Præcorum principum pia in sacras ades largitio sit iam præda sacrilega tyrannorum, patrum elemosyna plerumque in filiorum crimina conuertuntur, & in augmentum vitiorum omnium: sub tributo & seruitute, redigitur templum Dei, & sancta Ecclesia libera matris, qua sursum est, filia nonnusquam excutitur dotalis privilegio libertatis.

43. Propterea, magnifice princeps, si vis, ut nulla tibi nocere possit aduersitas, fac ut nulla tibi, vel Christianissimo regno tuo iniquitas dominetur. Clareat semper ibi sincera deuotio circa diuini cultus honorem: integra sit diuinorum eminitas ministrorum, eorumque vota sinantur fieri libera, ut possint esse canonica in spiritualibus gubernaculis ordinandis, ac exinde iustitia, & iudicium fiant per omnia correctio sedis tue. Sic enim subitis pedes tuos corruentem inimici, sic ipsa creatura pro te contra insensatos aperte pugnabit, sic Ecclesie subsidia, fideliumque iuuamina contra hostes quoslibet tecum cum Dei auxilio præualebunt. Quod si etiam iustus sis, & ut iustificeris adhuc, nihilominus aliquid pro fidei, libertatisque iustitia voluerit te consilium Dei pati, id erit tibi non ad confusionem, sed gloriam: non ad damnationis iudicium, sed ad beatificationis iudicium: non ad damnorum incommodum, sed ad cumulorum prætorum, quia hoc præcipuum donum Dei est beatifi-

cans hominem, cui datur, ut in eum credamus, & pro ipso etiam patiamur.

44. Sane petitiones tuas, quas præfatus nuncius ex parte tua nobis obtulit, audiimus aure beneuola, & quas pro tempore, & loco potuimus, ad exauditionis effectum duximus affectu benignitatis solita admittendas. Non tamen ferat indigne sublimitatis regie altitudo, si de mille balistariorum subsidio, quod a nobis inter cetera postulasti, non est tibi eo, quo requisisti, ordine satisfactum: quia multo maius auxilium ex ijs, quæ nunc tibi a sede Apostolica conceduntur, credimus prouenturum. Romanam siquidem ecclesiam tot premunt arduæ occupationis molimina, totque grauant sarcinæ debitorum, quod æquanimiser assequi debet, si cum non possit commode, ad alia onera non assurgit. Accepit quoque pietatis regia forte decet, quod a necessitate præstandi quietam prouentuum Templarios & alios religiosos milites, quibus a prædictis Tartaris, & alijs etiam infidelibus par discrimen in partibus transmarinis; & fratres Cisterciensis ordinis, qui pijs votis & deuotis orationibus Deum propitium assidue tibi reddent, esse volumus in genere facta tibi a nobis concessionis exceptos: quos nihilominus, ut in imminenti necessitatis articulo circa defensionem regni tui, quæ suam continet, regis laboribus adesse procurent, exhortationibus & mandatis apostolicis excitamus. Si autem tibi necessitas, quam vereri, euenerit, Apostolica sedes tam inuocando in tuum auxilium principes & populos Christianos, quam alia non negliget pro te salutaria contra Dei hostes, & tuos consilia cogitare.

45. Non insuper illa suggestio debet mouere cor tuum, qua sensibus regie serenitatis immittitur, videlicet quod prædicta sedes maxime in extraneorum prouisionibus nimium grauaerit ecclesias regni tui, propter quod ne id de cetero fieret, supplicasti: licet vix regnum sit aliud in orbe terrarum, cui minus competat huiusmodi querela quam tuo. Ecclesias igitur ipsas grauasse non credimus, cum maturitas dictæ sedis tantam hæcenus modestiam obseruauerit, & deinceps ibi, & alibi obseruare proponat in beneficijs concedendis, ut exinde nulla cuiquam iuste murmurationis materia relinquatur. Quamuis nemo sibi possit hanc operum suorum gloriam vendicare, ut in ijs aliquid homines voluntarie fingere, vel ingeniose adinuenire non possint, quod oblocutionis habeat calumniam, vel querela. Dat. Anagnina II. id. octobris anno v.

Perhorruerat Christianus orbis ingruentium Tartarorum metu, sed diuina clementia flagellum intentasse minasque obiecit contenta, immania barbarorum consilia discussit, quæ feliciter ad delendos in oriente Saracenos conuersa visurum: sed prius nobis reliquæ occidentis res percurrenda sunt. Richardum hoc anno ex Germania in Angliam venisse, tradit Parisius a: cumque antea Anglos proceres certiores fecisset, summa se visenda patriæ, atque amicorum intueendorum cupiditate illectum, ipsos inter se agitato consilio ancipites admodum, quid statuendum esset, fluctuasse: non leuis enim metus eos incesserat, ne fratres suos veterinos Anglia leui de causa tamquam ingentis criminis reos eiectione restitueret patriæ meditaretur, atque in ipsos vindictam effundere, quod patrem Ioannem, fratresque, ac nepotes immerito exagitassent: appulisse interim feliciter Richardum paucorum comitatu succinctum, ut omnem conflandarum rerum nouarum suspicionem deleteret: illique obuiam Henricum, ac proceres aduolasse, atque

Pollicetur Pontifex subsidia Vngaro.

Richardus electi Reg Rom. in Angliam aduenit. a Par. bis. Angl. hæc ann.

Anglorum turba in Regem.

Formidari animos addit.

Perditi seculi flagitia.

Præceptum saluberrimum principi datur.

ingenti pompa alacritateque exceptum fuisse.

46 Subiicit auctor pacem, quæ inter Franco- rum Anglorumque Reges tractata fuerat, discus- sam, quæ quidem, cum a Nangio firmata, ab- rupta vero a Parisio dicitur, conciliandi ita sunt auctores, quod cum S. Ludouicus, vt refert idem Nangius, aliquo conscientia stimulo animum exulcerari sentiret ob Normanniam obtentam, quam auus ipsius Philippus parium Francia con- silio sententiaque sibi adiudicatam inuaserat, non- nullas pacis leges ad extinguendum scrupulum. cum Anglo inire cupisset, Henricus in Gallias pro- fectus, in eas pacis condiciones descendit, vt omni iure, quod in Normanniam, Andegauiam, Cæno- maniam, Turoniam, Pictauiam sibi deberi conten- debat, cederet: sanctus vero Ludouicus Petrago- rium ob ius dubium renunciatum in eum trans- dit, ac Burdegalam, Baionam, Aginum, Xanto- nas, Lemouicam fiduciario iure confirmauit: at- que insuper parium Francia numero ascripsit.

Visa ex optima Anglo condiciones, cum cer- tas prouincias pro abiecto incerto iure obtineret: sed Legria comitissa, quæ nonnulla in Norman- niam iura contendebat, eo iure, vt Henricus promiserat, cedere detrectante, tractatus om- nis consenuit. Post hæc enarrata, interposi- tis nonnullis, quæ breuissime perstringit Pa- risius, historiae finem adiecit. Quæ quidem maxi- ma commendatione nobis vna cum Baronio a dig- na visa est, si iacta passim in Romanos Pontifices conuitia subornata mendacijs lector cauerit; vnde haud leuis suspicio est, ab aliquo hæretico fæda- tam, vt existimat, qui nostro Vallicellano codici, quo utebatur Baronius, hanc censuram præfixit: *Auctor multis in locis in Romanam curiam est iniu- rius: forsan fuit ab hæreticis conspurcatus; legendus est propere magna cum cautione.* Quod ad alterum opus Parisij historiae adiectum attinet; quamuis Parisij nomine inscriptum sit, a Parisio non videtur ema- nasse, sed aliquem annalibus extremos annos ap- posuisse coniectura est, quod styli varietas arguit; tum perficta fronte in Romanos Pontifices inueha- tur, ac longe effrenatius, ac liberius furorem ef- fundat. Mira res, vt omnium Pontificum fam- nam laceret, omnium gesta in aduersam partem detorqueat, mendacia confarcinet, calumnias vbique instruat aspergatque, si quod vlcus in- ijs appareat, illud lanare improba exaggeratio- ne contendat. Quæ omnia inuitum odio animum ostendunt, ac suspicionem iustum mouent, adulte- ratam, vt dixi, auctoris historiam ab aliquo hære- seos labe infecto, qui suum in Ecclesiam odium sub alterius nomine, quo plus noceret, euomere vo- luerit. Parisium vero hoc anno e viuis sublata tradunt nouatores b, qui ipsius elucubrationes enumerant.

47 Ludouicum quoque maiorem natu S. Lu- douici Francorum Regis filium hoc anno extin- ctum, atque vna cum eo præclaras spes, quas Fran- ci de eo conceperant, emarcuisse refert Nan- gius d: accidisse vero dum Henricus Anglia Rex in Gallijs ad sancendam pacem versabatur; qui etiam feretro regios humeros in efferendo fune- re supposuit. lugubrem enim pompam describens auctor subdit: *Cuius corpus in abbatis montis Rega- lis patris imperio sepulture dandum prima nocte ad ecclesiam B. Dionysij delatum, monachis in decan- tatione psalmodum usque mane vigilantibus, custodi- tur: in crastino vero Rex Anglia Henricus, & nobi- liores barones Francia & Anglie corpus defuncti assumentes, aliquantulam partem itineris proprijs*

humeris portauerunt. Perculit inopinus filij ca- sus parentem amantissimum: nec enim ipsius san- ctitas naturam, ne doloris aculeos acerbissimos pectori paterno defigeret, prohibebat. Sensit quo- que grauissimum ex eo mœrorem summus Ponti- fex, qui futurum Ecclesie potentissimum defen- sorem sperarat, atque ad emolliendum S. Ludo- uici dolorem sequenti anno mense februaryi ex- tremo (sub ipsa enim natalitia Domini defun- ctum tradit Vvestmonasteriensis a) exaratis literis consolatorijs, suas quoque b lacrymas cum ipsius lacrymis miscere voluit.

Regi Francorum illustri.

Vox horroris & mœroris, vox gemitus & lamenti sensibus nostris insonuit, quæ interiora cordis nostri quasi quodam diri vulneris telo transfuerberans, in capite vniuersalis Ecclesie de- tristi obitu clara memoria Ludouici primogeniti tui fontem aperuit lacrymarum, nosque ac fra- tres nostros artonitos reddidit intentissima con- sideratione iacturæ, quam ex hoc eadem Ecclesia, & domus tua, charitatis apostolica probatissima filia, communiter sustulerunt. Inter mundi si- quidem procellas, quæ assiduis aduersus eandem Ecclesiam malignorum spirituum flatibus intume- scunt, ipsa specialiter in regni tui prosperitate respirans, spem singularis præsidij sibi in fidei eius inuiolabili firmitate dispositi, in illum, quem ge- nitura series & rerum ordo iam certum præmon- strabat regni eiusdem hereditarium successorem, pari confidentia prorogaret: nimirum de ipso publica tenebat opinio, iugibus gratiosæ indolis pro- ficiens incrementis, quod si decreta fatalia spera- tæ substitutionis ordinem non turbassent, idem paternæ disciplinae salutaribus eruditionibus insti- tutus, suis temporibus te nomine, ac moribus reddidisset. Et quia velut germen odoris, fructus honoris & gratiæ, iam erumpentibus lauda- bilium studiorum floribus, producebat; vnde sperabatur post te imitar tui religionis & fidei Christianæ virtutis brachium fulcimetum domus, stabilimentum & gloria gentis suæ; quo vbere fonte lacrymarum regnum tuum flere sufficiat, se pignus tantæ fidaciæ, quæ ætatis futura tempora intrepide prospicere poterat, perdidisse?

48 Anget autem dolori nostro formidinem, qua veremur ne forte mœroris excessus animo tuo de- tam amara carnis incisione charissimæ domine- tur; & ne, si datum tibi diuinæ voluntatis arbitrium impatienter accipias, Deum (quod absit) offen- das, lædasque teipsum, & ponas in gloria spei tuæ scandalum, quæ cum infidelibus, quos resur- rectionis futuræ nunc expectatio beata non re- creat, contristari de dormitentibus in Christo non patitur Christianos. Minuit autem huius formi- dinis nostræ pauorem, quod exercitatum habeas animum ad patientiam in rebus asperis & aduer- sis: omnem fortunam superare, ferendo inuicto pectore didicisti: & confidimus, quod hunc do- loris accessum imperturbatus, quamuis turbatus exceperis, quem alias irruentes intolerabilium fe- re casuum impetus non fregerunt. Ad nihilum quippe valet, nisi ad subuersionem salutis & vitæ in memoria mortuorum ossa carnis immoderata spiritus exsiccare tristitiam, dolores animi non- tam lenire quam etiam exaggerare mœroribus, & ad cruciatus exitialis augmentum vulnus concide- dere super vulnus, quoniam nemo per lamenta- tiones & luctus reuocari poterit a defunctis. Inter hæc autem potest propinatum tibi a Deo amari- tudinis poculum temperare, quod vix tibi de- bebat

Tractatus inter S Ludouicū, & Henricū.

Re infecta dissolutus

Baro. T. XII. 1197 n. 16.

Parisius historiae finem imponit.

Cent. 13 c. 16. col. 1217. e. id. ibid. Ludouic. S. Ludouici filius moritur: d. Nang. de gest. S. Lud.

Lugubres honores illi exhibiti.

a Vve. st. v. hist. b Alex. op. 26.

Confol. torie ad S. Lud. tificis

Inijcien- da dolori fræna.

bebat cum multiplicatione sobolis vita produci, quin de alicuius eorum obitu, quorum ortus lætanter fortassis acceperas, aliquando tristareris: cum raro cuiquam in filijs felicitas secundæ generationis obuenerit, qui aliqua natorum suorum funera metuerit non videre. Ergo si prout admonet inuitabilis mortaliū fortis ambigua certitudo, eundem tuum secundum carnem, nostrum vero secundum spiritum, filium habuimus, tamquam aliquando amissuri; consequens est, vt postquam humanitatem nostram dolendus de ipso turbauit euentus, desinamus moleste ferre, quod ex necessitate futurum indicta naturæ mortali conditio promittebat.

Accommodanda diuinis decretis voluntas.

49 Gemitibus itaque, ac singultibus imperantes, diiudicemus consulta ratione prudenter, quid sit quo super eum, quem tibi Dominus dedit & abstulit, vendicare tibi lucrum legitime debeas, aut querelam, præter momentaneum quoddam separationis incommodum, quo illum assumpsit superna vocatio, te reliquit. An lugendus est tibi, quæsumus, filius quia communis mortalitatis legem accepit, a qua diuinæ potestatis auctoritas humanæ salutis auctorem, hominis filium, Deum & hominem non exemit? An quia flebile miserabilis vitæ huius cito euasit exilium, & in desertum patriæ melioris, iuxta spei nostræ confidentiam euolauit? An quia priusquam prouectiorum ætatum experiretur ærumnas, & antequam malitia in eo peruerteret intellectum, aut animam ipsius figmenta deciperent vanitatum, raptus est de iniquitatum medio, & miserante Deo in uiuentium fasciculo collocatus? An quia pueritiæ suæ lætæ, & innocenti, vt creditur, sorte perfunctus, priusquam illum mortalis vitæ protractio robustioris adolescentiæ inficeret luxibus, aut ambitu iuuentutis afficeret, aut conficeret defectibus torpidæ senectutis, meruit quasi adhuc primæum, & tenerum germen de cædro regiæ sublimitatis abscondi, incorruptibiliter radicandus in desiderabili suspirij nostri terra, & eorum, qui agnum Dei mundis gressibus prosequuntur, felicissimis cœtibus inserendus: Hinc enim ex eo proculdubio spem de ipso complectimur, quod præoccupauit, vt gaudenter accepimus, in confessione humili, & sacramentorum fidei perceptione deuota, facie indicans, quod in morte mortis stimulo superato in cœlestium potentiarum atria, post caput fidei- lium Christum per fidei meritum, nondum cogniti mundi negotiationibus, introiuit.

Erigendū ad constantiam animus.

50 Cum igitur superuacaneum videri debeat & indignum gemitibus prosequi, quem ad gaudia transisse credimus angelorum, qui diruptis captiuitatis corpore nexibus in libertatem spirituum exiliuit, quæsumus charissime fili, & in debito charitatis exigimus ac mandamus, vt mœroris nube depulsa, si qua forsan adhuc exinde vultum regiæ serenitatis obnubilat, proueniens ex præmissis, & in æuū mansuræ latitiæ claritas te circumdet: ita quod proueniat in consolationis quoque nostræ profectum, vt qui fletum tuum uenerint illacrymando diluere, potius inueniant, vnde consolationis debeant referre solatium quam asferre: sic nempe viros decet, quibus debet robur firmitatis inesse, ne aduersitatum congressibus imperiti, mollitiæ fæminea sublabantur: sic ergo decet amicos, qui sublatos e medio fideliter dilexerunt, hac ab illis diuersitate distingui, qui amicos interdum miserius desent, quos negligenti- us habuerunt, & amare quemquam nisi perditum nescientes: tunc demum adhibent fera suæ

affectionis indicia, vt dubium an viuentem ama- uerint, non relinquunt. Etenim quia indecens mœroris remedium est lassitudo mœrendi, licet a constitutione ciuili annus detur fœminis ad lu- gendum, non vt tamdiu, sed ne diutius fletibus intabescant; nullum tamen viris a lege præscribitur fletu tempus legitimum, quia nullum eis ad hoc idoneum consulta prudentia iudicauit; etsi sapientis auctoritas eis permittat paucissimos dies luctus ad charitatem fouendam superstitum, & in- humanitatis calumniam euitandam. Porro etsi superstiti, vt modicum super mortuū suum ploret, venerandæ imperet auctoritas uerustatis; uenit ta- men sub iubentis imperio intelligenda non tã for- sitan plorandi actio, quam modicitas actionis; vt per hoc quem ad fletum emollit imbecillitas animæ indolentis, a multo lacrymarum profluuio comescatur, Veteribus sane patribus, vt lon- gis indulgerent deplorationibus proximorum, non solum suggerebat humanitas, sed quia quot- quot vniuersæ carnis debitum exoluebant, re- gnantis in omnes a primo parente mortis imperio, nec dum secundo Adam triumphante deuicta morte, ad inferos descendere cogebantur. Nunc vero quando cum Christo in Deo fideliter morientium vita reponitur in excelsis, sine spei ca- tholicæ iniuria iam non possumus planctum produ- cere super illos.

Nonita- nunc atq; olim in- dulgendū lacrymis.

51 Igitur Christianissime princeps, cum lacrymam tuam, si quam forsitan uehementia doloris excusserit, funditus debeat matris Ecclesiæ tibi fideliter condolentis lacryma compassia sic- care, quoties memoriæ stimulo cor tuum aut cha- rissimæ in Christo filiæ nostræ illustri Regiæ Fran- corum, consortis tuæ, pupugerit chari nati acer- bus excessus, quidquid hinc mœroris infunditur, blanda huiusmodi cogitatio & dalcis abstergat, quia in Christo uiuens multo magis gloriose, quam prius charissimis parētibus in resurrectione iusto- rum, Deo dante, feliciter apparebit, & congra- tulabitur se uiam vitæ illis erudentibus tenuisse. Propterea Reginam eandem debiliorem corporis tui partem exhortationis assidua cōfortatione sus- tenta, vt ijs, & tuis consolationibus animum subleuet, ne insidentibus nimium doloribus op- primatur; sed potius dum charissimus filius amare recolitur desuisse, suauiter in mentem ueriusque recurat quam tuto exitu vitæ mortalis spacia, consummauit, in lucem repositus apud Deum, ubi eum non amissum habent superstites, sed præ- missum.

Funden- dis potius precibus insistendū

Quamobrem si quid ei fortassis de contagio terrenæ habitationis, aut carnalis infectionis in- hæsit, quod oporteat Ecclesiæ sanctæ suffragijs, vel charorum auxilijs expiari, vigilet circa eum paternæ, ac maternæ diligentia pietatis: nostra quoque charitatis sinceritas ipsius apud Deum, in ipsa præsertim immolatione hostiæ salutaris, cum qua pro salute fidelium ante thronum Dei pia iugiter vota prosternimus, prout humana fragilitas permiserit, memor erit. *Dat. Anagnina III. kal. martij anno vi.*

Christo- phori Re- gis Danig inors. a Crant in Dan. l. 7. cap. 23. b Nouat. ex eo cent 13. c. 16. col. 1346. c alij. c Chron. Treuir. & Hirsaug. atq; sex ip- sis Nouat. 16. cap. 10. col. 154.

52 Vtque regijs funeribus alia regia funera coniungamus; graui luctu confecta est hoc anno Dania, Christophoro Rege e uiuis erepto, eius scepra Ericum puerum imbecillibus manibus excepisse, Albertus Crantzius a alijque memorant. b Arnoldus quoque Treuirensis archiepiscopus, quem nonnulli Arnulphum uocant, ecclesiam suam e uiuis discedens turbis plenam reliquit, vt proditur c: cui administrandæ Alexander Papa

Henricum Metensē decanum præfecit, ac literis apostolicis instructum, ornatumque pallio Treuiros misit: cum Henricum alterum Arnoldumque Romæ in consistorio de archiepiscopatu disceptantes exambito gradu submouisset.

53 Extinctum quoque hoc anno Theodorum II. Lascarum ex Georgio Logotheta colligitur, cum annis quatuor relictum a Vatacio patre sceptrum moderatus esset: quem in extremo vitæ actu pœnitentiæ Christianæ exemplum præbuisse refert: *Theodorum*, inquit, *Imperatorem morbus grauis inuasit. Morbo medicinam facere medici haud poterant, frustra que remedia omnia, quæ malo succurrere posse videbantur, tentata sunt. Longo itaque tempore noxa confictatus, & corpus omne exsiccatum prope finem in animo suo dedit pœnitentiæ locum, & monasticum habitum induens, quemadmodum res illius sedulo ac curioso intuitu mihi narrarunt, confessionem peccatorum animo generoso, ac magnifico dignam absoluit. Quippe euangelicam amulatus peccatricem, Mythilenensem archiepiscopum pro delictorum confessione accersens, ante illius pedes in solum obuolutus, lacrymarum indefinenter fluentium riuus terram, in qua iacebat, conspersit, adeo ut ex illis lutum concinnatum sit. Sic qui illa conspexere, plane nobis affirmarunt. Et sepe illud: *Deserui te Christe, inter confessionis verba immiscens inlambat.* Egredia quidem Christiani pœnitentis verba, sed vtinam ille cœptam de orientalis ecclesiæ cum Romana coniunctionem perfecisset. Similia de illius pœnitentiâ refert Nicephorus Gregoras ^a, atque ingentes pecuniarum acernos in eleemosynas effudisse: *Igitur ille ita etate peracta nondum quatuor integros annos Imperio potitus, tanquam qui principium regnandi nouembrem; finem vitæ fecerit mensem augustum. Cadauer illius in Sofandrum monasterium delatum, ubi Imperator & pater illius antea humatus est.**

54 Sexto ab eius obitu die tradit Pachymerius ^b insignem solis defectionem fuisse, adeo vt vnus horæ spatio densissimæ horrent tenebræ, stellæque in cælo apparerent. Reliquit Ioannem filium nondum octennem Imperij successorem: cui Arsenium patriarcham ac Muzalonem obscuro genere natum, sed ipsi charissimum, tutores attribuit. Sed veritus Muzalo ne honos inuidiam principum atque exitium sibi crearet, in media procerum corona imposito munere abdicare se voluit: at illi non permiserunt, ac iureiurando sese astrinxere, nunquam illi opera, fide, consilio defuturos; nondum tamen nouem dies ab Imperatoris funere effluerant, cum nonnulli potentiores inuidia perciti in eum coniurarunt, atq; in ipso templo ad sacram mensam cum duobus fratribus fugientem obruncanere. Sublato ita tutore Imperatoris pueri, de subrogando altero agitur.

55 Florebat inter ceteros proceres Græcos sanguinis rerumque gestarum dignitate Palæologus, cui principes habenas Imperij moderandas commiserunt, donec Ioannes ad maturam ætatem peruenisset, insignibus tamen Imperij illum abstinere iusserunt. Quæ vero causæ Græcos ad summam illi conferendam auctoritatem impulerint, refert Georgius Logotheta: *c Haud conueniens esse existimarunt Romanum Imperium, maiestate ac numero tantum, a puerulo, qui vel fructibus allici poterat, vel talis adhuc luderet, gubernari: sed necessarium esse iudicarunt eum clauum tanti Imperij tenere, & gubernacula reipublicæ tractare debere, qui tutam a naufragio nauim, qua aduersariorum ventorum vi impeteretur, variorum fluctuum strepi-*

tu turbaretur, ac obrueretur, & vt verbo expediam ingenti tempestate periclitaretur: ideoque gubernatore generoso, atque audace modo ad eam ab imminetibus opprimentibusque miseris conseruandam indigeret, conseruare posset. Subijcit pericula, quæ tum Imperio imminebant, in Asia quidem finitimos Turcos nondum cum Tartaris firmum fœdus coiuisse, atque immanem aliquam irruptionem pertimescere. In Europa Michaelē despota Manfredi Siculo Helena filia, Villardinoque Achaïæ & Peloponensi principi Anna thoro iunctis, ob eas affinitates creuisse potentia, atque ad Naxium fluiuium omnia rapere, Balduinum Constantinopoli bellica consilia meditari: atque ita vndique cinctum hostibus Imperium periclitari. Addit auctor.

56 Proceres ergo, qui illud probe regeret, inuestigare: omnium tamen oculi in Michaelē Comnenum, cuius sapius meminimus, ferri. Verum cum de hoc populus etiam exoptulandus esset, vt cuiusnam ille sententiæ esset, ipsi experirentur, & in quem magis animis propenderet, cognoscere, interrogationes secundum genera & ordines instituta sunt: primum quidem sciscitati illi, vniuersi confestim, vnoque ore non alium præter Michaelē Comnenum Romanarum rerum tutorem, ac curatorem, & eum veluti dominum proprium agnoscere se velle fatebantur. Cum ex Latina natione quæreretur, non multa expectatione opus fuit, tamquam que subito Michaelē Palæologum omnium summum principem postulauit. Cum Scytharum quoque genus percontarentur, non turbate, sed Græce admodum prudenterque respondit, Michaelē Comnenō præstantiorem, cui summa Imperij dedi deberet, se tenere neminem alium contendebant. Quinimo sacer Senatus, cum Michaelē Comnenum multo nisu rerum Romanarum administrationem detrectare, & lentius agere, atque deludere prouinciam procrastinando, & forte etiam non multum ante tempus de Theodori Imperatoris filio sacramentum datū causantem patriarcha & ceteri omnes præsules non tantum voce, sed scripto etiam tomo, in quo ea continebantur, non modo eum pro tali conatu non esse apud iustum iudicem Christum, rationem redditurum, sed coronis diuiniotibus potius coronandum, quod in salutem Christiani populi accessisset, suadebant atque concedebant: sicque vt Comnenus Michaelē metum animo pelleret, prudenter sane, & vti necesse erat, effecerunt. Verum Palæologum hæc ad modestiæ pompam tantum præse tulisse, ambitionemque texisse eo cautius, quo alta consilia perduceret, tum patuit, cum Ioannem Theodori filium heredem Imperij luminibus orbauit. Subdit Logotheta varios gradus, quibus ad Imperium euaserit. Ita primum quidem eum despota dignitate exornant, mox temta etiam despota caput exornant, nec multum temporis processit & ipse volens nolens vi ab eminentioribus & quibus res publicæ erant, adactus ad imperatorium culmen ascendit: etenim qui in dignitate, & alij cohortium celebriores collocatum acclamationibus prosequuntur, & imperatorio diademate coronandus ad reginam Bythinarum urbium Nicaeam proficiscitur, in qua a patriarcha Arsenio corona Imperij decoratur.

57 Agit etiam de Palæologo imperatoris ornamentis insignito Nicephorus Gregoras, ^a & Georgius Pachymerius ^b ac primum creditam administrandi Imperij auctoritatem sine insignibus regijs in eum transfusam, & paulo post ipsius studiosissimos, indicto ordinum conuentu, proposuisse indignum videri, eū dignitate regiæ proxima carere, qui regni habenas moderaretur, atq; adeo de-

Et Theodori Lascarum Imper.

Theodor⁹ monasticum habitum induit.

Ipsius pœnitentiâ.

^a Niceph. Greg. hist. Rom. l. 3. Gestis ab eo imperij tempus.

Ioannes filius octennis sceptri successor. ^b Pachym. hist. Græc. lib. 1.

Muzalo tutor cæsus in templo.

Deliberat Græci de præficiendo reipublicæ stre nuo viro.

^c Logoth. in hist. Constantinop. Leone Al. las. interp.

Græcorum.

Delecta Mich. Palæologus.

Ficta auctoris modelli.

Palæologus varijs dignitatibus exornatus.

Quibus tamen nidem ripuerit a Greg. b Pachym. hist. Græc. lib. 2.

despotæ titulo tum ab Imperij herede Ioanne, tum a patriarcha decoratum: denique dum bellum a Michaele despotæ atq; Achaia principe gereretur circa Magnesiæ, a militibus clypeo elatum, salutatam Imperatorem; eoque audito patriarcham Arsenium ingenti timore perfusum, ne quid periculi Ioannis heredis Imperij vitæ crearetur, tam ipsum quam cæteros ferire anathemate meditatum: sed mutato consilio Palæologum kal. decembris sacramento adegisse, pupillo Ioanni nec vitam nec Imperium adepturum; verum antequam is mensis efflueret, senatus & cleri sententijs impulsus non sine ingenti leuitatis nota Palæologo, diadema imposuisse: non tamen illi perpetuum decreuisse Imperium, sed iureiurando deuinxisse, vltro adulto Theodori filio solio & sceptro cessurum.

58 Timuere mox sapientes, quibus Ioannes Lascaris curæ erat, ne, vt iuenit, purpuræ fulgor ita Palæologi oculos perfringeret, vt Ioannem pupillum non Imperio modo, sed etiam vita vel oculis orbaret: scribit enim hæc Pachymerius: a Ioannes Theodori Lascaris iunioris filius balbutiente voce patriarchæ dixit, se vita contentum fore, modo ne quid grauius in se consuleretur. Cæterum patriarcham curam Ioannis gessisse, refert Georgius Logotheta b ac patriarchatu, cum Palæologum non obsequentem votis videret, nimirum ob arctissimæ custodiæ traditum Ioannem, quem Magnesiæ transfudit, vt refert Gregorius, ex concepto dolore abiisse, seque monasterio inclusisse; subrogatoque Nicephoro Ephesino, sed intra annum defuncto, Sebastocratoris opera ad sedem reuocatum, e qua postea iterum deiectum ob pulsus iuste sacris Palæologum, cum Ioanni oculos adussisset, suo loco videbimus. Obsecundarunt Palæologi ambitioni assentatores, qui ad colligendam gratiam populamque fallendum, sparsere nonnulla præfagia, quæ ipsi Imperium portendebant, vt refert Pachymerius.

59 Tradit idem auctor, Sultanum Æthiopum magnificam legationem ad Palæologum decreuisse, atque inter cætera munera oratores obtulisse camelopardalim, deque coeundo fœdere interpellasse, illumque nefas duxisse Christianos cum crucis Christi hostibus pacem facere: sed a magnificis ijs verbis eius opera longe abfuerunt; cum non in finitimis Saracenis, sed catholicis expugnandis omnes conatus viresque collocarit. Transmisit ad ipsum etiam sub primis Imperij initijs oratores Balduinum, refert Logotheta: qui cū pro conficiendo fœdere amissas terras repeterent, Palæologum duro responso ipsorum petita post varia verborum ludibria refregisse, quæ ita exponit auctor in senso in Latinos studio.

60 Latini, qui Constantinopoli erant, & Balduinus illorum forte moderator ad Imperatorem legatos prætumida quædam, & pene absurda queritantes miserunt. Contemptius namque erga Imperatorem, tamquam qui tum primum Imperium assumpserat, affectu immoderatis postulationibus urgebant: & ab ipsa Thesalonica initium facientes, vt eam sibi, & reliquam omnem regionem Constantinopolim vsque Imperator concederet, poscebant. Quibus auditis Imperator ad eosdem responsum lepidum sane, neque inuenustum, dedit: eam scilicet urbem sui patriam quodammodo esse: in ea patrem suum, quem ipsi optime nouerant, magnum domesticum principatum obtinuisse: in ea vita finem fecisse, in eaque cadauer illius sepulturae mandatam. Quomodo itaque fieri potest eam urbem extra potesta-

tem meam esse? Vbi hæc audiunt legati, aliqua concessurum nihilominus Imperatorem sperabant; & mutata oratione: Igitur, astant, Imperator, concede nobis ab Serris ipsis reliqua possidere. Et Imperator: Neque iuste, neque decenter hæc postulatis: primum enim in ea a beata memoria Imperatore patre meo loci dominatum habui: illic dominationis meæ exordia: illic militia prima incunabula, & loco tamquam familiari solo delector: haud itaque operæ pretium erit illum amittere. Legati de loco in locum facili negotio sermonem conuertere, & cum nihil haberent, si quid impetrassent, eo contentos esse quasi victoriam essent consecuti: Et Imperator, excipiant, saltem nobis e Bolero ad nostra permitte. Tum Imperator, illis in locis sepiissime venationi operam dedi, indignum itaque videtur locis illis renunciare, vbi rursus venationi incumbere gestio, & ferarum capturis animum oblectare. Quid igitur nobis donas? legati Imperatori responderunt: Ego quidem, inquit Imperator, nihil: sed si pacem ex me habere concupiscitis. Et infra: Volo Latinos, qui Constantinopoli sunt, Romano imperio eam tributi partem persoluant, quæ introitus proportionem respondeat. Hæc si præstare annueritis, pacem compono, sin minus, pugnam edico, qua, Deo auspice, vt ita dicam, multo Romanis vtilior erit. His Latinorum legati confusi Constantinopolim remeant. Vt vero atroces minas Palæologus in opus perduxerit, atque Balduinum Constantinopoli deturbarit, suo loco dicitur. Hæcenus de Græcorum rebus: quas si cupiam fusius recensuisse videar, veniam dabit, si ad historiam ecclesiasticam illustrandam ob coniunctionem mutuum id factum animaduernerit. Iam Syriacæ res sunt delibandæ.

61 Refugit quidem oratio lugubrem Terræ sanctæ statum exponere. Ardebat mutuis dissensionibus infelix illa Syriæ portio, quæ Christiana sacra venerabatur, nec immaniores hostes quam ipsos Christianos; imo quam eos, qui vitæ religiosæ professione propugnandæ fidei, ac Saracenorum conatibus contundendis sese deuouerant, sentiebat. Concitante enim humani generis hoste imbutos mutuo odio ex insana æmulatione concepto animos, Hospitalarij tantam Templariorum stragem edidere, vt vix acceptæ cladis nuncius superesset. Commoti mox qui in occidente versabantur, ad solum fratrum sanguinem vlciscendum, in orientem confluxerunt. Tunc ne opulentissimas possessiones ac domos amitterent, post funestas adeo calamitates ac discordias quid aliud expectari potuit quam quod diuinum oraculum comminatur? Omne a regnum in se ipsum diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet. Quid porro de Hospitalariorum religioso cultu sancitum sit hoc anno a Pontifice præmittendum non est visum, nec obruenda silentio insignia religiosi illius ordinis elogia, quæ subiecto diplomate continentur. b

Magistro & fratribus Hospitalis S. Ioannis Hierosol.

62 Cum ordinem vestrum omnipotens Dominus in Ecclesia sua, velut columnam immobilem, super obedientiæ basem erexerit ad fulcimentum necessarium Terræ sanctæ, cuius estis athletæ inclityi, robusti pugiles, & propugnatores electi, & pro cuius defensione ad præliandum prælia Domini contra sui blasphemos nominis saluificæ crucis vos armis insignibus accinxistis; cum etiam vos sitis proprius Dei * egregius, gens magnifica, & strenua, multitudo iustorum, consilium & congregatio fortium, Regis Regum in quorum reue-

Repulsi cum ignominia Latini oratores.

Hospitalior. & Templarior. dissensio.

* Luc. c. 11

b Alex. l. 5 ep. 172.

Elogia Hospitalior.

* grex

ra manibus gladij sunt ancipites, & ardentes lucerna ad faciendam vindictam in nationibus, & scrutandam Domini ciuitatem, digne ipsum ordinem & vos tanquam Christi milites, in quibus suscitauit Dominus in illis partibus fortium Machabæorum spiritum, & aliorum veterum earumdem partium bellatorum, congruis intendimus robore fauoribus, & condignis gratijs adaugere; illaque vobis concedere, quæ ad incrementum vestræ religionis dictæque terræ subsidium redundare noscuntur.

63 Sane quia intelleximus, quod inter fratres vestri ordinis milites & alios nulla distinctio per aliquam indumentorum diuersitatem, sicut in plerisque alijs consimilibus sit religionibus, obseruatur; propter quod contingit, quod multorum nobilium, qui mundi relictis illecebris, sub eiusdem vestræ religionis habitu eligerent insisteræ prædictæ terræ præsidio, erga præfatum ordinem charitas refrigescit, nos cupientes vt idem ordo continuus, auctore Domino, amplificetur commodis, & votiuus concresecat augmentis, apostolica vobis auctoritate concedimus, vt vnanimiter statuere, ac deinceps inuolabiliter obseruare possitis, * apud fratres milites * eiusdem ordinis chlamydes nigras deferant, vt ab alijs eiusdem ordinis fratribus discernantur: in bellis autem, siue in prælijs vtantur iupellis & alijs superinsignijs militaribus, quæ sint coloris rubei, & in quibus etiam crux albi coloris sit in vestri vexilli modum affluta, vt in huiusmodi vniformitate signorum animorum identitas euidenter appareat, & ex hoc per consequens salus proueniat personarum. Nulli ergo &c. *Dat. Anagnina III. id. augusti anno v.]*

Religiosus eorum cultus de signatus ab Alex. * quod * alterius

Symboli crucis albi coloris ijs attributum.

IESV CHRISTI

Annus 1260.

ALEXANDRI IV. PP. VACAT IMP. OCC. 10. annus 6. BALDVINI II. IMP. 32.

1 **P**Otito vtraque Sicilia Manfredi, cuius tyrannidis terror se per ditionem ecclesiasticam circumferret, Alexander Anglicanorum auxiliorum promissis delusus, ad inuendam cum victore pacem animum adduxerat anno a virgineo partu millesimo supra ducentesimo sexagesimo indictione tertia, nisi tyrannus, qui arreptum scelere sceptrum confirmare solemniter fœdere poterat, nimio Saracenorum, quorum vitia imbuerat, amore honestissimas leges non minore flagitio quam amentia respuisset. Accesserat superiori anno, tertio decembris die, e Græcia Peloponnesi. Despota, vt Matthæus Spinelus a eluuenatio Manfredi eques emeritus narrat, quo Pontificem inter Manfredumque fororiorum concordie interpres foret; eo consilio, vt Manfredus arma in Græciam aduersus Palæologum schismaticum Imperij pro Ioanne Lascari moderatorem conuerteret (de quo bello nobis inferius agendum erit) ac Pontifex præteritis bellis fessus, cum ingentia mala, quæ Saraceni Manfredi stipendiarij religioni Christianæ in Italia inferebant, penderet, ac Siculorum citeriorum vlteriorumque, qui ob defensas Ecclesiæ partes patria bonisque deiectione erant, misereretur, Marino Capetio Manfredi oratori eas leges fœderis dixit, vt exules bonis restituerentur, ac Saraceni vti religionis hostes a Manfredi pellerentur.

a Math. Spinel. in annual. Mo. S. De pace inter Alex. & Manfr. agitatum.

Postulata Pontificia.

2 Verum tyrannus, cum iustis postulatis auertere debuisset, a Deo auersus, atque in Saracenis spem omnem collocans, non Saracenos eiectionum, sed tantam nouam eorum multitudinem, quanta erat stipatus, accersiturum respondit: ac dicta impia factis impleuit. Addit namque memoratus auctor adeo ingentem Saracenorum, qui ex Africa venerant, multitudinem in Tarentino portu vigesima sexta maij die exscensionem fecisse, vt Barenfis & Hydruntinus agri ea colluue completerentur. Excibat ex Africa Manfredus Christi hostes, vt Christi vicarium crudelius vexaret, iactataque olim a Friderico patre minas, sanctuarium Domini gentibus a se prostitutum iri, renouaret: Saracenos enim decima iulij die in Campaniam effudit, a quibus quam impie sacra sint proculcata, non attinet dicere. Aduersum quos Flandriæ comes excitus est, de quo sequenti anno. Manfredus vero mense septembri cinctus exercitu in Picenum atque Æmiliam irrupit, grauesque tumultus concitauit. Susceperat nimirum Gibellinæ factionis patrocinium, cuius ope ad vniuersæ Italiæ dominatum contendebat; Hetruriam etiam, profligatis Guelphis Ecclesiæ fœderatis, graui turbine paulo ante concussit.

3 Dediderant se Manfredi Senenses, cum a Florentinis acrius infestarentur, nonnullasque clades ab ijs accepissent: ad quas vlciscendas Iordanum Manfredi ducem cum octingentis equitibus exceperant. Non ijs tamen auxiliaribus copijs Manfredi, quæ Senensibus se coniunxerant, perterriti Florentini, aduersum Senenses exeunte mense augusti castra mouere. quam expeditionem anonymus auctor Gibellinæ factionis ita describit: a *Eodem quoque tempore ciuitas Florentina cum parte Guelphorum &c. ad obsidionem ciuitatis Senensis, commorante ibi memorato Iordano comite cum stipendiarijs regijs, viriliter presumpsit accedere, factaque ibi mora, quam voluit, & usque ad ciuitatem eandem, ingenti depopulatione peracta, exercitu numerofo, qui armatorum triginta millia continebat, adinuadendum via montis Alcini, quem victualibus & alijs opportunis munitum Florentini prædicti tunc in eorum potestate tenebant, per territorium Senarum prope ciuitatem eandem ad duofere milliaria superbe processerunt, qui per aliam tutiorem viam illuc incennes accedere potuissent.*

4 Accessisse Florentinos spe occupandarum proditione Senarum, referunt b Ricordanus ac Ioannes Villanus: atque ita cum nonnullis Senensibus Guelphæ factionis rem meditato, vt portæ vrbis venientibus aperirentur; sed contraria proditione versa aliorum eorum consilia, rei exitu frustra expectato. Pergit: *Contigit quod dictus Iordanus comes cum Theutonicis secum morantibus in Senensi populo cum parte Gibellinorum, Regis auspicijs, in Florentinos eosdem, & fautores eorum viriliter irruentes, ipsos commissis hinc inde conflietibus expugnauerunt. In cuius expugnationis euentu sic potentia Florentina deflorata emarcuit & defecit, quod ex eis eorumque complicibus præter occisos gladio, quorum non fuit numerus, perscriptus captiuorum solummodo, quos regius carcer astrinxit, quindecim millia & ultra numero computentur. Versi sunt itaque subito dies solemnitatis eius in luctum, sublatis in opprobrium honorum insignibus. Itaque eorum * superstitione deposita, qui dum in honore essent non intellexerunt, intellecta Regis eiusdem mandata deuote suscipiunt, & reuerenter eiusdem placitis colla submitunt. Tribuunt eam Florentinorum cladem Ricordanus c ac Ioannes Villanus*

Repulsa Manfredi

Saraceni exciti in Africa.

Inmissi in ditionem ecclesiasticam.

Manfredi in Marchiam irruptione.

Gibellinæ factionis patrocinium ab eo susceptum.

Concitus in Hetruria motus.

a Anonymus Sic. rer. Sic. in gest. Lud. bon. an Ricord. hist. Flo. cap. 16. 10. Villanus l. 6. c. 8. seq. Prob. Luc. l. 1. cap. 17. Florentinorum proditio Senensibus.

b Ricord. Villanus sup.

In felici exitu cœlesti.

c Castimagna strag. Florentin.

* superstitio.

c Ricord. hist. Flo. cap. 16.

Janus a nonnullorum Gibellinae factionis, qui in castris versabantur, prodicioni, quos ita cum hoste conspirasse aiunt, vt conferto praelio fugam arriperent, ordinesque dissoluerent: prostrato itaque reipublica flore reliquos, qui Florentiae haerant, metu perfusos victori portas aperuisse.

76. 7. 7. 81. 8. 81. 8.

Manfredi iugum accipiunt.

8. Monac. Pad. chron. lib. 3. Bonif. 8. Taruif. 5. hoc ann. & alij. Alberici tyranni supplicij.

5 Secundis huius tyranni successibus infelices alterius tyranni marchiae Taruifinae, Alberici nimirum fratris Ezelini, exitus opponamus, ex quibus discere Manfredus potuit diuturnam non esse improbam felicitatem. Rapuerat b sapius Albericus e parentum gremio virgines, vt stuprum inferret, vxores a viris arripuerat, vt libidinem effusam non tam satiaret quam irritaret; pari quoque crudelitate humani fundendi sanguinis auidissimus, sui terrore omnes oppleuerat: sed tandem, diuina illum urgente vindicta, cum ad castrum S. Zenonis se recepisset, Patuini, Vicentini, & Taruifini obsidione eum cingere, ad postmensium quatuor oppugnationem, a suis in hostium potestate cum vxore, filijs sex, ac duabus filiabus reductus est, ipse per Taruifij plateas raptatus, gladijs in frusta concisus, ac demum flammis absumptus. Nec victorum ira infontium liberorum sanguini temperauit, quos pariter cum eius vxore interemit. Ita intra vndecim mensium spatium diuino iudicio Ezelinus, atque Albericus, quorum potentia caelo aequata miseris videbatur, misere perierunt, omnisque eorum progenies ad aeternum dedecus excisa est. At ab impij hominis supplicio ad voluntarias piorum penas ad crimina expianda susceptas digrediamur.

Flagellantium secta vt exorta.

Chro. 3.

6 Infucta poenitentiae ardentissimo spiritu concussam totam Italiam, quae in flagitiorum caeno antea voluabatur, ac flagrantissimae pietatis sensu delibutos populos se flagellis publice caedere coepisse, ac diuinam misericordiam abscissis singultibus inclamare, remque Perusij primum, dein Romae inchoatam, vniuersos Italiae populos peruasisse, narrat monachus Patuinus: c In tantum itaque timor Christi irruit super eos, quod nobiles pariter & ignobiles, senes & iuuenes, infantes etiam quinque annorum nudi per plateas ciuitatum, opertis tantumdem pudendis, deposita verecundia, bini processionaliter incedebant; singuli flagellum in manibus de corrigijs continentes, & cum gemitu & ploratu se acriter super scapulis vsque ad effusionem sanguinis verberantes: & effusis fontibus lacrymarum, ac si corporalibus oculis ipsam Saluatoris cernerent passionem, misericordiam Dei & Genitricis eius auxilium implorabant: suppliciter deprecantes, vt qui in innumeris poenitentibus est placatus, & ipsis iniquitates proprias cognoscentibus parcere dignaretur. Non solum itaque in die, verum etiam in nocte cum cereis accensis, in bieme asperriima, centeni, milleni, decem millia quoque per ciuitates & ecclesias currebant, & se ante altaria humiliter prosternebant, praecedentibus eos sacerdotibus cum crucibus & veccillis. Similiter in villis & oppidis faciebant, ita quod a vocibus clamantium ad Dominum resonare videbantur simul campestria & montana.

Plura ab ijs explicata videntur exempla.

7 Siluerunt tunc temporis omnia musica instrumenta, & amatoria cantilena: sola cantio poenitentium iugruberis audiebatur vbiq; tam in ciuitatibus quam in villis: ad cuius sibilem modulationem corda saxea mouebantur, & obstinatorum oculi se a lacrymis non poterant continere. Mulieres quoque tanta deuotionis fuerunt minime expertes, sed in cubiculis suis non tantum populares, sed etiam

matrona nobiles & virgines delicatae, cum omni honestate haec eadem faciebant. Tunc fere omnes discordes ad concordiam redierunt: vsurarij & raptores male ablata restituere festinabant, ceterisque diuersis criminibus inuoluti, peccata sua humiliter confitentes, se a suis vanitatibus corripiebant. Aperiebantur carceres, dimittebantur captiui, & exules redire ad propria sunt permisi: tanta enim opera sanctitatis & misericordiae, tam viri quam feminae ostendebant, ac si timerent, quod diuina potentia ipsos vellet igne caelesti consumere, vel iactura terra subito absorbere, aut concutere veementissimo tremore, seu alijs plagis, quibus diuina iustitia se vlcisci de peccatoribus consuevit. Super ista vero poenitentia repentina, quae vltra etiam fines Italiae per diuersas prouincias est diffusa, non solum viri mediocres, sed & sapientes non irrationabiliter mirabantur cogitantes, vnde tantus feruoris impetus proueniret.

8 Penetrasse flagellantium ritum in Germaniam tradit Henricus Siero a, ac rem Perusij emeruisse, cum monacho Patuino consentit, ac supplicationis obeunda modum ita describit: Erat modus ipsius poenitentiae ad patiendum durus, horribilis, & miserabilis ad videndum: nam ab umbilico sursum corpora denudantes, quadam veste partem corporis inferiorem vsque ad talos tegentem habebant, & ne quis eorum agnosceretur, cooperto capite & facie incedebant. Procedebant etiam bini, terni tanquam clerici, vexillo praeuio vel cruce, flagellis semetipsos bis in die per triginta tres dies, & deinde in memoriam temporis humanitatis Domini nostri Iesu Christi super terram apparentis tandem cruciantes, quousque ad quasdam cantilenas, quas de passione ac morte Domini dictauerant, duobus vel tribus praecipientibus circa ecclesiam vel in ecclesia compleuerunt, nunc in terram corruentes, nunc ad caelum nuda brachia erigentes, non obstante luto vel niue, frigore vel calore. Miserabiles itaque gestus ipsorum, & dira verbera multos ad lacrymas & ad suscipiendam eandem poenitentiam prouocabant. Sed quia origo eiusdem poenitentiae nec a sede Romana nec ab aliqua persona auctorabili fulciebatur, a quibusdam episcopis & domino Henrico duce Bauariae, coepit haberi contemptui, vnde tepescere in breui coepit sicut res immoderate concepta.

a Siero apud Can. antiq. lect. 10. 1. pag. 289.

Germaniam idcirco peruagatur.

9 Nec mirum cito labefactam corruisse, cuius fundamenta super firmam petram iacta nos fuissent. Dictis consonant, quae ex Argentoracensi chronico atque ex Paralip. Vrspergeni referunt nouatores. b Vt vero eares nonnullos viros pios gaudio perfudit, quod sanctitatem redolere ipsis videretur, ita nonnullos Italiae tyrannos exterruit. Manfredus enim ac Palauicinus, vt testatur Monachus Patuinus, c perhorruere metu, ne populi eo pietatis sensu delibuti, Ecclesiae partes amplecterentur, ac vrbium, in quibus tyrannidem corripuerant, ciues redintegrata inter se concordia, omnique odio deposito conciliati, seruitutis ipsorum iugum depellerent; quare grauissimis poenis id poenitentiae publicae genus vetuere.

Qua de causa obsoleuerit.

b Nossat. cent. 13. cap. 5. col. 561.

c Monach. Pad. chron. lib. 3.

10 Desciuit postmodum ea poenitentium pietas in haerem foedissimam, quodque cum tanta sanctitatis pompa pulcherrimum initium duxisse videbatur, daemone arte in scelus & flagitium abiit. Siffridus a enim haec de haeresi, quam perditissimi quidam, qui sese ijs aggregarunt, simplicibus, & credulis mentibus affluere: Multa millia flagellantium prodierunt in mundum, dicentes neminem ab omnibus peccatis absolui, si in tali secta per mensem non versaretur. De eadem secta infelici, quam

Flagellantes in haeresim lapsi.

d Siffrid. in epit. l. 2. ann. seq. Eorum errores.

misere suorum corpora excarnificabat, animasque aternis cruciatibus addicebat, tradit Io: Longinus, a ipsos inter ceteros errores, quamuis sacris ordinibus non initiatos, confessionis sacramentum sibi mutuo impertiri sacrilege affectasse: tum etiam asseruisse, posse se parentum atque amicorum animabus damnatis eo pœnitentiæ genere maximum solatium asserre: sed episcoporum ac principum diligentia breui in Polonia extinctam, ac pariter alibi ferro ac flamma deletam: tulisse vero famam ex Gallijs erupisse, atque in Germaniam, tum ex ea in Poloniam se diffudisse: ex Italia vero in Gallias serpsisse vidimus superius. Auctoris verba adducimus.

II *Flagellatorum quadam secta, qua primum ex Gallijs & Parisiis manasse ferebatur, errores multiplices & prauitates continens, in Alemania mox coalescens, & funiculos suæ pueritatis dilatans, etiam ad Polonia regiones peruenit. Incedebant siquidem homines sectam huiusmodi professi, processionaliter velatis capitibus, in claustralium morem corpore vsque ad umbilicum denudati: flagellis quoque quadruplici corrigio conuolutis, & nodos habentibus in extremitatibus, vnus alterius dorsum acriter cadebat. Agebant insuper stationes, varias genuflexiones mirabiles, canendo carmen, quilibet iuxta distinctionem suæ linguæ, inconditum: cum ex varijs linguis & nationibus colluuis ipsa concreta esset. Mutuo insuper se, quamuis non ordinati sed laici essent, de quantumcunque enormibus peccatis confessione audita absoluebant, & pœnitentes solemniter inducebant, asserentes sectam suam a Deo placitam existere, & animabus propinquorum suorum, etiam damnatorum in inferno existentium, & calos possidentium, & suis dñ obirent adferre magnas consolationes & profectus. Dum autem secta hac primum Cracouiam aduenisset, ecclesijs visitatis, & velut pœnitentijs expletis, illico de Cracouia Prandotba episcopo, ni celeriter inde recederet, carceres illi comminante, se euoluit. Sed in ceteris Polonicæ ecclesiæ diocesis, Ianussio archiepiscopo Gnesnensi & alijs episcopis Polonia eorum errores detegentibus, & principibus Poloniae, ne quis Polonorum errores huiusmodi sectaretur, sub graui pœna & honorum confiscatione mandantibus, secta ipsa irrisa & spreta est: apud vero alia regna igne & gladio deleta, errorque, ceteris eius sectatoribus illum deserentibus, & quod laudabatur, execrantibus, subito disperijt. Repullulasse eisdem errores inter flagellantes nondum lapsa abhinc seculo, visuri fumus inferius; eamque sectam, cum Poloniam, Vngariam, Germaniam corripuisset, Clementis VI. seuerioribus edictis b dissolutam. Hic nonnulla de sedis Apostolicæ diligentia in excindendis hæreticis, qui hoc tempore vigeant, adiungamus.*

12 Nauarunt diligentem operam in persequendis hæreticis eorumque fautoribus viri religiosi, quibus sacræ inquisitionis exercendæ prouincia erat commissa. Verum cum nonnulli magistratus eorum zelo non obsecundarent in sententijs, quas tulerant fidei censes, in opus adducendis, non leuiter eorum dignitas, atque auctoritas obsolescebat, ac pia consilia retardabantur. De quibus certior factus Alexander, apostolico diplomate c contulit, vt magistratum huiusmodi segnitium censuris possent castigare, atque etiam eos fidelium communione pellere, magistratuque submouere: ac ne ipsorum pia sollicitudo improborum hominum nequitia eludi posset, sanxit d vt quoscumq; ad exhibenda scripta & instrumenta ad cognoscendas fidei causas spectan-

tia adigerent: redeuntes ad Ecclesiam anathemate liberarent: ceterum populumque loci, in quo versarentur, conuocare possent, vt peritos ac prudentes viros in ferendis sententijs adhiberent: accedentibus nauatæ operæ gratia quadraginta dierum indulgentias conferre: denique sine forensi strepitu, submotis aduocatis, munus exercere possent.

Imminebat non leue fidei censoribus periculum, ne qui hæreticorum partibus contaminerant, insidias eorum vitæ instruerent, ac tum maxime in itinere, cum ex vno loco in alium proficisci necessitas compelleret: quare Alexander, cum in Romana prouincia Audream Minoritam exercendarum in hæreticos legum muneri præfecisset, grauissimis intentatis pœnis præsulibus, clero, ac magistratibus a iniunxit, vt quoties rogati essent, ad iter tuto conficiendum stipatores darent. Imperauit b etiam Andream & Bartholomæo caesarum fidei cognitoribus, vt hæreticorum eorumque fautorum bona fisco addicta, addicendaue distraherent, atque in Romanæ ecclesiæ necessitates diligenter asseruarent. Demum tertio idus decembris, datis Anagninæ literis c ad inquisitores Franciscanæ siue Dominicanæ familiæ, qui tota Italia ad perscrutandos profligandosque hæreticos sparsi erant, vetuit ne cœptas in hæreticos, suspectosue actiones iudicarias ad superiorum imperia intermitterent: Ex ascripta vero his literis alijsq; die colligitur, biennium ferme Anagninæ exegisse Alexandrum, indeque Romam reuersum.

13 Exorta vero est in Vrbe absente Pontifice inter religiosos viros ac basilicæ S. Petri canonicos de honoris gradu, præferendis signis, deque stipendijs exigendis in solemni supplicationis pompâ, quæ die S. Marco sacra ornari solet, quam Alexander diremit. d

Recltoribus Romanae fraternitatis, & clero Urbis.

Prouida deliberatione decernimus, & irrefragabili constitutione sancimus, vt canonici tam seculares quam regulares, & monachi omnium parochialium ecclesiarum cum crucibus, & alijs insignijs consuetis, ecclesiarum vero presbyterorum & diaconorum Cardinalium, & monasteriorum cum crucibus proprijs & vexillis. Archipresbyteralium autem ecclesiarum, prioratum, & cappellarum exemptarum, & omnium aliorum, quæ duodecim denarios, vel plures pro huiusmodi salario recipiunt, cum proprijs omnino crucibus argenteis, aureis, vel alijs quas habent, & cum vexillis si habent, & portare consueuerunt; clerici quoque aliarum cappellarum, quarum singulæ tantum octo denarios pro eodem salario recipiunt, vel cum proprijs crucibus & vexillis, vel cum alienis etiam, sicut fuit hæctenus consuetum, iudati vestimentis sericis, aut superpellicijs, siue cotis, in eodem festo (nimirum S. Marci) vadant processionaliter annuatim ad basilicam supradictam, recepturi salarium, vel presbyterium consuetum, quod eis per canonicos eiusdem basilicæ, & vnum de familiaribus nostris volumus exhiberi. Alij autem monachi, fratres Minores, Prædicatores, & Eremitæ, ac religiosi alij cuiuscumque ordinis cum crucibus in eodem festo, processionaliter vadant ad basilicam memoratam, &c. incutit ijs anathema, qui hanc constitutionem violarint. *Dat. Anagninæ xii. kal. maij anno vi.]*

14 Hæc ad veteres ritus obseruandos præter-

Data ceteris foribus si dei facultates.

a Ibid.

b Ibid.

c Ibid.

d Ibid. 6. ep. 256.

Exorta de solempni supplicat. inter canonicos & clericos cõtrouersia.

Dirempta ab Alexandro.

Longin. hist. Pol. lib. 7o.

Repressi in Polonia.

Annal. tom. vxi. ann. Chr. 1349. Habita in hæreticos questio.

Exortatio bullar. in Alex.

d Ibid.

eunda non duximus. Nunc alia in iure ecclesiastico defendendo Alexandri edicta coniungemus. In Scotia Alexander Rex acerbiore ferebat animo Ioannem Cheamum apostolica auctoritate Glasguensi sedi præfectum fuisse, conquestusque est suis iuribus in eo etiam apostolico diplomate detrahi, quo percepta illius ecclesiæ vectigalia ab eo tempore, ex quo ipsius bonorum administratio fuerat commendata, repeterentur, ferente regionis consuetudine, vt redditibus non potirentur episcopi, ni fidei sacramento se deuinxissent: cui respondit Pontifex a Ioannem ab ea sede non dimouendum videri, cum pares virtutes gerendo muneri afferret. Quod ad inuadenda vectigalia ecclesiarum vacantium spectabat; eum colorem obtendebant regij oratores, singulos præfules, antequam possessionem inirent, obstrictos ecclesiarum bona regiæ beneficentiæ referre accepta, ac sacramento fidem deuincire. Quo audito æquam tulit sententiam Pontifex, vt Ioannes Cheamus in Regis Scotiæ verba vetere instituto iuraret, ac Rex exacto sacramento omnia Glasguensis ecclesiæ vectigalia occupata restitueret: Nos, inquit in literis ad Regem Scotiæ datis, qui semper ad hoc vigilanter intendimus, quod apostolica dignitatis bonorem, & priuilegium ecclesiastica libertatis in suo robore conseruantes, aliquorum iura, vel approbatas consuetudines non ledamus, de prædictorum fratrum consilio duximus providendum, quod idem episcopus sub tuo conductu ad regalem præsentiam libere perueniat & secure, ac tibi, prout fieri consuevit, præstet fidelitatis debite iuramentum, & præfata ecclesiæ sua regalia, seu temporalia de manibus tuis recipiat subsequenter. Caterum te securitatem huiusmodi, & assignationem regalium, seu temporalium ipsorum liberaliter adimplente, nos siquid per supra dictas literas directas episcopis memoratis, seu quascunque alias contra te, aut regnum tuum propter hoc fuit hæctenus ab eisdem episcopis, vel de cætero fuerit attentatum, penitus reuocamus, &c. Tenuit diutius in Scotia ea nefaria consuetudo, vt Reges vacantium ecclesiarum vectigalia in suum ærarium deriuarent: quam cum ab æquitate abhorrere perpendifset Dauid Scotiæ Rex, illam regio decreto aboluit. Sed facile postea principibus suasit auaritia, vt bona ea ecclesiastica inuaderent: qua de re grauiissime questus Gregorius XI. apud Robertum Regem Scotiæ, hortatus est, b vt exemplo Dauidis Regis bonis huiusmodi temperaret; de quo in decimo sexto animalium tomo dicemus. c

15 Cum vero de administratione & cura ecclesiarum, quæ apostolico muneri incumbunt, feracius mentionem, non præterimus ab Alexandro cultissimos sacrarum literarum scientia viros & religiosi sodalitijs ad episcopales sedes vocatos, atque inter eos Albertum, qui Magni nomen sacrarum humanarumque rerum cognitione æquabat, & Dominicana familia, Ratisponensis ecclesiæ præfectum, ad dum Colonia theologicas artes publice doceret: quare in Apostolicis literis Coloniensis lectoris nomine est insignitus. Meminit de eo Stero, dum ait: e Eodem anno floruit dominus Albertus natus de Lauingen magnus, episcopus Ratisponensis, frater ordinis Prædicatorum, & magister in theologia, magnus philosophus. Anno vero sequenti addit auctor: Frater Albertus Ratisponensis episcopus, fugiens tam magnam curam animarum, domino Urbano Papæ, offert voluntariam cessionem, cui succedit Dominus Leo eiusdem ecclesiæ canonicus. Tanti viri, diuinis humanisque

scientijs expolitissimi elucubraciones enumerant Ptolemæus a Lucensis in historia ecclesiastica & Trithemius b alijque. Qui plura de eo cupiat, Leandrum c cæterosque Dominicanæ familiæ rerum scriptores consulat. Inter cætera quidem dignissima ipsius præconia illud sane commendatione celebrandum, S. Thomæ Aquinatis magistrum extitisse, de quo ferunt tanta contentione animi dicentem auscultasse, vt focij hebetis illum & obtusioris esse ingenij suspicarentur; cumque silentium initio teneret, bouem mutum per iocum appellatum: at postea rogatum vt quædam magistri dicta explicaret, tanto acumine ingenij ac vbertate explanasse, vt non Alberto secundus, sed ipsi antecellere videretur. Hic vero lectorem diligenter monitum velim, plura passim Alberti Magni nomine scripta circumferri, quæ ab ipso nunquam emanasse exploratum est: cum magica superstitione sint fœdata, sed ad conciliandam rei vel friolæ vel scelestæ auctoritatem, pijsimi & sapientis viri nomine subornata simplicibus obtruduntur.

16 Funestum porro hoc anno in Germania exemplum orbi datum est, quanto magicæ artes periculo ac lugubri exitu exercentur; monitque mortales ad quæ infortunia cæca libido præcipites agat: horret sane animus tristissimum casum referre, sed Siffridum narrantem producimus: In diebus istius marchionis Henrici, Misniæ scilicet, accidit quoddam valde miserabile & horrendum in Friberga ciuitate dicti principis. Quidam enim scholaris amore cuiusdam puella nimium stimularis, consilium atque suffragium a quodam nigromantico promissa pecunia requisit, vt sibi puellam impetret: ille autem in quoddam cellarium eundem scholarem secum ducens, & sphaeras ac figuras (vt assolent) circum se super pavementum describens, cœpit legere coniuurationes diabolicas. Postquam autem multas phantasmata diaboli se vtriusque oculis ingessissent, tandem diabolus in forma illius puellæ apparuit, seque illi in eius amore ardere eminus exhibebat. Ille cæco amore ductus, cum manum extra sphaeram extenderet, volens amasiam suam deprehendere, statim a demonio arreptus, & ab eo parietibus cellarij allisus & conquassatus, super nigromanticum illum est proiectus mortuus. Tunc ille fere exanimis factus inde se mouere non potuit, sed toto residuo illius noctis mortuum super se prostratum sustinens voces edebat miserabiles. Mane multi de ciuitate auditis huiusmodi clamoribus conturbati, & territi conuenerunt, & ipsum inde seminecem eduxerunt. Caueant ex eo mortales magicis ludibrijs se committere, ac demonum lenocinia in carnificinam exire discant. sed de his hæctenus: nunc Germanicarum rerum statum exponamus.

17 Dum Germania Alphonfi Richardique factionibus discissa fluctuabat, agitata fuisse consilia refert Longinus d de vtroque principe exauorando, cum nec cõmunibus suffragijs designati, nec Germania oriundi essent; coniectasque in Primislaum omnium spes fuisse: illum vero superbia turgidum delatum honorem cum extremo rerum suarum exitio, vt decebit rerum exitus, respuisse, iactasseque apud suos Bohemicam coronam imperiali futuram superiorem.

Nondum regiæ ornamenta dignitatis Primislaus acceperat, quibus cum indui solemniter pararet, nec tamen Moguntinus archiepiscopus, ad quem Reges Bohemiæ sacra vñctione perungendi ius spectabat (is erat Vrvernerus Gerardi vita functi successor e), apostolica auctoritate con-

a Ptolem. Lucen. hist. eccl. l. 2. c. 18. 19.
b Trith. de scrip. eccl. & ex ipso inter alios Notatores cent. 13. c. 10. col. 1072.
c Leand. lib. 3.
S. Thomæ magister extitit. Spuria scripta Alberto attributa.

Funesti magicæ artis exitus.

Siffrid. epis. lib. 2. hoc ann.

d Longin. hist. Pol. l. 7 & Dubra. hist. Bohem. lib. 17.
Imperii Regi Bohem. oblatum.

e Serar. Mogun. na. ar. rer. lib. 5.

17 ep. 63 In iust. Regis Scotiæ querela.

Data illi imperia de restituendis ecclesiæ Glasguen. bonis.

Sancitum prius episcopi fidei sacramento de uncti iiii.

Praua in Scotia cõsuetudo.

b Greg. XI lib. 5. epist. cur. pag. 180.

c Annal. 20. xvi. ann. Chr. 1375.

Albertus Magnus creatus episc. Ratisponensis. d Alex. l. 6 ep. 20. & post eand. ep.

e Serar. apud Ganis. aut. l. 6. c. 1. pag. 283.

Regiam
iura uigila-
tionem in sa-
scipere
meditatur
Alex. 1.6
ep. 259.

confirmatus esset, Pontificem cōsuluit Primislaus, ut decerneret a quibus regie inunctionis solemnitas peragenda forent: cuius iustis desiderijs assensum est a, ac Pragensi Olomucensique episcopis demandatæ partes, ut uocata præsulum corona apostolica auctoritate Primislaum regia inunctione linirent: cautum tamen est Moguntinæ ecclesiæ iura ex eo non labefactatum iri.

Pragensi & Olomucensi Episcopis.

18 Quoniam ad substantiam multorum, & regimen præesse oportet vnum singulare præcipuum, quia pluralitas in præsentia scissuram induceret, & solidam gubernaculi disrumpere firmitatem, præminet quidem ob hoc singulis regnis, & mundi prouincijs singula regnantium folia, & singula principantium potestates: quia dum reges populis imperant, & populi regibus reuerenter intendunt; dum ij humiliter subunt, & illi benigne præstant; dum congruis illi præcunt iussibus, & deuotis illi animis obsequuntur, viget ex hoc in eisdem populis concordium vnitas animorum, misericordia & veritas sibi obuiant, & iustitia & pax se adinuicem complectuntur. Ideo namque a summo illo Rege, per quem singuli Reges regnant, & principes principantur, temporalis gladij ad malorum vindictam, laudemque bonorum terrenis est Regibus attributa potestas, ut assumpto ab eis dominandi officio, iudicent in æquitate populos, & dirigant in terris subiectas sibi gentium nationes, quatenus sit voluntas eorū in executione iustitiæ, ac meditatio in lege rectitudinis, & obseruantia sanctæ pacis. Ad quæ utique perfectius exercenda ijdem Reges vnctionis sacræ virtute, quam per venerabiles Christi ministros antiquo more suscipiunt, donum gratiæ recipiunt potioris, ut & in prosecutione iusti regiminis fortius conualescant, & tam in se, quam in eorum subditis prudentiori & sanctiori spiritu dirigantur. Nam, etsi differat principis vnctio a pontificis vnctione, quia in capite pontifex vnctur, princeps autem in brachio, siue humero, vel in armo, in quibus principatus congrue designatur: quia etiam illius caput consecratur chrismate, brachium vero istius oleo delinitur; vehemens tamen est in ipsis Regibus huius efficacia sacramenti, quoniam inuncto Saule, in filij spiritus Domini super eum, & in virum alterum est mutatus; & in Dauid, vnctione suscepta, spiritus Domini est directus. Ad insinuandum quoque quod in Regibus esse debeat plenitudo virtutum, quodque in eis est integra dominij temporalis auctoritas, capiti principis honorabile, ac venerabile sub circulari forma imponitur diadema: a quo siquidem principe, qui talibus decoratur insignijs, & titulis præsignitur, tamquam a capite subditis, velut membris recte viuendi modus indicitur, & modestiæ regula componitur, & dicitur.

19 Sane charissimus in Christo filius noster illustris Rex Bohemiæ deuotissimus Ecclesiæ filius præmissa, veluti princeps catholicus, diligenter attendens, ac sperans per huiusmodi vnctionem spiritualis gratiæ rore perfundi, nobis humiliter supplicauit, ut cum progenitores sui Reges Bohemiæ inuncti, & coronati in Reges extiterint per archiepiscopos Maguntinos, qui fuere pro tempore; ac ipse per dilectum filium Maguntinum electum, pro eo quod nondum est eius electio per sedem Apostolicam confirmata, inungi & coronari non possit, eum in Regem inungi, & regale diadema suo imponi capiti faceremus.

20 Nos igitur dicti Regis deuotionem multi-

modam attendentes, & considerantes, quod progenitoribus suis, qui fuerunt ardentis catholice fidei zelatores, non solum deriuatione sanguinis, sed & puritatis, ac bonitatis imitatione succedit; ac cupientes ob hoc eum in ijs specialiter honorari, ipsius supplicationibus benignius inclinati, fraternitati vestræ mandamus, quatenus vos, vel alter vestrum, adhibito vobiscum decenti episcoporum numero, tum propter eiusdem Regis honorificentiam, tum propter reuerentiam sacramenti, sibi auctoritate nostra huiusmodi vnctionem impendere, & capiti eius imponere regale diadema curetis. Volumus autem, atque statuimus, ut nullum ex hoc in posterum pontificibus Maguntinis, qui erunt pro tempore, & ecclesiæ Maguntinæ aliquod præiudicium generetur, quin circa ipsius Regis successores exequantur libere, quod ad eos pertinet in hac parte. Ea vero quæ exhibiturus esset idem Rex archiepiscopo Maguntino, si inungeret & coronaret eundem, integre ab eodem Rege recipiatis, illa dicto electo, si eum confirmari contingat: alioquin ei qui prædictæ Maguntinæ ecclesiæ regimini præfuerit, fideliter transmissuri. *Dat. Anagninæ 11. non. octob. anno vi.]*

21 Peracta res, ut apostolica sanxerat auctoritas. Emendandus vero ex his Longinus a, dum Primislaum ambitionis perstringit, atque in crimen vocat, duceali fastigio non contentum regiam dignitatem vsurpasse. Addit auctor ipsum uxori libellum repudij dedisse, atque ad monasterium, inducitur Belæ Vngarorum Regis sore, ablegasse, quod seruandæ pudicitia voto sese ipsa, antequam nuberet, adstrinxisset diceretur: de quibus excusatoria ab Othocar ad sedem Apostolicam data postea literæ b. Non leuē sane gloria suæ effusa libidinis labem impressit, quippe Nicolaum filium ac filias duas, dum matrimonio coniunctus erat, ex soluta suscepit, quos iustorum natalium dignitate ornari studuit; ad quod obtinendum sedem Apostolicam deprecatus, ut sua auctoritate id decus ipsis conferret, ita Alexander ad eius preces descendit c, ut publica munera, honores, principatus gerere permitteret, in regnum tamen Bohemiæ sibi ex eo ius aliquod comparare, vel affectare vetuit: *Ecce apostolicas super huiusmodi dispensatione literas per dilectum filium magistrum Berardum de Furco scriptorem nostrum latorem presentium tuæ magnitudini, Regem alloquitur, destinamus. Verumtamen scire te volumus, quod nequaquam nostra intentionis extitit, vel existit, quod idem Nicolaus, vel dicta filia, aut aliqua ex eis per huiusmodi literas, seu earum pretextu obtinere, vel habere possint regnū Bohemiæ, vel eiusdem regni regiam dignitatem, aut succedere in eisdem. Prædictum autem scriptorem ideo ad tuam duximus presentiam transmittendum, ut huiusmodi intentionem nostram tibi aperte predicat, & hæc omnia coram te ex parte nostra publice protestetur. Dat. Anagninæ 11. kal. nouembris anno vi.]*

Decreuit hæc Alexander grauissimas ob causas: quamquam etiam alios illegitimo thoro procreatos a sede Apostolica idoneos ad gerenda sceptri, natalium labe pontificia auctoritate deleta, renunciatos visuri sumus. De Primislaui siue Othacheri bellis cum Vngaris opportuniore loco dicendum erit: nunc tristes Prussorum sub barbarico ferro pereuntium eiulatus nos ad se vocat.

22 Excitarant in monte, cui S. Georgij nomen est, arcem Crucigeri, qua re Prutheni infideles ac Lituani lacesciti, collectis florentissimis copijs occurrentes sibi duos Prussiæ & Liouonię, quos du-

Data Primislaui aliterius ad id adhibendi auctoritas.

Sanctum non detrahi iuribus ecclesiæ Moguntinæ.

Longinus a. h. Pol. lib. 7. Sordidiores Reges Bohemum mores.

Excipiemus b. Extram lib. priu. Rom. Eccl. 2. 1. pag. 253. Northis filius iustorum natalium iura impetrat c. Lib. 6. op. 125.

Excipiemus c. Bohemico non fuisse cessuros.

Christiani in Prussia concili.

Pontifices in capite Reges in humero inungendi.

Quid diadema imponendum Regibus significet.

Cur Rex Bohem. a. Moguntini electo facerari non possit.

cebant Crucigeri, exercitus, congressu inito, in Curlandia deleuere, nonnullasque arces vrgente fame ad deditiorem compulere: non leuitem strage ipsorum edita, victores postea repressi fuerunt. Sparso ad sedem Apostolicam Christianorum cladis nuncio, indoluit Pontifex, datisque ad Theutonicos religiosos Liouoniae, ac Prussiae equites apostolicis literis a praecepit, vt crucis signa in hostes religionis attollerentur, populique ad arma capessenda incitarentur: *Vix absque lacrymis meditari, vel audire possumus, quod pro fidei negotio in Liouonia, ac Prussia partibus, sub innumeris expensis ordinis vestri, & infinitis angustijs ad Dei gloriam magnifice iam promoti, plurimi ex fratribus ipsius ordinis per manus infidelium crudelissime sunt occisi. Quia vero idem negotium perire creditur, nisi per diuinam virtutis auxilium, & Apostolicae sedis fauorem in eo potissime roboretur, quod ad vos peregrinorum confluat multitudo, nos vestris lucuos precibus inclinati, presentium vobis auctoritate concedimus, quod in subsidium vestrum, & aliorum Christi fidelium manentium in partibus supradictis per fratres clericos eiusdem ordinis ad hoc idoneos in regnis, ac prouincijs, & terris alijs, quae vobis praedicta sedes ad idem subsidium deputavit, predicari crucem sub illa forma cum omni diligentia faciatis, quam praedicta sedes per suas literas ad instantiam vestram dilectis filijs Praedicatorum & Minorum ordinum fratribus, ac etiam quibusdam episcopis dignoscitur commisisse, &c. Dat. Anagninae x. kal. martij anno vi. Quo vero magis ad pugnam in barbaros eosdem religiosos equites concitaret, spondit b se in Apostolicae sedis clientelam specturum terras, quas hosti eripuissent; praeterea sapxit c, vt terrarum Curoniae, & Curlandiae partes duas, tertia episcopo reseruata, obtinerent.*

23 Necdum a tantis calamitatibus septentrionales Christiani respirarunt: Mendok enim, siue Mendolphus Lituoniae princeps, hoc anno ingenti instructo exercitu in Christianorum terras irruit, ac primum Mazouiam resistentem nemine vastauit, Plocensem urbem ciuibus desertam incendit, dein in Prussiam conuerso furore, quoscumque catholicos crudelissime enecauit: plures vrbes recens extractas excidit, & crucigeris se in arcibus continentibus, ingentem armentorum multitudinem spoliaque innumera abduxit: captos vero Christianos auctere in seruitutem dedignatus, horrendam eorum stragem edidit.

24 Non suffecerat Christianis tot cladibus a paganis atteri (in quibus tamen maximo ijs erat solatio, honesta accipere pro fide vulnera, mortique pro Christo melioris adipiscendae vitae spe oecubere) nisi mutis armis concurrerent, suum inuicem sanguinem funderent, ac sitirent. Hoc enim anno Vngari, Bohemique magno animorum ardore praelio congressi sunt, in quo vtriusque regni lectissimus flos miserrime periit, Bohemique eruentam victoriam retulere. Bellum illud mouisse Othocarum Regem Bohemiae refert Stero d, quod moleste ferret a Bela Rege coactum olim fuisse Stiria cedere, quam ad se vna cum Austria attinere contendebat; castraque ad fluium Marchin metatum, ex altera parte Stephanum iuniorum occurrisse: inde praelio inito Vngaros, qui primi impetum in hostem impresserant, victos profligatosque, ac Regem accepto vulnere fuga salutis suae consuluisse: pacem demum, Stiria Bohemae restituta, inter principes coaluisse. De eo bello ad hunc annum agens monachus Patavinus e, dif-

ferire in eo a Sterone videtur, quod Belam, non vero Stephanum gessisse dicat: atque eum tantum exercitum collegisse adicit, vt centum millia equitum armatorum sub signis numeraret, cladique occasionem dedisse Cumanos, qui arcu & sagittis eminus pugnare assueti, cum Bohemorum & Theutonicorum praecipitem impressionem ferre non potuissent, in fugam coniecti euerfisque fuere: pugnae vero initio plures e Bohemis perisse. Sed Steronem, ac Patavinum conciliat Longinus, dum ait Stephanum cum Bela in castris versatum, atque ab ipso cum parte copiarum ad lacessendum hostem missum, a quo fufus dum ad castra patris profugiebat, plures vndis Moruae mersos, quam praelio amisisse: iterumque bellum pro Stiria, cum effluxissent induciae, pari ardore reintegratum, ac demum pacem inter eos, coniuncta affinitate coaluisse. De eo bello agunt S. Antoninus a, continuator Parisij, alijque.

25 Coegit Vngarum foedus pacisci cum Bohemo imminentium Tartarorum terror, cum ij ante bellum indixissent, atque iam signis victricibus peruasissent Poloniam, cui horrendas clades intulere. Sandomiria enim b atque eius arce ex pugnatis, innumeros ferro peremere, reliquam multitudinem, feminis elegantiori forma praeditis atque adolescentibus seruituri ipsa morte sanctiori reseruatis, in proximum fluium pecudum more impulere, vndisque mersere. Inde per circumposita excurrentes multam praedam abegere, Rutenorumque amicitia, & auxilio freti, Polonia discesere. Ferebat fama, Casimirum Cuiusdam ducem Tartaros ad eam excidionem inferendam sollicitasse: quare ceteri Poloniae duces maxima ipsi damna iniuriasque retulerunt.

26 Nec e septentrione modo ad subiicienda sibi Christiana regna iminebant Tartari, verum in oriente magnum terrorem incussere, ne fideles obruerent: nota enim erat eorum ambitio, qua ad vniuersi orbis monarchiam aspirabant. tum immanis eorum potentia timore geminabat: Sultanus enim, sub quorum armis toties succubuerant Christiani, obtruerant rapidissimis victorijs, quas hoc anno partas perstringit Saunus: c *Tartari violenter irrumpentes ceperunt Alapiam, Harenc, Haman, Calamelam, & Damascum, occidentes cunctos factos sibi obuiam Saracenos: intrant deinde regnum Ierusalem, &c. Haec fufius describit Aytonus d, vt post Caliphium Baldacensem necatum Haolonus Tartarorum Rex Mangonis Can Imperatoris frater e Regis Armeniae consilio Halappiam, deinde Syriam expugnat: Postquam Haolonus requieuit per spatium vnius anni, nimirum capta Baldacensi vrbe, tunc misit ad Regem Armeniae, quod veniret cum gente sua ad ciuitatem Robais in regno Mesopotamiae, quoniam intendebat ire ad Terram sanctam, vt illam redderet Christianis. Vnde Rex Aytonus bonae memoriae iter suum arripuit cum magna proborum armorum virorum equitum & peditum comitibus, quia tunc temporis regnum Armenia in tam prospero statu erat, quod facere poterat duodecim millia equitum, & quadraginta milia peditum armatorum: ego qui hoc tempore meo vidi, possum perhibere testimonium veritati. Cumque Rex Armenia venisset, sicut mandauerat Haolonus, & super negotio Terrae sanctae simul colloquium habuisset, ait Rex Armeniae Haolono: Domine, soldanus Halappi tenet totius regni Syriae principatum, in quo quidem regno sancta Hierosolymitana ciuitas inuenitur, & postquam intendis Terram sanctam acquirere, sicut mihi videtur,*

12. ep. 28.

Crucifigatas copias contrahi iubet.

b Ep. 64.

c Ep. 35.

Mazouia a Lituania vastata.

Ingentes ab ijs strages editae.

Vngari & Bohemi de Styria dimicant, d Sicut in in anal. apud Can. 10. 1. pag. 289. Dubran. hist. Boh. lib. 17. Parta a Bohemis victoria. e Mos. Pad. chron. 1. 3.

Pax inter eos affinitatibus firmata. a Ant. p. 3 tit. 19. c. 7 §. 6.

b Longin. b St. Pol. l. 7. Chron. lib. 9. Nouarores ex eo centur. 13 c. 16. col. 1345. Polonia euastata a Tartaris.

Eorum in Asia progressus.

c Marin. Saunus l. 3. par. 12. c. 5.

d Ayton. hist. orient. lib. 1. c. 28.

Rex Armeniae vires cum Tartaris coniungit.

Consulit veritatem imperis in Halappiam.

primitus est Halappi ciuitas obsidenda, quæ totius regni Syriae est caput & magistra: nam si ciuitas Halappi vestro subditur dominio, alias terras omnes poteritis facilliter obtinere.

27 Consilium itaque Regis Armenia placuit Haolono, unde fecit obsidere ciuitatem Halappi, quæ erat fortissima ciuitas muris circummunita, habitata, plena populis, & diuitijs opulenta. Haolonus quoque cum meatibus subterraneis, cum onagris, arcubus & ballistis, & alijs generibus armorum varijs, & diuersis inuadi fecit vndique sic viriliter ciuitatem, quod licet inexspugnabilis videretur, ipsam tamen violenter nouem dierum termino occupauit. In ipsa quidem ciuitate Halappi tantam diuitiarum multitudinem inuenerunt, quod vix esset credendum. Erat autem quoddam castrum in medio ciuitatis, quod se tenuit per undecim dies, postquam ciuitas iam extiterat occupata: demum vero per meatus subterraneos fuit captum, & capta fuit ciuitas Halappi, & deinde regnum Syriae per Haolonum anno Domini * MCCXL. Irrepsisse in numerorum ordinem errorem conspicuum est ex superius dictis, ac legendum MCCXL. in quo alij auctores consentiunt. Cæterum hæc victoria alia cumulata est, Damasco & Syria in Tartarorum potestatem redactis, vt auctor profequitur. a

28 Quando vero Soldanus Halappi, qui vocabatur Melcknaser, qui tunc erat in ciuitate, intellexit quod ciuitas Damasci capta fuerat cum filijs & vxore, qui erant ibidem, nesciuit ad consilium ponere seipsum, nisi quod ad pedes Haoloni venit misericordiam implorando; sperabat enim per hoc, quod sibi vxor & filij redderentur, & pars aliqua ad suum dominium tenendum: sed Soldanus fuit in sua opinione deceptus, quoniam Haolonus ad regnum Persarum destinauit ipsum cum filijs & vxore, vt absque inquietatione dominium Syriae obtineret. His itaque peractis, de spolijs acquisitis in captione ciuitatis Halappi Regi Armenia Haolonus contulit magnam partem, & de terris etiam, quas occupauerat, Regi quamptures concessit. Vnde Rex Armenia accepit plura castra regno suo vicina, & illa fecit * muneri ad suam liberam voluntatem. Post hæc Haolonus misit per principem Antiochia, qui Regis Armenia gener erat, dona; & ipsum principem plurimum honorauit, & dedit sibi priuilegia gratiosa, & omnes terras sue iurisdictionis, quas occupauerant Saraceni, & quæ ad suum dominium redierant, iussit quod principi redderentur libere & quiete. Et postquam Haolonus ordinauit ea, quæ fuerant ordinanda circa negotium ciuitatum, & terrarum, quas occupauerat, dum intenderet se transferre ad regnum Hierosolymitanum, vt Terram sanctam liberaret de manibus paganorum, & illam restitueret Christianis, ecce nuntius venit tertia die, noua ferens de obitu fratris sui, & narrauit qualiter post obitum Mangò Can vacauerat Imperium Tartarorum, quod eius quotidie præstolabatur aduentus, vt ipsum ponerent in sede fratris sui. Haolonus quidem intellectus rumoribus de obitu fratris sui ineffabili fuit tristitia circumuentus, vnde vterius non processit: sed ordinauit quemdam suum ducem nomine Guiboga, & dimisit ipsum cum decem milibus Tartarorum in custodiam regni Syriae, & præcepit, quod Terram sanctam acquireret, & restitueret Christianis. Quo factò Haolonus festinanter recessit versus partes orientis. Quibus consentanea Ioannes b Villanus, & Marinus Sanutus e tradunt.

29 Addictum fuisse Christianis Haolonum, siue Olaonem, quo nomine a Sanuto vocatur, atque etiam optime de fide nostra sensisse, & Chri-

sto, a quo victorias amplissimas de Mahomeranis retulerat, nomen dare meditatum, atque etiam a Romano Pontifice, vt supremo in terris Christi vicario baptismalia sacra misso oratore flagitasse, docent insignes literæ ad Olaonem datæ, quæ in nostro M.S. Vallicellano codice a nullo Pontificis, a quo exaratae sint, inscriptæ titulo extant.

Olaoni Regi Tartarorum illustri gratiam in presenti, quæ perducatur ad gloriam in futuro.

Exultauit cor nostrum in Domino, & in saluari suo noster animus multa lætitia dilatatur, cuius misericordia, vt firmiter credimus, tuæ mentis oculus dextera suæ pietatis aperuit, si, prout accepimus, a Deo tibi veriluminis splendor illuxit, quod ad agnoscendum Christianæ fidei veritatem plenis anhelis affectibus, & pleno corde suspiras. Nuper siquidem Ioannes Vngarus, tuum in hoc se nuncium asserens, nostro apostolatu referauit, quod tu ad salutem dirigens vota tuæ, votiuæ desideras secundum veram catholicam euangelicamque doctrinam, quam sancta Romana ecclesia fatetur & prædicat, sacri baptismatis vnda renasci, Christianorum annumerari collegio, & Christiani nominis titulo insigniri. Ad quod idem nuncius ex magnitudinis tuæ parte petebat, per nos aliquem virum idoneum destinari, qui prædictæ doctrinæ præpollens scientia, & mūditiæ vitæ resurgens, te suo sacro ministerio baptismi perducatur ad gratiam, & per idem regenerationis lauacrum eiusdem sanctæ matris Ecclesiæ socians vnitati sacris instruat institutis.

30 Vtinam princeps magnifice tibi nostri animi secretiore patenter: vtinam patenter inspiceres, quanta nos huiusmodi tua petito iucunditate resperis, quantam nobis, si de ipsa constitisset plenus, exultationis & gaudij materiam ministrasset, quam libenter extensis intimæ charitatis brachijs, & sinu pietatis aperto venienti ad salutem filio Apostolicæ sedis benignitas anhelos spiritu, & concitis gradibus occurrisset. Hoc etenim, salutem videlicet animarum in cunctis nationibus diuinitus humilitatis nostræ curæ commissis, desideranter exquirimus: hoc plenis desiderijs, & totis nisibus affectamus. O quanta infunditur mēti nostræ iucunditas, dum intra pectoris claustra reuoluimus, quam gratus Creatoris & Redemptoris tui, qui pro redēptione humani generis se passioni crucis exposuit, conspectibus appareres, si te tuosque subditos, qui ad meritorum tuorum cumulum, & æternæ retributionis augmentum tua creduntur in hoc imitari vestigia, insignitos baptismatis, & alijs Christianitatis insignijs ipsius præsentia in die tremendi iudicij præsentares. O quanto securius tanta tuorum ex laudabili de inimici faucibus ereptorum cæterna stipatus illud tam terribile iudicium expectares!

31 Considera fili, considera quam cito præterit figura huius mundi, quam subito, quam facile hominis compago dissoluitur; & si huiusmodi propositum assumpsisti, constanter illud, & omni, quæ poteris, celeritate prosequere, nec spiritum tam salutaris inspirationis extinguas, sed ad salutem quodcumque potest manus tua instantius opereris. Nec illud tuæ circumspeditionis considerationem prætereas, quam late, quam abunde ad subiuganda Saracenorum regna potentia tuæ incrementa succerent, si Christianæ militiae brachium tibi patenter & potenter, sicut ex Deo potest, assisteret, si tu sub Christianitatis clypeo diuina sultus potentia Christianorum auxilio

Halappia impetu capta ab Haolono.

Syria sub iugum missa. * MCCXL.

a 1b. c. 29.

Damascum occupatum.

Sultanus in seruitutem abductus.

Data Regi Armeniae plures arces.

* muniri

Deliberat Olaonem de restitua. Hierosolyma Christianis. Audita Mangonis morte reuocatur.

b 20. Villan. l. 6. c. 61. c. Sanuti l. 3. par. 13. cap. 7.

Vt de Christi na optimè senserit.

a Valli. M.S. fol. 13. C. 49. pag. 49.

Postulat a Rom. Pont. baptismalia sacra.

Pontifici ad eum gratulatur.

Vergetur ad consilium mandandum operi.

fulciteris, profecto ex hoc tibi, & temporalis fastigij culmina firmarentur, & ad aeternam gloriam, dummodo te ad eam iuxta catholicae fidei documenta dirigeres, indubitabilem fiduciam praeparares.

32 Caterum quia super praemissis memoratus Ioannes de tuo beneplacito nullas nobis sufficientes literas, vel aliam certitudinem plenam exhibuit, venerabili fratri nostro patriarchae Hierosolymitano A. S. L. viro utique magnae auctoritatis, expertae probitatis, & fidei; viro quem, tamquam magnum, nobile, ac vnum de praecipuis honorabilioribus membris vniuersalis Ecclesiae, de cuius prudentia, puritate, ac fidelitate plenam in Domino fiduciam obtinemus, ad hoc duximus eligendum; literas nostras dirigimus, ut ipse super praemissis firmum propositum tuae serenitatis exploret, nobis quod inuenerit rescripturus. Quocirca magnitudinem tuam monemus, rogamus, & hortamur attente, pro animae tuae commodo de poscentes instanter, quatenus eidem patriarchae de praedictis tuae voluntatis arcanum celeriter cum omni securitate reueles, ut nos certificati per ipsum, quaecumque ad id fuerint utilia, celeritate debita, ad quod nos paratos offerimus, prosequamur.]

33 Adoranda hic diuina prouidentia est, quae Tartaro huic tot tantaeque victorias ad euertendam Mahumeticam superstitionem contulerat, illumque diuinis instinctibus ad baptismi sacra amplectenda urgebat. Et quidem fidem Christianam professum esse refert Aytonus a; ascribendum vero est hominum peccatis, si diuinis consilij exitus non responderint. At Olaono in orientem abeunte, cum Guiboga illius praefecto, qui Hierosolymitanum regnum Christianis restituere erat iussus, male gesta res; illiusque arma in nostros fortuito casu prouocata sunt, ut Aytonus recenset b: *Guiboga, quem Haolonus dimiserat in regno Syriae, & in prouincia Palestina, terras illas tenuit pacifice, & diligebat multum Christianos: nam ipse fuerat de progenie trium Regum, qui venerunt natiuitatem Domini adorare. Cumque dictus Guiboga solite laboraret, ut Terram sanctam reduceret in potentiam Christianorum, ecce diabolus inter ipsum & Christianos illarum partium semina scandali & discordiae seminavit: & hoc accidit tali modo. In terra enim de Belfortis, quae est de dominio ciuitatis Sydoniensis, erant plures villae, in quibus Saraceni certum censum Tartaris exhibebant: unde accidit, quod certi homines Sydonis, & de Belfortis congregati in vnum, iuerunt ad villas Saracenorum & casalia, & depredauerunt eos, plures interfecerunt Saracenos, alios vero cum magna multitudine bestiarum ducebant cum praeda. Quidam vero nepos Guiboga, qui ibi prope morabatur, cum parua equitum comitiua secutus fuit celeriter Christianos, qui talia fuerant operati, et diceret ex parte auunculi sui quod dimitterent praedam. Quidam ex ipsis Christianis irruerunt in eum, & occiderunt eum, & quosdam alios Tartaros cum eodem, & noluerunt restituere praedam. Quando Guiboga intellexit, quod Christiani interfecerant nepotem suum tali modo, confestim equitauit, & cepit ciuitatem Sydonensem, & destruxit magnam partem murorum, paucos perdidit Christianos, qui ad insulam fugerant: numquam tamen postea de Christianis Syriae Tartari fiduciam habuerunt, neque Christiani de Tartaris sunt confisi.*

34 His consentientia de Sydona expugnata, a Tartaris, nostrorumque trepidatione scribit

Marinus Saautus a: *Capiunt, inquit, Sydonem, sed castrum maris nullatenus capere potuerunt. Ptolemaenses vero eorum timore praeciderunt viridaria extra ciuitatem, & turres viridariorum ad terram deiecerunt.* Perfusi eo metu Christiani Syri, missis nuncijs acriter Reges occidentales ad arma auxiliaria expedienda sollicitauerunt: legatum enim ea de causa in Angliam oratorem esse, narrat Vvestmonasteriensis b, additque retulisse solitos Tartaros in prima acie omnes externos belloque captos exponere, ut hostis in his occidentis fatigaretur; nec viros modo, sed foeminas antea retroque sagittandi peritissimas esse. Gallos pariter a Pontifice excitatos, ut laboranti Terrae sanctae subsidia pararent, Nangius recenset. c

35 Anno, inquit, Domini MCLX. dominica in passione congregauit Rex Franciae Ludouicus Parisijs concilium episcoporum, & principum regni sui, eo quod dominus Papa scripsisset ei Tartaros in transmarinis partibus irruisse, Saracenos vicisse, Armeniam, Antiochiam, Tripolim, & Damascum, Alapiam, & terras illas subiugasse, & tam Acconi ciuitati, quam toti Christianitati periculum imminere. Vnde ordinatum fuit de orationibus multiplicandis, processionibus faciendis, & blasphemijs in Deum puniendis, peccatis & superfluitatibus cibariortu & vestium reprimendis. Inhibita etiam fuerunt usque ad biennium torneamenta, & iniunctum est quod non luderetur alij ludis, nisi quod homines se exercerent in arcubus & ballistis. Caterum quod de Antiochia & Armenia sub iugum missis ait auctor, non de bello ijs illato intelligendum est, sed Aytonum Regem Armeniae vna cum genero principe Antiochiae, dum occidentales mutuis discordijs impliciti iusta non ferebant auxilia, se Tartarici imperij vectigales sponte constituisse, ut eorum armis a Saracenorum tyrannide vindicarentur, ut ex Aytono scriptore accuratissimo vidimus: vnde Saraceni postea ob concitatos in se Tartaros efferati, primum in Armeniam, & Antiochiam, Guiboga iam victo, iras effuderunt; de quibus suis locis. Jam e Syria in Cyprium progreditur oratio.

36 Exarserat grauis controuersia inter Germanum Graecum, & Nicosiensem Latinum in Cyprio archiepiscopos de auctoritate in Cyprios Graecos, cum Germanus se legibus creatum a Graecis episcopis Innocentij Pontificis edicto contenderet, seque adeptae dignitati asserere niteretur; negaret Nicosienensis archiepiscopus, vnamque esse tantum metropolim a Caestino institutam, a qua tum Latini tum Graeci iura peterent, obijceret: atque vi Germanum, ut vitio creatum archiepiscopali gradu deturbaret. Pluribus itaque iniurijs affectus Germanus ad sedem Apostolicam prouocauit, & causam suam argumentis fulciebat, quae ex pontificia sententia a producimus.

Alex. & c. ad futuram rei memoriam.

37 Gracorum archiepiscopus inter alia proposuit coram nobis, quod cum olim episcopi Graecorum regni praedicti, sua vacante metropoli, praesicendi sibi eundem G. vel aliam personam idoneam in archiepiscopum a se. re. Innocentio Papa praedecessore nostro per ipsius literas, non obstante constitutione generalis concilij, vel bona memoriae P. Albanensis episcopi, olim in illis partibus Apostolicae sedis legati, licentiam impetrassent, ipsum G. in suum archiepiscopum elegerunt: & venerabilis frater noster Tusculanus episcopus, tunc in eisdem partibus dictae sedis legatus (cui praedecessor ipse mandauerat, ut ei quem canonice praedicti episcopi eligerent, si persona esset idonea, munus confirmationis impenderet, cumque

a Saaut. l. 3. p. 12. c. 5
Christiana-
norum
Palestinae
trepidatio

Implorat
occidentia
lium opē.

b Vvestm.
Flor. hist.
hoc ann.

c Nang. in
gest. S. Lud.
Conciliū
in Gallijs
de paran-
dis auxi-
lijs.

Decreta
in colata.

Graeci, &
Latini ar-
chiep. in
Cyprio cō-
trouersia.

d Lib. 6.
ep. 12. c.

Vt Ger-
niantus
ad dignita-
tem eue-
ctus.

Patriar-
cha Hiero-
solym. rem
accurati-
o explore
iubetur.

Diuinae
prouiden-
adoranda
consilia.

a Hist. O-
rient. c. 32

b Ib. c. 30.
Guiboga
Olaoni
praefectus.

Christia-
nis fauet.

Suscipit
ex inopi-
no casu
cū ijs si-
multates.

Sydonem
euerit.

faceret a suis suffraganeis consecrari, presentatam sibi eiusdem G. electionem confirmans, sibi fecit ab eisdem suffraganeis beneficium consecrationis impendi, recepta postmodum ecclesia Romana nomine tam ab ipso, quam a suffraganeis ipsis obedientia sponse: dictique suffraganei sibi tanquam metropolitano suo canonicam obedientiam promiserunt, &c. His addebat Germanus archiepiscopus, se inter Græcos Cyprios archiepiscopalis dignitatis pacifica potitum possessione, atque iniuria vexatum, ab archiepiscopo Nicosienfi, cuius procuratores contraria hæc argumenta, quæ subijciuntur, de vnica Latinorum metropoli attulere.

Quæ obie-
ta sint ab
archiep.
Nicosiensi.

38 Proposuerunt ergo in iudicio, quod processus circa promotionem eiusdem G. habitus nullus fuit, cum ad memoratos episcopos ius eligendi archiepiscopum nullo modo pertineret, ac ipsi electionis tempore, quam de ipso fecisse dicuntur, vinculo excommunicationis publicæ tenerentur; & literæ apostolicæ, in quibus prædicta fuit eis eligendi permissa licentia, per excommunicatos fuerint impetrata: ex quibus causis pro parte ipsius Nicosienfis archiepiscopi per vicarios ipsius, qui tunc temporis absens erat, ne ad electionem, seu confirmationem, aut consecrationem procederetur huiusmodi, fuerit pro iure Nicosienfis ecclesiæ appellatum.

propter

39 Fraterea cum auctoritate felicitis recordationis Cælestini Papæ prædecessoris nostri, qui insulam Cypri * per inobedientiam, & perfidiam Græcorum habitantium tunc in illa, exposuit Latinis catholicis occupandam, fuerint, ibi, eius exinde Græcorum sedibus, quatuor pontificales Latinorum sedes erectæ, quarum pontifices in decimis & alijs ecclesiasticis iuribus, quæ Græci episcopi in eadem habuerant insula, successerunt; & earum vnam, Nicosiensem videlicet, idem Cælestinus cæteris prætulit potestate, ut in tota eadem insula per dignitatem metropolitanam, alijs ecclesiis præemineret; ac postmodum dictus Albanensis episcopus suæ legationis auctoritate statuerit, & statutum eius fuerit per sedem Apostolicam confirmatum, ut in tota insula prædicta quatuor Græci episcopi tantum essent, & certa sedium haberent loca intra dioceses Latinorum, qui utique postea Nicosienfi archiepiscopo tanquam metropolitano suo, & episcopis Latinis, in quorum erant constituti diocesis, se obedientiam vinculo astrinxerunt; euidenter apparet, quod metropolitanus præter Nicosiensem archiepiscopum in eadem insula, quæ vna est prouincia, nec potuit nec debuit ordinari. Disceptata itaque ac ventilata lite, Pontifex cum animaduertisset ex morum dissonantia, tum ex eo quod dioceses nullis limitibus fixis circumscriptæ essent, facile Græcos inter & Latinos discordias emergere, ut eos mutuo amoris nexu coniungeret, hanc tulit sententiam.

Allata
pro eccl.
sue suæ di-
gnitate.

Decretū
Alexandri
de qua-
tuor Græc
sedibus in
Cyprio.

40 Irrefragabiliter ordinamus, ut in insula Cypri de cætero infra Latinorum episcoporum dioceses sub Nicosienfi metropoli quatuor dumtaxat existant Græcorum pontificales sedes, & ecclesiæ cathedrales olim per præfatum Albanensem episcopum locis specialibus assignata, cum quatuor solummodo in eadem insula fore noscantur episcopales sedes, & ecclesiæ pontificum Latinorum. Vnam siquidem pontificalem sedem Græcorum in Nicosienfi apud Soliam, aliam in Paphensi apud Archinos; tertiam vero in Famagustana apud Carpasiam, & reliquam in Nimosien. diocesis apud Lefacaram consistere volumus, & ab ijs denominari, & tam nomen quam dignitatem pontificalis officij habere pontifices, qui eas pro tempore canonicè obtinebunt.

41 Porro quotiens quamlibet prædictarum se-

dium Græcorum præfule vacare contigerit, alter a clericis sedis eiusdem invocata Spiritus sancti gratia in episcopum eligatur, cuius electionem Latinus pontifex, in cuius diocesi fuerit sedes illa, si eam inuenit de persona idonea celebratam, canonicè auctoritate ordinaria, rite, ac sine difficultate confirmet, sibi que faciat per episcopos Græcos vicinarum diocesium, quos ad hoc idem Latinus aduocabit pontifex, munus consecrationis impendi; episcopalem sollicitudinem, atque curam monasteriorum, ecclesiarum, cleri, & populi Græcorum in sua ciuitate, atque diocesi consentientium, auctoritate propria commissurum eidem; & recepturus ab ipso iuratoriam professionem obedientiæ in hanc formam.

Sacram-
ti for-
mæ præstan-
a Græc
episcopi

42 Ego... episcopus de Solia Nicosienfis diocesis ab hac hora inantea fidelis ero & obediens sancto Petro, sanctæque Romana ecclesiæ, dominoque meo N. archiepiscopo Nicosienfi eiusque successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio, nec in facto, ut vitam perdant, aut membrum, vel capiantur mala captione. Consilium quod mihi aut per se, aut per nuntium, vel per literas manifestauerint, ad eorum damnum nulli pandam. Papatum Romana ecclesiæ ac pontificatum Nicosienfis ecclesiæ, & regulas sanctorum patrum adiutor ero ad defendendum, retinendum, saluo ordine meo, contra omnes homines. Vocatus ad synodum veniam, nisi præpeditus fuero canonica præpeditio. Legatum sedis Apostolicæ, quem certum esse cognouero, in eundo & redeundo honorifice tractabo, & in suis necessitatibus adiuuabo. Sic Deus me adiuuet, & hæc sancta Dei Evangelia.

43 Et hanc formam ab episcopo Græco suæ diocesis recipiet pro se ac ecclesiæ suæ quilibet Latinus episcopus Regni Cypri. Quod si electionem illam cognouerit Latinus pontifex irritandam, ad cassationem eius procedat sicut de iure fuerit procedendum. Episcopi vero Græci a Latino pontifice ad consecrationem electi Græci suæ diocesis conuocati, ad hoc sine mora dispendio ex præsentis constitutionis, & ordinationis debito conuenire, ac incumbenti consecrationis implere munera teneantur.

44 Sane Græcorum pontificum damnatio seu depositio, siue & translatio, ac cessio soli Romano Pontifici iuxta prærogatiua apostolicæ priuilegia reseruetur, ut in illis sicut & in cæteris episcopis pontificalis dignitatis status & præcellentiæ manuteneatur: at cuiusque Græcorum ecclesiæ pastore vacanti Latinus pontifex auctoritate propria præfulem ingerere non præsumat, nisi forte ad eum illis negligentibus eligere, qui debebant, facultas ea vice ordinandi eandem ecclesiam de pastore iuxta concilij generalis statuta fuerit per lapsum trimestris temporis deuoluta; in quo etiam casu potestatem non habeat Latinus episcopus præsciendi ecclesiæ sic vacanti nisi personam Græcam, & tanto honori & oneri ex merito congruentem. Sedes vero Græcæ vacantis episcopo bona decanus, & capitulum ipsius sedis futuro pontifici custodiant fideliter, & assignent.

Qua-
La-
ni episc-
pi in G-
ces auct-
ritate p-
leant.

45 Cæterum episcopi eiusdem insula canonice ordinati, & de cætero etiam prædictis Græcorum sedibus ordinandi habeant in monasterijs, ecclesijs, cleris, & populis Græcis sibi commissis, & obtineant vniuersa, quæ ad dignitatis, vel ordinis episcopalis officium pertinere de communi iure noscuntur: de quibus Latini episcopi, exceptis illis dumtaxat casibus, in quibus metropolitanus de iure potest iurisdictionem exercere, in suffraganei sui subditos nil usurpent. Causa autem ad forum ecclesiasticum pertinentes, si emerferint inter Græcos, ad suum Græcum pontificem; si vero inter Latinum & Græcum, siue Græ-

Græcus actor fuerit, siue reus, ad Latinum loci pontificem deferantur iudicialiter dirimenda: verum salua sedis Apostolica præminencia, ad cuius præsidium omnes oppressi possunt immediate confugere, cum ab episcopo Græco appellandum videbitur ad Latinum episcopum, in cuius diœcesi idem Græcus consistit episcopus, & exinde ad Nicosiensis archiepiscopum, si opus fuerit, prouocetur.

De iure dicendo. 46. Præsenti quoque ordinatione censemus, ut in ciuitate, vel diœcesi Latini pontificis præter consistorium episcopalis sedis Græcorum, cum quo auditorium officialis, vel vicarij, si quem Græcus habet episcopus, vnum & idem esse dignoscitur, nullum aliud habeatur consistorium iurisdictionis ordinariæ inter Græcos, nisi forte in aliqua ecclesia Græcorum regni eiusdem sit archidiaconatus, vel alia dignitas, annexum habens ordinariæ audientiæ consistorium ab antiquo, a quo ad eisdem ecclesiæ Græcum pontificem, & exinde gradatim, subditi eius, cum eorum intererit, prouocabunt. Archiepiscopo denique, & episcopis Latinis pro offensis, vel iniurijs, & iniurijs suis, ecclesiarumque suarum animaduertendi canonice in Græcos suarum ciuitatum & diœcesum in illis casibus competere volumus potestatem, in quibus eis de iure competit in Latinos.

Græcus episcopus ad Latini synodum vocandus. 47. Ad synodum vero pontificis Latini Græcus episcopus, intra illius diœcesim sedem habens, semel in anno cum abbatibus & sacerdotibus suis, curam habentibus animarum, teneatur obedenter occurrere, ac synodalia eius statuta, quæ tamen Græcorum ritibus fidei catholice non aduersis, & a Romana ecclesia toleratis non obuiant, recipere ac seruare. Ne autem episcopi Græci onere duplici prægrauerentur, cum ipsis adire oporteat ex huiusmodi ordinationis debito episcopales synodos pontificum Latinorum, eos ire ad provinciale concilium decernimus non cogendos. In visitationibus etiam episcoporum Græcorum, vel subditorum eorundem, illam habere volumus Latinos pontifices intra proprias ciuitates & diœceses potestatem, quam metropolitanis in visitationibus suffraganeorum suorum, & subditorum eorundem concedunt canonice sanctiones. Archiepiscopo tamen, & episcopis Latinis cum suas diœceses circa Græcos iure diœcesano visitauerint, hoc incogendis procuratoribus indicimus temperantiæ moderamen, ut idem archiepiscopus quinque dumtaxat, Paphensis episcopus quatuor, Famagustanus tres, & Nimosiensis etiam tres a Græcis suarum ciuitatum & diœcesum procuraciones in vniuerso recipiant annuatim, quarum qualibet summa triginta solidorum turonensium, vel tot bizantios, qui eidem summa æquiualeant, non excedat.

*procuracionibus. De stipendijs Latinis ecclesiis Græcorum iurisdictionibus. 48. Verum licet procuracionum numerum, visitationis gratia debitarum, considerata ipsorum paupertate Græcorum, duxerimus miseratione prouidentialiter moderandum; quia tamen Latinis episcopis ad hoc sunt ecclesiarum suarum bona concessa, ut in illis circa officij sui debitum indeficienter valeant militare, volumus ut si fidei orthodoxa necessitas, aut sinceritas obedientiæ, quæ ecclesiæ Romana debetur, vel morum excegerit disciplina, quod idem Græci pluries visitentur super hoc circa ipsos sine aliquo illorum grauamine visitationis debitum proprijs sumptibus, quando tamen eis sacrorum canonum statuta id permiserint, impendere teneantur, cum & Apostolus Paulus, nostræ institutionis exemplar, interdum victum sibi manuum labore quaesierit, ne grauis esset ijs, quibus Euangelium predicabat, aut illi, quos sumptum predicanti ministrare pigebat, ob hoc salutis ministerio priuarentur.

49. Plane ius percipiendi decimas in insula me-

morata pertineat ad ecclesias Latinorum, & in eorundem decimarum perceptione consuetudo a prelati & clericis Latinis obtenta, & hæcenus custodita seruetur; per hoc tamen, quod in hac parte consuetudinem dicimus obseruandam, nemo se a solutione decimarum putet exemptum, quæ iure canonico & diuino debentur. Porro licet ecclesia Græcorum regni Cypri, secundum hanc ordinationem, non sit nationis suæ metropolitanum in posterum habitura, volumus tamen præfatum Germanum archiepiscopum Græcorum, dum vixerit, dignitatis archiepiscopalis nomine, ac honore potiri: propter quod personam ipsius donec cesserit, vel deceaserit, ab archiepiscopi Nicosiensis qualibet prorsus eximimus potestate, atque statuimus, ut ipso Germano cedente, vel decedente, nullus in præfato regno de cætero Græcorum archiepiscopus ordinetur, &c. pluribusque interiectis, quibus Germanum varijs prærogatiuis exornat, subiungit.

50. Porro quando Nicosiensis archiepiscopus post præfati G. archiepiscopi cessionem, vel obitum Græcos sua prouinciæ in suffraganeorum suorum ciuitatibus, vel diœcesibus iure suæ metropolis, quod sibi competere volumus, visitabit, unicam tantum in qualibet ciuitate & diœcesi ab vniuersis Græcis earum communiter procuracionem recipiat annuatim, quæ lx. solidorum turonensium summam, vel tot bizantios, qui illis æquiualeant, non excedat. Vtrorumque igitur potestate, Latinorum videlicet & Græcorum pontificum regni Cypri, discretiuis huiusmodi nostræ ordinationis (quam ad Syros eiusdem regni eisdem, cum Græcis mores, ritus, communisque iuris censuram ab antiquo seruantes, extendimus) limitibus designata, præsentis decreti auctoritate iubemus, ut neutri nostræ positionis terminos transire, aut amplius sibi prelationis, aut libertatis vindicare præsumant: sed in Christo, qui est vera pax omnium, utriusque tamquam inuicem membra per vnanimitatis coherentiæ, & subministrationis ordinem fiant eiusdem capitis idem corpus. Amen. Dat. Anagninæ per manum magistrj Iordani S. R. E. vicecancellarij & notarij v. non. iulij indictione. 2. incarnationis dominicæ anno mclxl. pontificatus vero domini Alexandri Papæ Quarti anno vi.

51. Defluximus ad Imperij Græcorum res. Angelus Michael despota Epiri atque Ætoliaæ captum iam cum Theodoro Imperatore, dum vivebat, bellum gerere in Palæologum pergebat, fretusque Manfredi Regis Sicilia tyranni ac Guillelmi Vvillarduini Achaia & Peloponnesi principis, quibus filias thoro iunxerat, affinitate ac potentia, latius terminos principatus protulerat: aduersus quem Sebastocrator a Palæologo missus, cum rem strenue gerere cœpisset, Michael adductus in discrimen auxilia a Manfredo, Vvillarduinoque amplissima contraxit. E quidem Gregoras Manfredum bellum non tam fœderi Michaelis adiuuandi, quam ditionis amplificandæ causa, gessisse refert, tresque hos principes totius ab Ionio sinu Constantinopolim vsque terrarum tractus præcipiti victoria subigedi spe elatos, eas prouincias inter se sorte distribuisse. Georgius vero Logotheta Manfredi nō meminit, sed quadringentos ab eo grauioris armaturæ equites submissos scribit: modumque adjicit, quo Sebastocrator Palæologi consilij despota vna cum fœderatis profligari, nimirum cum hostis armis grauioribus onustus esset, sui vero leuioribus instructus, ardua semper loca infedisse, varijsque congressibus cum ijs, qui commeatus in castra deferebant, aut prædatum ibant, initis fatigasse. His addit Nicepho-

Archiepiscopalis dignitas Græcis post Germani obitum adimenda.

Trium principū expeditio aduersus Palæologum.

rus Gregoras arte & dolo potentissimum exercitum dissipatum a Palæologi ducibus, quamuis longe viribus inferiores essent.

52 Cum, inquit, propius hostē castra mouissent, quendam mittunt hominem valde idoneum ad concitandos & conturbandos hostiles exercitus, neque enim id fieri non poterat, cum Achaia princeps & Sicilia Rex alterius essent nationis & generis quam Angelus. Statim igitur is noctu per speciem transfugæ ad hostes transit, & clam cum Angelo Michaelē principe Aetolia congressus: Scito, inquit, hodie tibi & tuis omnibus magnum periculum impendere: ambo enim generi tuam Peloponnesi & Achaia princeps, quam Sicilia Rex clam per legatos pacem Romanis offerunt, si sibi certæ largitiones dentur. Si ergo salus tua cura tibi est, quæprimum tibi prospicito, priusquam illorum pacificatio & concordia rata fiat. Obtemperat Michael, & re paucis suorum, quibus poterat & tempus sinebat, clam indicata, ante solis ortum fugit, eumque alij atque alij cum fugam susurrari audirent, sequuntur. Ita sparsim omnes Michaelis milites alij alios fuga anteuertere studentes, in pedes sese coniecerunt. Mane vero socij experrecti, fugaque Michaelis cognita, cuius quæ causa esset, nulla consequi coniectura poterant, obstupescabant, nec armis laceffendos esse Romanos statuerunt, tum quod quid ageretur ignorarent, tum ob numerum suorum valde imminutum: itaque in fugam vertuntur, se a Michaelē proditos esse rati. Eos igitur ita turbatos aggressi Romani maxima ex parte ceciderunt, ceteros paucis exceptis viuos ceperunt.

53 De submisso in Despotæ castra proditore non meminit Georgius Logotheta^b, quamuis consentiat Michaelē Angelum vna cum filio Nicephoro ac fidissimis insolito terrore perusos intempesta nocte e castris fugam corripuisse, cum imperialis exercitus ad pugnam accinctus ad ferendam Prilapo opem accessisset: Defector Michael & filius Nicephorus cum nonnullis alijs valde paucis, quibus cum consilia sua & actiones communicare sueuerat, noctu equis inuecti, viasque bene instructi sese repente abriperunt. Mane ubi dies processit, ut milites Michaelis fugam cognouerunt, vna & ipsi in fugam impelluntur. Romanum itaque agmen, & qui illud ducebant præstantiores, & defectoris quoque spurius filius Ioannes Sebastocrator Ioanni accurrentes se dedunt, & Imperatori fidem etiam sacramentum obligant: princeps Achaia socijque alius alio dispersi sunt. Princeps (de Villarduino Achaia & Peloponnesi toparcha loquitur) sub palæarum acervis absconditus, sed ex dentibus a quodam milite cognitus, namque dentes anteriores ingenti magnitudine prominabant, & colligatus ad Imperatorem aduebitur, agminum nobiliores, affinesque Aseldreci & Garitaniae Ioffredus, alijque illustrium plures ad Platamonem, alioque in loco capti vincique ad Imperatorem conducuntur: auxiliaria item manus a Manfredo Sicilia Rege defectori transmissa ad quingentos, ut diximus numerata, cum armis, & equis a quatuor hominibus, magno nempe Domestico Alexio Strategopulo, Nicephoro Rimpfa, qui Turca origine Christianis nomen dederat, quorum fidem ingenuissime coluit, & reliqui duo, quorum nomina tempus nobis inuidit, debellati sunt: & hi quoque constructi vinculis ad Imperatorem transportantur. Hac ergo victoria nostri imperatoris consilij potiti sunt, adeo ut fama illius ad ultima quæque orbis terrarum penetrarit, tales enim victorias haud plures sol videt: tunc porro oppida omnia, & regionem vniuersam nostri subegerunt.

54 Afflixit ea clades in Græcia Latinorum res adeo, ut Palæologus in spem occupandæ Constan-

tinopolis elatus vires omnes dolosque ad eam sibi subiiciendam instruxerit. Tentasse illam obfidione vere appetente refert Georgius, & ex aduerso borealis cornu vrbis in loco, cui Galata nomen est, castra fixisse, atque in arce Galatæ oppugnanda moras duxisse, dum Aseles ipsius affinis in Constantinopolitana vrbe vir præpotens prodicionem vrbis meditatam perduceret. Sed cum Balduinus clauis portarum, quas ille noctu Palæologi copijs aperire promiserat, in regiam deferri iussisset, spe sua deiectum Palæologum, recessum, adornasse, Latinisque oratoribus pacem deposcentibus inducias ad annum tantummodo concessisse, cum iam Latina res pendere, atque in extremum discrimen adducta videretur: ut vero Alexij Strategopuli, quem ob partam de Michaelē despota, & Villarduino principe victoriam Cæsaris dignitate insignierat, sequentis anni ætate Constantinopolim dolo, & prodicione obtinuerit, inferius dicitur.

IESV CHRISTI

Annus 1261.

ALEXANDRI PP. IV. VACAT IMP. OCCID. II.
annus 7. MICH. PALÆOL. IMP. OR. I.

ANno Christianæ salutis primo supra millesimum ducentessimum sexagesimum indictione quarta Alexander IV. magna cum probitate pontificatu perfunctus, e vita discessit. De quo antequam sermonem instituamus, ea primum adducemus in medium, quæ hoc anno gessisse veterum monumenta tradiderunt. Ipsum sane egregiam sollicitudinem in euellendis ex agro dominico hæreseon zizanijs collocasse, produnt eius literæ, quibus Minoritis fidei censoribus consulentibus, antiqui hæresi labe inquinati essent, vel qui hæreticis operam studiumque contulissent, eos in suas admisissent domos, atque ideo anathematis vinculo irretiti forent, ad ferendum testimonium admitti deberent, cum ex vna parte, quia percussi anathemate, non audiendi viderentur; ex altera sapius contra hæreticos lis instrui non posset, nisi eorum dicta, qui eadem labe aspersi erant, exciperentur; respondit Alexander in causa huiusmodi in gratiam fidei audiendos, eorumque testimonia admittenda. Ne vero sub laboris suscipiendi mole in re persequenda censores fidei fatiscerent, Pontifex ad leuandum laborem singulis duos alios comites, imo plures, si opus foret, viros prudentia scientiaque præditos adiungi voluit, utque ad fidei negotium diligentius incumberent: permisit, ut si ex humana fragilitate in anathematis vel irregularitatis sententiam incurrerent, sibi inuicem absolutionem impertiri possent; utque auctoritate ad munus demandatum recte obeundum instrueret, Innocentij IV. prædecessoris exemplo incutiendarum censurarum ecclesiasticarum potestatem contulit, ac pridie kal. martij leges a Pontificibus, atque a Fridrico contra hæreticos latas corroborauit.^b

² Dum hæc constituuntur in hæreticos, magno ardore aduersus infideles septentrionales, præcipuo hortatore Alexandro, dimicatum est: sed, ut diuinæ prouidentia altiora sunt iudicia, succubere sub barbarorum funestis victorijs Christiani, nonnullæque Prussiae arces munitissimæ in paganorum potestatem cecidere. Concurrerant sub crucis signa generosissimi ex Polonia, Germania

Tentata obfidione ac prodicione Constantino-polis.

Alexandri aduersus hæreticos studia.

An audit da hæreticorum testimonium.

^a Pen. ad calcem h. rector. inquis.

Data fidei censoribus auctoritas.

^b V. uad. hoc ann. nu. 3.

Palæologi ducum artes. a Greg. hist. Rom. l. 3. sub finem.

Michael despota circumuictus fallaci metu fugit.

Latini sedepati fusi.

^b Georg. Logotheta m. hist. Constantinop. Leone Al. lat. interpret.

Villarduinus princeps captus.

Manfredi copia capta.

Celebrata concilia pro repellendis Tartaris in Anglia.

Et in Germania.

a Stero in anal. hoc ann.

b Stero ib. Conciliū Viterbij indictum.

c Vvestm. Flor. hist. hoc anno. d Nang. de gest. S. Lud Theodor. Vallie. in vii. Urbani.

e Longin. hist. Pol. 7. hoc anno. f Ptolem. Luc. hist. eccl. l. 2. 2. cap. 16.

g Eod. lib. cap. 17.

h Formul. Marin. Ebol. M. S. pag. 56. Alexandri elogium.

nia, Prussiaque milites, vt clades, quas antea vidimus a Mendolpho apostata Lituano Rege illatas, viciscerentur: festoque purificata Deipara die exercitus Christianus in barbarum mouit, a quod rigente asperiore hieme tempus ad concretas glacie paludes, durata stagna, fluminaque, quibus ea regio crebro interfusa est, calcanda aptius videretur, primo impetu in hostilem regionem impresso, omnia obuia ferro, flammaque deleta. Cumque barbarus suis diffusis viribus in interiora sese subduxisset, Christianæ copiarum, mediterraneæ regionis penetraturæ, quadrigas impedimentaque cum parte exercitus ad ea seruanda reliqueret: quo per exploratores cognito ethnici, contractis ingentibus turmis in sarcinas irruunt, castrisque facili pugna potiuntur. Peruenere cladis nunciij ad nostros, qui mox regressi in hostem spolijs incubantem prouolant. Consurgit pugna asperissima: plures initio barbari cadunt: indenuat victoria, ac demum arcano diuini numinis, nostrorum facinora vlturi, consilio Christianus exercitus fusus fugatusque.

3 Parta victoria ethnici, forte sapius iactata, ac ter in Christianum Magdeburgo oriundum cadente, illum ritu sacrilego, equo insidentem ad grates dæmoni referendas concremarunt. Nec felicior comitis Barboygæ conatus, qui cum pietate ardens Christianis in Prussia percussis opem laturus se contulisset, ac Zambienfes lacerare populationemque agere cœpisset, commisso prælio, concisoque a barbaris exercitu, in hostium potestatem peruenit: inflatque secundis rebus ethnici longius victoriam protulere, ac nonnullas artes non tam armis, quam fame debegere, nomenque ex ijs terris Christianum deleuere. Tanta porro fame Christi fideles laborasse in obsessa arce, cui Gartensteyn nomen erat, refert Longinus b, vt dentes etiam amiserint, antequam deditionem hosti facerent. Acceptæ huiusmodi a paganis clades maiorum impendentium malorum præfagia futura videbantur, ac Pontificem non leui mœre perferunt.

4 Obruebat eum immensa negotiorum moles, atque ad leuandas curas, si cū pluribus eas partiretur, explicandaque in difficillimis rebus consilia, vniuersæ Ecclesiæ vtilitatibus cōsulturus, indixerat concilium Romæ quintadecima die post festum paschæ celebrandum: sed cum imminentium Tartarorum rumores increbrescerent, dilatum est, ne illius occasione bellico in eos apparatus aliquid impedimentum inijceretur: nec falsus rumor: magno enim terrore irrupere in Vngariam. Verum Deus attriti toties populi sui miseratus, victoriam ad Christianos conuertit: fusi que sunt magna strage Tartari, atque ad quinquaginta duo millia cæsi. Patuit tum omnibus quam egregie rebus suis consulant principes, qui Christi vicarij monita pie excipiunt. Solicitatus fuerat a Tartaris (Vngarus, vt societatem cum ipsis, ad edomandum orbem Christianum coiret, ac filiam Tartarici sceptri heredi desponderet; sed is Apostolicæ sedis a consilijs obsecutus, collocata in Deo spe, superbas infidelium minas ac pollicitationes spreuit, demumque gloriosissimum triumphum de barbaris reportauit.

5 Felici eo nuncio accepto Alexander, metuens, vt Vvestmonasteriensis c ait, ne Tartari ad eluendam ignominiam maiori postea impetu, maioribusque viribus succincti in Christianorum terras penetrarent, ad concilium iterum præfules conuenire iussit, vt ad apparandas copias,

adeorum reprimendos impetus ageretur: celebrata vero in Anglia concilia narrat idem auctor, in quibus populi ad crimina lacrymis expianda, seruanda ieiunia, fundendas preces misericordiamque a Deo eliciendam incitavit, vt Tartaricam rabiem ab ipsis propulsaret: coacta quoque Maguntia a Vvernero archiepiscopo, atque ab alijs præsulibus in suis diocæsesibus prouincialia concilia iubente Pontifice, vt populi ad molliendam diuinam iram precibus sollicitarentur. Tum ad capessenda contra Tartaros arma, crucisque accepto symbolo religiosam militiam profertendam, Alexander catholicos principes ac Reges ad Christianum nomen defendendum, ad cuius excidium barbara illa, & impia natio sese comparabat, accendit, quæ Stero hisce verbis confirmat. a

6 Eodem anno dominus Alexander Papa direxit literas Regibus & ducibus, archiepiscopis & episcopis, & vniuersis principibus Christianis hortando ipsos, vt contra horrendam rabiem Tartarorum consilijs & armis se præmunire deberent: nam idem Tartari, deuictis iam & deletis omnibus Regibus, & regnis Saracenorum in partibus transmarinis, Antiochiæ, ac alijs Christianorum terris, terrorem tam validum incusserunt, vt ad dictos Papam & Reges supplices, & frequentes legationes dirigerent pro succursu. Egregiam ad depellendum impendens huiusmodi periculum nauasse operam Alexandrum, indixisseque in singulis prouincijs concilia, principesque ad constandas coniungendasque contra Tartaros vires suas, vt Terræ sanctæ, Vngariæ, ac Poloniae periclitantibus succurreretur, testatur etiã Vrbanus in literis anno insectu afferendis. ijsque respondent, quæ ex Vvestmonasteriensis de missis legationibus attulimus. Pergit Stero b: Vnde cum super hoc negotio concilium in octaua Apostolorum Petri, & Pauli habendum Viterbij indixisset, ipse viii. kal. iunij diem clausit extremum.

7 Alexander igitur expletis omnibus optimi Pontificis numeris hoc anno, vt antiqui pene omnes auctores tradunt, Vrbanique infra adducendæ literæ patefaciant, excessit e vita. De cuius obitu inter cæteros exactius hæc Matthæus Vvestmonasteriensis c: Eodem anno in festo S. Urbani Papa & martyris, quod fuit viii. kal. iunij obiit Papa Alexander. censentitque Nangius d: Anno, inquit, Domini mccc. lxi. in festo S. Urbani, Papæ obiit apud Viterbium Alexander Papa. Ipsum annos sex, menses quinque, dies totidem summum Pontificatum tenuisse dicendum est, renunciatus quippe fuit Pontifex xii. kalen. ianuar. anno mccc. lxi. Quibus erroris Longinus e arguitur, dum ait, annis septem, & mensibus duobus sedisse. Superioribus consensit Ptolemæus Lucensis f: Alexander moritur in festo Urbani octauo kalend. iunij, vt communiter historici tradunt, & hoc apud Viterbiam: & in ecclesia S. Laurentij honorifice sepelitur. Et infra g: Hic Pontifex hanc famam habuit, quod fuerit vir magnæ humilitatis & pietatis. In quo sane eum opera sua sententiæ ab ipso in pontificio emblemate inscribi solitæ: h Suscipe Domine seruum tuum in bonum; accommodasse constat. Pergit auctor: Vnde tradunt historici, quod fuerit episcopus Ostiensis, & interdum ibat Ostiam & Velletrum, ibique predicabat verbum Dei, vel coram se predicari faciebat, ibidemque suis clericis ordines conferebat, & inde causas subditorum suorum assidebat secundum decentiam sui status. Decretales multas fecit, quæ in sexto a di-

a Zong. hist. Pol. l. 7. Expeditio sacra in Lituanos.

Diuinus Christianus exercitus. Impedimentis potiti barbari. Fideles profligat.

Christiana equi tem demonijs immolat.

Fames a fidelibus tolerata. b Long. ubi sup.

Indictum Romæ concilium.

Extractū in iogius tempus.

Profligati in Vngaria Tartari. c Vvestm. Flor. hist. hoc anno.

uerxis titulis continentur. Pauperes religiosos multum fouit, &c. Et quidem hoc ipso anno, Minoritarum suscepto patrocinio, auaros parochos anathemate percelli iussit a, qui fidelibus in Franciscanorum templis sepulturam deligentibus sacramenta in extremo vitæ discrimine porrigere detrectarent.

Quod vero ad interpontificij tempus spectat; illud ira consignat Vvestmonasteriensis memoratus: *Cessauit Romanus Pontificatus tribus mensibus & binis circiter hebdomadis. Cui tandem successit patriarcha Hierosolymitanus, & vocatus est Urbanus.* Longioris in electione celebranda morę causam in Cardinalium mutuam inuidiam, ob quam extra collegium quæsitus sit Pontifex, refert Sicularum rerum antiquus scriptor b: *Papali curia morante Viterbij, ibique Alexandro IV. summo Pontifice viam uniuersę carnis ingresso, dum collegium Cardinalium, in quibus velut in montibus sanctis Ecclesię fundamenta sunt posita, habere inciperunt de pastoris substitutione tractatum, cum inter eos, vertiginis spiritu & inuidia liuore suffuso non possent in aliquo de gremio conuenire, contigit quod Hierosolymitanus patriarcha natione Burgundus*, qui tunc ad curiam ipsam pro ecclesię suę promouendis negotijs accesserat (disceptaturus nimirum cum Hospitalarijs, quibus Alexander monasterium S. Lazari Bethanię, ordinis Benedictini concesserat non sine graui ecclesię Hierosolymitanę incommodo: quę donatio postea ab ipso pontificatũ adeptore rescissa est b) concorditer ad apicem apostolicę dignitatis assumptus sit. Itaque factus de petitore concessor, de subdito dominus, de filio pater, Papa Urbanus IV. meruit nominari.* Nec discrepant ab his monachus Patavinus c, Ptolemæus Lucensis d: Longinus e, ac Theodoricus Vallicolor f, qui accuratius ceteris rem describit, atque octo Cardinalium, duorum nimirum episcoporum, totidem presbyterorum, & quatuor diaconorum, qui ipsum elegere, nomina, patriam, ac titulos; tum mutua dissidia percenset. Cuius versus incompti si cui ingrati fuerint, is meminerit in his historię veritatem confectandam.

*Urbani festo natura debita soluit
Quartus Alexander summus in orbe pater.
Vnde pater mundi solum pendebat in octo
Fratribus, ipsorum nomina scire potes.
Isti Pontifices prior Odo, Stephanus alter,
Gallicus ille fuit, Vngarus alter erat.
Totque sacerdotes: genuisse Sabaudia primum
Dicitur Hugonem, qui Iacobita fuit.*

Is erat Hugo Dominicanę familię alumnus, theologus scientijs, & scripturarum diuinarum interpretatione, vt superiori tomo indicaui g, clarissimus: cuius opera egregia adhuc extant, atque iam recentibus typis Lugduni cusa sunt, quorum catalogus a pluribus h auctoribus textitur. Commendant eius in pangendis Scripturę sacrę concordantijs laborem S. Antoninus i, Leander l, & alij. Neque ipsius silemus elogium, quo a Card. Bellarmino ornatus est: *Hugo de S. Caro natione Burgundus ordinis Prædicatorum, Cardinalis S. Sabine ab Innocentio IV. creatus fuit anno Domini MCLXIV. & pie ac sancte obiit anno MCLXIV. Pergit Theodoricus.*

*Alter quem fouit Cistercijs ordo Ioannes
Nomine, natalis Anglia terra sibi.
Isti Leuita Richardus & Octavianus,
Progenie clarus fulsit uterque satis.
Romanus primus, Tuscus fuit Octavianus.*

*Hic aberat mundi fata sequente patre.
Romanus patria ternus Leuita Ioannes,
Otbobonus quartus Ianua terra sibi.
Sanguine progenitus præclaro fulsit uterque:
Hi sunt qui poterant octo patrare patrem.
Sed quia diuersi censent diuersa, voluntas
Horum non potuit accelerare patrem.
Sic opifex rerum tantas in idonea lites
Tempora distulerat, cuncta futura sciens.*

Et infra:
*Hi patri Iacobo Hierosolyma quem patriarcha
Tunc habuit, sedem corde dedere pari.
Horum qui precibus lacrymis consensit obortis,
Ecclesię murum seque dat ipse Dei.
Urbanusque sibi nomen, sine nomine nec res
Extabat, nec et re sine nomine erat.*

8 Renunciatum S. Ioannis Baptistę decollationis die festo tradit Longinus a, ad cuius dignitatis supremum apicem quibus gradibus ascenderit, tum illius primordia recensere ex duobus auctoribus, qui tum metro, tum soluta oratione eius gesta futuris atatibus ad Antheri nepotis Cardinalis gratiam precesque tradiderunt, decerpere operę pretium erit. Ac primum quidem illius patriam, ac primam vitę institutę rationem ita describit Gregorius decanus b: *Huic de catholicis orto natalibus Treccarum ciuitas nomini proprio cognomen adiecit, quę ciuitas famosa populorum frequentia, & nemoribus, & pratis amœna, dulcem habitatoribus exhibet suis amenitatibus.* Parentum conditionem auctor premit silentio: quam humilem, & obsecram fuisse aiunt, patre nimirum futore veteramentorum, vt refert S. Antoninus c: *Et si infima, inquit, conditionis fuit secundum seculi vanitatem, quia filius pauperculi resarciens solutares in Francia, nobilissimus tamen sapientia, & virtutibus.*

At quamuis ignobili stirpe fuerit satus, literis tamen in pueritia egregie excultum, vt proprijs ornamentis, non alienis abundaret, refert memoratus auctor: *Idem vir dilectus Deo, & hominibus dum adhuc esset puerulus, Parisios mittitur, vt ibi armariolum puri pectoris scholasticis imbueret disciplinis. Vbi sic laudabiliter primo in liberalibus artibus, postmodum in scientia iuris canonici superni numinis benedictione profecit, quod in vtrisque cathedrali promeruit titulo insigniri. Cumque ipsius excellentis ingenij altitudo maiorum profunda requireret facultatum, ad theologię studium se conuertit, in qua sic laudabiliter dignoscitur profecisse, quod lingua eius scribæ calamus prædicationis verbo singulos confouebat. Solum natale tandem repetens, eius eximia sapientię, & ordinatę vitę fama laudabilis ad vicinos euolat & remotos. Itaque honorabilis præsul Laudunensis ecclesię eum in suum archidiaconum euocauit: in qua ecclesiã laudabiliter vixit, & honeste conuersationis habitum studuit conseruare. Complexum ideo singularibus studijs ecclesiã Laudunensem, vbi primum pōtificatum iniit, ipsemet testatur in literis ad clerum Laudunensem: *d Hac ecclesiã nos olim per nostrã successus atatis fouit vt mater, paut vt nutrix, protexit vt tutrix, edocuit vt magistra, & sicut benefica honorauit. Hac statum nostrum primulum, primo canonicatus præbendęque beneficio, & postea officio archidiaconatus sadauit: ibi nostrã studia suos primos habuere profecit: ibi suscepimus honorum nostrorum primitias, indeque ad ecclesiã alias gradatim processimus, ascendendo semper per processum huiusmodi, promouente Deo, cathedram altiozem, &c. ecclesiã Laudunensem ingentibus beneficijs ornaturum pollicetur.**

a Ext. dipl apud Vrad. ex Specul. M. p. Cardinales in sub. rogando Pont. inter e diuifi.

b Sicul. rer. auct. anonym. M. S.

* Treccis

t Urb. l. i. ep. 13.

e Monach. Pat. chro. lib. 2. d Prolem Luc. hist. eccl. l. 22. cap. 23. e Long. hist. Pol. lib. 7. f Theod. Vallic. in vita Urbani IV. apud Masson. lib. 5.

Eorū nomina & patria.

g Annal. to. 13. an. 1251. n. 13 h Leand. de vir. ill. ord. Præd. lib. 3. i Trun. de script. eccl. Sixt. Sen. bibl. sacr. lib. 4. Possen. ap. par. fac. to. 2. c. 41. j Anton. 3 par. tit. 9 l. 4. S. 2. Leand. ubi sup.

Iacob. patr. creat. tific.

a Long. hoc an.

Vrb. patr. b Greg. can. c. d. Masson. lib. 5.

Et gen. c. S. an. 3. par. 19. c. 11. princ. alij.

Progr. in liter.

d Lib. 1. ep. 136.

tur. Datum Viterbij v. kalendas iunij anno 1.
His consentit Theodoricus Vallicolor^a, qui primos honorum gradus in Laudunensi ecclesia adeptos ita describit.

Expediuit enim mundi perque omnia patrem,
Plurima vidisse, plura docere suos.
Ut dominus factus dominari sciret, & eius
Compatiens seruis, sciret utramque viam.
Præfuit hic primo Lauduni clericus, inde
Parrochiæ diætæ rector in vrbe fuit.
Post hæc canonicus Lauduni factus, in illo
Quæ fiunt opera fert sua fama satis.
Corde tenus Domini lex, eius passio, primo
Colloquijs eius, Virgo beata fuit.
Canonicum post hæc suscepit, & archileuitam,
Lugdunum* tanti nouerat acta viri.
Dogmate virtutis cum sic radiaret, ad aures
Summi Pontificis venerat eius odor.
Hinc Pomerania, Liuania, Prussia poscunt
Legatum, cuius prouida vita foret.

Et infra:

Qualiter in tanto se gesserit officio cur
Dicam? vaderet enumerare nimis.
Lites sedauit, pacem stabilinuit, ab omni
Muneris excutiens accipiente manus.
Theutonico fines iterato visere iussus,
Mittitur intendens pacificare viros.
Nam Rex Villermus electus in imperiales
Sedes, hos saeuos senserat atque feros.
Qui dum commissis iuris intendere vellet,
Mancipat hunc quidam nobilitate potens
Carcere: qui clausus est passus vincula, labores;
Nec tamen omnipotens immemor butus erat:
Sed monstrans in eo miracula, liberat illum.
Clam sic ad propria tecta reuersus adest.
Post hæc Lauduni fuit archidiaconus, inde
Prædictus Papa pontificauit eum.

Pepercisse illum suis prædonibus, cū adepto pontificatu vicisci iniuriã posset, inferius visuri sumus, eosque censuris clementer exoluisset: de alijs gestis, dignitatibus, Viridunensi nimirum episcopatu, cuius adepti honoris mærio est in pontificijs literis b, patriarchatu Hierosolymitano, & summo pontificatu, hæc Gregorius decanus consignat historia.

9 Postmodum vero, Viridunensis ecclesia obeunte pontifice, dictus vir Deo plenus in eiusdem Viridunensis ecclesia episcopu honorabiliter est assumptus. Cui Viridunensi ecclesia cum aliquantis temporibus famosissime, et vtiliter præfuisse, odor eius honorum operu montes transiens, & mare perlustrans, ad partes ultramarinas peruenit: ubi sic corda incolarum de illis partibus commouit, & suauitate moru refecit, quod ecclesia Hierosolymitana Trecessis Iacobus B. Iacobo fratri Domini in tam excimo patriarchatu successit. In quo quidem patriarchatu sic patriarchis præfuit, & profecit, quod peregrini & incole ipsarum partium patrem, & pastorem amabilem se habere gaudebant. Porro cum pro Terræ sanctæ subsidio, & eiusdem Hierosolymitana ecclesia utilibus, & arduis negotijs idem pater necesse habuisset sedis Apostolicæ limina visitare, nauigij subsidio maris pelagus nauigauit, & ad ciuitatis Venetiarum litora veniens, & ad ciuitatem Anagninensem, ubi tunc sedes Apostolica residebat, se transtulit: in qua a bonæ memoriæ domino Alexandro Papa IV. qui tunc Romanam regebat ecclesiam, ab eius fratribus dominis Cardinalibus, & tota curia honorifice susceptus, & benigne tractatus, in eadem ciuitate aliquantis temporibus conqueuit, subsidium Terræ sanctæ, & negotia ecclesie Hierosolymitane prædictarum felici consilio promouens, & procurans.

Eodem vero Alexandro Papa in ciuitate Viterbiensi, ad quam cum tota curia, & eodem patriarcha se transtulerat, diem claudente extremum, ipsa Rom. ecclesia trimestri vacauit, eisdem Cardinalibus, inimico homine supereminante discordiam, non valentibus concordare. Sed cum Dei sapientia ab æterno alto prouidisset consilio, eundem Iacobum, quem archidiaconum, episcopum, & patriarcham iam fecerat, summi pontificatus fastigio honorare, eorundem Cardinalium corda sic asparia ad tantam concordiam, & paritatem adduxit, ut concordati voto, voce, & animo eundem Iacobum in summum Pontificem acclamarent: quem ydem Cardinales ad tantæ dignitatis sic promotum apicem Vrbanum Papam IV. cum ingenti gaudio vocauerunt. In cuius promotione gaudet clerus, & populus, lætatur mater Ecclesia, & cuncti fideles iubilant, & exultant. O magna Dei Patris prouidentia! O altitudo diuinæ sapientiæ, quæ tanto, & tali pastore suam sponsam matrem Ecclesiam illustrauit!

10 Suspexit quidem Vrbanus diuinæ prouidentie consilia, quæ ipsum per tot gradus proeuerat, in literis encyclicis ad præfules, ac principes datis, illique tot honorum incrementa adscripsit: ac ne sub oneris a mole fatisceret, fidelium apud numen preces enixe implorauit.

Archiepiscopo Remensi, & suffraganeis eius, ac abbatibus, prioribus, præpositis, decanis, archidiaconis, &c. per Remensem prouinciã constitutis.

O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! Præcellsum quidem thronum cælorum continens, intænsque profundas abyssos, montium ponderans grauitatem, & amplitudinem terræ palmo concludens, summa sua sapientia recte vniuersa disponit, ineffabili prouidentia rationabiliter moderatur immensa virtute firmiter stabilit, & mira prudentia salubriter dirigit, & gubernat. In quibus omnibus est profecto plus admirandum quam pensandum, plus laudandum quam scrutandum, plus stupendum quam loquendum, & plus verendum quam diffiniendum. In horum quippe inuestigatione, ac discussione sensus caligat hominis, mens hebet, succumbit ingenium, & deficit intellectus, & quo plus cura hæc intenditur, eo minus de his apprehenditur, & in maiorem horum incertitudinem incidit, qui ad eorum notitiã satagit plenior: quia in perquirenda diuinorum operum ratione temere cogitatur, vigilatur improbed, studet inaner, & inutiliter laboratur. Hæc diuinarum actionum incomprehensibilis altitudo, humanæ reuera considerationis obtundit aciem, & perspicuum intelligentiæ confundit aspectum, erga cælestia pariter & terrena, cum viæ conditoris omnium sint adeo absconditæ, ac inexplo-rabiles in vtrisque, quod omnino ignorantia nubilo celantur mortalibus, & numquam eis claræ cognitionis lumine innotescent.

11 Altum igitur, & arcanum prouidentie supernæ consilium, opportuna iugiter erga fidelium Ecclesiam opportune prospiciens, mira in ipsa miro modo pro mutabilitate temporum operatur: & quia sibi prælatorum regimen est potissime necessarium, sine quo vix subsisteret inter seculi tempestates, circa præfectionem ipsius præfulum, & pastorem ostendit præcipue suæ sapientiæ magnitudinem, & inscrutabilis beneplacitum voluntatis, ut quæ in his sua profunda dispositione cum ratione, licet occulta, ordinat & consummat, sint nimirum hominibus in stupore. Hinc

^a Theod. Vallicolor. in leg. 4. a. p. 1. Maso 1.5. in Vrbe IV. Gesta ab eo munc- 12.

^a Leodii a a Greg. de can. in eius vit. Hoc sem. h. episc. Leodien. in Henr. Cappaull can. Leod. in tract. de fest. cor. Chr. c. 2.

^b Lib. 1. ep. 58. 85. & Theod. Vallicolor. ubi sup.

^a Lib. 1. ep. 1.

Encyclice eius literæ

De diuina prouidentia.

et p. 1.

cue-

Ut sepius
humana
spes fallatur.

euenit, quod in cathedra pastorali, quæ diuersorum substitutione Pontificum, varietatem per tempora suscipit personarum, interdum senes iunioribus, & iuuenes aliquando senioribus præferuntur. Hinc euenit quod ipsa nonnumquam illos, quos virtutes & scientia magis insigniunt, nonnumquam vero minus talibus insignitos assumit. Hinc etiam euenit, quod aliquando eam hi, de quibus minus creditur & speratur, ascendunt. Simile quoque in præ eminenti Apostolorum Principis sede contingit, quod sedentibus in ea pro tempore cursum finientibus vitæ suæ, alij iuxta prouisionem diuinam, nutumque caelestem ad culmen apostolicum subrogantur, & suscitantur in sede ipsa sacerdotes, & ministri fideles, qui vigilent super gregem, & iuxta voluntatem Domini operentur. Digne igitur exclamatur: O super eminentia sapientiæ Dei, quam profundæ sunt cogitationes ipsius, quam sublime, & occultum eius consilium, quam inexquisibilis sua dispensatio, & quam impenetrabilis suarum operationum abyssus!

De obitu
Alexandri.

12 Sane felicitis recordationis Alexandro Papa prædecessore nostro octauo kal. iunij, videlicet in festo B. Urbani Papæ, & martyris, de carnis nexibus liberato, & ad gloriam supernæ patriæ, sicut speramus, assumpto; ac eius corpore post celebratas solemnes exequias in Viterbiensi ecclesia honorifice, prout decuit, tumulato, fratres nostri episcopi, presbyteri, & diaconi Cardinales mox pro eligendo successore in simul conuenerunt, affectus suos erigentes ad Deum, vt generali Ecclesiæ viduatæ pastorem idoneum consueta misericordia largiretur, Inuocata ergo sancti Spiritus gratia, vt est moris, incæperunt protinus super electione summi Pontificis diligentem habere tractatum. Et licet studiose institerint, & studuerint instanter, vt cito consequeretur tantum negotium finem bonum; ac diuinam clementiam deuota, & sedula supplicatione pulsauerint, vt illum, qui sibi esset acceptus, & quem apud se ad onus apostolicæ seruitutis elegerat, ac super cuius meritum considerationis suæ radius quiescebat, populo suo in rectorem celeriter concedere dignaretur; fuit tamen eorum in hoc desiderium aliquandiu moræ interuentione suspensum, & ipsius consummatio negotij per alicuius temporis spatium retardata. Nam cum de summo, & vniuersali præfule, de patre patrum, de pastore pastorum, & Christi vicario, ac successore præfati Apostolorum Principis ageretur, maiorem utique prouidentiam, & ampliorem deliberationem res tam ardua requirebat.

De Urbani
electione.

13 Demum autem post multam discussionem, longumque tractatum, ad personam nostram, cum tunc ecclesiæ Hierosolymitanæ gerentes regimen, pro suis negotijs apud sedem Apostolicam moraremur, sua vnanimiter corda & animos concorditer conuerterunt, direxerunt vota, & firmauere consensus. Et quamuis inter eos essent, qui veluti digniores sciuissent, & potuissent plenius & laudabilius tantum officium exercere; quamquam etiam multos extra suum collegium eorum anxietate cogitationi, & explorationi solerti mundus offerret, quibus utpote potioribus magis decuisset imponi tantæ sarcinam dignitatis, ipsi tamen nostram insufficientiam aliorum sufficientiæ prætulere, nos ad summum pontificatus apicem communiter eligentes.

14 Considerantibus itaque nobis difficultatem huiusmodi officij & laborem, ac Apostolica

cathedræ præcellentiam, quæ in se præfidentem, sicut altiori præfert honore, sic premit onere grauiori; & attendentibus imperfectionem nostram multiplicem, ac tanti ponderis molem imbecillitati nostræ penitus importabilem, concussam esse intra nos nimio stupore cor nostrum, & expauiimus, ac hæsitauimus vehementer, quoniam vix particulares ferre valentes vigilias, ad vniuersalem speculam vocabamur, & intolerabile apostolici ministerij iugum inferebatur instanter debilitatis nostræ ceruici: ac meritum suffragium non habentes angebamur ad suscipiendas Apostoli Petri clauas, & gerendum ligandi, atque soluendi pontificium super omnes. Verumtamē ne videremur opus diuinæ prouidentie impedire, aut nolle voluntatem nostram suo beneplacito conformare; ac ne corda electorum concordia per dissensum nostrum ad discordiam verteremus, voluntatibus tandē acquieuimus eorundem, submittentibus nostros impotentes humeros ad portandum: non quod de aliqua nostra virtute fiduciam habeamus, sed quia speramus in illo, qui confidentes in se non deserit, imo propitius adest eis auxilijs opportunis, qui Ecclesiam sponsam suam de sublimi cæli folio intuetur misericorditer, & tuetur; ac pietatis suæ beneficijs non desinit exaltare.

15 Vestris igitur, & aliorum suffragijs propter imperfectionem nostram plurimum indigentes, vniuersitatem vestram fiducialiter requirimus, & attentius exhortamur, quatenus assidua nos apud Deum intercessione iuuetis, soluentes pro nostro auxilio linguas in preces, & in orationes labia exercentes, humilitatem nostram sibi affectuosius supplicationibus commendando, & deprecationibus penes ipsum instando deuotis, vt super nos imbrem gratiæ suæ pluatur, & rorem solitiæ benignitatis infundat, quod actus nostros dirigentes ad ipsum Ecclesiam suam, quam nobis committere voluit, salubriter regere, ac de vniuerso ipsius grege, vigilantie nostræ credito, curam gerere debitam, sicut expedit, valeamus. Nos vero firmiter in animo gerimus vobis, & vestris ecclesijs benignis adesse præsidijs, vestrumque profectum condignis fauoribus procurare. *Dat. Viterbij mense septembr. anno I.*

16 Extant in formulario M. S. Marini ebuli a Vaticani archiui ad sororem sanctimoniam litteræ nulla inscriptione consignatæ, quas Vvadingus ab Urbano ad sororem Agnetem scriptas refert, b atque ijs hunc titulum præfigit: *Agneti moniali monasterij S. Mariae montis Lucidi Perisyn. ordinis S. Damiani sorori nostræ, quæ cū sententiarum pōdere graues sint, prætermittendæ a nobis nō sunt visæ: Mirandū forte æstimas, dilectā in Christo filia, & soror in carne, postquā ad illud Apostolici culminis pœnale fastigium, quod quidem animæ nostræ deliberatio non elegit, nos voluntas diuinæ dispositionis, & vti nā non indignationis assumpsit, anxiam te suspendit aliquantulum nostrarum expectatio litterarum. Verum alia nostrā, & alia disponit, vt credimus, cogitatio mentem tuā. Nam et si forsā de gradu nostræ promotionis exultans, quasi aliquid in nobis tibi prospere successerit, expectes animale cordis tui gaudium super hoc insinuationis nostræ relatione compleri; nos tamen tamquam tristitia passos non leta in eo, quod de nobis contigit assecutos, nisi ijs, quos nobis in aduersis compati credimus, referre tam ingentem causam nostræ amaritudinis non delectat. Nempe si adhibitos nobis in hac graui nostra mutatione sentires aculeos punctiorum, quibus ad imponendam infirmis humeris grauissimam orbis sarcinam, & ad quotidia-*

Vrbani delium
preces in
plorat.

a Formul
Marini
Ebuli pa
32.
Ad sorori
scribit.
b Vvad.
hoc ann.
nu. 6.

Quam in
uite Apo
sedem
conferre
derit.

nam vniuersalis Ecclesia sollicitudinem insufficientibus viribus tolerandam impellimur, iudicares utique non congaudendum nobis, sed profusis lacrymarum imbribus conaolendum, & quibus præcordia nostra ipsius altitudinis, in quam venimus, inquietationibus quatiantur, affectares potius ignorare, quam scire. Tunc beatitudinis alicuius gloriam esse putas de bonis consuetudine, qua præeminere videmur, nos interiori afflicti nostro iudicio, & exteriori haberi felices iudicio alieno? Potius illos felices iudica quorum crux patet exterius, sed latiore habent interiori vnicionem.

17 Significanda tibi hæc quidem fuerant, ut afflictionem viscerum nostrorum, qua calix iste, quem coacti sumus bibere, conturbauit, paribus nobiscum gemitibus patiaris, qua sola ex animo, tamquam proximior nobis præ ceteris in Domino, & in carne, in asperitate quacumque adurente cor nostrum dolere crederis vicem nostram. Sed quando vocationis vox illa terribilis in auribus nostris intonuit, qua nos in hanc periculorum eminentiam supra speculationis inuexit, tantus nos stupor absorbit, quod potius mirari potes & querere, si quid nobis remansit virium, si quid mentis, quam mouere de nostra taciturnitate queram. Adde quod inter ipsa nostra promotionis auspiciis nos frequens turbatio negotiorum impedit, & diffiultatium vndique ingruentium inuoluit, ita quod nulla quietis nostra vacua curis hora relinquitur, & cordi nostro tempestuoso sunt etiam dormientibus nobis noctis silentia intempesta. Itaque dolere super nos potius, quam letari te conuenit, quod supra vires opprimimur iugo, quod impositæ feruitutis anxietatibus cruciamur, quod negotiorum supergradientium caput nostrum vexamus laboribus, quos nisi diuina clementia, & pia Ecclesie patrocinia infirmitatem nostram adiuuerint, quomodo poterimus suscinere? Ergo solia, qua tranquilla sedes ad pedes Domini extra tumultus seculi frueris optima portione, nos tam graui occupatos ministerio, tot iniunctæ sollicitudinis turbationibus inuolutos adiuua quasumus coram Deo suffragijs, quibus potes. Speramus enim, quod si ad aures Domini clamorem cordis tui affectus nostram introducat, plenius nobis diuini fauoris auxilium impetrabis, & tam tibi ad meritum, quam nobis ad consolationis solatium bene erit, cum in ministerio Domini negotium nostrum tuo senserimus otio releuari. Verum dissimulare non possumus scrupulum, qui hæret animo, an superiores literæ non ad Vrbanum, sed ad Clementem IV. spectant, cum inter Clementis literas inferantur in formulario Marini Ebulli idque Ityli ratio innuere videatur. Sed his missis beneficia apostolica, qua Vrbanus ineunte pontificatu in S. Ludouicum ad eius pietatem alendam contulit a, afferamus.

Regi Francia illustri.

18 Personam tuam, fili charissime, quam præcunctis orbis Regibus, & principibus, chariorem nimium Apostolica sedes habet, intimæ affectionis brachijs, velut pater filium, dulcius amplectentes, ac cupientes præ nimia dilectione, quam ad te gerrimus, tua desideria plus executione præuenire, quam exauditione complere, gaudemus quamplurimum, quoties a nobis aliquam quantumcumque ardua tua celsitudo requirit. Et infra: Quia cum omnes prædecessores nostri Romani Pontifices inclytos Reges Francia progenitores tuos speciali quodam privilegio, utpote speciales defensores fidei & libertatis ecclesiastica, fuerint profecuti, nos qui natalis soli non immemores quadam naturali necessitudine plus ca-

teris prædecessoribus nostris tenemur, & volumus tuum folium, quod Deus adaugeat, honorare diligentius, fauorabilius, & efficacius implere proponimus vniuersa & singula, etiam non requisiti, quæ tuæ nouerimus magnificentia complacere.

19 Ut igitur ex nouo Romano Pontifice noua gratia potiaris, eoque sit tibi gratior, quod ipsam plures obtentu tui participauerint vna tecum, nos supplicationibus regijs inclinati, quotiescumque te ad alicuius ecclesie, vel cappellæ, seu altaris dedicationem, vel consecrationem ire, vel interesse ibidem contigerit, tibi & ob tui gratiam omnibus alijs vere pœnitentibus & confessis, qui ad eandem ecclesiam, vel cappellam, seu altare accesserint, illa die de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, annum vnum, & quadraginta dies de iniunctis sibi pœnitentijs misericorditer relaxamus. Datum Viterbij vi. kalend. decemb. anno 1.]

20 Ornauit etiam simili prærogatiua pijsimum Regem, ut quoties nimirum sacris concionibus interesset, centum dierum indulgentiam assequeretur, atque in ipsius gratiam ijs omnibus, qui vna cum ipso interessent, beneficium exposcit. a

Regi Francorum illustri.

Et si firmi propositi nostri sit Reges & principes pro singulorum excellentijs, quantum cum Deo poterimus, honorare; te tamen, quem Deus præ alijs utpote singularem in orbe dotauit virtutibus, ornauit militia, & opulentiâ stabiliiuit, quibusdam specialibus, imo spiritualibus gratijs proponimus insignire. Nec est mirum, si principem illum, quem sic dominus noster Iesus Christus exaltauit in terris, Romanus Pontifex eius, cuius est vicarius, se voluntati conformans, extollat diuersorum insignijs titulorum. Ut igitur in ipsis gratiarum Apostolicæ sedis primordijs cognoscas euentius nostræ intentionis affectum; eoque sit tibi primordialis gratia gratior, quod plures ipsam obtentu tui participauerint vna tecum; nos supplicationibus regijs inclinati, quotiescumque te ad audiendam verbi Dei prædicationem ire, vel in ea interesse contigerit, tibi & ob tui gratiam omnibus alijs vere pœnitentibus & confessis, qui prædicationi eidem interfuerint, de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi centum dies de iniuncta eis pœnitentiâ misericorditer relaxamus. Dat. Viterby xii. kal. decembris anno 1.

21 Decoratus est iisdem pene beneficijs sacris Philippus b sceptri Gallici heres, auctusque indulgentijs, cum sacelli vel altaris consecrationi interesset; cuius amplissimum elogium silere non possumus.

Nobili viro Philippo primogenito charissimi in Christo filij nostri Regis Francia illustris.

Exulta proles regia, exulta fecunda, vtinam fecunda soboles, gaude & lætare felix alumne, ac redde altissimo in humilitate cordis plenitudinem gratiarum; ex eo videlicet, quod diuina proidentia ad regni, ut speratur, fastigium te referuans, personam tuam ornauit prudentia, decorauit mansuetudine, ac clementia insigniuit, tibi que inter alia multiformia dona concessit, quod præclaris vestigijs paternis inhærens, ac eis te ultra iuuenilem ætatem moribus & deuotione conformans, primogenituram ad te sorte deuolutam

Indulgentia S. Ludouico cō celi.

Cum sacelli vel altaris cōsecrationi interfuerit

a Ibid. ep. 21.

Aut sacras cōcōnes audiuerit.

b Ep. 27. Philippus filius iste privilegij decoratus

Illius elogium.

a Ep. 21.

Vrbani lit. ad S. Lud.

Singularis inter Pōtifices Rege que Francia necessitudo.

lutam humana videris quodammodo non minus imitatione virtutum, quam propagatione sanguinis vendicare: per quod speratur, quod omnipotens Deus, qui te fecit vniformiter, vt placuit, felicitatis paternæ participem, experte paterni meriti non relinquet: quin potius multiplicabit in te gratiarum dona, tuamque personam replebit virtutum affluentia, fecunditate prolis, & vt diutius ei seruire valeas, longæuitate dierum, *Sec. Dat. Viterbij XI II. kalend. ianuarij anno I.*]

Iisdem quoque prærogatiuis Regem a, ac Reginam b Nauarræ, quibus Galliarum Regem Theobaldi socerum decorarat c, exornauit. Roberto vero comiti Atrebatensi S. Ludouici nepoti permisit, vt cum Amicia quarto consanguinitatis gradu sibi coniuncta nuptias celebraret. d

22 Quam egregie de Ecclesia meruerant ij principes, quos Vrbanus apostolicis beneficijs est complexus, tam male meruit Manfredus, qui Saracenorum exercitum in Campaniam infudit: quam cum vastarent infideles, Vrbanus mox atque pontificiam tiaram solemniter accepit, cruce signatas copias contraxit, ac perfidos gloriosissime expulit. quibus Parisij continuator e, Bernardus f, ac Longinus g consentiunt, qui eo tempore Siciliam Carolo traditam adiecere: de quo nos suo loco sermone instituemus; eam enim rem sequenti anno legatum agitare iussit, quam tamen definire vetuit. Hic vero prætereundum silentio non visum est, quod Mattheus Spinellus suis annalibus tradidit h, Neapolitanorum oratores tertia septembris die huius anni Manfredum rogasse, vt pacem cum Pontifice iniret; Neapolim enim sacrorum vsu multatam: ac tum Manfredum subiecisse, non sua, sed Pontificis Romani, qui ipsum regno (nimirum flagitio inuaso) deturbare niteretur, culpa bellum geri: missurum Neapolim trecentos Saracenos, qui sacerdotes ad sacra peragenda adigerent; detrectantes, siue regulares, siue seculares ad triremes detruderent: tum vero oratores tyranni flagitium execratos orasse, ne Saracenos Neapolim mitteret; nec enim a ciuibus intra portas exceptum iri; ac tum Manfredum his auditis excanduisse: cum vero Neapolis in discrimen adducta esset, ne ad libertatem aspiraret, Ioffredum ad eam in obsequio Manfredi continendam missum. Addit idem auctor, quinta eiusdem mensis Flandriæ comitem cum Gallis in Campaniæ finibus castra pontificia castris Manfredi admouisse, in quos cum Saraceni fuissent immixti, tanto ardore profilijisse in infideles, vt sine opportuno Siculorum auxilio de ijs actum foret: perturbatum vero Manfredum, hostium audacia appetente, duodecimo septembris die castra retro flexisse, atque aditus Neapolitani regni præsidij munijisse. Cum vero Flandriæ comes in citeriorem Siciliam penetraturus crederetur, Romam versus signa conuertisse, exitum scilicet ad Romanos, qui rebellionem mouerant comprimendos: ac tum i a perduellibus Manfredum sollicitatum, vt exercitum ad Urbem promoueret, publiceque professum se Romanis auxilio non defuturum. Hæc Spinelli M. S. sermone Italico, quæ Summontius etiam ex ipso narrat. Concitatos quidem per hæc tempora graues tumultus in Vrbe Pontificis absentia demonstrat, de quibus ex Theodorico Vallicolore iterum erit agendum.

23 Interea numero Cardinalium admodum imminuto, cum Alexander nulla purpura donasset, Vrbanus quarto sui Pontificatus mense, nimirum decembri, in solemnibus quatuor anni tem-

pestatum ieiunijs, ex antiquo Romanorum Pontificum vsu illum amplificauit, de quibus hæc monachus Patauinus a prodit: *Iste quarto mense sui Pontificatus numerum Cardinalium ampliauit, præclaros viros & scientia insignitos ad tam sanctum collegium promouendo, de quorum numero diuina prouidentia extitit vir benignissimus Simon de monte Silice canonicus Paduanus, quem tam forma corporis, quam nobilitate generis, & gratiosis moribus, & multiplici scientia diuina gratia decorauit.* De Cardinalibus hoc anno, ac sequenti creatis aptiore loco cum Theodorico Vallicolore scriptore accuratissimo iterum inferius. At cum nonnullæ ad sedem Apostolicam querelæ de Simone, vt colligi videtur, delatæ essent, sanxit b Vrbanus, vt antequam in presbyterum promotus esset, nec cardinalatus insignia gestaret, nec consilijs Cardinalium sese immisceret, alioque ipsis attributos redditus ad se deriuaret: quid vero de ipsius dignitate decernendum foret, se suo tempore definiturum.

Ad perpetuam rei memoriam.

Licet dilectum filium magistrum Simonem canonicum Paduanum promouendum in presbyterum Cardinalem ecclesiæ Rom. de fratribus nostrorum consilio duxerimus euocandum, diligenti tamen cum eisdem fratribus deliberatione præhabita, & auditis, ac intellectis ipsorum consilijs, diffinimus, decernimus, ac præsentis edicto statuimus, quod idem Simon priusquam per nos in presbyterum sit promotus, nequaquam in collegium, seu consortium, vel ad tractatus, aut consilia Cardinalium admittatur, nec de ipsorum habeatur, seu reputetur collegio siue quantum ad consilia, vel tractatus, siue quantum ad partem habendam de communibus obuentionibus, vel quantum ad quæcunque, vel alia cardinalatus insignia interim deferat, vel vtatur eisdem. Cum autem tempus aduenerit ordinationi faciendæ competens, nos consideratis his, quæ interim de ipso Simone, seu circa statum eius inuenerimus, faciemus auctore Domino, quod fuerit faciendam. Nulli ergo &c. *Dat. Viterbij v. id. ianuarij anno I.*] Elapsoque subinde mense eius argumenti literas c de Simonis causa cognoscenda dedit; superatæ tandem obritatæque omnes eæ difficultates, quas eius gloriæ æmuli concitarent, vt ex monacho Patauino colligitur. Et quidem diplomati insequenti anno monasterio S. Mariæ in Insula Pomposia concesso, duo eius nominis presbyteri subscribuntur; alter tituli S. Martini, alter S. Cæcilie decorati, quorum primum ex Patauino agro oriundum Vrbanus IV. pluribus postea ditionis ecclesiasticæ prouincijs amplissima potestate præfecit. Simonem vero a Bria Martini accepto nomine summum Pontificatum gerentem visuri sumus.

24 Hoc anno Salisburgensium canonicorum collegium innumeris calamitatibus attritum sub potentia Philippi intrusi succubuit, ac Bohemii Rege sollicitante, Vdalrici partibus abiectis, qui ipsos, nec se tueri poterat, cum Philippo exauctorato concordiam, salua summi Pontificis reuerentia, obedientiaque, pepigit. Emergisse sibi ex magna calamitate videbantur, cum in nouas sese contere: Bauariæ enim dux, Vdalrici causa suscepta, Salisburgum anno sequenti inuasit, vrbsque partem subiectis facibus deleuit, & arcem ad ciues continendos atque edomandos imposuit. Vtque omnia quæ ad infelicem illius ecclesiæ contrarijs bellorum turbis fluctuantis statum describendum congeramus, anno MCLXII. Bauariæ dux,

a *Ibid. ep. 33. 34.*
b *Ep. 31.*
c *Ep. 29. 30.*
d *Ep. 26.*
Manfredus Saracenorum exercitum immitit in Pont.

e *Continuator Par. hist. Angl.*
f *Bern. Guido in Chron. R. Pont.*
g *Long. hist. Pol. hoc anno.*
h *Mar. Spinelli. M. S. hoc ann.*

Sacerdotes diuina prophana recusatæ detrudid ad triremes a Saracenis iubet.

A Flan- dris cruce signatis repellitur.

i *Summo. in hist. Neap.*

Tumulo in Vrbe concitat.

Vcl... Iten... abe... pug...

Phi... inu... pul...

Quil... iplo... tum... b... ep. 37.

Apo... ca... curio.

e E. 46

Salisbur- genfes c... nonic... Philippo exaucto- rato con- cordiam ineunt.

Salisbur- gum cap- tū a duc- Bauariæ.

dux, admoto exercitu, urbem iterum oppugnauit, ac fortuito casu perterritus obsidionem inducens initis soluit, cum nimirum pacato ac sereno cœlo horrendum tonitru summo fragore detonuisset: inde vrbe pulsus est Philippus.

25 Demum summus Pontifex miseram eius ecclesiæ sortem, quam plures principes lacerabāt, miseratus, Regis Bohemiæ fidei ipsam commendauit: qui regia potentia fretus breui tempore maximam ditionis partem obtinuit. Vldricus demum post varias procellas, quibus iactatus fuerat, cum ab Apostolicæ sedis legatis ob non solutam vim auri promissam, anathemate percussus bis fuisset, anno MCCCLXIV. Salisburgi exceptus, quiete optata potiri putabat, cum intra menses quatuor honoris tantis laboribus adepti pertesus, ac populi pernicitatis edomandæ pertinaciæ imparem se agnoscens, non minus pene vt parta dignitate sese exoneraret, laborauit, quam pro ea asserenda atque ab inuasore vindicanda desudarat. Assensit eius votis Clemens IV. primis pōtificatus auspicijs, cumque regendæ illi ecclesiæ potentioris alicuius principis, qui rebellibus frānum iniiceret, atque inuasores comprimeret, operam necessariam exploratum esset, tractandis illius gubernaculis Vladislauum Poloniæ ducem S. Hedvigi nepotem Clemens idem admouit an. MCCCLXV. atque insequenti summa pompa exceptus mœrentem atque afflictam tot præteritis calamitatibus ecclesiam præsentia sua recreauit, erexitque. De ijs fufius Salisburgense chronicon a: nunc ab occidentalibus rebus ad orientales stylum traducimus.

26 Refugiebat hætenus oratio lugubrem orientalium rerum statum attingere: quassatum enim aduersis bellorum turbinibus, ac diu nutans Latinorum in oriente Imperium, nonnullorum Græcorum prodicione, qui Constantinopoli versabantur, tandem hoc anno corruit: quodque in Balduino cæperat, in altero Balduino interijt. Crebris incurfionibus Latinorum terras solebant Græci lacessere atq; infestare, vt sensim eorum vires eliderent, ac Guillelmum Villardinum Peloponesi atque Achaïæ principem sibi occurrentem cum exercitu fuderant, eumq; prælio cæperant, nec prius vinculis emisit Palæologus, quā sibi aliquot arcus munitissimas redemptionis ergo tradidisset. Ea victoria tumidus Palæologus Alexium Cæsarem Strategopulum iubet cum exercitu in Constantinopolitanum agrum excurrere, ac facinus aliquod egregiū in Latinos moliri. Tum funesto casu Latini exercitus sui florem e Constantinopoli vna cum Iustiniano patriarcha versus Pontum Euxinum ad obsidendam Daphnusiā eduxerant. Denudata itaque præsidio suo ciuitate regia, Græcisque, qui Latinos sibi dominari animo iniquiore ferebant, referta, Alexius Cæsar captata occasione in aliquos Græcos incurrens, qui condendis frugibus dabant operam, quique Constantinopoli erant oriundi, eos ad defectionem sollicitat, de statu vrbs diligentius inquirat, inflat ingentibus promissis, si ad recuperandum Imperium opem porrigere velint, hortatur vt depellant e ceruicibus Latinorum iugum, maiorumque gloriam ac facinora æmulentur. Deliniti promissis proditores spondent se vigilas cæsuros noctu, ac portam, quæ Deiparæ Fontanæ ædes spectabat, effraçtuos: significant etiam patere cuniculum, per quem quinquaginta armati irrumpere ad excubias trucidandas possent.

27 Nec segnus in opus perductum est facinus,

quam audacter fuerat meditatam, quod a Georgio Logotheta a subiectis verbis describitur: *Ex improuiso Cæsar Alexius Strategopulus noctu adueniens in eam, Constantinopolim scilicet, impetum fecit: & cum viros secum haberet nonnullos ex vrbe fugituros & rerum illius apprime gnaros, ex ijsque sciscitans cognouisset foramen vrbs muris inesse, per quod armatus miles introire posset, nulla mora operi incumbit, & per illud quidam ingreditur, quem sequitur alius, & alterum tertius: & hac ratione quindecim & forte plures viri urbem introeunt. Et cum in ipso muro quendam, cui custodia demandata erat, comperissent, quidam ex illis muro conscenso arreptum pedibus extra muros projiciunt, alij sortitis securibus & portarum vectibus diruptis in urbem ingressum liberum exercitui aperiant. Hac ratione Cæsar Strategopulus, & cum eo Romani vniuersi ac Scythæ, ex ijs enim eorum copia constat & quoque erant, urbem ingressi sunt. Ciues ne improuise percussi, vt quisque poterat salutis sue consulere; hinc quidam monasteria petere, & monasticum habitum, vt cladem euitarent, induere; mulieres in murorum foramina conijci, & in cellis obscuris, reconditisque abscondi, ciuitati imperans Balduinus, in magnum aduolare palatium. Qui vero Daphnusiā abierant Latini, & cum illis potestas nihil eorum, quæ gerebantur, edocli, cum nihil aduersum Daphnusiā perpetrare potuissent, opem enim illis tulerat Deus, retrogressi in urbem contendere, & super summum virtutum principis Michaelis templum in amplo situm conuenientes, nihil adhibere eorum, quæ patrabantur cognoscere. At ubi eo conuenissent, certiores redditi in urbem gressus festinant: verum Romanæ copie, ubi id audiunt, igne in Latinorum domos prope litus adiacentes immisso eos corrumpunt, & ante alios Venetorum aliarumque deinceps nationum, quas campos vocant. Latini, ubi incendijs urbem inflammari conspiciunt, manibus diuerberatis, quotquot habere potuerunt ex suis intra, & alia nauigia assumptis, retro cessere: ex triremibus vero vna in magnum palatium progressa Balduinum pene non viuum captum recepit. Et ita ea res euenit: & Constantinopolis, ita Deo annuente, rursus sub potestate Romani Imperatoris iure & vtique merito venit vigesima quinta mensis iulij indictione quarta anno ab orbe condito sex millesimo septingentesimo sexagesimo nono, postquam hostes ea potiti fuissent annos quinquaginta octo.*

28 Hæc Logotheta, qui in consignando expugnationis Constantinopolis tempore errare non potuit, cum rem præsentem oculis hauriret, ac nostræ chronologiæ consentit. Hunc vero annum expresse denotat, vel eo maxime dum Latinos annis quinquaginta octo Constantinopolim tenuisse ait, quos anno millesimo ducentesimo quarto illam expugnasse in superiori tomo vidimus: ex quo fragmentum Pachymerij corrigendum, dum annos quinquaginta & menses octo occupasse habet. Nec iam percensendæ sunt nobis diuersæ auctorum sententiæ, qui in pulforum Constantinopoli Latinorum designando tempore inter se discrepant: collocata enim in luce veritate oppositam illi falsitatem discuti mox atque euanescere necesse est. Ad confirmanda porro dicta Georgij ex literis Urbani IV. sequenti anno nonis iunij ad S. Ludouicum datis, quibus ad restituendum Imperio Balduinum hortatur b alijque ea de re scriptis, conspicuum argumentum petitur. Consonat etiam monachus Patavinus e illius tēporis scriptor, qui tradit Latino- rum classem, quæ Daphnusiā solueret, Latinos ex

in-

a Logotheta in hist. Constantinopol. Leone Alat. interp.

Tumultus in capta vrbe coorti.

Daphnusiā redeunt Latini.

Domibus faces iniectæ a Græcis.

Balduini Imp. fuga.

b Ep. 129. 131. 132. 133. c Monat. Pad. chr. lib. 3.

Iterum ab eo oppugnata.

Philippus inuasor pulsus.

Vldricus inuasor fedi.

Dignitate abiit.

Vladislauus Salisburgenf ecclesiæ præfectus.

a Chro. Salisburg. apud C. ant. 155. to. 6. pag. 1267. c. Capti a Græcis Constantinopolis.

Vt Ciues genere Græci prodicionem cum hoste conflarent.

incendio & Græcorum ferro fugientes illius diei vespere ac nocte insequenti excepisse, tantum fuisse illorum numerum, ut præ com meatu inopia maxima eorum pars fame exaruerit, antequam ad Eubœam, siue Nigropontum appellere possent.

29 Tradit Gregoras, ad amplificandam suorum victoriæ pompam, Alexij Cæsaris copias ad octingentos tantum milites ascendisse, quibus fretus urbem regiam cepit, quam tres Græcorum Imperatores maximis exercitibus succincti frustra tentassent. Verum longe maiores copias duxisse Alexium videtur, cum Vrbanus in literis suis a Palæologum dicat numerosum exercitum ad occupandam prodicione Constantinopolim immisisse. Vbi tantæ rei fama ad Palæologum Græcorum Imperatorem peruenisset, repente Constantinopolim aduolauit cum exercitu raptim collecto, ut suis opem ferret, si forte Latini Daphnusia reuerfi cum ijs congregarentur. Rem ita memoratus auctor enarrat b: *Imperator, Meteorio exiens, mirandum in modum suo bono gaudens Constantinopolim celerrime festinabat, metuens ne Latini Daphnusia reuertentes, & urbem introgressi pugna valida cum Romanis confingerent, & numero superiores extramuros eijcerent: sed hæc minime contigerunt, quippe qui re subita atque improvisa animos deturbati fugam præripire, ut superius enarrauimus, Imperator iter sollicitabat, & Calami colibus emensis prope Achyras castra posuit; tum Balduini sorte regiæ Constantinopoli imperantis regiæ insignia allata sunt. Hæc autem erant operculum Latino more efformatum vnionibus inter & supra caput saxulo rubeo, cocco tineti calcei, & ensis ex serico rubro tegumento indutus. Tunc multitudo etiam rem ita fuisse persuasa est.*

30 Addere hic iuuat oraculum calamitatum prænuncium, quæ ex Constantinopoli capta emerferunt: diffusa late Constantinopoleos expugnata fama, ferunt c Theodorum virum prænobilem Græcum magna rerum peritia ac sapientia præditum, qui tunc in Asia grauissimo morbo implicatus decumbebat, ea audita in tristes eiulatus prorupisse, quod inde Christianæ religioni certissimum discrimen ac Syriæ, ipsiusque Græcorum Imperij excidium impenderet, Imperatores Constantinopolim sedem translaturus, Asiamque viribus ad comprimendos Saracenos destitutum iri, sensimque ab ijs debellata Asia in Europam quoque traiecturos, eamque perdomituros: eductisque ex altissimo pectore suspirijs, in aduersum latus sese conuertentem animam inhalasse. Sed ad Palæologum, ingressum in Constantinopolim magnificum apparantem, redeamus.

31 Pergit Georgius, Imperatorem, dum animo cogitaret ea pompa in urbem ingredi, quæ numinis potius, quàm Imperatoris gloriam cõmendaret, decreuisse Nicephorum Blemmydam accersere, ut preces cõponeret: sed cū ille Ephesi ageret, sese Palæologo ad eas sacras preces condendas exhibuisse ac breui tredem conscripssisse; tū quo apparatu suum in urbem ingressum celebravit, describit: *Imperator decimotertio augusti die Constantinopolim peruenit, neque illo eodem die urbem introit, sed apud Cosmidij monasterium, quod prope Blachernas locum, tentoria locat: ubi cum peruenisset, postero die Constantinopolim hoc apparatu ingreditur. Et cum patriarcha Arsenius abisset, precesque illa omnibus audientibus a presule quopiam recitandæ essent, Cycici metropolita Georgius, quem Glidam cognominabant, defectum supplēuit. Ipse enim in vnanimi*

ex aurea porta turribus ascendens, secumque Deipara imaginem ex monasterio Hodigorum portans, omnibus audientibus recitauit. Interim Imperator capitis tegumento regio deposito, flexisque genibus in terram prouoluitur, omnesque qui cum eo erant post eum in genua procumbunt. Sed preces primæ finita diaconus indixit, ut assurgerent omnes; qui stantes, Domine miserere, centies numerantes clamauerunt. His etiam finitis a presule rursus alia preces enunciat, itaque ut in prima, ita in secunda, & in alijs factum est, & sic deinceps usque ad completam preces omnium recitationem. Sacris preces ac ceremonijs sine imposito, Deo magis conuenientibus quam Regi, portam auream Imperator ingreditur pedes. Imperator cum Dei matris imagine proficiscitur. Cum ad Studij monasterium ventum est, ibidem immaculatissima Matris Dei imagine relicta, equum conscendens ad Sapientia Dei templum peruenit, in quo Christo domino adorato, gratijsque uti par erat relatis, ad magnum palatium appellit. Exultatione itaque, & ingenti letitia & inenarrabili gaudio Romanorum omnis sexus repletus gestiebat: namque qui non saltaret, vel ludibundus exiliret nullus erat, tanta rei assensum vix præstans propter improuisum opus & superaffluentem voluptatem. Quando vero & patriarcha ingrediendum erat Constantinopolim, post nonnullorum dierum excursus, sermonibus, suasionibusque adductus introit. Imperator interim in sacram regiam magnæ Sapientia sacrarium ad cathedram pontifici consignandam proficiscitur. Cum Imperatore omnes in dignitate constituti, & patritiorum præcipui, & plebs vniuersa accurreret. Ibi Imperator manum patriarcha continens, Tene, inquit, thronum tuum domine, & a qua tamdiu aberrasti, cathedra frueve.

32 At non diu Palæologus Arsenium sedem Constantinopolitanam, e qua verum Iustinianum patriarcham pepulerat, potiri permittit; sed quo scelere legitimo heredi Imperij sceptrum eripuit, ecclesiasticam auctoritatem in patriarchis pro arbitrio pellendis intrudendisque inuasit. Cum enim Ioannem, cui sceptrum debebatur, adolescere, ac non dubia virtutis signa prodere videret, ut excuteret timorem, ne sibi diadema aliquando eriperet, aduri ipsi oculos ignito crepitaculo, ut refert Pachymerius a, iussit, duasque illius sorores Theodoram filiam Theodori Lascaris Latino non admodum prænobili, qui casu Constantinopolim aduenerat, despondit; alteram Irenem Viginimilio comiti Genuësi in Italiam auhendam uxorem tradidit, ne quis Græcorum ob regium Lascarorum sanguinem Imperio inhiaret.

33 Audito Palæologi facinore Arsenius, cui moriens Theodorus Lascaris filium commendarat, iustum anathema in Palæologum fulminauit, qui aliquot diebus simulata animi demissione diuinis abstinuit, animaduersaque patriarchæ constantia, de gradu dignitatis, subornatis criminibus, deturbare eum meditatur. Nec desuere assentatores, qui principis consilij obsecundarent. Cogitur in Imperatoris palatio conciliabulum, ad quod vocatus patriarcha accedere abnuuit: in eo accusatur Azatinem Turcorum principem, per ea tempora morantem Constantinopoli, ad sacra admisisse: quamuis non ignoraretur eum Christianis parentibus oriundum ac baptismo ablutum erga religionem egregie affectum esse (illum vero a Tartaris pulsum, tradit Pachymerius b quos Tocharos siue Scythas vocat, ad Imperatorem confugisse, & Calyphios, Persasque ab iisdem Tartaris profligatos) cumalata alia instructa crimina,

Pars eorumque, qui in naues euasere, fame extincta.

Gregoras refellitur de numero exercitus.

a Vrb. IV. l. I. p. 129

b Georg. Logot. ubi sup.

Palæol. Constantinopolim aduolat.

c Apud Sæ somn. de reb. Turc. par. 2. Vaticiniū de Constantinop. a Turcis capien.

Palæol. c. 1. p. 129

Ioann. Lascaris oculi batui

a Pachymerius in hist. Græc.

Arfen. Palæologum anathematiz.

Pachymerius patriarchæ chali.

b Id.

mina, ob quæ in exilium eiectus est atque ad patriarchatum a Palæologo Germanus Adrianopolitanus episcopus, veteri amicitia ipsi coniunctissimus, excitus est.

34 Secundarum rerum cursu elatus Palæologus proferre ulterius terminos Imperij cogitabat, Alexiumque Cæsarem, cuius opera Constantinopolim ceperat, post decretum atque exhibitum illi triumphum, aduersus Michaelē Aetoliæ atque Epiri despotam exercitu valido stipatum misit: sed ille aduerso casu afflictus, amisso exercitu, in hostis potestatem peruenit, seruitutique est mancipatus, qui Imperium Constantinopolitanum Palæologo compararat. Nec caruit alijs etiam aduersarijs Palæologus, qui bello duriore ipsum appetere: quamuis enim omnem metum exiisse Ioanne legitimo Imperij Græcorum herede oculis orbato videretur, tradit tamen Pachymerius Trinaciotas & Zygiras, qui montana Niceæ incolunt, cæcum quendam æronem pro Ioanne excæcato Imperatorem salutasse, ac diu Palæologo fortissime pluribus commissis prælijs resistisse, atque ab armis tandem, cæco illo in Persidem ablegato, discessisse.

35 Caterum potiti Constantinopoli Græci omnes Latini generis eiecere, ne forte aliorum exemplo urbem aliquando proderent: quorum cum ingens multitudo esset, ex aduersa Bosphori Thracij parte circa Galatam, Pisani, Venetis ac Genuensibus locum ad inhabitandū attribuerē, qui in celeberrimum emporium ob mercium inuehendarum opportunitatem ac immunitatem vestigalium effloruit, vbi suos quique magistratus Veneti baiulum, Pisani consulem, Ianuenses potestatem haberent; immunem vero ait Gregoras a portum promississe Genuensibus Palæologum, si eorum ope Constantinopolim obtinerent, atque eorū gratia id præstitisse, quamuis sine ipsorum opera eam recepisset. Verum Nangius asserit b Genuenses odio percitos in Venetos Græcis ad occupandam Constantinopolim operam tulisse: quorum sane ac Venetorum funestæ dissensiones in Syria etiam rem Christianam attriuerunt. Nec minus postea nocuere in disturbando bellico apparatu, qui a Balduino, Gallis, ac Venetis pro amisso Imperio recuperando instruebatur, de quo anno sequenti; cum Vrbanum effusis spirijs acceptam Ecclesiæ cladem deplorantem, ac Balduinum expeditionem in occidente constare molientem intuebimur.

IESV CHRISTI

Annus 1262.

VRBANI IV. PP.
annus I.VACAT IMP. OCCID. 12.
MIC. PALÆOL. IMP. ORIEN. 2.

Attulit redempti orbis annus millesimus ducentessimus sexagesimus secundus indictione quinta, ingentes Urbano quarto summo Pontifici labores, cum regna atque imperia Christianorum principum ea affectantium, concussa fluctuarent, occidentali quidem Alphonsus Castellæ ac Legionis Rex, Richardus Cornubiæ comes, & Conradinus Friderici II. ex Conrado nepos, inhiarent: orientale laceraret Palæologus, ac Balduinum iam maiori illius parte depulisset: Siciliam opprimeret Manfredus, atque ad occu-

Annal. Eccl. Tom. XIV.

pandam reliquam Ecclesiæ ditionem, astu, consilio, ferro, flammaque incumberet. Ad discutendam in primis ac dirimendam nobilem illam Richardum inter & Alphonsum electos de Imperio controuersiam intentus, Castellano legati opera, post sua exaggerata merita suæque causæ commendatam dignitatem, ad accipienda ornamenta imperialia vocari exposcenti, rescripsit a perplexam admodum, atque inuolutam causæ equitatem, cum ex aduerso Richardus Imperium sibi deberi contenderet, nec summo in eum amorita indulgere sibi non licere, vt inflexam iustitiæ lancem non teneret; atque adeo de vtriusque iure diligentius se cogniturum.

Illustri Regi Castellæ ac Legionis.

2 Cesserunt nobis ad gaudij & exultationis multæ materiam ea, quæ dictus filius magister R. notarius tuus a te pro Imperij Romani negotio ad sedem Apostolicam destinatus, vir vtique industrius & sedulus, tui zelator honoris, ad tui exaltationem nominis & magnitudinis tuæ laudem proposuit, in nostra & fratrum nostrorum præsentia constitutus. Inter alia namque inclyta celsitudinis regiæ, ac tuorum progenitorum merita, quæ sacunde recensuit, & sacunde, & prudenter exposuit te deuotionem sinceram & intentionem puram erga Deum & Romanam ecclesiam matrem tuam incessanter habuisse hæctenus, & constanter habere velle indefesso proposito in futurum; quodque intentis studijs ipsius Ecclesiæ commoda prosequi votive desideras, eiusque humiliter parere beneplacitis, & consilij firmiter adherere proponis. Circa quod tuum laudabile propositum, & regiæ prudentiam dignis in Domino laudibus extollentes, diuinam imploramus clementiam, vt ille, in cuius manu Regum corda consistunt, & vbi voluerit ea pro beneplacito suæ voluntatis inclinat, serenitatem tuam in hoc ardore fidei, in hac deuotione mentis, in hoc integræ religionis studio in tempora longiora conseruans, virtutibus tuis semper adijciat, & ipsas successiuus adaugeat incrementis.

3 Licet autem idem magister commissæ sibi legationis fidelis & diligens prosecutor, inter cætera, quæ circa prædicti Imperij negotium petijt, postulauerit instanter te per nos ad ipsius Imperij fastigium euocari, coronam eiusdem de nostris manibus suscepturum, nosque personam tuam potentia & magnanimitate sublimem sinceris affectibus prosequamur; ex officij tamen debito libram iustitiæ gestantes in dextera, ipsius iussibus vota nostra subiicimus, ipsam illasam seruare studemus. Et ideo dilecto filio nostro nobili viro Richardo comite Cornubiæ super huiusmodi negotio Imperij ius suum, vt asserit, prosequente, ac suis nuncijs super eodem multa capita nobis & eisdem fratribus nostris proponentibus pro parte ipsius, moleste ferre regia mansuetudo non debet si rebus sic se habentibus votis eiusdem magistris ad præsens annuendum non duximus in hac parte: præsertim cum tam tui quam præfati Comitum nuncijs, apud sedem Apostolicam constituti se nolle in hoc ipsius sedis subire iudicium frequenter duxerint proponendum. Caterum memoratum magistrum, quem in tui prosecutione negotij fidelem comperimus, quem discretum suis consideratis actibus reputamus, & suis exigentibus meritis carum habemus, ad tuam præsentiam, quia ipsius reditus tuis commodis expediens creditur, redeuntem tuæ celsitudini commenda-

H mus,

Alphosus Rex Castellæ imperialia insignia postulat. a Vrban. l. I. ep. 91. & M. S. Vallis. sig. C. 49. pag. 1. Pontificis responso.

Et de re Vrbanis lit.

Commendat Vrbanus Alphosum studia sua Ecclesiæ deuotissime.

Recusat Alphosus sedis Apud iudicium in controuersia Imperij subire.

Alexius aduersus Epiri despotam missus.

In acie capitur.

Pachymerius in hystoria. Crac. lib. 3.

Aduersa nonnulla patitur Palæologus.

Galatam sive Pera Genuensibus tradita.

Greg. l. 4.

Nangius in reb. gest. S. Lud. hoc anno.

Præcipue res hoc anno gestæ.

mus, & si forsan ipsum vel alios nuntios apud Apostolicam sedem te habere contigerit, eos grater videbimus, & ad nos in quibuslibet negotijs volumus recurrere confidenter. *Dat. Viterbij xv. kal. maij.*]

Germani
Conradinum
Casarē crea-
re delibe-
rant.

Rem ve-
tat Ponti-
fex.
a Lib. I.
ep. 102.

& Ibid. ep.
107.

4 Dum contrarijs inter se discissi studijs Germaniæ principes pro Richardo Alphonsoque contendebant, nonnulli Germaniam pacaturos artribabantur, si vtroque depulso ad Conradinum Imperium deferrent: quæ res cum Ecclesiæ maximæ iniuriæ ac periculo verteretur, Bohemiæ Rex, pro suo in Apostolicam sedem egregio studio, missis oratoribus, Vrbanum monuit quid nonnulli electores molirentur. Vrbanus ergo prædecessorum exempla sectatus, rescriptis, a ne vnquam Conradinum ad Germaniæ regnum Imperium euehi consentiret; eademque archiepiscopis Maguntino, Treuirensi, Colonienſique imperia dedit. Præterea Maguntino partes iniunxit, vt coelectoribus denuntiaret, ipsos anathematis sententia percussum iri, si Conradinum eligerent, cum Ecclesia ex hoc in summum discrimen adduceretur, nouoque inflammando bello funesta faces subijcerentur.

Illustri Regi Bohemiæ.

c Ep. 102.
Scribit ea
dere ad
Bohemię
Regem.

5 Dilectum filium & magistrum Petrum capellanum & nuntium tuum, nec non, & literas quas nobis ex parte regia præsentauit, affectione paterna recepimus, & tam ea, quæ idem nuntius, quem de multa diligentia, sollicitudine, ac prudentia commendamus; quam etiam quæ eadem literæ continebant, plene aduertimus, & intelleximus diligenter; vberem tuæ circa Romanam matrem ecclesiam deuotionis affluentiam ex eo specialiter dignis laudum titulis efferentes, quod regiæ circumspectionis industria, de honore ipsius ecclesiæ sollicita, peruiſil, & attenta, ea quæ circa negotium Romani Imperij in Alemanniæ partibus disponuntur, ad præsens præsentens per eundem nuntium, nec non & per prædictas literas nobis ad nostram, dictæque ecclesiæ præmunitionem, atque cautelam inter alia significare decreuit, qualiter venerabilis frater noster archiepiscopus Maguntinus tibi, & alijs principibus regni Theutoniæ, ad quos Romani Regis in Imperatorem promouendi spectat electio, certum de nouo diem & locum præfigere, ac assignare curauit, quo personaliter conueniatis in vnum de electione ac creatione futuri Regis ad inuicem tractaturi; & qualiter etiam in illis partibus vulgaris rumor insonuit, quod nonnullorum ex prædictis principibus ad hoc tendit intentio, vt videlicet Conradus puer natus quondam Conradi filij quondam Frederici olim Romanorum Imperatoris ad Romani culmen Imperij sublimetur.

Gratias
agit ele-
ctorū con-
silia sibi
aperuisse.

6 Nos autem attendentes, quod ad intimandum nobis talia ex multa cordis, quam ad nos & prædictam geris ecclesiam puritate ac sinceritate animi processisti; tuam propter hoc deuotionem multiplicibus gratiarum actionibus prosequimur, superno Regi, per quem regni tui moderaris habenas, laudes debitas exoluentes, quod tam eorum, tam placidum, tamque deuotum habemus in te filium, probitate quidem, ac bonitate præfulgidum, & multarum virtutum gratia præpollentem: propter quod ad personam tuam copiosa mentis affectione dirigimur, cogitantes semper, & infra cordis intima reuoluentes quid gratiæ, quid fauoris filio possimus impendere tam excelso; & quibus honorificentijs suam insignire statum magnificum valeamus.

7 Veram quia prædictus Fredericus, eiusque progenitores & posteri, aliorum persecutorum, excedentes tyrannidem, grauioribus eandem ecclesiam affecerunt iniurijs, & oppressionibus durioribus affligerunt; & velut in eadem & exterminium eius tendentes furoris arcum, & feritatis gladium acuentes, diris illam vbilibet tribulauere flagellis, & vsque ad interiora profundis illatis vulneribus sauciunt; nos considerantes, quod in hoc prauo genere, patrum in filios cum sanguine deriuata malitia, sicut carnis propagatione, sic imitatione operum nati genitoribus successerunt; ac volentes periculis, quæ prædictæ imminerent ecclesiæ, si dictus Conradus puer assumetur, quod absit, ad regiam, vel Imperatoriam dignitatem, apostolica diligentia præcauere; prædictum archiepiscopum, & alios ecclesiasticos principes coelectores ipsius felicitis recordationis Alexandri Papæ prædecessoris nostri super hoc inharendo vestigijs, monendos, rogandos attendimus, & hortandos, nostris eis in virtute obedientiæ sub debito fidelitatis, quo nobis & ecclesiæ prædictæ tenentur, ac sub pœna excommunicationis, quam ex tunc in eos protulimus, districte dantes literis in præceptis, vt memoratum Conradum puerum nullo vnquam tempore in Regem eligant, nec nominent, neque consentiant in eundem: ita quod excommunicati existant, si contra mandatum nostrum facere, vel venire præsumperint, & eundem Conradum nominauerint, velegerint, aut in ipsum consenserint, seu opem, vel operam, consilium, auxilium, vel fauorem, vt eligatur impenderint; & etiam, si eius nominationem & electionem non impediuerint toto posse: & si forte ad ipsius electionem, vel nominationem aliquo tempore processerint, noscant se prius excommunicatione ligatos: alijs vero coelectoribus suis auctoritate apostolica firmiter inhiſcant, ne ipsum Conradum ad hoc nominent, vel eligant, nec in eum consentiant, promulgando eadem auctoritate, in eos excommunicationis sententiam, si contra hanc inhibitionem venire tentauerint; ita quod si eum vlllo vnquam tempore nominare, vel eligere, aut in ipsum consentire præsumperint, noscant se prius excommunicationis vinculo alligatos, & ex hoc ipso, si de prædicto Conrado quicquam in hac parte attentatum fuerit, sit prorsus vacuum, irritum, & inane.

8 Nos quoque nihilominus in omnes electores, qui præmissum puerum ad hoc nominare, vel eligere, seu in ipsum consentire, aut opem, vel operam, consilium, auxilium, vel fauorem, vt eligatur, dare præsumperint, excommunicationis sententiam duximus promulgandam: quam statim per illos, antequam ad nominationem, vel electionem aliquam aliquo tempore procedatur, reliquis suis coelectoribus præcepimus innovari: quod si non fecerint eo ipso se nouerint excommunicationis laqueo innodatos. Ideoque serenitatem tuam rogamus, & hortamur attente, quatenus huiusmodi processum nostrum prudenter considerans, & discutens sapienter, sic illum semper habeas ante oculos tuæ mentis, vt si vlllo vnquam tempore electioni faciendæ de Rege Romanorum te interesse contigerit, attente provideas, ne huiusmodi excommunicationum sententijs quomodolibet inuoluaris, nominando, vel eligendo prædictum puerum, aut exhibendo ad hoc, vt eligatur, consilium, auxilium, vel fauorem: *Dat. Viterbij III. non. iunij anno 1.*]

Exponit
Frederic
& filios
tyrannas

Prohibet
iam ab
Alex.
Conradinum
ad
Imperium
euehi
tur.

Inculca
principi
si contra
rendam
pœnæ.

Pronuntia
tam fore
Conradinum
electionem

Renouat
superiorum
censuram

9 Agitabat ita in Germania Conradinus sibi viam munire Imperio, cum Manfredus qui facta illius morte Siciliam inuaserat, veritus ne regno tandem pelleretur, quo suam tyrannidē stabiliret, cum Aragonum Rege per legatos egit de filia cum Aragonij primogenio matrimonio coniungenda, petieratque vt ipsum cum Pontifice Urbano conciliaret. Iis ergo Manfredi promissis pellectus Aragonius ad Pontificem de eo in ipsius gratiam restituendo scripserat, seque ad pacem eam constringendam Romam profecturum. Cui Urbanus cum nefandissimo tyranno, qui post Tarentinum principatum ipsi ab Ecclesia nullis eius meritis concessum, Ecclesie ditionem inuassisset, Saracenis sese coniunxisset, ad catholicos Ecclesie studiosos proterendos Siciliam confecta Conradini nepotis morte occupasset, principes nonnullos fraudibus sustulisset, ecclesias vexasset; nunquam pacem initurum. Demum Regem ipsum ab illius affinitatis contrahendæ mente nisus abducere, quantam labem suo generi ex eo inureret, proposuit a, e quibus dicta superius de Manfredi tyrannide confirmantur.

Regi Aragonum Illustri.

Dilectus filius frater . . . nuncius tuus, vir utique prouidus, quem contemplatione mittentis & tuæ insuper probitatis obtentu affectione paterna recepimus, nostram præsentiam adiens, Manfredi quondam principis Tarentini querelas, de duritia, quam ipse falso imponit ecclesie Romanæ confectas, ac oblationem pacis, quam se idem Manfredus multipliciter ab eadem ecclesia expetisse asserit, proculdubio simulatam, prudenter exposuit, & speratum tuæ sinceritatis ac deuotionis affectum ad nos & eandem ecclesiam nobis & nostris fratribus referauit. Retulit namque dictum Manfredum tibi per suas literas & nuncios grauitur fuisse conquestum, quod licet ipse ad obtinendam sedis Apostolicæ gratiam studijs continuatis institerit, & per tractatus varios totis viribus laborarit, multiplici tamen ipsius instantiæ opposuit semper rigor Ecclesie sine causa repulsam: quare idem se in hoc beneplacitis tuis exponens petijt, vt ad tractandam concordiam inter ipsum & dictam ecclesiam interponeres personaliter partes tuas. Ad cuius instantiam tu credens ipsum in veritatis simplicitate procedere, ac intendens in hoc nostra & ipsius ecclesie commoda procurare, id te facturum nobis per eundem nuntium & literas liberaliter obtulisti.

10 Sane fili charissime tuam tuorumque progenitorum deuotionem ad memoratam ecclesiam frequenter operis exhibitione probatam, fratrum nostrorum & communi testimonio nouimus, ipsamque ac tuam & eorundem progenitorum facta magnifica, quæ ad exaltationem sui nominis, & Christiani cultus ampliationem dignata est dextera Domini, tuo & ipsorum ministerio, misericorditer operari, habentes in apostolicæ mentis conscripta sacrario; & intra peccatoris cellam meditatione frequenti ac commemoratione celebri recensentes, illam concepimus de tua serenitate fiduciam, hoc de te spe firma & indubitata tenemus, quod sic in te Dei charitas vigeat, sic zelus domus Domini te comedit, quod ad ea, quæ ipsius incrementa respiciunt, vel procurare possent, aut conseruare prosperum statum eius, te libenter exponeres, nec in hoc laboribus parceres vel expensis. Sed illud profecto in admirationem, immo in stuporem quodammodo nos inducit, quod licet vniuersis mundi nationibus pateat

memorati Manfredi malitia, licet ipse tanquam in malorum profundum demersus, Deum contemnens & homines, quasi frons meretricis facta sit ei, nimis impudenter fere cunctis publicauit detestabiles actus suos, ipsaque rei euidencia doceat, eum quoad tractatus concordie in falsitatis duplicitate procedere, ac in corde & corde profectui, imo solum proloqui verba pacis; tamen prouidentia regia eius suggesttionibus fraudulentis aures, quod ex tua forsitan puritate procedit, inclinare videtur. & ideo cogimur licet inuiti, aliqua de abominationibus suis & multiplicibus ac importabilibus offensis, quas contra Deum & matrem Ecclesiam continuando multiplicat, & multiplicando accumulatur incessanter, tibi non sine multa cordis amaritudine saltem summotenus explanare.

11 Hic siquidem licet a principio post obitum Conradi fratris sui, felicitis recordationis Innocentio Papæ prædecessori nostro fidelitatis præstito corporaliter iuramento, ipsum regnum Siciliæ pacifice intrare permiserit, eum & Romanam ecclesiam verum eiusdem regni dominum recognoscens; licet idem prædecessor affectu paterno cupiens eum mansuetudinis multæ dulcedine, ad sui Creatoris gratiam reuocare, ipsum vt filium receperit in visceribus charitatis, & principatum Tarentinum de mera liberalitate, cum nullum idem Manfredus ius haberet in eo, sibi sponte concesserit, & alias eum largifluis munificentijs & magnificis largitionibus honorarit; tamen quasi vestigio tantorum beneficiorum oblitus, & ad omnia factus ingratus, vt fusi sanguinis semitas sui faceret processus initium, cum conceptum virum amplius celare non posset, quondam Burrello de Anglone comite, fideli Ecclesie, in conspectu qua si prædecessoris eiusdem crudeliter interempto, dum Ecclesia quadam materna fiducia in ipso quiesceret, erigens statim captata opportunitate rebellionis calcaneum contra eam, ad Saracenos Luceria, per quos in Christianos immanitates exercuit & exercet innumeras, declinauit; ac pactionibus & colligationibus initis cum eisdem contemptoribus & persecutoribus Crucifixi ac nominis Christiani, ad occupationem prædicti regni manus extendens, illud sub simulata nepotis sui nati memorati Conradi protectione tutoria, præsumpsit occupatum aliquandiu derinere: ac tandem idem iniquitatis filius, eiusdem nepotis morte confecta, regnum ipsum tanquam hereditatem propriam occupauit; & natiuitatis suæ primordia non attendens, non erubuit, sed præsumpsit in regalis dignitatis opprobrium, & cunctorum fulgentium huiusmodi claritate, quam ipse sua contagione commaculat, regium in eo nomen assumere per se ipsum, tantæ proditoris notam in suum nepotem, cuius se tutorem afferebat & baiulum, non abhorrens, nec ostentationem suæ confusionis aspiciens: cum obueniens improbis dignitas non dignos efficiat, sed prodat potius & prædicet indignos.

12 Et vt tali principio sequentia concordarent, & ipse nõ rector, sicut nec erat, sed raptor potius appareret, vacantes in eodem regno ecclesias occupauit & occupat, non vacantes spoliat; prælatos ipsarum & alios (quorum aliquos diris carceribus mancipauit, quos etiã sicut laicos tallijs & exactiõibus aggrauat) facit solum in contemptum clauium; cum per prædecessorem nostrum sit varijs excommunicationum sententijs innodatus; & contra interdictum Ecclesie, quod profecto suspicio-

Impudē
tiam &
sceleris
Manfredi
exponit.

Vt rebel
lionem in
Ecclesiã
mouerit.

Tyranni
dem Sar
racenorū
opera
exercue
rit.

Notat fur
to genitū,
eaque etiã
de causã
sceptro in
dignum.

Nepotis
proditorē
fuisse.

Oppres
sisse eccle
sias.

Hæresis
nota non
carere.

Manfredi
Regis A
rag. affini
tatem as
sectar.

Vrbani
lit. ad Reg
Arag.

ab. ep. 92
& M. S.
Vallie. sig.
C. 49. pag.
3.

Suborna
tus Iaco
bus Rex a
Manfredo

Suam ad
pacem cõ
siliandã
operam
desert.

Vrbani
ad Iacob.
Reg. re
sponsã.

Mulcet
initio plu
ribus en
comijs.

ne non caret hæreticæ prauitatis; quantum in eo est, profanare diuina. Nonnullos quoque barones regni præfati, pro eo quod prædecessori & ecclesiæ prædictis, licet de ipsius beneplacito adhæserunt, crudeliter interemit, quamplures incolas regni eiusdem magnates & alios inhumane exulare cogendo, nec in ijs parcendo sexui vel ætati.

Crudele & in libidines effusum.

Hæc late- re Regem Aragoni non posse.

Qua clemencia Ec- clesia in Manfredi sit vsa, si- gnificat.

Flecti nū- quam potuisse.

Alia Man- fredi fla- gitia.

Orator Conradi- ni cæsus.

Exagitati in Etru- ria Ecclē- siæ sode- dati.

Inuasa Marchia Anconi- tana.

Rogat Ia- cobum vt a Manfre- di studio se retra- har.

sequi

13 Numquid igitur, vt cæteras obscenitates ipsius, quibus labia nostra polluerè nolumus, omit- tamus, saltem ista tam publica, tam manifesta te- latent? Numquid ista tuum præterire potuerunt auditum? Hæc tamen in Christo, si pœnitens se- habilitasset ad gratiam, ob salutem ipsius libenter, prout deceret, pertransisset Ecclesia, & ei ad suum gremium redeunti, tanquam filio perditò venien- ti de longe, apertis brachijs occurrisset, immola- tura pro eo in vbertate diuinæ laudis vitulum sag- inatum. Propter quod tam tempore felicitatis re- cordationis Alexandri Papæ prædecessoris nostri, quam nostro suos nuncios, non sine multorum scandalo, quamquam ipsius malitia sibi non esset incognita; vt tamen obstetricante saltè manu colu- brum educeret tortuosum, & ipsum a peccatorum nexibus liberatum de faucibus sempiternæ mor- tis eriperet, eadem Ecclesia benigne recepit, & va- rios cum ipsis tractatus iniuit: sed ipse illis pen- dentibus a suarum iniquitatum prosecutione non destitit, imo ipsis eo vacauit instantius, eoque pe- riculosius institit, quo minus poterant eo tempo- re fideles Ecclesiæ, de ipsius insidijs dubitare. Hu- iusmodi namque tempore idem per suos satellites quondam Bussarium nuncium memorati sui nepo- tis in terra Ecclesiæ, ac sub ipsius securitate mor- rantem, fecit occidi; & in Ecclesiæ deuotos, in- Tusciam versutijs & armis insiliens, ipsos, non sine multa strage hominum, damnis & iniurijs multis afflixit. Vt de morte quondam Petri de Calabria, quem simili modo peremit, & de occupatione marchie Anconitanæ, quæ est Ecclesiæ specialis, ac inuasionem Tusciæ, aliarumque terrarum Imperij per suos ministros, & cæteris similibus, imo etiam longe deterioribus taceamus. Post quæ omnia, in nimiam erectus superbiam, & quasi pullum on- gri se liberum natum putans, tractatus omnes, quanquam eos non acceptasset Ecclesia, sicuti nec debebat, porus omisit. Licet enim post vocatio- nem nostram ad apostolatus officium, ad nos plures nuntios destinaret, nosque ipsos benignitate solita duxerimus admittendos, nulla tamen per ipsos nisi delusoria quædam audiuius, nec digna relatu. Propter quod magnificentiam tuam de- cere non credimus, nec te volumus quantum- cumque libenter tua frueremur grata præsentia, pro huiusmodi tractatibus laborare: sed de libe- rali oblatione tua tibi grates vberes referentes, celsitudinem tuam affectuose rogamus, quatenus sinistris eius suggestionibus non præstes audi- tum, nec ipsius frandibus te patiaris inuolui. Cæ- terum quia zelo sinceritatis intimæ, circa tuæ ma- gnitudinis incrementa semper intendit Ecclesia, quia continua benevolentia studia gessit olim & gerit in votis, augmentis exaltare magnificis & in- signire titulorum concessione sublimium nomen- tum; nos, qui prædecessorum nostrorum vestigia . . . circa te proponimus in affluentia benedi- ctionis & gratiæ, filere non possumus, quin mentem nostram tibi paternis affectibus exprima- mus.

14 Considera igitur fili, considera tui generis claritatem, quantaque a diebus antiquis, quorum

memoria non existit, generositate illustri floruit domus tua: quanta tibi dederit Dominus poten- tia, & personæ strenuitate vigere: quot & quanti regie dignitatis participes, tibi proxima consan- guinitatis & affinitatis linea coniunguntur. Quo- modo igitur tandem cadere potuit in cortuum; quomodo potuit animi tui sublimitas inclinari, vt de contrahendo matrimonio inter primogeni- tum tuum illustrem, & natam memorati Manfre- di verba etiam patereris audire? Nunquid con- temnitur ab alijs mundi principibus natus tuus? Nunquid deerit ei de stirpe regia decens coniunx? O quantum dedecus tali connubio tantam generis dedecorare profapiam! O quam detestabile tam deuotum Ecclesiæ filium, ipsius inimico & persecutori manifesto, vinculo tantæ coniun- ctionis astringi! Nonne posses amare dolere, si ex tali nuru tibi proles accresceret, toti tuo gene- ri, eique coniunctis, & tibi maxime pudori futura? Certe in te non bene primis vltima responderent: sed ipsi tibi omnino dissimilis appareres, si tu ab ipsa ætate tenera inimicos Ecclesiæ, ac Christianæ fidei persecutus, nunc maturiorum constitutus annorum, talium alique in tui derogationem, nominis, tanto fauore ac benevolentia profes- quaris. Nec enim præterit regie considerationis intuitum, quod ex tali coniunctione memorato Manfredi nimis fauor accrescet, non sine magna offensa Dei & Ecclesiæ, quam ipse totis per- sequitur nisibus; & tuæ magnitudinis læsione, dum ei te coniungendo, qui sic eandem impugnat Ec- clesiam, ab ipsa separari & aduersari nimirum vi- dereris eidem.

15 Absit itaque, absit quod in gloria tua maculam tantam ponas. Absit vt talis vnquam tibi nota possit imponi. Absit vt contra claram tuam & eiusdem generis tui famam suspicio in te qualif- cumque succrescat, quod a solitis deuotionis, & affectionis semitis erga Deum & Romanam eccle- siam dicaris quomodolibet claudicare. Profecto, princeps inclyte, si te nequaquam ab huiusmodi coniunctione retraheret natiua nobilitas, & vo- tum debitæ conseruationis ipsius, deuotio saltem matris Ecclesiæ, in te ac tuis progenitoribus ra- dicata, reuocare deberet. Placeat igitur excellen- tiæ tuæ paternis acquiescere monitis, & nostris exhortationibus promptum accomodare consen- sum, vt prosecutioni coniunctionis huiusmodi ampli- us non insistas; sed ab ea tam tui tuorumque honoris intuitu, quam diuini amoris obtentu om- nino desistas, vt tibi famæ seruetur integritas, & illibata tui generis claritas conseruetur: *Dut. Vi- terbij v. kal. maij.* Indignum se venia cumula- tis tot sceleribus Manfredus reddiderat, atque a ratione alienum videbatur, vt quod regnum per scelus pepererat, fictæ demissionis beneficio sibi assereret. Nec ille tamen cum sedis Apo- stolicæ gratiam ambire simularet, ab inferendis grauissimis Ecclesiæ damnis destitit, vt ex Urbani literis a colligitur.

16 Vt porro Aragonum Rex ob suam incon- trahenda cū Manfredi affinitate facilitatem, illius enim ambitionem inferendæ in domum aliquando Siculæ coronæ spes titillabat, correptus est, ita S. Ludouicus summas a Pontifice laudes prome- ruit, qui cum iam amotis consanguinitatis impe- dimentis Alexandri IV. auctoritate, Aragonum Regis filiam Ysabellam Philippo filio vxorem ac- cipere in animum induxisset, atque etiam spon- salia apud Claramontem in Aruernia maxima pompa celebrari iussisset, percussioque inter ea-

Ne an- tatem- pis su- claris- indigni- cōtrah-

Priori- sta eo- cto ob- ratur

a Lib- ep. 13.

S. Lud- ceptis- Iacob- ge aff- tem- pit.

regna pacis fœdere, Aragonius quidquid in ciuitatibus Carcaffona Biterris, & Amiliano possidebat, vt testatur Nangius a Franco cederet, Francus vero sese iure in gratiam Aragonij exueret, quod in comitatus Deufandum, Ampuriarum, Rocilionis, Barcinonæ, & Cathalonæ contendebat; accepto tamen nuntio Aragonium cum Manfredo Ecclesiæ infensissimo hoste affinitatem iunxisse, atque illius filiam maiori natu filio vxorem dedisse, a cœptis resiliit. Eam enim maculam Rex Ecclesiæ amantissimus, tuendæque illius dignitatis studiosissimus, suscipere in se noluit, vt iungere cum ijs affinitatem diceretur, qui cum Ecclesiæ hostibus fœdus pepigissent. Pulcherrimum factum Vrbanus collaudauit, egregiamque in Apostolicam sedem voluntatem hisce literis b commendauit, quæ extant in codice M. S. bibliothecæ nostræ Vallicellanæ peruetusto, cum pluribus alijs, quorum nonnullam particulam nimia vetustas erasit.

Regi Francorum illustri.

17 Nuper de Viterbio recedentes declinaturi apud Montem Flaconem, castrum Ecclesiæ speciale, ac inibi ad vitandos feruores æstiuos aliquandiu moraturi, per dilectum filium nobilem virum Ioannem de Valencenis quasdam serenitati regiæ decreueramus literas destinandas. Ad gaudium etenim cedit nobis & consolationis multæ materiam, cum tua frui non possumus ad præsens grata præsentia, vel te visitare nostris interdum, vel tuis aliquando recreari. Sed nobis ad idem castrum peruenientibus, & occurrente nobis dilecto filio magistro Ioanne Parisiensi, nuncio venerabilis fratris nostri Tyrensis archiepiscopi, stylum gratanter conuertimus ad delectabilia nostris affectibus de te relata per eum. Ipse siquidem nuntius bonus de terra longinqua, de tuarumque incolunitate, ac statu prospero regni tui, nostrum replens animum gaudio, nos & fratres nostros de puritatis tuæ constantia, imensa nimium iucunditate perfudit. Retulit namque, quod licet ad præfati regni quasi partes vltimas accessisses, pro matrimonio inter dilectum filium primogenitum tuum, & dilectam in Christo filiam natam charissimi in Christo filij nostri illustri Regis Aragonum contrahendo, comperto tamen, quod idem Rex filiam Manfredi quondam principis Tarentini persecutoris Ecclesiæ manifesti, varijsque ligati excommunicationum sententijs, vt de alijs taceamus, primogenito suo non sine magna derogatione sui nominis matrimonialiter copularat, omnino ab ipsius matrimonij prosecutione desistens, in spiritu deuotionis & solitæ synceritatis abundantia illud Deo & nobis acceptum non immerito eloquium protulisti, quod nullo modo tuus animus pateretur, te vel tuos alicui, qui se cuiquam inimico, vel persecutori Ecclesiæ qualiscunque obligationis vinculo astrinxisset, alicuius affinitatis fœdere copulari, ne sic cum inimicis Ecclesiæ natorum aliquem nuptiarum * illicitis quoquomodo recedere videreris. O vtinam . . . liquido tibi pateret . . . sicut pro certo credimus, quamquam nobis & eisdem fratribus votiuum huiusmodi tuæ deuotionis . . . eloquium, profecto merito exultares, quod tantum nobis & ipsis fratribus exultationis materiam præstitisti: plus enim in ijs animo in Domino psallimus, quam literis exprimamus attendentes, quod tu benedictionis filius, honoris tuæ matris Ecclesiæ zelator eximius, votis ipsius non tantum cordis verbi & operis conformi promptitudine te conformas, sed et a omni sollicitudinis studio niteris præuenire.

18 Lætatur igitur & gaudemus in ijs procul dubio de te ipso, qui non solum progenitorum tuorum gesta recolenda prosequeris, & laudabilia vestigia imitaris, sed generis tui successor non degener eos virtutibus conaris excedere, quibus in tantæ profapiæ claritate non indigne succedas. Lætatur etiam nimium, & non sine causa gaudemus, quod mater Ecclesia in te, quem sui protectorem honoris, & libertatis ecclesiasticæ protectorem assiduam experitur, secunda quiescit; nec pateris ipsam aliquibus sollicitari molestijs, aut sollicitudinibus molestari, ne cuiusvis fraudibus ab eius separeris gremio vel vberibus abducaris. Digne itaque Petri successor & vicarius Iesu Christi teste veritate fatetur, te singulare suæ fortitudinis brachium: merito, communis assertionis testimonio concurrente, te prædicat incommutabilem Ecclesiæ ac præcipuum defensorem. Sicut enim Petrus, Iacobus, & Ioannes a Domino in montem excelsum assumpti, & post transfigurationem ipsius apparentibus illis Moyse & Helia, tandem voce Patris auditu timentes in faciem ceciderunt, sed tacti, & auditis per ipsum confortationis eloquijs, ne timerent suos leuantes oculos neminem nisi solum Iesum vidisse leguntur, sic nos & prædicti fratres, ingruentibus frequenter diuersarum procellarum fluctibus, & multiplicibus turbinibus tempestatum, quæ in huius mundi pelago multoties concutiunt Petri nauem, in altitudine cogitationis erecti leuamus in circuitu nostræ considerationis aciem: sed in vrgentium necessitatum articulis efficaciter Ecclesiæ assistentem te solum singulariter intuemur.

19 Super his igitur, Domino quas possumus, & tuæ celsitudini referentes gratiarum multimodas actiones, quæsumus vt ipse auctor salutis & pacis, te ac regnum præfatum in statu prospero, & tranquillo, per tempora longiora conseruet, & te de sua benignitate concedat, quod intenta mente consideres, & vna nobiscum solitam sollicitudinem feruentius adhibeas, vt status Ecclesiæ ad salutem fidelium de bono procedat in melius, & ad honorem diuini nominis exaltetur, ad quod regalem celsitudinem eo vacare speramus instantius, eo que libentius laborare, quo nos & Ecclesia ipsa, qui te inter ceteros catholicos mundi principes, specialem filium reputamus, personam tuam, præclaris exigentibus meritis, vberiori prosequimur charitate.] quamuis vero huic epistolæ non sit adscripta dies, cum tamen Pontifex Viterbio Montem Flaconem se contulisse affirmet tempore æstiuo, non ante saltem xii kal. aug. qua die epistolam ex vi. ad archiepiscopum Tarantasiensem Viterbij dedit scriptam esse, dicere oportet.

20 Præclaram vero gratiam Pontifex S. Ludouico sedis Apostolicæ studiosissimo retulit: de transfundendo enim in eius fratrem Carolum regno Sicilia, cui Manfredus Aragonij affinitate elatus incubabat, meditata a prædecessoribus consilia perducere decreuit. Alberto namque notario suo partes iniunxit a, vt eum Carolo Prouinciæ comite de Sicilia ipsi tradenda tractaret: nil tamen, nisi sede Apostolica facta certiore, definiret. Iam enim Edmundus ab Alexandro eo regno, vt vidimus, indutus suo iure ceciderat, cum Henricus Angliæ Rex ipsius pater intas cum Pontifice leges non seruasset; neque vt in se grauissimis adiectis pœnis admiserat, expeditionem ad Manfredum deturbandum adornasset, inanesque tantum conatus profuso arario suo adhibuisset: cum tamen aduersus tyrannum plus ferro, quam auro pa-

Eximium eius in Ecclesiæ studio commendat.

Laudes in Deum refert.

Amplissimam gratiam S. Ludouico refert.

a Lib. 2. ep. 3. Prolog. Luc. 1. 22. b ijs. accl. cap. 25.

Transferendi in stirpem Gallicæ regni Siculi cõsilia meditantur.

a Nang. in gest. S. Lud. Reg.

b M. S. Val. lic. sign. l. 13 C nu. 49. pag. 2.

Vrbani lit. ad S. Lud.

Gratularatur Arag. Regis affinitatem respuit.

* iungens nexibus

M.S. Val
lic. sign. lit
C. nu. 49.
pag. 142.

gnandum fuisset. Cum vero Sicilia regnum Francis deferret Albertus nuncius, S. Ludouicus, cuius purissima conscientia ne minimam quidem labe- culam scienter pati poterat, nonnullam sensit reli- gionem, num aliqua iniustitiæ species subesset Si- ciliam admittere, cum si ab illius iure Conradus vere excidisset, iam in Edmundum Angliæ Regis fi- lium trāsūsa esset. Ad Constantinopolitanam vero Imperium, ac Terram sanctam defendendam, de quibus etiam erat agitatum, sese vltro obtu- lit: quo accepto Pontifex Albertum notarium monere iussit Regem, vt eam conscientiam po- neret, nullam iniustitiam subesse, remque a Car- dinalibus atque a se ad examen adductam, præsi- deret potius summam a Deo gratiam eo facto ini- turum.

Dilecto filio magistro Alberto notario nostro.

21 Tuas nuper recepimus literas inter cætera continentes, quod charissimus in Christo filius nos- ter Rex Francorum illustris, verbis proculdubio subdolis aliquorum intendentium ipsum auertere a negotio, ad quod cum ipso tractandum te misi- mus, aures credulitatis inclinans; & eorundem fingentium Conradinum nepotem quondam Fre- derici olim Romanorum Imperatoris, vel si dictus Conradus, vt eorum verbis vtamur, a suo iure cecidit, nobilem virum Edmundum natum cha- rissimi in Christo filij nostri Regis Angliæ illu- stris per concessionem sedis Apolliticæ in regno Sicilia ius habere suggestionibus informatum; licet in huiusmodi assumptione negotij ecclesiæ Roma- næ zeletur honorem & felicitatem, ad Constanti- nopolitanam subuentionem Imperij, ac Terræ san- ctæ subsidium, ad quæ feruenter aspirat, pruden- ter attendat; tamen dubitat, nec immerito si veritas præmissis adesset, non sine multorum, vt asserit, scandalo ius inuadere alienum. Sane dum ex his, & alijs eiusdem Regis Francorum, gestis magnificis, & laudabilibus actibus suæ fidei magnitudinem diligenter attendimus; dum ipsum exultanti animo contemplamur, tanta conscien- tiæ puritate vigere, quod tamquam princeps Christianissimus, & suæ innocentie sedulus conseruator, in singulis suis processibus præuio ratio- nis iudicio, & comite sincero charitatis affectu procedens ad ea, quæ Christianæ fidei exaltationem, & ipsius ecclesiæ Romanæ respiciunt, totis conatur nisibus, proximileionem abhorret, scan- dalum refugit, metuit animæ suæ periculum, & diuinæ maiestatis veretur offensam; illi nec mirum sacrificium laudis offerimus, in cuius manu regum corda consistunt: illi toto mentis affectu, quan- tum possumus, gratiarum exoluimus actiones, qui eiusdem Regis Francorum animum direxit in talia, illius nihilominus clementiam implorantes, vt memoratum Regem in hoc integræ religionis studio, in hac fidei puritate per tempora lon- giora conseruet. In ipsius namque prosperitate prosperari reputamus Ecclesiam, speran- tes, quod ipsa eiusdem Regis viribus, quas ipse suorum prædecessorum felicium inclytus imitator in seruitium fidei, & Ecclesiæ præfatæ libenter exercet, in suis necessitatibus semper, auctore Domino, fulciatur, & tam idem Rex ipsius Eccle- siæ, quam eadem Ecclesia Regis eiusdem mutuis iuuabuntur auxilijs, & fauoribus fouebuntur. Verum illam debet idem Francorum Rex de no- bis, & fratribus nostris cepisse fiduciam, illud de- bet indubitate tenere, quod ipsum tamquam prædilectum, & Romanæ ecclesiæ filium, & in eius- dem affectibus inter cæteros regiæ dignitatis prin-

Insignis
conscien-
tiæ puritas
S. Ludo-
uici.

Veretur
aliena iu-
ra inua-
dere.

Docetur
nullā reli-
gionis cau-
sam in re
Sicula
subesse.

cipes, suis & progenitorum suorum exigentibus meritis singularem, ea dilectionis singularitate, prosequimur, quod nec personam aut terram, periculis ingerere, nec famam scandalo aut derra- ctioni subijcere, nec animam suam, cuius nobis li- cet immeritis curam nouimus esse commissam, sa- lutis vellemus discrimini subiacere: quodque nos & fratres ipsi, sic nostras intendimus conscientias diuinæ maiestatis virtute præambula mundas Do- mino conseruare, sic animas nostras salutis aucto- ri desideramus, ipso qui potest fauente sermoni, gratas & acceptas offerre, quod in prædictorum Conradini & Edmundi, vel alterius cuiusquam præiudicium, cum conscientiarum scrupulo diui- ni offensa numinis nullo modo aliquid facerem- us, &c.] Laudat Albertum, studia & industriam ad ferendum S. Ludouici animum, eamque reli- gionem excutiendam contulisse: datque imperia, vt tractatum ceptum promoueat.

22 Nec Vrbanus modo ad defendenda Ec- clesiæ iura incubuit, sed maxime pontificias cu- ras pro fide illibata seruanda, atque erroribus am- putandis defixit. Testes apostolicæ literæ ad Do- minicane familiæ alumnos in Insurbria, ac Liguria fidei censores missæ a, quibus ea ipsos auctoritate instruxit, consilijsque, ac prærogatiuis ad partes impositas egregie sustinendas munuit, quibus antea Alexandrum Minoritas, qui eodem mune- re fungebantur, intruxisse vidimus. Iussit ergo strenue prouinciam sibi demandatam exequi, ne temere impertentur ijs absolutionem, qui ficta pietate scelus colorarent; neminem sine diocesa- norum consilio sententijs suis percellerent: exami- ne diligentiorum viris prudentibus testes discu- terent, diuinaque scriptis notarij opera mandaren- tur: religiosi, & clerici tabelionatus officium in eo casu gerere possint, si ante sacros ordines reli- giosumue habitum susceptos id exercuissent: re- titum nomina vbi periculum aliquod ipsis impen- deret, secrete coram viris probis enuntientur: quoslibet peritos, vt in ferenda sententia assistant accersere, populum aut clerum loci cogere, venientibus viginti aut quadraginta dierum indul- gentias apostolica auctoritate impertiri, sine fo- rensi strepitu iudicia exercere possint: sanctiones apostolicas, atque edicta Friderici Patauij olim contra hæreticos promulgata, summa religione obseruent. Apostolicis etiam beneficijs fidei cen- sores complexus est, ac ne aliqui obitarent quin, aduersus hæreticos inuictam prouinciam exer- cerent, grauissimas minas iecit, se cælum & ter- ram aduersus eos armaturum, cruce signatos re- ges, principes, ac populos, ad eos delendos, in- aciem educturum, atque impulsurum. Nauata etiam ab eiusdem ordinis religiosijs viris aduersus hæreticos in Aragonia ad abolendas Albingen- sium reliquias. Sed ab impijs insectandis ad sanctos meritis affectos honoribus digrediamur.

23 Hoc anno Vrbanus cælitum catalogo ag- gregauit b. Richardum episcopum Cicestren- sem, cuius miraculorum gloria cum late peruaga- ta esset, Angliæ Regis procerumque precibus ad- ductus Alexander editas eius opera diuinitus admirandas res in publicas tabulas referri, atque examine ecclesiastico discuti iusserat. Inter cate- ras eius virtutes, mira corporis integritate eni- tuisse, refert Vrbanus in diplomate pontificio, atque ita in suscepto consilio constantem extitisse, vt cum frater, vt ipsum ad prænobilis puellæ con- iugium adduceret, primogenituræ iura, ac pa- trimonium in eum refundere cuperet, numquam

a. En-
bull. i
Vrbani

Fidei
sentes
ti in L
ria &
subria

Data
pontif
monu

Rich-
ep. Ci-
stren-
tis ad
ptus.
b. Theo-
Vallio
in Vrb-
ia ap-
Mass-
& ali

Vt caducas opes abiecerit.

Exstant ap. lit. in eod. Vallis sign. C. nu. 49. pag. 118. & in Bull. 17. Urb. IV.

Magnas in episcopatu virtutes expli-
cuerit.

Voluptates voluntarij poenitentia regerit.

* victoriam

Præclara de parto ab eo triū pho encomia.

infecti, ac blandientis voluptatis illecebris, bonorumque ostentatione subornari potuerit: B. Edmundi archiepiscopi, cui summa familiaritate cōiunctus fuit, in regenda ecclesia Cantuariensi curas, leuauit; tum ad sedē Cicestrensem euectus, vt virtutum micantes radios vndiq; diffuderet, carnemque asperrimo vite genere edomarit, enarrat Pōtifex. a

24 Ipse vocatus ad regimen ecclesie Cice-
strensis factus est solito longe magis vigil ad curam, non segnis ad opus, suauis ad mores: ex tunc ei fuit pauperum cura maior, habitus abieci-
tior, gessus & affatus humilior. Ex tunc ipse in persecutionum perpeffione fortior, in libertatis ecclesiastica defensione constanter, in iustitie censura inflexibilior, in oratione fruentior, in elemosynarum largitione profusior, in proprij corporis castigatione rigatior: asfrictior in obseruantia discipline, in carnis & spiritus lucta prudentior. Horum colluctationem frequenter in ipsa luctatus, prudenter attendit, studuit luctari prudentius: carnem cogit seruire spiritui, abiecit ancillam & filium eius, carnem & carnis inuentia prosternens vigilijs, quas spreto cubili peruigil obseruabat, refocillauit spiritum, pauit ieiunijs, multa orationum assiduitate nutriuit. O virum industrium! O circumspēcti athletæ prudentiam! Carni arma debilitationis imposuit, vt armis fortitudinis spiritus armaretur. Illi dedit arma terrestria, vt spiritus arma cœlestia commodius toleraret: vt enim carnis carie caute careret, effectu vere Martochoaus effectus, ipsius & nomen & omen assumpsit, dum nominis interpretationem impleuit, impudentis carnis factus amara contritio, & ipsam amare conterens impudentem. Posuit enim vestimentum eius cilicium, & ipsius stimulos corrigia ligneis, & ferreis pungente stimulis se nudum comprimendo repressit, loricamque superinduens, arma macerationis adiecit. O pugnantis cauta sagacitas, sagaxque cautela! O doctus bonus in hostem! Sic armauit aduersarium, vt armis debilitaret armatum, cum debilitato secure confingeret, in conspectu quietius vinceret de armato * virtuosius obtineret.

25 Hæc miranda, hæc laudanda belli victo-
ria, non in exercitio multitudinis, sed de cœlo veniens fortitudo. Hoc opus illius, in cuius conspectu non est differentia in multis liberare, vel paucis. Hoc opus illius, qui docuit lucernam accensam non poni sub modio, sed candelabro superponi. Hoc illius opus, qui quod verbo docuit, opere in B. Richardo compleuit. Ipse enim pater luminum, qui ei dedit per tenebras mundi huius in suo lumine ambulare, in ipso meritorem lucernam accendit. Ipse illam candelabro mirabilium operum superimposuit, vt per clara merita, quasi luna resplendens, tandem per miraculorum euidētiam in solis fulgore proficeret, & quasi sol in templo Christiana fidei resfulgeret; nec laterent in abditijs tantæ opera claritatis, quæ idem summus opifex per eum non solum cum ipso regnantem, sed etiam ad huc, licet præter carnem, tamen in carne viuentem dignatus est mirabiliter operari, patientibus ad beneficium, videntibus & audientibus admirandum imitationis exemplum, & proficiendi doctrinam; quorum de multis aliqua, onerosæ multitudinis vitandæ gratia, breuis series referabit.

26 Quodam siquidem edulitatis tempore ad eiusdem beati viri elemosynam inopinata concurrent inopum copia, panem qui ad nonaginta refecionem pauperum distributione solita æstimatus, occurrentis multitudinis vix parti minima concurrebat in numero, viuus panis qui de cœlo descendit, ad ipsius benedictionem abundare fecit in tantum, quod præter existimationē astantium refectis abunde fere tri-

bus milibus pauperum, consuetas recipientium portiones, de superna abundantia pietatis superabundauerunt partes, quæ secundum eandem distributionem centum ad huc pauperes refecissent. Hic, resolutionis sui corporis tempore propinquante, per plures dies ante horam mortis certam, licet ipsa nihil incertius, facti subsecuta veritate dictum certificante prædixit. Post cuius transitum corpus ipsius, antea grauatum vigilijs, terræ duritia, in qua frequenter solebat decubare, confractum, ieiunijs maceratum, macerationibus multis affictum, præter humanum morem nitidissimum apparuit, vt probaretur presuris talibus non oppressum, sed potius excolitum. Ad ipsius inuocationem contractos, quorum membra naturaliter gressui ministrantia, ita totaliter plurimum annorum paralysis inueterata contraxerat, vt eisdem membris huius ministerio ineptis redditus, nulla omnino daretur gradiendi facultas, ille cuius mira sunt opera, subito membris ipsis in solitam virtutem erectis, in liberi gressus libertatem erexit. Antiquatas fistulas plurimum ostium extractione concauas, & sine spe sanitatis sibilantes sanie, eiusdem sancti meritis, vlcibus etiam repente sanatis, diuina pietatis affluentia desiccavit. Tres mortuos, quorum vnum currentis currus per medium rota cōpreserat, reliquos vera febris extinxerat, ille qui mortem moriendo destruxit, precibus sub eiusdem porrectis nomine inclinatus suscitauit ad vitam. Et quod non est prætereundem silentio, sed solemiter vulgandum gaudium, in humanum corpusculum euestigio inhumanatū, vt pote de corpore matris natū exanime, de utero transferendum ad tumulum, eius inuocato nomine, animā viuentem animarum creator infudit, &c. Dat. Viterbij x. kal. martij pontificatus nostri anno I.

Cumque tot miraculorum fama illecti populi ad eius sepulchrum colendum conuolarēt, Pontifex ad alendam confirmandamque eorum pietatem, die festo adeuntibus, indulgentias contulit: elapsoque mense v. kal. aprilis translati sanctissimi pignoris celebritatem quotannis fieri concessit a. Vitam ipsius duobus libris complexam Rodulphum Cicestrensem tradit Card. Baronius b.

27 S. Richardo Angliæ clarissimo lumini nonum Germania decus Vtricum Racemburgensem episc. coniungemus, quem virtutibus præsertim effusa in pauperes liberalitate non disparem numen pari miraculo exornauit. Rem narrat Albertus Crantzius c: Granarium, inquit, suum plenum farina & frumento totum in manus pauperum exbauit, ita vt nihil sibi ac familia reseruaret. Superuenere pauperes, qui elemosynam efflagitarent: vocato procuratore iussit, vt pauperibus consuleret dans quidquid superesset: erat enim annona caritas insignis, & fames valida super terram. Procurator sciens granarium euacuatum respondit nihil superesse, quo pauperes consolaretur, sed omnia in similes usus dispensa. Fiducia plenus dixit illi episcopus: Vade & vide si forte vel modicum superfit, vt non vacui discedant pauperes. Vade in nomine Domini, & da eis; forte arbitratus, quod dispensator timidus consuleret futuro tempore, cum reuera nihil superesset. Mira res, & veterum miraculis merito comparanda: granarium aperuit, & frumento atque farina plenum reperit, & pauperibus abundanter elargitur. Vbi innotuit res gesta Pontifici, resolutus in lacrymas Deo omnium largitori largas gratias persoluit. Hæc Crantzius, atque ex eo nonatores d: qui quidem, vt animales homines non percipientes quæ sunt spiritus Dei addunt: Si modo credere fas est. Verum non abbreviatam in miraculis patrandis manum Domini sensit Polonia in B. Hedvige, cuius

Mortem suam prædicat.

Splendet post mortem ipfius corpus.

Miracula, eius ope implorata edita.

Indulgentiæ sepulchri eius adit uris propofitæ.

a Lib. I. ep. 70. ext. in di. cod. Vallis, pag. 120. & in Formul. Marini Ebuli pag. 214. nu. 2154. b Bar. in Mar. Rom. die 3. apr. c Crantz. metrop. l. 8. c. 29. Vtricus episc. Racemburgen

Quam Deo gratia esset eius in pauperes liberalitas miraculo ostentum.

d Cent. 13. c. 10. col. 1098. Centuriarum pietas.

cuius sanctitatis gloria innumeris miraculis, quæ quotidie patrabantur adeo excreuit, vt Polonia proceres ad Vrbanum IV. oratores miserint a, qui ab ipso flagitarent, vt eam SS. albo adscriberet: quibus auditis, vt maturius deliberaret, Vvolmirono Vvaladislauicæ episcopo. Dominicanorum prefecto provinciali munus imposuit, vt ecclesiasticum examen de illius miraculis instituerent.

28 Extinctum est hoc anno Franciscanæ familiæ lumen pulcherrimum B. Ægidius D. Francisci quondam socius, quem allocutum esse vidisset, que felicem se putabat S. Bonauentura. Singulari veneratione Romanam ecclesiam est profecutus, & audiens Heliam ab ea ad Fridericum II. defecisse, statim subortis lacrymis magno dolore percitus in terram se prostravit, atque in puluere voluntatus est, dictitans velle se quantum posset in terram deprimere, cum ille infelix, dum in sublime enitebatur, misere corruisset. Adeo diuinarum rerum contemplatione capiebatur, vt solo paradisi audito nomine, extra sensus ipsius animus euocaretur. Ferunt aliquando virum insignem, e Dominicanæ familia de virginitate Deiparæ ambigentem, ad ipsum se contulisse, eoque veniente virum Dei diuinitus cognito dubio, quo a dæmone agitabatur, baculo terram percussisse, adiecisseque: *Frater Prædicator, S. Maria virgo est ante partum*; ac mox elegans liliū e terra emeruisse, iterumque ea percussa dixisse: *Frater Prædicator, S. Maria virgo est in partu*; ac statim aliud erupisse, tertio solum ferentem dixisse: *Frater Prædicator, S. Maria virgo est post partum*; ac tertium liliū cultissimum e terra sese extulisse, ac mox abacta alterius tentatione aufugisse. Edidit plura in vita miracula, ac post mortem maioribus effulsit, quæ si quis cupiat, S. Antoninū b Vvadingū c in Minoritarum annalibus consulere poterit. Tanto viro alijsq; nō minus insignibus efflorescente Franciscanorum familia Oliuerius Firmiensis episcopus ab Urbano expetijt, vt episcopatus munus abijcere atque ad Minores se recipere posset: ac Pontifex Colocensi archiepiscopo partes iniunxit d, vt inquireret, quid magis Ecclesiæ vtilitatibus conducere videretur.

29 Excepit per hæc tempora Vrbanus Nidrosiensis archiepiscopi aliorumque Septentrionalium præsulum oratores, qui ipsum de subsidio in Noruegia contra Tartaros comparando, certiorum fecere. Alexander enim prædecessor, cum vnus regni etiam florentissimi vires, Tartaris Terræ sanctæ, Poloniæ, Vngariæque imminenti- bus, atque ad alia regna vastanda penetrare molientibus, resistere non posse videret, orbis Christiani defensionem consulturus, cum aduerneret œcumenicam synodum sine maximis difficultatibus celebrari non posse, in singulis prouincijs concilia a metropolitanis iudici iusserat, in ijsque decerni, quas copias ad infringendos Tartarorum conatus, quæue pecuniarum subsidia submitti possent, vt eo pacto totius Christiani populi vires simul conflarentur. Paruere antistites, atque constituto Apostolorum Petri & Pauli festo oratores, vt iussi erant, transmissere. Sed Alexandro defuncto, Cardinales vacante sede sine certo responso remisere: Urbano demum Pontificijs gubernaculis admoto, septentrionalium regionum procuratores redire, quos ille rerū mole obrutus cum hisce literis ad suos præfules dimisit e, præcepitque, vt cœptis strenue operam nauarent, ac subsidia promissa diligenter compararent.

Archiepiscopo Nidrosiensis, ac Bergensi, Al-

loensi, Orcadensi, & Stavvangrensi episcopis.

Sibi, & gregi sibi commissio sollicitus felicitis recordationis Alexāder Papa prædecessor noster, prout sui apostolatus officium exigebat, certis alienarum cadis exemplis admonitus, & malorum instantiam non dubijs rumoribus excitatus; cum seuissimum Tartaricæ feritatis gladium, quo filios hominum pro parte iam maxima in suorum peccaminum vltionem digne commota indignationis diuinæ seueritas, vt residui salubriter paueant, flagellari permisit, tantis prudentiæ sensibus prospexisset, non potuit dissimulare, nec debuit, quin clamaret præmuniens diligenter, & præmouens fidelium præcipue pastores & principes, vt secum expergiscerentur & surgerent, ac in alienis periculis propria præcautione ante sera tempora tempestiua remedia præpararent.

30 Ne vero generalis conuocatione concilij, quod arduæ rei necessitas flagitabat, ob incommoda temporum, locorum distantias, viarumque discrimina generalitas grauaretur, aut necessariæ prouisionis vtilitas incurreret ex nimia tarditate defectum, præfatus prædecessor a Christianis principibus, prælatis, atque collegijs sollicitè inter alia requisit, vt circumspectæ deliberationis examine prouiderent, quibus modis, quibusue remedijs, atque subsidijs ecclesiasticis, & mundanis ad resistendum prædictis Tartaris, tam in Terra sancta quam imperant, quam in regno Vngariæ, atque terra Poloniæ alijsque locis, vnde ad alia occupanda Christianorum regna violentum moliantur ingressum, conflarentur in vnum, vires populi Christiani, cum tantæ, tamque improbæ multitudinis irruptionibus cohibendis vnus regni quantumlibet præpotentis non credantur sufficere facultates: quæ insuper regio, cui, quibusue modis, & viribus contra eosdem Tartaros succurrere teneretur: quæ demum & qualia subuentionis auxilia particulariter ob hoc iudici deberent cleris, & populis Christianis, & de reliquis nihilominus prouidentia opportuna suffragijs in tantum negotium, illudque contingentia conferendis, secundum datam ipsis prudentiam Deum, & vniuersale periculum habendo præ oculis; cogitantes, super omnibus deliberatione habita diligenti vsque ad octauam Apostolorū Petri & Pauli nunc proximo præteritam, aliquos procuratores, & nuncios prouidos & discretos sufficienter instructos, ac plenum habentes a prælatis collegijsque mandatum super præmissis omnia faciendi, quæ ipsi possent, si præsentis essent, efficere, ad sedem Apostolicam destinarent, per quos eorum communicato consilio dicta sedes statueret, quæ in tam arduo Christianitatis negotio publicæ salutis vtilitas postularet.

31 Receptis itaque huiusmodi literis apostolicis Christiani principes, & ecclesiarum prælati, ac ecclesiastici viri diuersorum regnorum deferentes Apostolici patris mandatis & monitis, vt decuit reuerenter, ad Apostolicam sedem procuratores, & nuncios transmiserunt. Sed quia dictus prædecessor noster iussus a Domino migrare de seculo isto nequam, positam omnibus legem fatalis conditionis impleuerat, venerabiles fratres episcopi, & dilecti filij nostri presbyteri, & diaconi sacrosanctæ R. E. Cardinales, prædicta tunc sede vacante, huiusmodi nuncios honorificentia, qua decuit, admittentes; ac beneuolam præsentiam, & audientiam impendentes, eisdem literas & mandata, quæ attulerant, fecerunt sibi protinus exhiberi, quibus inspectis, attentius & propensis, quia

Institutū de S. He- duuigis miraculis religiosū examen. a Long. hist. Pol. l. 7. hoc an.

B. Aegidiū moritur.

Insignia nonnulla eius gesta

b Ann. 3. p. tit. 24. c. 7. §. 11. c. 12. c. Vvad. in annal. Minorie. Oliuerius Firmiensis episcopus. d Lib. 2. ep. 33. Septentrio- nales ad repellendos Tartaros se accingere meditatur.

Alexāder IV. ipsos ad id exci- tarat.

Data ab Urbano ipsorū ora- toribus re- sponsa. e Lib. 1. ep. 100.

De iudicijs Alex. unicus in Tartaros concilij.

Forma eorū demptia.

Vt Romanus Pontifex sibi in eos citaret.

Abruptus mors Alexandri filia.

quia ipsi tunc occupati circa tractatus, qui tunc eis de substitutione Romani Pontificis imminabant, cum eisdem procuratoribus in remedijs adhibendis contra pestem huiusmodi efficaciter procedere nequiverunt, procuratores & nuncios ipsos, ne suos dominos, aut eos mora grauaret longior, dimiserunt eodem non intermisso, sed ad plenioris instructionis consilium remisso negotio, donec prædicta sede ordinata, de pontificatus apostolici successore consequeretur super eo ecclesiastica sollicitudinis instantia exitum concupitum.

32 Licet igitur vos nuncios & procuratores vestros propter hoc ad prædictam sedem tarde miseritis, quod opinamur ex multa locorum distantia, cum in ultimis terræ sitis constituti finibus, contigisse; nos tamen, quos omnipotens Dominus, licet immeritos, ad summi Apostolatus apicem sublimauit, eosdem nuncios & procuratores vestros benigne ac clementer admisimus, nec non & literas, quas nobis ex parte vestra tulerunt, attentè perlegimus, & intelleximus diligenter. Sed quia mens nostra in nostræ huiusmodi nouæ promotionis initio multarum sollicitudinum, & diuersarum curarum obsidione vallata super prædicto negotio, quod non ultimam requirit diligentiam, plene adhuc deliberare nequiuit; præfatos nuncios & procuratores vestros ad vos cum memorata sedis gratia duximus remittendos, fraternitatem vestram monentes, rogantes attentius, & hortantes, ac per apostolica vobis scripta districte præcipiendo mandantes, quatenus intendentes vobis ipsis, & Christiano populo, in quo vos posuit Dominus principes & pastores, circa prædictum negotium contra Tartaros prosequendum, quæ necessitati conueniunt, & vtilitati expediunt generali, prudenter & solcite cogitatis, illud in omnibus & per omnia, iuxta formam per literas memorati prædecessoris vobis traditam, prudentibus consilijs, sedulis studijs, & prouisionibus circumspectis taliter dirigatis, vt prompti inueniamini, & parati ad ea, quæ per eiusdem negotij promotionem, tam circa subsidium, quod propter hoc in regno Norvegia ad præsens colligitur, vt scripsistis, quam etiam circa alia, quæ ipsius regni, & reipublicæ Christianitatis commodum respiciunt & profectum, vos duximus requirendos. *Dat. Viterbij v. idus iunij anno 1.*

33 Nec solum Tartari Ecclesiam oppugnabant, verum etiam Græci schismatici catholicorum res admodum afflixerant. Palæologus namque Balduino Imperatore Constantinopolitano deiecto, depulsoque regia vrbe, vt reliquum Imperium in suam potestatem redigeret, anhela- bat. Nec fregit animos aduersis casibus Balduinus; cum Venetorum enim duce coniunctis armis ad recuperandam Constantinopolim expeditionem constabat: nec illi Vrbanus auxilio defuit; Minoritis enim imperauit a, vt incitandis ad arma sacra populis nauarent operam, pro Constanti- nopolim e Græcorum manibus eripiendam, indulgentiasque profecturis pollicerentur, quas pro Terræ sanctæ subsidio bellum inituri consequerentur.

Ministro provinciali ordinis fratrum Minorum in regno Francia.

34 Orta est nobis de partibus Romanicæ multæ turbationis materia, & exinde profuerunt iacula, quæ diris puncturis affecerunt, & afficiunt intima cordis nostri. Ecce siquidem in regione illa contra fidelem populum schismaticorum ere-

ctus est gladius, vndique ad subuertendam catholicorum statum grauis persecutionis turbo prorupit, propter quod cultores fidei orthodoxæ hostilibus inibi quatiuntur insultibus, & Christiana religio varijs & diuersis aduersitatibus impugnatur. Palæologus namque schismaticus, qui Græcorum Imperatorem vocari se facit, postquam illius perfidæ gentis obtinuit principatum, contra populum Latinorum, qui in illis partibus commoratur, cœpit in eum furoris tyrannidem inhumaniter exercere; sicque aduersus eum vna cum subiectis sibi Græcis nationibus conspirauit, quod ad illius exterminium, & subuersionem tota suæ malignitatis conuertit studia, direxit intentionem, & animum præparauit, improbe sperans se posse de facili, Latinis eiectis, exinde Constantinopolitani Imperij dominium integre obtinere. Congregato igitur post debellationem, & capti- onem dilecti filij nobilis viri Guillelmi de Villar- duin principis Achaia, exercitu copioso, & ciuitatis Constantinopolitanæ finibus appropin- quans, ciuitatem eandem, cum non posset illam violenter capere, prodicionaliter occupauit, col- locans in ea superbæ suæ sedem in sempiternum opprobrium Latinorum.

35 O quantos concepit dolores, o quot suspiria protulit, o quam acerbas effudit lacrymas Romana mater ecclesia, cum audiuit, quod præfata ciuitatem, quæ in eius permanens vni- tate in suo gremio altius relucebat, amisit. Re- colens etenim quod multo tempore anxie vigila- uit, laboriosa studia intentis vigilijs annectendo, vt ciuitatem tam inclytam & famosam, tam- que insignem & amabilem obtineret; memor etiam sollicitudinum, suspiriorum, & laborum, quibus fel. recordationis Innocentius Papa III. prædecessor noster illam Imperialem vrbe ad vnitatem catholicam conquisiuit; & audiens eam sic probrose deperditam, & ab eius obedientia & deuotione subtractam, acuti doloris gladio sua præfens viscera perforata. Veruntamen quan- tumcumque immensam ex hoc flebili casu ciui- tatis eiusdem dolore concepit & mœrorem, nequaquam ob hoc cecidit spes ipsius, nec fuit animo consternata, quin de ipsius ciuitatis, & per consequens dicti Imperij recuperatione solcite cogitaret, confidens in illo, qui est in se speran- tium fortitudo, quod post huius percussio- nis dolo- rem, consolatio- nis opportuna medelam misericorditer adhibebit. In hoc enim claret excel- lentia fidei, super cuius petram eadem ecclesia fun- data consistit, quia quanto grauius ecclesia ipsa impetitur, tanto persistit constantior, quoniam immobile accepit in Christo, qui est veritas, fun- damentum. Nam licet antiquis temporibus eadem ecclesia memoratum Imperium amare plan- xerit, ab eius vnitatem subtractum; licet diutinas & innumeras amaritudines, & afflictiones pertulerit de suorum inibi dimicatum oppressionibus filiorum; semper tamen animo fortis stetit, nec vnquam, quæ potuit, illuc subsidia destinare ces- sauit: quia sibi continue diuina potentia in tan- ti prosecutione negotij necessariæ subuentionis largitione prouidit, corda fidelium ad præbendum ei super hoc assidue accendendo, ex quibus innumeri iam, effuso in pugna tam salutifera sanguine, cursum vitæ præsentis sub glorioso triumpho mar- tyrij feliciter consummauerunt.

36 Verum quia dicti Palæologi nequitia, fa- uentis temporis tumefacta suffragio, prædicta vrbe, quæ memorati Imperij caput existit, tali-

Græcus de Palæo- logo que- relæ.

Captus ab eo Achayæ principè.

Expugna- tam proditi- one C6 stantino- polim.

Rom. ec- clesie ex eo tristi casu lu- ctus.

Palæologus in Achayâ & Pelopo- nesum co- natus ef- fundit.

ter

Vrbanus ea perdu- cere dif- fert.

Schisma- ticorum potentia inualefcit.

Balduin⁹ Imp. auxi- lia compa- rat. Lib. 1. ep. 129. Horratur fideles P6- tificæ vr- bus signa sequantur

Ea de re Vrbanus lit.

ter occupata, ad occupationē residui eiusdem Imperij, videlicet principatus Achaïæ ac Moreæ, feruenter anhelat, nos attendentes, quod Ecclesiæ corpus ex membri tam chari, scilicet Imperij præacti carentia, si præactum residuum, quod abstit, occuparetur ab eo, notam probrosæ deformitatis incurreret, & sustineret debilitatis dolendæ iacturam; considerantes etiam quod charissimus in Christo filius noster Balduinus illustris Imperator Constantinopolitanus, & nobilis vir dux Venetorum, sicut eiusdem Imperatoris, & eiusdem ducis nuntij nobis in nostra constituti præsentia retulerunt, vna cum prælatis & baronibus principatus iam dicti magnificum tam per mare, quam per terram pro succursu eiusdem Imperij iam disposuerunt facere apparatus; ac volentes eos in hoc fidelium Christi præsidij adiuari, digne prouidimus fore ab eisdem fidelibus opportunum propter hoc suffragium postulandum.

37 Tuæ igitur discretioni per apostolica scripta in virtute obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, quatenus tam per te, quam per alios fratres tui ordinis, quos ad hoc idoneos esse cognoueris, proponens eisdem fidelibus per regnum Franciæ, nec non per alia loca, per quæ tua administratio se extendit, iuxta datam tibi a Deo prudentiam verbum crucis, eos attentis, & sedulis exhortationibus inducere nõ omittas, vt pensantes prouide quam sit necessaria nunc Imperio præactio festina subuentio; aduertentes etiam, quod per Imperij præacti succursu catholicæ fidei & ecclesiasticæ libertatis augmentum, nec non & Terræ sanctæ liberatio specialiter procurantur; ad succurrendum eidem Imperio, ac Latinis morantibus in eodem, quinimo ad Imperium ipsum eripiendum de manibus aduersariorum, contra prædictum Palæologum, & fautores ipsius assumpto crucis signaculo, viriliter & festinanter exurgant: prædicto quoque fidelibus ipsis quod dictus dux Venetorum omnes cruce signatos huiusmodi suo potenti nauali stolio illuc deferri faciet sine nauulo.

38 Nos etiam de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, ex illa, quam nobis licet indignis Deus ligandi atque soluendi contulit potestate, omnibus eidem Imperio, ac Latinis in personis vel bonis eorum succurrentibus illam suorum peccaminum veniam indulgemus, ipsoq; illo priuilegio eaque volumus immunitate gaudere, quæ prædictæ Terræ sanctæ subuenientibus in generali concilio sunt concessa: non obstantē sedis Apostolicæ indulgentia, qua fratribus tui ordinis dicitur esse cōcessum, ne de causis vel negotijs, quæ per literas apostolicas committuntur eisdem, se introrittere teneantur, nisi de indulgentia huiusmodi expressam faciant mentionem. Vt igitur vtilius & facilius commissum tibi huiusmodi ministerium exequi valeas, tibi & fratribus eiusdem ordinis, quos ad hoc cooperatores elegeris, conuocandi ob id clericos & populos locorum, in quibus huiusmodi verbum crucis proponere vos contingeret, quotiescumque & vbicumque videris expedire, vt processionaliter prædicationibus vestris cum deuotione intersint; necnon largiendi omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui ad huiusmodi conuocationes, & prædicationes vestras accesserint, quadraginta, vel centum dierum indulgentiam, iuxta tuæ discretionis arbitrium moderandam, plenam concedimus aucto-

ritate præsentium potestatem. *Dat. &c.*] Exarata vero epistolam par est credere, cum sequentes ad S. Ludouicum scripsit, nimirum ineunte iunio huius anni. Per id quoque tempus scriptæ plures a ad Agennensem episcopum, quibus imperauit, vt ad ferenda Constantinopolitano Imperio auxilia decimas in Francorum regno cogeret.

39 Accesserat ad sedem Apostolicam Balduinus, ac sui aspectu Pontificem dolore confoderat, depulsum solio per nefariam prodicionem tantum Imperatorem intueri: peruenerunt etiam Venetorum oratores, qui Urbano promiserunt omnes sine vilo naui pretio traiecturos, qui eam expeditionem suscipere. Diuque tanta re discussa atque agitata, Pontifex ex Cardinalium consilio ad S. Ludouicum Francorum Regem Andream archidiaconum Paphensem misit, vt ipsum ad restituendū Imperio Balduinum, Ecclesiæq; iacturam sarcendam incitaret, literisq; b certiosem fecit Venetos, classem maximam instruere, Moreæ atque Achaïæ principes pedestrem exercitum terra adducturos.

Regi Francia illustri.

Si mater Ecclesia in oportunitatibus reipublicæ Christianitatis, ac in suis tribulationibus calamitatis, & pressuris ad te, fili charissime, tuumque famosissimum & Christianissimum regnum habet frequenter cum fiducia magna recursum; si suas afflictiones quadam materna tibi familiaritate communicat, & suorum incendia vulnerum tibi tamquam perito & experto eorum medico confidenter exponit, sperans illa salubribus tuarum consolationum leniri posse fomentis indubitata; quam de probato tuæ circa illam compassionis affectu, & sinceritatis effectu, firmiter obtinet, hoc efficit certitudo. Licet enim omnipotens Dominus magnifica prole tuorum fidelium Regum, & principum orbis terræ, quos eadem mater Ecclesia baptismi regeneratione parturiuit in filios, ipsius Ecclesiæ fundauerit vterum; ijdemque Reges & principes vna tecum eius sæpe angustias viderint, ipsiusq; clamores frequenter audierint; tu tamen solus eius semper doloribus condolens, & compatiens passionibus pio corde, mœrores & clamores ipsius nunquam sub dissimulatione transtisti, sed illos patulis suscipiens auribus velut Christianæ fidei athleta fortissimus, ac robustus pugil, & propugnator electus ad eiusdem Ecclesiæ præsidium vexillo deuotionis explicito, prompto semper assurrexisti animo, eique in cunctis suis necessitatibus, indeficientibus tuæ potentæ viribus astitisti: ita quod secundum dolorum suorum multitudinem consolationes tuæ lætificauerunt eius animam, illamque fecerunt multoties a suis anxietatibus respirare.

40 Digne igitur de te, Christianissime princeps, inter ceteros catholicos mundi principes Regis æterni sponsa confidit: merito in suo præsidio spes firmavit, & auxilium a te, cum temporis oportunitas suggerit, & necessitas exigit, confidenter expetit, & indubitanter expectat: præsertim cum præteritorum exhibitio certa sit significatio futurorum. Sane olim dnm rumor horribilis de amissione ciuitatis Constantinopolitanæ nostrum percussit auditum, nostrique cordis intima doloris acuti gladio penetrauit, nos ex rumore huiusmodi, veluti ex quodam terrifico sonitu vehementer attoniti, ex immensi acerbitate mœroris stupidos sensimus sensus nostros, deuotas preces effundentes Altissimo, & Ecclesiam suam sanctam quam

Balduin⁹, & Veneti in eum federa cocunt.

Pontifici⁹ in vocãdis ad crucis signa fidelibus curæ.

Indulgentiarum præmia ijs proponit.

a 116
131.
133.
Baldu
ad V.
num
cont.

6 Ep.

Apo.
S. Lub.
lit. vr.
Baldu
ferat.

Præch.
S. Re.
in re.
Christi
nam
dium
mend
Verba

Spes
eo con
ptas
nit.

quam eius indignatio continuis Christiani populi Iacessita peccatis, in mutilationem membri tam nobilis flagellari permiserat, in huiusmodi necessitatis articulo non relinquens, ei sua dulcedinis porrigeret vbera, nostræque aciem redderet circumspeditionis attentam ad indagandum omnia, per quæ tanto ipsi Ecclesiæ illato vulnere de opportunis possemus remedijs prouidere. Cumque nos propter hoc animus virgentibus vndique diuersarum cogitationum fluctibus æstuaret, demum ad te dictumque regnum tuum conuertimus nostræ considerationis intuitum, ac super te ipsumque regnum nos propter hoc fatigatus innumeris, requieuit, sperans promptum tuæ sollicitudinis studium, ac magnificum dicti regni auxilium inuenire totaliter expositum, & paratum ad salubre in hac parte consilium apponendum.

41 Firma ergo de tanti principis, tantique regni potentia concepta fiducia, nostras tibi, & vniuersis prælatis eiusdem regni super subuentione Imperij Constantinopolitani eius, conuassationibus, ac prædictæ ciuitatis amissione sub certa forma duximus literas nuper destinandas, venerabilem fratrem nostrum episcopum Agennensem, cui huiusmodi negotium per alias nostras commisimus literas, ad te dictosque prælatos propter hoc specialiter, & fideliter transmittentes.

42 Verum quia dolor plagæ huiusmodi, sensibus nostris infixæ, nuper ex amari cruentatione clamoris charissimi in Christo filij nostri Balduini illustris Imperatoris Constantinopolitani, ac ambasciatorum nobilis viri Rainerij Zeni ducis, & communis Venetorum, & aliorum Latinorum, quamplurium de ipso Imperio ad nostram presentiam accedentium, crudeliter extitit innouatus, quia etiam Ecclesiæ facies in aspectu tam charissimi filij, in quo, pro dolor! ob sinistrum dictæ ciuitatis euentum, & si non dignitatis, potestatis tamen imperialis vigor emarcuit, magnæ confusionis, & multæ ignominie fuit rubore perfusa; nos, quod vix sine lacrymis videre possumus, eundem fidelissimum in Christo Imperatorem, & totius Romanie moderatorem de imperiali culmine solio a Græcis schismaticis in perpetuum Latinæ gentis opprobrium sic probrose deiectum; cupientes, vt memoratum Imperium, & per consequens Terra sancta, cuius etiam negotium agitur in hac parte, celerem & optatum speratæ subuentionis consequatur effectum; cum & barones, & proceres, & magnates Latinæ gentis, qui principatus Achaie, ac Moreæ, aliarumque multarum terrarum, & insularum eiusdem Imperij dominium obtinent, cum strenua multitudine bellatorum per terram, & prædicti dux & commune Venetorum cum magnifico stolio galearum per partes maritimas ad resistendum poterent occupatoribus eiusdem Imperij, & ad reprimendum eorum conatus præcipites; iidemque dux & commune ad exhibendum omnibus dicto Imperio succurrentibus passagium sine nauulo, sicut per suos nobis promiserunt nuncios, sint parati; dilectum filium Andream de Spoletu archidiaconum Paphensem capellanum nostrum, virum vtique expertæ prudentiæ, & examinatæ virtutis, ad te, quem zelus comedit domus Dei, nec nõ ad dictos prælatos pro acceleratione dictæ subuentionis auctore Domino procuranda, de fratrum nostrorum consilio fore prouidimus transmittendum, vt quo nos feruentiores in huiusmodi negotio, tu dictaque prælati esse noueritis, eo & vos ad hoc

proniore reddamini, & etiam promptiores.

43 Ideoque serenitatem tuam rogandam duximus attentius & hortandam, in remissionem tibi peccaminum iniungens, quatenus considerans quod si residuum eiusdem Imperij, quod absit, dictorum Græcorum pateret aggressibus occupandum, via præcluderetur & transitus dictæ Terræ sanctæ volentibus subuenire; ob reuerentiam Apostolicæ sedis & nostram, immo potius diuina maiestatis intuitu, & tu ipse, sicut tuum decet honorem, dicto Imperio & Venetis, qui eiusdem Imperij existunt participes, & Latinis ibidem morantibus dexteram tuam protectionis & subuentionis extendas; & prædictos prælatos, vt de honorabili subsidio, secundum quod per alias eis iniunximus literas ad requisitionem memorati episcopi non differant prouidere, diligenter inducas. Nam si in ipso regno, quod est omnium Christianorum regnorum speculum & exemplar, tantæ pietatis opus validum sumpserit Deo fauente principium, ad alia regna mundi, quæ Christiana professione censentur, fauorabilius extendetur. Taliter itaque in eodem regno tuo huiusmodi negotium inchoari procures, quod alia prædicta regna eius imitatione ad exequenda in hoc nostra beneplacita vehementius attrahantur, tuque a Deo exinde, quæ proprijs solet compensare actibus, consequi merearis. Cæterum eundem capellanum solita benignitate recipiens, & honorificentia condigna pertractans, sibi inijs, quæ tuæ magnificentie super præmissis ex parte nostra ore tenus dixerit, adhibeas firmam fidem, illaque libenti animo exequaris. *Dat. Viterbij non. iunij anno 1.* Imperatori etiam Constantinopolitano, nimirum Balduino tribuit a, vt consilio Rhotomagensis archiepiscopi. atque episcopi Agennensis ex ijs pecunijs, quas in Gallijs collegissent, partem principibus, ducibus, alijsque nobilibus viris tribuere posset, quos ad ferendas Imperio suppetias pellexisset: atque Agennensi episcopo ea de re literas b dedit.

44 Egregie animatus erat ad defendendam Ecclesiæ dignitatem, vindicandumque a Græcis Imperium S. Ludouici, vt ex literis Pontificijs suo insinuandis loco videbimus, implicitus tamen erat grauissimis negotijs, quæ ipsius ardorem animi retardabant. E quidem incumberebat ad sopiendam inter vxorem, ac fratrem Andegauie & Prouinciæ comitem controuersiam; ad quam dirimendam Ebredunensem & Narbonensem archiepiscopos adhibuerat: qui cum ab Vrbanone essent exciti, ab eo flagitauerat, vt in Gallijs agere pro discordia illa concilianda permitteret. Sed Pontifex excusauit sese admodum comiter, sibi non licere, cum tantos viros in Cardinalium collegium adsciscere haberet in animo, ac longe meliorem operam Ecclesiæ vniuersæ nauaturos, exploratum esset.

Ludouico illustri Regi Francia.

45 Scripsisti pridem nobis, Christianissime princeps, deuotis apud nos precibus insistendo, vt cum tu venerabilem fratrem nostrum Ebredunensem archiepiscopum pro quodam arduo & secreto negotio, quod nullatenus expressisti, duxeris retinendum, eius absentiam excusatam habere, ac eum ab iniuncta sibi a nobis obedientia per apostolicas absolueres literas curarem. Nobis igitur nostrum tibi rescribentibus beneplacitum in hac parte paulo post recessum nuntij responsum super hoc nostrum tuæ magnitudinis deferentis, superuenerunt quædam alia tuæ literæ, per quas

Apostolica ad S. Regem adhortatio.

Agennensis episcopus missus in Gallias.

Quatum dolorem Pontifex e viso Balduino eiecit ab Imperio accepit.

Latinorum orientalis in Palæologum conatus.

a *ibid. ep.* 134.

b *ibid. ep.* 135. Exortatio Margareta Regina & comitis Andegauie controuersia ea retardat confilia.

S Ludou. Urbanus rogat vt Ebred. & Narbon. archiep. ad eam sopiendam mittat.

quas huiusmodi expressisti negotium, & nos attente rogasti, vt cum occasione comitatus Prouinciæ inter charissimam in Christo filiam nostram illustrem Reginam Franciæ vxorem, & dilectum filium Carolum Andegauicæ & Prouinciæ comitem germanum tuos ab olim fuerit materia dissensionis exorta, prædicto Ebredunensi, necnon & venerabili fratri nostro Narbonensi archiepiscopo, quorum præsentia plurimum necessaria esse dignoscitur ad huiusmodi discordiam sopiendam, remanendi in vltromontanis partibus, quousque tam utilis pacis negotium ad finem aliquem perducatur, vel saltem vsque ad vnus anni spatium concederemus licentiam, & liberam facultatem; & per nostras literas iniungeremus eisdem, vt in prædicto negotio ad requisitionem tuam vigilem adhererent sollicitudinem, & operam diligentem.

Pontificiū
ad eam
conciliā-
dam stu-
dium.

46 Sane, fili charissime, hoc semper optauit Romana mater ecclesia, & ad hoc studium efficaciter & attentam vigilantiam incessanter impendit, vt Christianissimum, & famosissimum regnum tuum, cui ex alto Dominus in omnibus benedixit, cuiuslibet exinde turbationis nube fugata, serena continuæ pacis amœnitate gauderet, & quibusuis discordiarum surculis ab eo funditus extirpatis, ac concordia inibi seminario superfuso, eius incolis quietæ tranquillitatis, & tranquilla quietis fructus produceret amabiles, & prædulces: nec immerito, quia hoc est regnum in cuius integritatis odore prædicta ecclesia in cæterorum fere regnorum, & prouinciarum orbis terræ scissuris afflictæ, & animo fatigata respicit. Hoc est regnum, cuius potentia eidem ecclesiæ contra eius persecutores in cunctis ipsius tribulationibus constantia semper affuit inconcussa. De hoc etiam regno semper Reges prodire catholici, qui claris fidei, & deuotionis titulis præsigniti Deo se gratos per sanctæ conuersationis merita, & ecclesiæ prædictæ acceptos per obedientia promptitudinem exhibere multipliciter curauerunt.

Egregia
regni Fræ
cor. elogia

47 Porro, etsi Romani Pontifices prædecessores nostri pro conseruatione pacis ipsius regni sollicitè suis temporibus laborarint, efficacem ad id opem & operam impendendo, nos tamen qui ortum de regno ipso produximus, eo feruentius, & libentius opportunitatis tempore ad ipsius regni comoda promouenda nostra totaliter conuertemus studia, & animum pararemus, quo arctius ad hæc ex natura lege tenemur, & quo etiam eiusdem ecclesiæ utilitas, quæ ipsius regni est annexa profectibus, ad id propensius nos inducit. Quin imo scire te volumus, quod adeo ardentè mentis nostræ zelus ad tuam tuorumque heredum, ac ipsius regni exaltationem totis anhelat affectibus, quod pro bono salubri, & prospero ipsius regni statu non recusarem personam nostram exponere laboribus & dispendijs, si necessitas immineret.

Excusat
Urbanus
tantos vi-
ros eccle-
siæ neces-
sarios.

48 Veruntamen, sicut tuæ circumspectionis industriad credimus non latere, vrgens Ecclesiæ generalis non dissimulanda necessitas, nos statim postquam summi sacerdotij cathedram diuina dispositione conscendimus, reddit multipliciter anxios in exquirendis vitis secundum cor nostrum idoneis ad Cardinalatus officium assumendis. Videntes etenim, quod Petri nauicula, nostro commissa regimini, in mari huiusmodi seculi constituta, erat adeo continuis procellarum insurgentium vndique collisa fluctibus, & pestilentium ventorum turbinibus conuassata, quod multorum &

peritorum nautarum consilij & auxilijs indigebat, qui nobis & scirent & possent constanter assistere, ac consulere sapienter, qualiter illam ad laudem & gloriam diuini nominis possemus salubriter gubernare; viros nobis elegimus fortes & ad bella doctissimos, qui die noctue ambirent lectulum Salomonis, & in quorum manibus gladios poneremus ancipites, & ardentè lucernas ad faciendum vindictam in nationibus, & scrutandum Domini ciuitatem.

49 Inter alios autem, quos nostrum & fratrum nostrorum consilium ad gerendum tanti onus officij vtilis fore decreuit, ad prædictos archiepiscopos aciem mentis nostræ conuertimus, & pensatis omnibus, quæ pensari in tam ardui qualitate negotij debuerunt, ipsos Narbonensem videlicet ad Sabinensem, & Ebredunensem ad Ostiensis ecclesiarum regimen duximus euocandos, sperantes magna per eos non solum Romanæ, sed etiam vniuersali Ecclesiæ comoda prouenire. Propter quod nostris eis sub certa forma in virtute obedientia dedimus literas in præceptis, vt ad præsentiam nostram festinanter accederent, collegio Cardinalium prædictæ Romanæ ecclesiæ, per nos solemniter aggregandi.

50 Et licet ipsi moram protraxerint hætenus in suis partibus longiorem, nos tamen, & fratres diligentius aduertentes, quod cum ipsi vbilibet Deo fuerint per opera laudabilia vtilis, & exempla salubria fructuosi, ædificantes multipliciter ad salutem, moram quam in prædictis partibus protrahunt eidem Ecclesiæ, quæ plurimum eorum præsentia indiget, dispendiosa est plurimum & damnosa; quodque nec eiusdem Ecclesiæ, nec ipsorum expediret honori neque possent etiam suum deinceps aduentum sine graui nota differre; considerantes insuper, quod eiusdem negotij sicut ex petiti termini prolixitate percepimus, adeo est cruda & indigesta materia, quod nondum aliquod digesti tractatus præparatorium sumpsisse videtur, propter quod non de facili medicinalia remedia pacis admitteret, neque de leui, nec in breui finem reciperet concupitum, præhabito super huiusmodi negotio prædictorum fratrum nostrorum, cum multa deliberatione consilio; dispendiosum & graue nimis dictæ generali Ecclesiæ fore prauidimus, eisdem archiepiscopis remanendi vterius proper hoc in præmissis partibus licentiam elargiri: præsertim cum, sicut alias tibi scripsisse meminimus, regij lateris comitatus multorum circa se virorum habeat copiam peritorum, per quorum sollicitudinem potest memoratum pacis negotium efficaciter promoueri.

51 Ideoque serenitatem tuam rogandam duximus attentius & hortandam, quatenus conuertens diligentius attentionis oculos ad præmissa, & considerans cuncta discrete, non moleste feras, si tuis in hac parte votis per nos hac vice non extitit satisfactum. Si enim prædicta omnia, & singula discusseris sapienter, nequaquam ambigimus quin a te qui prædictæ Ecclesiæ comoda tua propria reputas, & profectus Ecclesiæ prouenientes eidem tibi existimas prouenire, huiusmodi nostra responsio in spe & is, vt conuenit, circumstantijs vniuersis, rationabilis & idonea censeatur. *Dat. apud Vrbeniæ x 11. kal. nouemb. anno 11.*

52 De quatuordecim Cardinalibus partim hoc, partim superiori anno creatis meminit vitæ Urbani scriptor a hæcæ verbis: *Sane, cum idem dominus Urbanus eandem Romanam ecclesiam videret satis in numero Cardinalium diminutam, volens dese-*

Narbo-
ensem
ad Sa-
sem
siam
Ebre-
nem
ad O-
sem
dici.

Eam
troue-
nisi
temp-
compe-
posse.

Non
se Reg-
lios
ria in-
gnes
conci-
dā vni-

a Greg-
decan-
ioc. ap-
Mass-
vrb.

defectum huiusmodi reparare, ut Urbanus nomine
urbanitatem in verbo & opere demonstraret, duas
ordinationes, unam in decembri, aliam in maij men-
sibus fecit: in quibus *Cardinales quatuordecim ordi-
natos ostendit huiusmodi numero, mystice * que per
eosdem Cardinales ex preceptorum legis & quatuor
Euangeliorum doctrina fidelium cordibus deberet in-
seri & inserta fideliter custodiri. Complexus est
elego carmine horum Cardinalium nomina Theo-
doricus Vallicolor: qui tamen in eo emendandus
dum Guidonem archiepiscopum Narbonensem,
qui in pontificatu Clementis IV. nomen sortitus
est, in prima Cardinalium creatione donatum pur-
pura innuit.

Sane cum dicti fratres a Cardine pauci
Essent, his fidem multiplicare placet.
Vera salus vbi consilium: quare pater istos
Coniunxit lateri, cum fuit ordo prior
Isti Pontifices Rodulphus, hic Ebroicensis
Præsul consilij moribus aptus erat.
Huic archiepiscopul Narbona nomine Guido,
* Cui successit ei sæcula iure regens.
Presbyteri bini Simon Paduanus, & alter
Simon, cui patria Gallica terra fuit.
Hi tres leuita Gotifredus, Iacobusque,
Tertius Hubertus, clarus uterque fuit
Atratum primum genuit: Sabella secundum,
Alter Lombardus nomine stirpe potens.
Continuit fratres hos prima creatio septem.
Altera tot quorum nomina cerne loca.
Ebredunensis tunc archiepiscopus hic fit
Præsul, & Henricus nunc nomen dictus erat.
Huius contulerat prædicto pontificatum
Hugoni Papa, qui bene cessit ei.
Hique sacerdotes Antherus in urbe Trecenti,
Progenitus Papa sanguine, corde nepos.
Burgundus patria fuit & Cistercius abbas
Alter promotus, Guidoque nomen ei.
Huius enim titulum retinebat primo Ioannes,
Præsul de Portu postea factus adest.
Guillelmus Rbemis tunc archileuita, decanus
Lauduni factus, tertius inter eos.
Hannibal huic quartus genuit quem Roma, duosque
Leuita qui sunt, carmina nostra docent.
Iordanum genuit urbs Terracina, Matheum
Roma, tot Urbanus fecit in orbe patres.

IESV CHRISTI
Annus 1263.

VREANI IV. PP. VACAT IMP. OCCID. 13.
annus 2. MICH. PALÆOL. IMP. OR. 3.

DEuoluti sumus ad Seruatoris annum se-
xagesimum tertium supra millesimum
ducentessimum, sexta indictione, qui ob calami-
tates ab Saracenis locis sanctis infestas, Græcorum
in Constantinopolitano Imperio grassationem,
tumultus occidentalis Imperij ex principum
discordijs, Manfredi in regno Siculo ferocientem
tyrannidem luætuosissimus, ingentes Rom. Pon-
tifici labores & curas attulit. Utque lugubris anni
historiam a calamitosissimo Terræ sanctæ statu ex-
ordiamur, tristem rerum faciem, laniamque a
Tartari ac Babylonij Syriam proponemus. Im-
prouisam Bendocdaris irruptionem Sanutus hisce
verbis describit: a Bendocdar cum triginta milli-
bus equitum venit ante Ptolemaidam XIV. die apr-
ilis. Sequenti die impetuose nimis usque ad portas
ciuitatis proflijit, viridaria combussit, fuitque ciui-
Annal. Eccl. Tom. XIV.

tas in periculo magno valde. Et infra: Eodem quoque
mense Saraceni destruxerunt monasterium Bethle-
mitanum. Ex his Urbanus ingenti affectus do-
lore lugubres ad S. Ludouicum literas a scrip-
sit, quo ad defendendam Terram sanctam inci-
taret.

2 Vocem terroris audiuius, formido & non
est pax. Hæc vox multi doloris nuntia, super vulne-
rum nostrorum dolores adiciens, in excelsis audita
est de partibus orientis: vox quidem lamentationis,
fletus, & luctus. Residua namque Christicolarum
paucitas transmarina lamentatur, nec immerito,
flet & luget: formido enim & fouea & laqueus su-
per eam, & qua fugisse credebat a facie formidinis
Tartarorum, a Babylonis furore confunditur, in
eius foueam incidit, & ipsius laqueis irretitur: pro-
pter quod multiplicatis afflictionibus, lamenta mul-
tiplicans desuper ingeminatis doloribus fletus inge-
minat, & de continua & intolerabili persecutione,
qua iam exterminium comminatur extremum, cla-
mores, luctum continuando, frequentat. Clamat ad
Christi vicarium, Christianos principes, & te prin-
cipaliter, Christianissime principum, interpellat.
Opprobrijs satiata tua post Deum potentia brachij
vindictam expetit, grauius sauciata: tibi vulnera
detegit, a te singulariter operam medicantis expe-
ctans.

3 Verum dumea, qua de statu miserabili Ter-
ra sancta venerabilium fratrum nostrorum... & di-
lecti filij... lacrymalibus insinuat per literas pate-
fecit & nuntios, anxij referre satagimus, in seipsam
mens nostra respicitur, & loca dudum corporali
presentia cognita, quorum destructio tam calamito-
sa describitur, representatiua quadam commemora-
tione, quasi presentialiter intuetur. Tunc pater-
num subit affectum, ut ex intimis suspiria pro-
deant, oculi soluantur in lacrymas, singultus erum-
pant, ad qua tam antiquarum oppressio-
num terra illius consideratione inducimur, quam illata-
rum nouiter recentia prouocamur. Cuius enim ani-
mus omnis compassionis expers sine suspiriorum suc-
cedentium sibi frequentia, sine lacrymarum profluui-
o, sine succussione singultuum, aut antiquas ipsius re-
censebit angustias, aut considerabit instantes: cum
in antiquis, unde grauius dolere possit, inueniat; &
in instantibus materia multa timoris & mæroris oc-
curat? Nam si antiquas & antiquatas iam illius ter-
ra pressuras p̄i iudicij censura discutiat, o quanta
Christicolis causa doloris & horroris ingeritur, si
debita inter cetera pietate considerent, post strages
fidelium varias, post alternatos frequentissime suc-
cessus prosperos & casus aduersos, sacratissima illa
loca, quorum alterum oriens ex alto Virginis puer-
peræ partui & suo dignissimo deputauit ortui; alte-
rum vero ipse idem actor, vitæ suæ, passioni & mor-
ti delegit, per immundissimos Saracenos occupata
violenter ab olim detenta viliter, & ipsorum vilissima
contrectatione polluta!

4 O quanta compassione moueri debent Chri-
stiani cuiusque præcordia, si prudenter intelligat,
diligenter attendat, quis status erat ijs quasi diebus
puffilli gregis Dominici, residui videlicet, in regione illa
populi Christiani, cum Tartarica feritas multitudine
numerosa præualida, & scuitia innata terribilis sic
in conuicina regna & partes inualuit, quod eorum
aliquibus depopulatis omnino, & ipsis ac alijs subiu-
gatis, & suæ subditis ditioni; modicum illud Chri-
stianitatis residuum & comminationum inculpatione
terrebat, & ei iugum suæ importabilis seruitutis,
vel ipsius excidium varijs terroribus minabatur. Si
autem ad eam, qua nunc imminet, & dissimulari
non

* per
* quod

Cardina-
les ab Vr-
bano crea-
ti.
* Qui

* Urb. l. 2.
ep. 206.
Ext. etiã
in cod. Val
lic. sign. C.
n. 49. p. 3.

Urbanus de
ea ad S.
Lud. lit.

Eius opẽ
exposcit.

Quæcum
dolorem
hauserit,
dum loca
a se olim
lustrata
excisa ac-
cepit.

Fundẽ
a Christia-
nis lachry-
mæ.

In graue
periculũ
adducti
Christia-
ni.

Clades rei
Christia-
ne inflicte

* Sanus. l.
3. p. 12. c. 6
Sultani in
Palestina
irruptio.

non potest, eiusdem terræ desolationem dirigimus nos-
tra considerationis intuitum, hinc timor, hinc mœ-
ror, hinc ploratus & ululatus incolarum regionis
illius: hinc nobis & cunctis fidei Christianæ cultori-
bus pudoris noui suffusio, & pudor confusionis in-
mensæ, si Redemptoris nostri & piissimæ suæ genitri-
cis tam atroces iniurias de cætero vel patienti-
damnabili toleremus, vel damnosa tolerantia patia-
mur.

Excindunt
Saraceni
nos Syros
Tartari ac
postea ipsi
delentur.

Diuina in
ea re pro-
videntiæ
consilio
male vsi
Christia-
ni.

Grauis-
sima ab eo
illata cla-
des.

5 Ecce etenim dum diuina providentia in Sara-
cenorum perfidiam Tartarici gladij ultionem, quasi
sui virgam furoris exercens, totam terram Alapia
vsque Hierusalem eorum spurcicia purgauisset, & tã-
dem Tartaris exterminatis, exinde, fidelibus in par-
tibus illis solum hostis Babylonius superesset, eisque
adeo videretur arridere prosperitas, vt abbreviatis
viribus hostium, immo etiam ipsis hostibus pro magna
parte deletis, ad recuperanda deperdita spes pateret,
& prosperi status redintegratio sponderetur; Christiani-
nis negligentibus causam Christi, perfidus Soldanus
Babylonie treugarum & pactorum fide, quam cum
Christianis ipsis inierat, infideliter violata, cum exer-
citu copioso, quem in graui multitudine congrega-
rat, castrametatus inter montem Thabor & Naim, &
tota Christianorum terra vsque ad portas Accon
occupata hostiliter, & inter admiratos suos pro libito
distributa, per varios nuntios a Christianæ fidei cul-
toribus, aditus, sollicitatus multipliciter & solite
requisitus in aliquo inclinari non potuit, nec mo-
ueri.

6 Prosequitur lacrymis madenti stylo de-
scribere quas clades Babylonius Christianis intule-
rit, vt Nazaret non occuparit modo, sed etiam
euertit, vt ecclesiam montis Thabor per sum-
mum religionis nostræ contemptum solo æqua-
rit, vt alia sacra templa exciderit ac funestaret, vt
planitiem Acconensem vsset, plures arces ce-
perit, Acconem in summam rerum inopiam ac
periculum adduxerit, diuinaq; tantummodo pro-
videntia muniti pauci cruce signati fortissime eius
impetus exceperint ac propulsarint: & quamuis
hostis abscesserit, maioris tamen belli metum im-
pendere, & quamprimum maioribus copijs in-
structiorem rediturum. Proinde enixe illum
hortatur, ad defendendam religionem, ac loca
sancta tot diuinis mysterijs consecrata, ab in-
fidelium contumelijs excidioque vindicanda pro-
filiret.

Nazareta
nã basilicam
euerit Sul-
tanus.

Sacra Dei
paræ ad-
icula serua-
ta: quæ po-
stea diuini-
tus in Ita-
liam trans-
lata.

7 Quin idem profanus hostis radicati persecutor odij,
quod contra Christianum nomen & cultum, de iniqua
editis radice, conceperat, dolos præparans, iniqui-
tatem pariens, sic in venerandam ecclesiam Nazare-
nam, infra cuius ambitum Virgo virginum salutata
per angelum de Spiritu sancto concepit, & ipsius par-
tus angelico extitit prenuntiatus affatu, manus non
solum occupatrices, sed etiam destructrices iniecerit,
quod ipsam, per sacrilegos & nefandos iniquitatis suæ
ministros desæuiens, redegit ad solum, eiusdæ structura
nobili omnino destructa. De amplissimo, inquam, illo
têplo eleganti opere extructo loquitur, quod sacrâ
adiculam ambitu suo continebat, in qua incarna-
ti Verbi mysterium erat peractum. Hanc vero di-
uina providentia seruata, atque in Dalmatiam
primum, in Italiam postea mutatis sapius locis di-
uinitus translata videbimus inferius, quæ a
loco, in quo vltimo quieuit, Lauretanæ nomen ac-
cepit: Ecclesiam in capite montis Thabor in Domi-
nicæ transfigurationis honorem constructam, ac ec-
clesiam de Cabula, ubi Deus & homo unigenitus Dei
Filius Iesus Christus post resurrectionem suam cum
discipulis suis, vera & infallibilia resurrectionis

eiusdem & suæ humanitatis eis exhibens argumenta
comedit, sacrilegio simili demolitus, & post paucos dies
planiciem Accon aggressus, ipsam quam iam incur-
sum multiplicatione concusserat, multis vexauit
incendijs, ac turri Doc, circa quam castra fixerat, igne
supposito, capta & diruta; custodumque ipsius alijs
morti traditis, reliquis, vt diutius morerentur, capti-
uitati seruatis.

8 Demum ciuitatem Accon inuadens eam, quam
multa carissima coarctarat inedia, circumadiacentiũ vi-
ridariorum manerijs ignis voracitate consumptis, pri-
mũ sagittis impetit, & postmodum alis equitũ ordina-
tis, cum equitatus & armorum fragore per cœmete-
rium beati Nicolai transitum faciens, contra paucos
milites Christianæ religionis abletas, qui extra fossa-
tum ciuitatis eiusdem ad ipsius tutamen & propriam
defensionem exierant, dimicaturus cum eis, immo ve-
rius vt in spiritu superbia sua credebatur, eos absor-
pturus, accessit. Sed, vt firmiter credimus, asstitit de
celo prædictis abletis auxilium: asstitit illius poten-
tia, in cuius conspectu non est differentia in multis
liberare vel paucis. Ipse illos de manibus inimico-
rum eripuit: ipse ciuitatem prædictam a rugientibus
preparatis ad escam suæ virtutis potentia liberauit:
nam paucis ex dictis militibus, qui mortem huius
seculi signo crucis viuifica insigniti tam felici marty-
rio finierunt, transeuntibus, vt speramus, ad vi-
tam, reliquos sagittarum & spiculorum pluuiam,
quæ grandinis more undique dissultabant, ferre
amplius non valentes, memorato tamen Gaufrido
& alijs alijs, licet paucis, vulneratis ex eis, ciuitas
ipsa sola Dei virtute recepit.

Eius in-
petus
gre ab-
coner-
pulsati.

Comp-
intra
nia cre-
figuati.

9 His fili carissime, his, & his similibus, immo
etiã grauioribus agitatur Terra sancta procellis: his
trahitur fluctibus, his tempestatibus fluctuat. Ta-
libus inibi Christianitas lacepsitur iniurijs, talibus
lassatur angustijs, talium pressurarum mole com-
primitur. Et profecto, si tu præcipue ac ceteri ca-
tholici mundi principes vestros subduxerit humeros,
immo nisi ei celeriter subuentionis porrexeritis dex-
teram, irremediabiliter, vt creditur, opprimetur. Li-
cet enim impissimus ille Soldanus, hostis Christiani-
tatis infestus, constantiam Christianidelum in defen-
sione prædictæ ciuitatis expertus, ad tempus vt occu-
paret Crater & Montisregalis castra, quorum do-
minum proditorie captiuarat, abcesserit, suo in di-
uersis locis exercitu derelicto, vt fideles per frequen-
tes ipsorum insultus atterat, & eos in suo reditu fa-
cilis debellet attritos; comminatus est tamen se post
modicum temporis eo instructiorem hominibus, ar-
mis & instrumentis bellicis rediturum, quo ad de-
lendum de terra illa omnem catholicæ fidei & Chri-
stianorum memoriam ipsum vacaturum instantius
præteritorum comiectura portendit: si enim quæ gesta
sunt dissimulationis conuientia non transimus, satis
aduertere possumus quod ad exterminandum omnino in
supradictis partibus Christianitatis reliquias ciui-
tatem prædictam, eiusdem Christianitatis in partibus
ipsis robur, tam potenter, tam ardentem inuasit, ad
abolendum pro posse nomen Domini omnino de terra
annunciationis ipsius, & conuersationis loca destru-
xit, quasi matrem piissimam tam chari . . . iniuria
fily offensam ipsius parturirent offensa, præ-
dictam Nazarenam ecclesiam vt præmittitur de-
struendo, seuiuit in ipsam.

Non-
arces
Babyl-
nijs po-
tione
cupare

Iacta-
r
nijs
ces m

10 Ha Deus, erectus est inimicus, manum suam
misit hostis ad cuncta desiderabilia Terra sancta, vi-
neam Domini aper de silua sine obice contradictionis
exterminat, singularis ferus nullo impediendo depa-
scitur. Ha Deus, non inueniet aduocata nostra
patronum gentis Christianæ patrona? Non inueniet
defe-

*prem-
*vel-
geniti

Arde-
zelo
horta-
ad fili-
in iur-
accen-
dos.

defensorem peccatorum, refugium ad quem confugiat non habebit? Deus iudex iustus, Deus ultionum Dominus suorum persecutorem iurium, & iniuriam non habebit ultorem? Absit, absit, ut desit Virgini tuæ maxime, aliorumque Christi fideium in tanta necessitate deuotio. Absit quod præmissum Christianitatis residuum derelinquatur excidio, bestiarum dentibus exponatur. Absit ut Redemptoris nostri negotium, quod tu & tui progenitores inelyti tot estis huc usque persecuti laboribus, tam immensis sustinuisis auxilio, & per hoc finali præcipitio derelictum in illius desperationis baratrum corruat, quod ut resurgat in posterum spei reliquie non supersint. Accendant igitur zelum tuum tot & tantæ tui contumelia Saluatoris.

II Exurgat, quæ sumus, magnificentia regia, exurgat in adiutorium Christo suo. Consurge, fili, Domino aduersus malignantes, & aduersus operantes iniquitatem ei perseverantia consueta consistite. Caterum licet nonnullos alios orbis terræ magnates ad subueniendum terræ prædictæ literis nostris hortemur, quia tamen tuum specialiter, serenissime Regem, orat & implorat auxilium causa Regis æterni, excellentiam regiam affectuose rogamus & obsecramus in domino Iesu Christo, in remissionem tibi peccaminum suadentes, quod illius suæque genitricis vindicandis opprobrijs, super quem pro nobis opprobria exprobrantium ceciderunt, auxiliantem dexteram regiam maiestatis extendens, ad præstandum terræ memoratæ subuentionis celeris ac opportuna remedium, prout ipsius pensatis conditionibus, quas tua sublimitas non ignorat, expedire putaueris, ita promptum exhibeas regalis pietatis affectum, quod ceteri fideles ad festinum eiusdem terræ succursum, quem ipsius extrema necessitas instanter exigit, tuo inducatur exemplo: sique diuinæ potentie virtute præambula reprimantur nationis prauæ atque peruersæ conatus, & inimicorum fidei consternatis cornibus, fidelium cornua exaltentur, Domini liberetur hereditas, Christianus populus de ore leonis & bestie manibus eruatur; tibi que nō solum de beneficijs, quæ tu ipse illi terræ impenderis, sed & de ijs quæ ab alijs te in hoc laudabiliter imitantibus impendentur, merces accrescat retributionis æternæ, &c. Dat. apud Urbem veterem XIII. kal. septembris.

12 Accessere repetiti nuntij, Vvillhelmus nimirum Tripolitanus ordinis Prædicatorum, ac dein Bethlemitanus episcopus, qui exposuere quantum impenderet Terræ sanctæ discrimen: quo terrore bellum hostis compararet; atque Vvrbatum rogaueret, vt subsidium aliquod tum ad muniendas aggeribus arces, in quas Saracenus suos impetus impressurus videretur; tum ad redintegrandas copias submitteret. Proinde scriptis literis ad S. Ludouicum, qui Francorum sceptrum moderabatur, exortitur a vt centesimam, quam in Galliarum parte pro Terræ sanctæ auxilio colligi iusserat, urgente tanta rerum necessitate, daret operam, vt in eos vsus pro tuendo Christiano nomine impenderetur: Cum, inquit: dictus Soldanus, qui ad extremum prædictorum Christianorum feruenter anhelat, aduentente veris tempore, quo Reges & principes consueverunt ad bella procedere, intendat conflatis, & collectis vndique suis viribus potentatus, hostiliter ingredi, & aggredi terram ipsam, suumque in illa exercere furorem, &c. Interiectus nonnullis subdit se in eam rem Tyrensem archiepiscopum instruxisse auctoritate, vt colligendam in Gallijs, nonnullisque circumiectis locis centesimam ipsi oppigneret, vt ex ea sumptus, quos in

rem Syriacam profuderit, recuperet. Cum vero Ioppenfis arx ad Babyloniorum impetus propulsandis magnis operibus firmanda sit, ita rem gerat, vt conuertendam in propugnacula excitanda muniendaque pecuniam Ioppenfi comiti non tradat, sed a pijs viris e consilio Hierosolymitani patriarchæ expendatur; fauste demum ac feliciter sancto Regi precatur his verbis: Taliter igitur apostolicas preces adimpleas, quod unigenitum Dei Filium Iesum Christum, qui te fecit oleo sacri christum suum, propitium excinde tibi constituas & benignum, nosque deuotionem tuam, quam in adimplendis diuinis & apostolicis beneplacitis promptam semper inuenimus & paratam, dignis ob hoc laudum præconijs attollamus. Dat. apud Urbem veterem VII. id. ianuar. anno III. Simili etiam ad Regem Nauarræ argumento literas misit, vt centesimam cogi, imperaret.

13 Non ea, qua par erat in huiusmodi eroganda quinquennali centesima ad instaurandas res Syriacas promptitudine cum pontificijs votis consensere Gallicani præsules, e quibus Remensis, Senonensis, & Bituricensis archiepiscopis clerus iniqua a se extorqueri literis exposulauit: quas grauius sententijs refellit Vvrbanus, obiecitque pudore suffundi debuisse viros ecclesiasticos pietate ac religione vincti a laicis, qui non modo in ea iustissima causa suas opes, verum sanguinem profunderent. Inscriptæ sunt Remensi archiepiscopo ac suffraganeis in peruetusto Vallicellano M.S. pergamento b litera, atque eodem exemplo ad Bituricensis & Senonensem archiepiscopos, & ipsi obnoxios præsules transmissas notat: Circa Terræ sanctæ subsidium prudenter vestra remurmuratio substitisset, vt meditatione debita recensentes, quod & principes seculares & alij laici ad vindicandas nostræ Redemptoris iniurias spontanei se frequenter & potenter accingunt ad liberationem dictæ terræ, se periculis & sua dispendijs liberaliter exponentes; nequaquam ipsi tantæ necessitatis tempore, immani scilicet Tartarorum imminente tyrannide, subuentionem de ipsius Redemptoris patrimonio negaretis. Profecto multa clericis & prelatibus præcipue causa pudoris ingeritur, si nolint ipsi onera leuia digito mouere pro Domino, dū laici fere importabilia gaudent & libenter assumunt; si clericis contra persecutores nominis Christiani de Christi patrimonio subuentionē denegent, & laici eos de bonis proprijs personarū nō vitando pericula, persequantur. O quantus rubor, si recte pensetis sit in regno calorum a laicis præueniri! Non patiamini quæsumus in ijs amaritudine nos tanta perfundi, vt desit præsertim nobis Ecclesiæ regimini presidentibus terræ præfata succursus, qui ad illū procurandū pro viribus eo amplius & officio & affectione tenemur, quo specialiori charitatis affectu ad ipsū afficimur, & plenius gerendo inibi patriarchatus officium vidimus & palpauimus necessitates ipsius. Cum igitur vrgens compellat necessitas, pungens ardet conscientia, ingens ad hoc inuitet affectus, terræ præfate nullo modo deesse proponimus, sed eidem firmo proposito adesse intendimus, quantum cum Deo poterimus toto posse, &c. addit archiepiscopo Tyrensi exigendæ quinquennalis centesimæ munus imposuisse, quæ in Terræ sanctæ subsidium conuertenda sit.

14 Non Saracenorum modo, verum Tartarorum etiam excursiohibus patuisse Palæstinam, deplorat Pontifex, cum, quamuis ipsos Antiochiæ obsidionem superiori anno pulsas Saracenis soluisse referat Sanutus, & atque Armenis fauisse, ea causa suberat, quod ipsorum vectigales se con-

Pontificia ad S. Regem obsecratio. vt periclitari Syria auxilia submittat.

Christiani Syri oratores ad poscenda auxilia mittunt.

Lib. 3. ep. 45. 76.

a Reg. post eand. ep.

Galli præsules a te ferendo are subsidario alieni.

b M.S. Val sign. in C. n. 49. pag. 145.

Obiurgatur ab Vrbano.

Indignū vincti zelo a laicis.

Tartari Latinos suæ subijcere seruituti affectant. c. Sanut. l. 3. p. 12. c. 6.

stiruisse; Latini vero, qui erant in Syria, aberant longe ab eorum subeunda seruitute, ac Bethlemitanus episcopus eos defixit anathemate, qui se ipsis subijcerent. Quorum grauem & intolerabilem tyrannidē indicat Pontifex in literis ad Ægidium archiepiscopum Tyrensem datis, quem ad contrahendas cruce signatas copias legatum crearat; fidelesque his verbis ad eos propulsandos accendit b: *Non sint filij deuotionis immemores, quod ipse Christus in terra illa in forma serui carnem nostram mortalitatis indutus, crucis non metuit subire tormentum, ut mortem nostram moriendo destrueret, & vitam resurgendo fratribus repararet. Quasumus diligenter attendant, qualiter illa miserabilis regio depressa iacet, diris angustiatata flagellis; quodque in eam pestis Tartarica superuenit, cuius tanto potius, nimirum futuri, vicinique formidantur incursum, quanto grauius ille saeuus & damnabilis Tartarorum populus terram, quam sua subiicit seruituti, intolerabilibus exactionibus opprimens, sic illius incolas torquet immanter & affligit, quod degentes sub eorum tyrannide libentius metas mortis eligerent, quam sic viuendo tanta subire genera tormentorum. Exurgant itaque fidei zelatores ad defensionem dictae regionis eiusdem Redemptoris martyrio consecratae, nec ad id tepescant eorum animi, sed feruentibus desiderijs accendantur. Hoc enim ipse Dei Filius inter cetera solitudinis humanae seruitia gratissimum reputat, & ob illa rependit premia, quae principaliter affectare debemus & petere, dum in valle positi praesentis miseriae indulta nobis excurremus tempora seruitutis, &c. imponit munus Ægidio archiepiscopo Tyrensi, ut in Franciae regno, ac Metensi, Tullensi, Viridunensi, Leodiensi, & Cameraensi prouincijs, fidelibus religiosam militiam professuris symbolum crucis conferat, ad quorum pietatem sacris praemijs incitandam veniam criminum arma suscepturis, vel stipem erogaturis impertitur, additque: *Tibi, & praedictis, quos in hoc cooperatores elegeris, conuocandi ob id quotiescunque & ubicunque uideris expedire, clericos & populos locorum, in quibus te, vel ipsos proponere contigerit uerbum crucis, ut processionaliter cum deuotione conueniant, & praedicationibus uestris intersint; clericos eosdem ad id, si necesse fuerit, per censuras ecclesiasticas appellatione postposita compellendi, ac pro eiusdem praedicationibus ferias, prout expedire uideris, indicendi; concedendi quoque omnibus uere poenitentibus & confessis, qui ad easdem conuocationes & praedicationes uestras accesserint, centum dierum indulgentiam; plenam concedimus auctoritate praesentium potestatem, &c. Dat. apud Vrbe muerem VII. kal. maij anno 11.**

15 Quam uero Tyrensi archiepiscopo in Gallicijs prouinciam commisit, alijs etiam praesulibus, ad rem gerendam idoneis, alijs in locis, ut Vualtero episcopo Vigornienſi e in Anglia, episcopo S. Andreae d in Scotia, archiepiscopo Nidrosienſi in Dania e, ac plurimis archiepiscopis atque episcopis in ceteris regnis f demandauit, tum beneficijs apostolicis cruce insignitos est profecutus. g Vacabat pastore Hierosolymitana sedes, ex quo ab eſus ecclesiae administratione Urbanus, ad tenendam totius orbis Christiani gubernacula traductus, solum apostolicum conscenderat: atque adeo patriarcham tanto muneris uirtutibus non impari praefecturus, episcopum Agennensem ad eius sedis dignitatem tranſtulit, h ac legationis gerendae in Syria, Armenia, Cypro, Antiocheno principatu, insulisque adiacentibus partes iniunxit i, eiusque muneris insignibus decorauit l: quae tamen

tunc esset depositurus, dum Cardinalis legatus praesens ijs locis adesset.

16 Auxit Palæstinae calamitates, non solum Tartaros & Saracenos, quamuis inter se infensissimos, in illius exitium consensisse, sed Genuenses quoque ac Venetos, qui tutari eam armis debuissent, ob mutua odia ipsam in discrimen adduxisse. Venetos enim hoc anno instructa ingenti classe Tyrum, ubi Genuenses publica praetoria habebant, oppugnasse, refert Sanutus; a sed Acconenses laborantibus tulisse auxilia, pugnamque diremisse. Luxit sane grauissime horum discordias Pontifex, quae quanta inueherent rei Christianae mala, ita in hortatorijs ad pacem literis b flebiliter exposuit: *Magnis onusta dispendijs, varijsque plena periculis inter vos & dilectum filium commune Venetorum audum coorta dissensio non solum multa uobis, & ipsis cum graui animarum discrimine in personis & rebus grauamina irrogauit, immo etiam graues maxime in transmarinis & Romaniae partibus intulit haecenus religioni Christianae iacturas; & eo grauiores procul dubio comminatur, quo dissidentibus uobis adiuuicem, per quos solebant eisdem partibus opportuna defensionis contra insultus aduersos prompta remedia prouenire, in eas hostes fidei liberius debacchantur, &c.*

17 Vrebant etiam Pontificis animum praeter Syriae tuenda consilium, curae alia grauissima pro recuperando Constantinopolitano Imperio, quod Palæologus inuaserat, auertendisque maioribus malis, quae earum partium catholicis a schismaticis imminabant. Verum obstabant eius desiderijs Genuenses, qui tum odio in Venetos inflammati, cum quibus grauiores inimicitias maxima religionis clade gerebant; tum Graecorum promissis allecti Palæologo sese contra Balduinum ac Venetos coniunxerant, atque anathemate ideo defixi in pertinacia haerebant. Ingenti igitur ob id dolore affectus Urbanus ad senatum populumque Ianuensem literas paterni amoris notis insignes dedit c, quibus hortatus est, ut eiusmodi foedus, cuius causa sacris erant interdicti, dissoluerent, Ecclesiaeque iustissima imperia capesserent: & quo eos urgeret acrius, Turritanum archiepiscopum legationis munere auctum ad eos misit, ut d incusso anathemate, urbisque archiepiscopali dignitate exuendae terrore a ferendo Palæologo auxilio, seruandoque cum ipso foedere abduceret, cogeretque classem ad schismaticorum gratiam instructam reuocare, quos etiam in concordiam cum Venetis redigere studuit. e

18 Attendentes, inquit, & flebili meditatione pensantes, castrorum aliorumque locorum incendia & depopulationes strages corporum & interitus animarum, ac alia periculosa dispendia, quae res publica Christianitatis, ex discordia olim inter vos & Venetos suscitata, accidisse haecenus & accidere uigiliter dignoscuntur; & considerantes quod huiusmodi occasione discordia corpus generalis Ecclesiae membro nobilissimo, Imperio uidelicet Constantinopolitano, totaliter mutilabitur, nisi aliter super hoc duxerimus prouidendum; disposuimus firmiter in animo nostro inter vos & Venetos ipsos pacis cogitare consilia, & omnem, in quantum apostolica se extendat auctoritas & potestas, adhibere opem & operam efficacem; firmo intendentes proposito, & intentione stabili proponentes, sic huiusmodi pacis, & concordiae inchoare tractatum, ut absque intermissione insistamus eidem: & tamdiu continua illum uigilantia prosequamur, donec eisdem tractatus ad finem, facien-

a Vrb. l. 3.
p. 155.

b Lib. 2.
ep. 235.

Eorum
tyrannidis
immunitas.

Ad eam
propulsandam
conseruati
fideles.

Sacram
militiam
professuris
indulgentiae
proposito.

Antiquus
in promulganda
cruce
expeditione
ritus.

c Lib. 2. ep.
259. & l.
3. ep. 69.
71. 75.
d Eod. l. 3.
ep. 74.
e lb. ep. 39
f Rex.
post ep. 69
g Ibid. ep.
70 72. 73.
Vvillelm⁹
episc. Agenn.
nen. sit patriarcha
Hierosol.
h Lib. 2. ep.
52. 98.
i Ibid. ep.
104. 105.
l Ep. 106.

a San
371

b Eod.
Cod.
sign.
2. 49.
153.

Trist
thol
rei in
cia

Gen
Vene
odio
matio
faue

Anath
mate
cull
e Lib.
ep. 4.

Minor
Pont.
chiep
pale
gn it
ablau
d rbi
92. 93
ep ca
5.
e 160
Vrb
lit. ad
nuen

Illat
inde
clef
nicie
expo

te Domino perducatur optatum, &c. Addit imperia, ac preces, vt excurrentis vnus mensis spatio oratores ad sedem Apostolicam mittant de summa tractandæ pacis auctoritate instructos.

18 Latinorum opum præda illecti Græci, non apertis modo armis in Latinos grassabantur, sui- que terrorem late circumferebant, verum clande- stinas etiam insidias ac prodiones constabant. Cumque accepisset Pontifex Palæologum Cypro- inhiare, atque arcana de ea in suam potestatem redigenda consilia moliri, moderando illi regno præfectum, aliosque nobilitate magis conspicuos admonuit, a vt cauerent a Palæologi insidijs, ne illis se irretiri atque occupari paterentur.

19 Comparabantur interim toto orbe Chris- tiano subsidia pro recuperando Imperio, impe- rabantur ecclesiasticis ad bellicos sumptus tole- randos instruendamque expeditionem pecuniæ. At illi non æque pontificijs desiderijs, priuati com- modi nimium tenaces, ac publici immemores, res- ponderunt. In Gallijs quidem Rhemensis, Seno- nensis, ac Bituricensis prouinciarum antistites & clerus, quos superius de exacta pro Terra sanctæ afflictis rebus erigendis quinquennali centesima conquestos vidimus, ad porrigenda pro Constanti- nopolim recuperanda pecuniarum subsidia difficiles se præbuere, atque alias querelas adiecere, importunis oneribus modo in leuanda Ecclesia, modo in conferendis sacerdotijs fatigari: quæ sin- gula refregit suis literis Pontifex. Quod vero ad rem Constantinopolitanam spectaret; magna sen- tentiarum grauitate eos conuicit, b vt cum ipsi cum cæteris fidelibus in vnum Ecclesiæ corpus coalescerent, ipsorum esse partium insigni adeo Ec- clesiæ membro laboranti, scilicet Constantinopoli- tano Imperio, opitulari.

20 Vellemus, inquit, circumspeditionem vestram diligentius attendisse, quod omnes sumus vnum cor- pus in Christo: vellemus vos attenda consideratione notasse, quam sit nobile membrum vniuersalis Ec- clesiæ Constantinopolitanum Imperium, & forsitan subtractionem ipsius ab eiusdem Ecclesiæ unitate non possitis æquanimiter tolerare. Puderet enim vos, cum eiusdem corporis tam grædia membra sitis, insensibilitatis argui per prophetam, ex eo quod non solum in eiusdem Imperij occupatione percussi & lesi grauitate non doletis, sed etiam in tam graui lesione medicum asperna- ri videmini cum lenitate medentem; dum pro ipso Im- perio exhortationibus benigne monentis petita subuē- tio nõ coactione iubentis extorta querelandi videtur vobis materiam prestitisse: cum tamen petitionē huius- modi oblationis promptitudine debuisset vestra deuotio præuenire, nunc præcipue, nobilissima scilicet ci- uitate Constantinopolitana, quæ caput est ipsius Impe- rij, per schismaticos, prob dolor! occupata, & charissimo in Christo filio nostro Balduino Imp. Constantino- politano miserabiliter exulare coacta. Cæterum quia dum monitionibus circa charos insistitur, licet ipsi mo- mentis instantiæ obstaculum voluntatis opponant, non est tamen desistendum a ceptis; nos qui sincera vos in Domino charitate complectimur, & plenè de- sideramus affectibus memorato Imperio subuenire, de ipsorum fratrum consilio monitionibus insistimus so- litis; & vos exhortationibus, quibus possumus, inuitamus, vt in spiritu pietatis eidem compatiētes Imperio sibi petita subuentionis dexteram porrigatis, ne id Im- perium in Christiana religionis opprobrium ab eisdem schismaticis occupatū detineatur vltcrius; sed ipsius li- beratio vestro prouentura subsidio vobis apud homi- nes laudem pariat & meritum comparet apud Deum.

21 Perstrinxit etiā simili sententiarum pondere

Castellæ & Legionis præfules, qui vt pontificia postulata eluderent, prouocarant ad sedem Apo- stolicam, mox atque a nuncio pontificio nonnulla subsidia pro re Constantinopolitana instauranda exposci acceperant; suosque ad Vrbanum orato- res, vt eo se onere liberarent, transmiserant. Sed discussis eorum in consistorio Cardinalium rationibus, cum leuiores essent, rei Christianæ af- flicta in oriente, atque admodum attrita subuc- nire sunt iussi hisce b literis, in quibus post expres- sum dolorem ex Constantinopoli a schismaticis expugnata conceptum subiungit: Demum dolor plaga huiusmodi nostris infixæ visceribus ex amari- cruatione clamoris charissimi in Christo filij nostri Balduini illustris Imp. Constantinopolitani, & alio- rum quamplurium Latinorum exultantium de con- stantinopolitano Imperio, & ad nostram præsentiam accedentium, crudeliter extitit inuolutus, & eius- dem Ecclesiæ facies in aspectu tanti filij, in quo, prob dolor! ob sinistrum dictæ ciuitatis euentum, etsi non dignitatis, potestatis tamen imperialis vigor emarcuit, magnæ confusionis, & multæ ignominie fuit rubore perfusa. Verum quia ipsorum Græco- rum superbia fauentis temporis tumefacta suffragio, ad occupationem principatus Achaie ac adiacentium regionum, quas Latini inhabitant, in elationis spiritu propter hoc feruentius anhelabant, & in Latinorum ipsorum exitum effundebant rancorem, quem aduersus eos iam in cordis vtero diutius gesta- uerunt; diligentem in hac parte tractatum cum fratribus nostris habere curauimus super inuenien- dis remedijs, quibus huiusmodi aduersitatis euentibus posset occurrere: & tandem in hoc deliberatio nostra resedit, vt cum istud tanquam fidei negocium com- munitè omnes, & præsertim ecclesiasticos viros tangat, eorum saltem ad conseruandas eiusdem Imperij reliquias implorare auxilium curaremus. Subdit ipsos longe a pontificijs votis abhorruisse, qui- mox atque Raimundum Paphensem canonicum ad contrahenda in id bellum pecuniarum subsidia acceperint, ad rem discutiendam iniqua prouoca- tione vsi, ac nuntios ad sedem Apostolicam trans- miserint: sed cum nullas æquas rationes addaxe- rint, ad ea subsidia pendenda adhortatur: Scituri pro certo, quod acceptus nobis erit & gratius id, quod de bonis vestris pro subuentione huiusmodi li- benter duxeritis impendendum, quam si multo maio- ra per coactionem, quæ meritum consuevit excludere, propter hoc soluere vos contingat. Dat. apud Vr- bem ueterem x. kal. nouembris anno IIII. Eadem de- disse imperia Anglis præfulibus refert Matthæus c

Castellæ clerus vt id onus de- clinet prouocat ad sedem Apost.

b Lib. 2. ep. 26.

Necessitas ferendæ Græciæ opus ijs exposita.

Intentatis censuris stipè con- ferre iussi.

cV vestm. Flor. hist. hoc ann.

Anglicani præfules detrectat Balduino opè ferre.

Palæologus Achaie principē bello peti-

Oratores mittere iussi ad contouer- sum cont- ponendâ. Palæolo- gus Cypro- sibi subij- cere me- ditatur. Latinos Cyprios insidiarū admonet Vrbanus. Lib. 2. ep. 50.

Pro recu- peranda Constanti- nopolim indi- cta ec- clesiasticis subsidia.

a Ext. in M. s. v. all. sign. lit. G. n. 49. pag. 145.

Galli præ- fules ea- impende- re detre- ctantes obiurgati

periculum communes opes Vvillermo Villardui-
no Achaia principi, bello a Palæologo laceffito,
ad contrahendas copias præberent. a

22. Quamvis vero Palæologus ita Latinos bello persequeretur, instabat tamen apud Pontificem, ut Græcorum ecclesiam Romanam coniungeret, siue pertimesceret, ne sacra Latinorum expeditio cõfaretur, ac principibus catholicis pro testuendo Balduino in arma confurgentibus, sustinenda bellimoli imparem se fore diffideret; siue diuinæ misericordiæ radijs collustratus, schismã abiurare ex animo percuperet; literas ad Pontificem dedit, in quibus ipsius gratiam exambiuit: ac post effusas amoris atque obseruantia in Pontificem notas, agnitumque Petri ac successorum primatum, questus est, Ianuenses ob id cum Græcis fœdus, anathemate percussos: adiecit se vitro nullis monitis sollicitatum in amplexus patris ruere, quos si filio dare atque explicare Pontifex aspernaretur, se coram diuino numine, ac mortalibus omni criminis suspicione purissimum futurum, omnemque inuidiam in Romanam ecclesiam deriuatum iri: quod verò ad dogmata ac ritus, quibus Græci a Latinis discreparent, confecta prius Græcos inter ac Latinos pace, contentionem omnem sopitum extinctumque iri. Quibus respondit Pontifex, magno se gaudio extam felici nuntio delibutum, atque ad ipsum apocrisarios suos mittere: moram vero iniectisse, quod Villarduinum Achaia principem ab ipso bello appetitum accepisset, quod argumento videbatur a suscepta mente & consilio discessisse.

*Palæologo Imperatori Græcorum illustri
viam agnoscere veritatis.*

23. Imperialis excellentiæ nuntios, videlicet Maximum dictum Alufardum monachum, Andronicum dictum Muzalonem, & Michaellem dictum Abalantem; nec non & literas, quas ex parte tui culminis præsentarunt, cum ingenti gaudio, & exultatione, ac honorificentia condigna recepimus: & tam ea, quæ coram nobis & fratribus nostris dicti proposuere nuntij, quam earundem literarum seriem, & quas de Græco transferri fecimus in Latinum, plane aduertimus & intelleximus diligenter. Sane in literis ipsis in primo vtrique salutationis alloquio nos Papam veteris Romæ, throni Apostolici successorem, & spiritualem tui patrem Imperij recognoscens, deinde de charitate vtilia subiunxisti, dicens quod Imperium tuum charitatem libenter amplectens, ac habens zelum Dei, & zelans pacis & concordia bonum, te ad mittendum dictos nuntios, & prædictas literas præparauit. Scripsisti etiam quod nos, qui patres sumus, ad te, quem asseris nostrum deuotissimum filium, paterni affectus viscera nullatenus asperimus, quantumcumque tu filius nos diligas sicut patrem. Nam licet statim capta Constantinopolitana vrbe alias nobis epistolares literas miseris, eandem intentionem, idemque propositum continentes; nihilominus tamen propter ardens tuum in hoc desiderium, prædictos nuntios cum huiusmodi literis mittere decreuisti, postulans vt circa priorem vnitatem in Dei Ecclesia renouandam pater filio coniungatur, quoniam si hoc Dominus ex alto permiserit, nullus pro certo præsumet contra ipsam Ecclesiam superbire: quia nec rex, nec princeps aliquis apostolicæ audebit resistere iustioni.

24. Adiecisti quoque, quod Imperium tuum multo fuit dolore turbatum, intellecto quod nos contra Ianuenses, pro eo quod se tibi vinculo

confœderationis astrinxerunt, excommunicationis duxeramus sententiam promulgandam apud ipsos, vt ab huiusmodi confœderatione discedant, præceptis & monitis apostolicis insistendo: propterea miratus es valde, quod nos, qui magni & primi sacerdotis locum tenere dignoscimur, hoc iubemus, guerram paci, & bellum amicitia præponendo: cum tamen & Ianuenses, & Græci Christiani existant, nec sit incongruum cum Christianis amicitiam & vnionem colere Christianos. Descripsisti etiam multa mala, quæ contigerunt populo Christiano a tempore, quo Latina gentes Græcorum terram, vt tuis verbis vtamur, velut sortem propriam acceperunt, imponens Latinis eisdem templorum conculcationes, & exterminia diuinorum, & quamplura, quæ in sacris illarum partium ædibus per eos asseris attentata. Quæ quidem quoniam facta sunt, & præterierunt, & quod factum est, pro infecto haberi non potest, in eisdem literis videbaris appetere, vt hinc inde inimicitia dissoluerentur, abijcerentur scandala, & omne remoueretur obstaculum, ad quod pedes suos possent offendere Christiani: præsertim cum tu, sicut asseris, in toto desideres mentis affectu; & si nos ad hoc ex corde velimus intendere, nihil est, quod tantum bonum valeat prohibere: sed cum nos, qui patres sumus, te in hoc debuerimus implendo patris officium præuenisse, tu nos in hac parte præueniens, pacem nobis & concordiam obtulisti, propter quod ad consummationem tractatus huiusmodi reputabis nos amplius obligatos; expresse protestans, Imperium tuum id, quod in eo est, iam laudabiliter expleuisse; ac posse dicere coram Deo & angelis eius, qualiter cucurristi ad patrem tanquam filius, patris amator, debitam nobis habitudinem, & conuenientem honorem ac dispositionem sponte ac liberaliter offerendo; vnde si filium currentem pater repelleret, Imperium tuum se de hoc coram Deo & eius angelis excusaret.

25. Addebas præterea, quod de dogmatibus fidei, & consuetudinibus, seu ritibus ecclesiasticis nullum tunc sermonem in eisdem literis faciebas: nam si in ijs aliqua esset discordia, pace præmissa, præhabitaque inter Latinos & Græcos, hæc soluerentur facilius & celerius sopirentur. Demum autem tua sublimitas tam per easdem literas, quam per memoratos nuntios cum multa petiuit instantia, vt apocrisarios, seu legatos nostros, homines videlicet pacis & pacificos Christi discipulos, non gaudentes in vanitate verborum, nec bono pacis mundanam sapientiam præponentes, ad tuam præsentiam mitteremus: cum per ipsos tuum expectet Imperium recipere a nobis, & prædicta sede responsum. Nos igitur prædictis literis debita coram fratribus nostris attentione discussis, Deo patri omnipotenti, a quo bona cuncta procedunt, & in cuius manu Regum corda consistunt; & qui etiam quocumque vult illa sine obice difficultatis inclinat; millemodis gratiarum retulimus actiones: totaque Romana mater Ecclesia in laudis superne iubilum assurrexit, pro eo quod Spiritus sancti gratia videbatur mentales tanti principis oculos sui fulgoris radijs illustrasse, ac ostendisse sibi viam catholicæ veritatis, per quam ad matrem filia, pars ad totum, & membrum reducat ad caput. Hoc enim eadem Romana semper affectauit ecclesia, & ad hoc indefinenter suæ studium considerationis inflexit, vt Græcorum ecclesia suæ resciceretur læste dulcedinis, suosque esiliuentis educaretur vberibus charita-

Lib. 2.
ep. 94.
Pontificis
gratiam
ambit.

Theodor
Valiccol.
in Vrban.
vit. apud
Masson. l.
5.

Contesta
tur, si a
gremio
Ecclesie
repellatur
rei inui-
diam Ap-
sedi ad hæ-
suram.

Lib. 2, ep
158.

Vrbani
ad Palæo-
log. literæ.

Honoru
ritu a Pa-
læologo de
lati Ponti-
fici.

Capta
Constanti-
nopolim
redire in-
gratiam
cum ec-
clesia fla-
gitat.

Que-
rat
nisi
obi-
cui
fret
thra
petr

Pan-
Lac-
Con-
tino-
na e-
gnat
deser-
rat.

Com-
diam
con & L
nos
tari

V
gi
re
ct
ad

Adie-
rar e-
mata
contr-
uerfu
cie d
ptum

Redd-
Palæo-
go ab
bano
spont

Grati-
agite D
Impe-
ris me-
colu-
se.

Expo-
Rom-
clesia
addu-
dis ad
iunctu
Græci
fidei

ritatis; ita quod ouile dominicum sub vnus pastoris regimine alimenta doctrine salutis acciperet, & nomen Domini sub vno veræ fidei dogmate vtilius & salubrius inuocaret.

26 Volentes itaque, quinimo toto mentis cupientes affectu, tam vtili, tam fructuoso tractatu diligenter, & feruenter insiltere, ac nostros propter hoc ad te apocrifarios iuxta imperialis petitionis desiderium destinare, memoratis tuæ celsitudinis nuncijs paternâ benignitate dimissis promissimus, quod circa mittendas ad te personas idoneas, in quarum ore verba responsionis apostolicæ ponerentur, libenter tuæ satisfaceremus beneplacito voluntatis. Licet ergo eisdem tuis præcedentibus nuncijs vellemus nostræ super hoc intentionis affectum perducere, faciente Domino, celeriter ad effectum; longa tamen loci distantia, qua dilecti filij Simon de Aluernia, Petrus de Moras, Petrus de Crista, & Bonifacius de Iporia, fratres ordinis Minorum, latores præsentium, apocrifarij nostri tunc temporis morabantur, nostris super hoc votis contra spem nostram obstaculum dilationis ingessit. Infesti quoque rumores, qui ad audientiam nostram medio tempore peruenerunt de persecutionibus, molestijs, & pressuris, quæ nobili viro Guillelmo de Villarduin principi Achaia, denotissimo vtique dictæ matris Ecclesiæ filio, eiusque terris & insulis, ac Latinis morantibus in eisdem, per tui viros Imperij iugiter inferuntur, celerem expeditionem legationis huiusmodi retardarunt, cum per huiusmodi tuorum operum nouitatem resiliisse a concepto proposito, nec in eadem voluntate persistere credereris.

27 Veruntamen quia tanti boni prosequutio non potuit apud nos, nec debuit per aliquod, quantumcumque verisimile retractiuum finaliter impediri; cum cæteris mentis nostræ desiderabilibus id specialiter præferamus, vt Christiana plebs sub orthodoxæ professione fidei, atque cultu proficiat & in idem indiuiduum collegium vnus pastoris, si detur, magisterium & custodia muniatur; ecce prædictos fratres, viros vtique religione conspicuos, & in lege Domini eruditos, pacificos, & ramum oliuæ in ore gestantes, veritatis etiam euangelicæ professores, amatores, & cultores humilitatis, qui Christum sequendo pauperem, seculo cum suis diuitijs & delicijs derelicto, ad solam caelestem patriam tota mentis attentione suspirant; ad tuam magnitudinem, tanquam pacis angelos de fratrum nostrorum consilio destinamus: sperantes in illo, qui arcem possidens vnitatis, vniuersitati rerum, quas condidit, suæ vestigium vnitatis impressit; per quam ad suum principium recurrentes, ab eo recipiunt perfectionis finem, a quo subsistendi sumpserunt primordium; & quod aures imperialis magnitudinis ad eorumdem fratrum salutaria monita efficaciter inclinabit, tibi que tribuet ex alto virtutem cogitandi vias Domini, tuosque pedes in eius testimonia conuertendi præduce charitate; quæ, sicut literarum tuarum habet assertio, tuum excitauit & induxit Imperium ad pacem a nobis & concordiam requirendam; & super qua etiam, veluti supra solidum fundamentum literarum ipsarum structuram quasi totaliter erexisti.

28 Et licet nos, qui vices illius, licet immeriti, tenemus in terris, qui charitatem docuit, charitatem dilexit, charitatem ostendit, & charitatem misit in mundum, verba charitatis a te proposita in ipso earundem exordio literarum charitatiue recepimus, & libenter audiuimus; Deo,

qui charitas est, laborum nostrorum propter hoc vitulos immolantes; deuote supplicantes eidem, vt te per suam clementiam ad illius veræ charitatis affectum, per quam in Deo maneat, & Deus inter dignetur tanquam in suo habitaculo permanere; ex zelo tamen sincerissimæ charitatis proculdubio procedere noueris, quod te & cunctos populos, quos tuum regit & gubernat Imperium, vt ad veritatem redeatis catholicam, totis anhelamus affectibus, & vos, vt ad sinum matris Ecclesiæ conuertamini, promptis desiderijs inuitamus: quoniam huiusmodi vnio siue connexio salutaris, si placeret Altissimo, quod nostris & tuis temporibus fieret, cordi nostro inestimabilis gaudij rorem infunderet, & anxietate propter hoc nostræ mentis ardorem affluentis lætitiæ refrigeraret irriguo, nostrumque animum panem salutis & fructum animarum desiderabiliter appetentem, pabulo reficeret charitatis. Tunc enim nobis & ipsi Ecclesiæ proueniret magnum & desiderabile salutare, cum videremus varias gentium nationes sub eiusdem obseruantia fidei in vnum acceptabilem Christo populum congregatas. Tunc etiam exultatione nimia hilaresceret totus orbis, quia valde bonum & iucundum existeret fratres simul in domo Domini habitare.

29 Hæc inquam, domus est Ecclesia Christi firmiter ædificata, & benefundata supra firmam petram fidei orthodoxæ, quam ipse Christus suo fundauit sanguine precioso; & in qua multitudini credentium est cor vnum & anima vna: vnus Deus, vna fides, & vnum baptisma: & in qua etiam tota fidelium multitudo vni corpori comparatur, dicente Apostolo: *Multi vnum corpus sumus in Christo*. Cuius quidem corporis vnitas a Spiritu vnitatis procedit, qui etsi sit vnus, pro suo tamen arbitrio membris ipsius Ecclesiæ diuersitatem influit gratiarum. Propter quod idem Apostolus enumeratis Spiritus sancti donis ait: *Hæc autem operatur vnus atque idem Spiritus, diuidens singulis prout vult*. Et post pauca subiunxit: *In vno Spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati fuimus*. Hæc quidem ecclesiastici corporis vnitas, per inconfutibilem Domini tunicam, quæ diuisis alijs vestibus, vni tantum cessit in sortem, non immerito figuratur. Hanc vnitatem piscina probatica designauit, in qua vnus tantummodo sanabatur, extra ipsam languentium multitudine remanente: quoniam in huius vnitatis circuitu impij ambulat, & in eam intrare renuunt, vt sanentur. Hanc etiam vnitatem commendat sponsus in canticis dicens: *Vna est columba mea: vna perfecta mea*; quamquam plures reginas adolescentulas, & concubinas esse describat.

30 Vt igitur huiusmodi vnitatis gratia firma & illibata penitus seruarietur, vnum eidem vnitati Dominus, videlicet B. Petrum Apostolorum principem caput constituit & magistrum, vt illam quasi Noe arcam, extra quam animantia derelicta in aquas diluuij submerguntur, in ipso Apostolorum principe, velut in vno cubito consummaret, eique magisterium Ecclesiæ suæ conferens & primatum, quæ & agnos suos illi pascendos, præmissa trina dilectionis interrogatione, commisit; tradens ei clauas regni caelorum, cum libero ligandi atque soluendi pontificio & plenaria potestate. Et ne ipsius principis fides deficeret aliquando, pro ipso efficaciter exorauit; quod cum postmodum aliarum ecclesiarum nonnullæ fuerint hæreticorum errore scædata, Romana ecclesia, cuius idem beatus Petrus magister extitit, im-

Protocat Græcos ad mutuam cum Latinis charitatem.

Commendatam in euangelio fuisse.

Laudatam in canticis

Petri & successori primatum ostendit.

Recordatum hactenus a nuncijs mittendis ob Achaiam bello la-cessit.

Viros religiosos ad retractandam ad ipsum accessuros

Verum commendatio

Coniungenda uel ecclesiarum zelum potestatem significat.

maculata remansit, nullamque prorsus labem contraxit hæreticæ prauitatis. Vnde reliqui Apostoli huiusmodi institutionem dominicam etiam post Christi ascensionem inuolabiliter obseruantes, recognouerunt eundem B. Petrum fore Christi vicarium, & super eo primatus officium in omnibus obtinere. Ad verbum namque ipsius B. Petri surgentis in medio fratrum, vnanimiter per Apostolos ad electionem Mathiæ proceditur: surrexit enim in medio, tanquam ardens igne Spiritus sancti, loco magistri, qui ei commiserat gregem suum; & tanquam honorabilissimus, cui omnes pariter intendebant. Eius quoque sermonibus illi qui blasphemabant Apostolos, immo sanctum Spiritum conuincebantur. Multa insuper fidelium millia ipsius prædicatione conuertebantur ad fidem; in qua quidem prædicatione se feruenter, & ardentem velut Christi vicarius exercebat.

Consentire huic veritati sanctos patres ostendit.

31 Neque huic institutioni dominicæ sancti patres postmodum restiterunt: sed ipsius principis successorem, tanquam illum, qui Christi vices in terris obtinet, venerantes, & ad eius iudicium in fidei recurrentes dubijs, eius auctoritate hæreses condemnarunt, manentes sicut membra in eorum capite, Apostolico scilicet throno Pontificum Romanorum, a quo quærendum est, quid sit tenendum, quidue credendum; cum eius sit reprehendere, statuere, ordinare, disponere, præcipere, soluere, & loco illius ligare qui ædificauit illum, & quod nulli alij, sed ipsi soli, quod plenum est, tradidit & concessit. Huic etiam throno omnes catholici iure diuino caput inclinant, & primates mundi veram confitentes fidem, tanquam ipsi domino Iesu obediunt & intendunt; ac in illum tanquam in solem respiciunt, & ab eo lumen veritatis, & fidei ad salutem recipiunt animarum; prout nonnullorum sanctorum patrum tam Græcorum, quam aliorum scripturæ veridicæ asseuerant. Porro cum præcellens Ecclesiæ prædictæ auctoritas & potestas & euangelico roboretur privilegio, & quamplurimum sanctorum doctorum testimonio fulciatur, nequaquam expediens fore decreuimus plura horum super hoc scripta producere, quia superuacaneum prorsus existeret solem adiuuare facibus, & id quod est in cælo & in terra notorium, scripturarum suffragijs comprobare. Sed vtinam imperialis iudicium rationis nos throni Apostolici successorem, & spiritualem tuum patrem Imperij, sicut verbo in tuis literis, sic & opere recognosceret, ac nobis debita iura redderet reuerentiæ filialis.

Apostolica studia Palæologorum non defutura spondet.

32 Vtinam illam charitatem, cuius te asseris sectatorem, circa nos & thronum ipsum efficaciter demonstrares, ad gregem redeundo dominicum ac recipiendo te ipsum, & in tuto matris Ecclesiæ gremio, vbi consolationis maternæ dulcedinem cum cæteris orthodoxis mundi principibus degustares: vbi etiam in cunctis tuis opportunitatibus indefinenter tibi adesse sentires prompta sui præsidij fauorabilis adiumenta. Nam si hoc tibi Spiritus, qui vbi vult spirat, cælitus inspiraret, non solum ostenderemus & aperiremus tibi paterni affectus viscera, verum etiam te intra illa tanquam præcordialem & charissimum filium locaremus, tibi que in tui sustentatione & exaltatione solij monstraremus, quantum throni regalibus Apostolicæ sedis gratiam & communionem habentibus sit necessaria, fructuosa, & utilis potestatis apostolicæ plenitudo. Neque volumus

Vtilitas in eum schismate abo lito deriuandas adducit.

diffiteri, quinimo constanter asserimus, quod maxima eidem Ecclesiæ, ac tibi etiam ex tui conuersione Imperij vtilitas multorumque incrementa profectum spiritualiter & temporaliter prouenerent, quia & eiusdem corpus Ecclesiæ ex membri reintegratione tam nobilis appareret, & existeret in omni parte sui elegantissime venustatum; & membrum ipsum non languesceret, neque tabesceret extra corpus; sed validum ex illo suscipiens incrementum fauoris & honoris vigorem, resumeret, & humorem illamque curam teneram, vigilemque sollicitudinem de tuo Imperio eadem haberet Ecclesiæ, quam habet de cæteris orbis terræ regnis atque prouincijs sub salubri eius obedientia constitutis, quorum potestates & principatus adeo fouet, protegit, & gubernat, quod si nonnunquam inter huiusmodi regna, siue prouincias dissensionum scandala, seu tumultuantium bellorum discrimina forsitan oriantur, statim eadem Ecclesiæ in medias filiorum suarentium partes proficiens, & strictos iam vel stringendos gladios de manibus altercantium confidenter eripiens, per auctoritatem sit inter ipsos imperiosa placidæ pacis atrix.

33 Reges quoque catholici, cum inter ipsos aliquid dissensionis emergit, vel cum vassalli eorum præsumunt contra eos calcaneum rebellionis erigere, non ox habent ad portum Ecclesiæ prædictæ recursum, eiusque salubre consilium & auxilium implorantes, tranquillitatis & pacis remedia infallibiliter ab ipsa recipiunt; facitque vt inter discordes & turbatos eorum animos serena concordia, & concors serenitas reformetur, sedentur seditiones a subditis concitata, & litigantium clamores queruli conticescant. Præterea circa heredes paruulorum regnorum huiusmodi, si quos, parentibus eorum Regibus deficientibus in pupillari ætate remanere contigerit, eandem Romanam ecclesiæ piæ matris assumit officium, ac diligenter & vtiliter ipsorum gerit regimen & tutelam: eorum hereditates & regna, cum necessitas imminet, etiam suis proprijs sumptibus, a quibuslibet inuasoribus & occupatoribus defendendo. Hæc autem & alia quamplura refugia inuenerunt semper, & inueniunt apud eandem Ecclesiam fidelia & obedientia sibi regna, Reges & principes orthodoxi. Vnde si tu, quod feruenter appetimus, inspiratus à Domino ad eius obedientiam rectam intentione redires; tanto promptiora fauoris & præsidij inuamina tuum in illa inueniet Imperium in tua tuorumque heredum defensione, ac exaltatione perpetua, quanto feruentioribus desiderijs eadem Ecclesiæ festa paschalia tuæ iucundæ conuersionis expectat; quantoque attentioribus studijs te ad eius vtilitatem conuersum, in suæ charitatis amore ac gratia retineret.

34 Quæsumus ergo, quinimo tuam excellentiam obsecramus per aspersionem sanguinis Iesu Christi, vt illud laudabile ac salubre propositum, quod tuæ literæ iam super hoc te concepisse testantur, in partum, sublata qualibet difficultate ac dilatione, producas; redeundo celeriter ad amplum, & spaciosum eiusdem gremium, vbi indubitanter inuenies tibi & semini tuo perpetua solidæ firmitatis sedilia præparata: & vbi etiam non solum tu, sed & tua posteritas futuris temporibus recumbere poterit confidenter, quia si te in consilia meliora retuleris, & ad eandem Ecclesiam in spiritu humilitatis redieris; non solum auxilium Ianuensium, quorum amicitiam nos tibi subtrahere velle conuerteris, & aliorum fide-

Sede in. n. trepi. Reges cath. rum. esse.

Si re ad. mium. clesia. Gen. modo. alios. cipes. facer. iungit.

lium Latinorum potentiam, verum etiam si opportunum fuerit, vires omnium orthodoxorum Regum, ac principum orbis terrarum, in tuum, tuique solij fulcimentum conflare, ac prouocare studebimus inter te & ipsos indissolubilibus fœdera dilectionis ad laudem, & gloriam diuini nominis & Christianæ religionis augmentum. Sed quædium ipsi Romanæ ecclesiæ inobediens, & throno Apostolico indeuotus extiteris, salua conscientia sustinere non possumus, quod dicti Ianuenses, vel alij quicumque Latini tibi auxilium præbeant vel fauorem, cum sit prorsus incongruum, vt obedientiæ filij cum filijs inobedientiæ per alicuius confederationis commercium misceantur; præsertim cum possit per tale commercium status inobedientium fortius ad inobedientiam roborari. Possit etiam de facili puritas filiorum obedientium ex focia conuersatione, & familiaritate, quam cum inobedientibus contrahunt, in sinceris eorum moribus maculari. Si ergo contra eosdem Ianuenses processimus, hæc de causa Imperialis circumspèctio non miretur, cum officij nostri debitum impleuerimus in hac parte: nec per hoc aliquis, rationis iudicium, & non voluntatis sequens libitum, iuste contra nos potest arguere, quod guerram paci & bellum amicitie præponamus: cum talis confederatio, seu amicitia in guerram, bellum, & scandalum prædictæ Rom. ecclesiæ, suorumque fidelium filiorum, quos ante oculos suos in eius gremio cum eorundem fauore Ianuensium opprimis, cedere totaliter dignoscitur.

35 Et cum simus illius vicarij Veritatis, quæ ait: *Ego sum via, veritas, & vita*; propter quod veritatem diligere, veritatem ostendere, veritatem sequi, veritatem omnibus dicere, ac veritatem etiam supra tecta prædicare tenemur, tacere in hoc non possumus nec debemus, nec volumus veritatem: quod omnes illi, qui throno apostolico non obediunt, quantumcumque Christianos se nominent, dominicis obuiant institutis, & in Deum peccant mortaliter, & grauiter oculos diuine maiestatis offendunt. Nam quanta sit inobedientiæ culpa, verbo Samuelis ostenditur asserentis, quod quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatricæ acquiescere nolle. Monstratur etiam & exemplo Dathan & Abiron, qui propter inobedientiæ malum ab Altissimo pœna grauissima sunt puniti, terra eos cum suis omnibus absorbente. Hæc autem tibi dicimus more periti medici nolentes palpate vulnera inobedientiæ telo transfixa, & ideo verba nostra patienter audias, & sapienter aduertas, vt tibi, auctore Deo, proficiant ad salutem. Meliora sunt enim, Salomone teste, diligentis vulnera, quam fraudulenta oscula odientis. Ad nostrum nempe spectat officium, vbi necessaria est increpatio, non tacere; sicut conticent canes muti non valentes latrare: sed secundum Apostolum arguere, obsecrare, & increpare in omni patientia, & doctrina. Verum quanta mala populo Christiano contigerint a tempore disensionis & diuisionis huiusmodi, nullatenus ignoramus: quinimo dum hæc ante oculos nostros reducimus, producimus ab imis amara suspiria, nec possumus lacrymas sustinere, dolentes super illis, qui primi a prædictæ Rom. ecclesiæ obedientia recedentes, inter Latinos & Græcos tanti materiam scandali reliquerunt. Nam si Latini Græcos diuersis temporibus impugnarunt, hoc proculdubio non fecerunt tantummodo causa acquirendi

eorum terras, & diuitias temporales, sed vt per vexationem Græcis intellectus, qui noluerunt intelligere, vt bene agerent, præstaretur. Propter quod si templa diuina, & ædes sacræ per aliquos latrunculos, seu per aliquos prædatores destructionis exterminium, sicut in terris guerrarum fluctibus æstantibus consuevit contingere, forsitan incurrerunt, nullus sanæ mentis vel debet, vel potest id Latinis omnibus imputare; sed huiusmodi latrunculis & prædatoribus, imo potius illis, qui prout dictum est, inter vtramque gentem dissidij zizania seminauerunt.

36 Quia vero pacem videris appetere, & petere, vt hinc inde soluantur inimicitie, abijciantur scandala, & omne remoueatur obstaculum, ad quod Christiani possent offendere pedes suos; nostuum in hoc salubre & laudabile desiderium dignis laudum præconijs attolentes, ad Imperialem notitiam præsentium tenore deferimus, quod cum illius Regis pacifici vices geramus in terris, qui vnicum sacrificium per mortem Patri se obtulit, vt secundum Ioannem filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum; & qui, secundum Apostolum est pax nostra, faciens vtraque vnum; & qui etiam ad passionem accedens, de pace condidit testamentum; veram pacem & concordiam querimus, & ad talem pacem inter vtrumque populum, auctore Domino, reformandam, vigilanter & efficaciter intendere volumus: per quam vti que pacem copula rectæ charitatis & fidei cordibus inferatur, & quæ vnitatis vinculum operetur, procul depellat odia, rancores abijciant, fuget inuidiam, excutiatque liuorem; pareat mentes, corda conciliet, & societ voluntates. Vnde si talem pacem tua nobis offert serenitas; nos illam & libenter admittimus, & desideranter amplectimur, firmo intendentes proposito, & intentione stabili proponentes, secundum Psalmistam, inquirere ac sequi eam; ac pro ipsa, si opus fuerit, superimpendere nosmetipsos. Sed quia non esset vera, nec stabilis, quæ super firmo non confurgeret vnitatis & fidei fundamento, non debuit dogmata fidei nec ritus ecclesiasticos tua postponere magnitudo, cum non sit dubium omnem pacem, & omnem concordiam tanquam adiectiuum ex huiusmodi debere subsequi substantiuo. Nam cum hæc principaliter insideant menti nostræ, & cordi nostro; cum etiam circa hæc specialiter nostræ diligentie studium, & Apostolicæ sedis versetur intentio; inconueniens satis fuit illa postponere, quæ præponi potius debuissent. Nos autem, quia vtrumque volumus, vtrumque credimus, & vtrumque votis anxij expectamus, prædictos nostros apocriefarios pro vtroque negotio; vt scilicet de dogmatibus fidei, ritibusque ecclesiasticis, & de pace, & concordia cum tuo tractarent Imperio, ad te duximus destinandos &c. *Dat. apud Vrbum ueterem v. kal. augusti pont. nostri anno 11.*

37 Intruxit Minoritas, quos tantæ obeundæ legationis munere decorarat, vt summa auctoritate a veniam Græcis, qui Ecclesiæ sese aggredient, impertirentur, atque inter suos agere. & cum ijs cõmunicare permitterent: si qui clerici Ecclesiæ se submitterent, prærogatiuis clericorum potirentur; alijque pluribus ad soluendas censuras, & propagandam pietatem priuilegijs auxit. Cum vero antea Vrbanum Palæologo indixisse viderimus, ne Villarduinum Achaicæ principem bellum peteret, ita vicissim istum apostolicis literis bellum Palæologo inferre, aut in Græcorum ditio-

nem

Indignus
videri ca-
tholicorū
eum schi-
maticis
coitiones.

Schismati-
cos ab
æterna sa-
lutaris via
aberrare.

Refuran-
tur Palæo-
logi que-
relæ.

Adhorta-
tio Pont.
ad pium
desideriū
in opus
perducen-
dum.

Concilia-
da inter
ipsum &
Balduinū
paci incu-
biturum.

Apocriefa-
rij Apo-
lici ad re-
ducendos
Græcos
pluribus
instructi
prærogati-
uis.
a *ibid. ep.*
185.
Vetat Vr-
banus A-
chaicæ prin-
cipem Pal-
æologo
bellum
inferre.

nem irrumperere, grassariue vetuit a; monuitque legationem a se ad Palæologum mitti: utque Romanæ sedis apocrifarios debitis officijs prosequeretur, imperavit b, ac regionum earundem proceres ad id præstandum est cohortatus.

38 Dum hæc agebantur, Alphonsus Castellæ Rex ac Richardus Anglus de Imperio occidentali apud Apostolicam sedem certabāt. Extat publicū monumentum, quo Alphonsus procuratores instituit, ut a Pontifice insignia Imperij deposcerent, contenderentque occupantis conditionem meliorem esse non debere; utque sua in Imperium iura defenderent, agerent ac responderent: & quidquid suo nomine actum foret, ratum se habiturum chirographo & sigillo regio confirmavit. *Pateat c vniuersis presentem literam inspecturis, quod nos Alphonsus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, & Castellæ, Toleti, Legionis, Galleciæ, Sibilie, Cordubæ, Murcia, Gienna, & Algarbia Rex facimus, constituimus, & ordinamus nostros procuratores, actores, & negotiorum nostrorum gestores venerabiles patres dilectos fideles nostros Martinum Legionensem, & Garciam Siluensem episcopos, & magistrum Ioannem Alphonsi notariū nostrū, & archidiaconum Compostellanum, & magistrum Rodulphum de Podio Bonizi nostrum notarium, generales & speciales omnes in solidū, ita quod occupantis non sit melior conditio, ad petendum pro nobis, & pro nomine nostro a summo Pontifice, & venerabilibus patribus Cardinalibus Imperij coronam nobis debitam: & ad agendum, & respondendum, defendendum, & tractandum iura nostra Imperij, & omnia factum ipsum contingentia, & quicquid honori nostro viderint expedire, siue in ordinario iudicio, vel extraordinario agatur: promittentes nos ratum, & firmum quicquid per eosdem, vel aliquem ipsorum circa premissa, vel in premissis nomine nostro actum fuerit, habituros. In cuius rei testimonium presentem literam fecimus sigilli nostri munimine roborari. Actum Sibilie Rege imperante kal. february anno Domini MCLXIII. Petrus Stephani fecit scribi.* Exceptis perhumaniter auditisque Castellani oratoribus, rescripsit Pontifex d, ab ipsis quid in tanto negotio decretum esset, accepturum: atque oratorum fidem, ac diligentiam collaudauit.

39 Cum iam diutius Ecclesia expectasset, ut principes amuli Imperij concordiam inter se inirēt, atque hætenus Romani Pontifices conciliatorū munus frustra gessissent, Urbanus ingruentium in Imperio malorū mole coactus, iudicis partes assumere compulsus est. Fluauabat enim misere Germania, dum incerto rectoris careret, intestine dissensiones lacerabant populos, iustitia iacebat, scelus vindicis Imperatoris terrore solutum libere caput efferebat, obsolefcebat religionis ac disciplinæ ecclesiasticæ decus: ecclesia etiam Romana cum aduocato, ac defensore careret, cincta vndique hostibus parem cladem sentiebat. Prænobilem ergo controuersiam, in qua de Imperio agebatur, decidere meditatus Urbanus, in deliberationem adduxit in primis, quo titulo Alphonsus Richardusque insigniendi in actis publicis viderentur: ac post librata diligenti examine vtriusque in Imperium iura, cum hinc Richardus ab Alexandro in Romanorum Regem electus in suis ad eum literis vocatus esset, atque etiam Aquisgrani diademate redimitus; hinc Alphonso maior principum numerus Imperium detulisset; vtrumque in Apostolicis literis in Romanorum Regem electum appellare decreuit. e

Urbanus, &c. ad perpetuam rei memoriam.

40 Ordinato nuper Imperij negotio, prout consideratis diligenter petitionibus partium, vtriusque consilij credidimus expedire, dubitatio incidit, quo titulo vterque ad idem Imperium electus in nostris literis sit censendus, pro parte quidem dilecti filij magnifici viri Richardi comitis Cornubiæ dicebatur, ipsum in eisdem literis in Romanorum Regem electum, & coronatum nominari debere, cum per felicis recordationis Alexandrini Papam prædecessorem nostrum, & a nobis etiam in quibusdam literis ad ipsum, licet super alio directis negotio, sic extitit nominatus: sicque cum iam sit in possessione, vel quasi huius tituli, non potest de cetero ei talis titulus sine iniuria detrahi, nec est aliquatenus detrahendus: præsertim cum multi ex vobis tempore prædecessoris eiusdem super hoc deliberatione præhabita, ipsum taliter nominarint. Charissimo autē in Christo filio nostro Regi Castellæ illustri pro eo non debere talis titulus videbatur, quia idē Rex, nec quoad hunc titulum, cum nunquam per papales literas taliter intitulatus extitit, nec quoad alia fuerit in aliqua possessione, vel quasi regni Alemanniæ affectus: nec debet status pendens negotij cum alterutrius partis præiudicio immutari.

41 Pro memorato vero Rege Castellæ suggereretur e contrario, nullo modo comiti memorato, sed ipsi Regi regni Alemanniæ titulum ascribendum, cum plures de principibus electoribus vota sua direxerunt in Regem eundem, & ipsum ad prædicta regnum, & Imperium legitime duxerunt eligendum: præfato vero comiti nec per electionem, quæ de ipso facta dicitur, cum nulla fuerit in regno, & Imperio supradictis; nec per superius allegata pro ipso in regio titulo sit ius aliquod acquisitum: literæ namque dicti prædecessoris nostri nullum sibi quoad regium titulum ius dederunt, cum sint literæ placentia quadam, ne dicam adulatoria, non diffinitionem aliquam continentes: quod etiam ex eo apparet, quia licet super hoc per ipsum prædecessorem, & fratres suos fuerit interdum deliberatio habita, nunquam tamen fuit aliquid diffinitum: & ideo non est verisimile, quod per dictas literas voluit super eodem aliquid diffinire; vnde per easdem literas nulla necessitas nobis indicitur obseruandi, quod continetur in eis, vel ipsius prædecessoris in hoc vestigijs inhærendi. Nec literæ nostræ, si etiam ut dicitur præcesserunt, ad id aliquid operantur, tum quia non super Imperij negotio, sed super quadam pecuniæ quantitate, quæ ab ipso comite venerabili fratri nostro Portuensi episcopo debita dicebatur, confectæ dicuntur; propter quod super alio fidem non faciunt, nec ius tribuunt, sicut per instrumentum super alio confectum, in quo vir & mulier se coniuges nominant, matrimonium non probatur: tum quia si data earundem literarum, si forsitan appareant, attendatur, aperte liquebit, quod eo tempore transferunt, quando nos qui non fuimus de collegio Cardinalium super huiusmodi negotio non eramus nec esse poteramus instructi. Cardinalium etiam quorundam literæ, per quas ipsi comiti sub regio nomine scriptum fuisse dicitur, nequaquam in hoc suffragari videntur eidem, cum non fuerint habita communi deliberatione, nec de omnium consensu concessæ: quod etiam ex eo apparet, quod non omnium Cardinalium, sed aliquorum tantummodo sigilla eisdem literis fuisse dicuntur appensa.

42 Cum igitur ex prædictis prædecessoris eius

Petitis an nuere differt Vrbanus, ac legatum in Castellā mittit. d Extat in M.S. bibl. Vallie, sig. lit. C. n. 49 pag. 6. Dirimendam causam suscipit. Siele et inter se consentire non poterint.

Vrbani constitutio.

Lib. 2. ep. 230. Ext. in cod. bibl. Vallie, sig. C. 49. pag. 21.

eiusdem, nostris, vel Cardinalium literis, nullum sit dicto comiti circa titulum, de quo agitur, ius vel possessio acquisita, nulla dici posset iniuria vel detractio fieri, si de cætero in literis dirigendis ad eum idem titulus minime poneretur; nec status instantis negotij censeretur in ipsius comitis præiudicium immutari, si prædicto Regi, qui sicut prædicitur, propter electorum pluralitatem potior allegatur in iure, adderetur electi titulus cū rei veritate concurrere. Sed allegatio immutationis huiusmodi eidem comiti potius efficaciter videtur ob stare, pro eo quod ascriptio tituli, quam per literas dicti prædecessoris, nostris, & Cardinalium sibi factam allegat, pendente negotio non cognitio-nabiliter, nec partibus constitutis, cominus facta fuit. Nos itaque ijs & alijs, quæ circa hæc mouere poterant, plene discussis; auditis quoque vestris consilijs, vt lignum in medio paradisi positum veraciter præsentemus, medium decreuimus eligendum, nec subinclinati ad dexteram, vel sinistram. Et ideo cum tam memoratus comes, quam præfatus Rex electi fuerint, nos veritatem sequentes, sine alterutrius partis præiudicio vtrumque ipsorum decreuimus in nostris literis nominandum in Romanorum Regem electum.

Actum apud Vrbenem v. m. vii. id. aug.]

43 Pupugit ea res admodum Richardum, cum huiusmodi pontificiam sententiam in Alphonso gratiam editam videret: numquam enim hæc Apostolica sedes Alphonsum in Romanorum Regem electi titulo insigniuerat: quo tamen Richardus ab Alexandro fuerat ornatus. Nec de-fuere qui Richardum exasperarent, insurrarentque, si superstes vitæ diutius fuisset Alexander, ipsum Imperij insignia certissime consecurum: iniuriam ipsi delato Alphonso eo titulo illatam. Hisque ac similibus Pontificem apud Richardum in suspicionem adduxerant, Regi Castellæ studere. Quam Vrbanus detergere ex eius animo nititur: rem definiti nondum potuisse, cum tantis implicita difficultatibus esset: nec moleste ferre debuisset, si Castellæ Rex titulo electi in Regem Romanorum insignitus esset.

Charissimo in Christo filio Richardo in Romanorum Regem electo.

Vtinam, fili charissime, ad plenum tibi pateret nostræ ad tuam magnificentiam sinceritatis affectus. Vtinam plenæ inteligeres nostri erga te animi puritatem: etenim profecto cognosceres, nos tamquam patrem beneuolum more paterno de tam chari filij gaudere profectibus, & processibus nostros, interpretis calumnijs non admissis susurro, filiali beneuolentia æstimares, obstruerentur circa te ora iniqua loquentium, locus detractio-ni non esset, detractio non panderetur aditus, nec præstaretur auditus. Sed ecce, princeps inclyte, nõ defuit, vt audiuis, qui apud tuam excellentiam contra nos sine causa, non tamen malitia multa, submurmurare non desunt, qui tuam deuotionem turbare studentes, actus nostros calumniæ iniuste, illud ad quod facti qualitas, immo necessitas rationis debito nostro præside propositum nos coegit, trahentes ad notam; & malitiose fingentes, quod detractauimus hæc nostras tibi mittere literas, ne te nominarem in Romanorum Regem electum: cum tamen fel. recordat. Alexander Papa prædecessor noster non solum electum, sed etiam coronatum te in suis literis nominarit. Verum ijs pro nobis veritas ipsa responderet: ipsius euentia tales formalitatum figulos, & ipsorum figmenta confutat. Nouit siquidem

circumspectionis tuæ prudentia, quod charissimus in Christo filius noster Rex Castellæ ac Legionis illustris se a maiori parte principum, in electione Regis Romanorum vocem habentium, electum affirmans, tibi super obtinenda imperiali culminis dignitate, in quo sibi ius plenum qua-situm asserit, se opponit: nec te latere credimus quanta instantia, quantaque diligentia multiplicatis successine nuncijs tam nostris, quam prædecessoris prædicti temporibus, idem Rex apud sedem Apostolicam ius huiusmodi extiterit prosecutum.

44 Tuis igitur & eiusdem Regis procuratoribus varia hinc inde, immo diuersa & aduersa proponentibus, non in figura iudicij, sed petitiones alternis vicibus alternando, nos præsertim cum ad Apostolatus officium præter Cardinalatus gradum fuerimus miseratione diuina vocati, de huiusmodi negotij meritis notitiam non habentes, sub tantæ varietatis incertitudine, in tanto & tali negotio, & maxime inter tantos; nec accelerare potuimus, nec debuimus præcipitare iudicium, aut alterutrius partium in alterutrius præiudicium titulorum adiectione, vel nominum, seu cuiuscumque alterius fauoris iudicij tam præcipitanter exhibere gratificationis affectum. Et licet idem prædecessor tibi fauorem circa prærogatiuam alicuius intitutionis impenderit, nõ tam en non decuit facilitate præcipiti sequi huiusmodi processum prædecessoris eiusdem, quem fratrum nostrorum, sicut ex eorum fida relatione didicimus, communis & decisiva collatio non præcessit: intendimus enim in conspectu suo dirigere Domino vias nostras, sic pro viribus nostros processus dirigere; illa etiã communis eorumdem fratrum consilij matura directione, ac directæ maturitate firmare, quod nec in ambiguitatis lubricum incidant, nec de reuocatoria correctione formident. Propter quod demum, cum eisdem fratribus plena deliberatione præhabita, quod habere debes acceptius, tibi electionis titulum, ex qua, si tamen sit legitima, ius solet acquiri, duximus ascribendum. De coronationis actu, qui pro te allegabatur, pro eo mentione non habita, qua nec electis in Imperatore concorditer in salutationis alloquio de coronatione aliquid adijci consuevit, ea inter cætera, vt dicitur, ratione, quia cum tres coronæ tali debeantur electo, aut pro singulis ipsarum, ad veritatem exprimendam, esset singularis, quod absurditatem saperet, expressio faciendæ; aut, quod videtur verius, & consuetudo approbasse dicitur hæcenus, pro nulla ipsarum est coronationis titulus exprimendus.

45 Cæterum cum memoratus Rex, sicut præmittitur, legitime se contendat electum, & nobis adhuc ius partium sit incertum; pro eo maxime, quod, sicut per alias literas tuæ magnitudini directas exprimitur, coram nobis vel prædecessore præfato, vt coram iudice, nondum nisi nouissime aliquid propositum extitit vel petitum; æquitas iustitiæ non permisit, denominatione in Romanorum Regem electi tam solemniter tibi concessa, ipsam sæpedito Regi suis procuratoribus instanter, vt saltem æqualiter vel concederetur vel denegaretur instantibus, & super hoc iustitiæ sibi petentibus exhiberi; nõ sine graui materia scandali denegare: maxime cum per intitutionem huiusmodi nõ intelligatur alterutrius accrescere iuri, vel detrahi; donec de ipsius iuris meritis finaliter pateat, & doceatur aperte, in cuius persona electi descriptio, cum electionis veritate concurrat. Quæ sumus itaque, fili, non accõmodas aures ma-leuo-

In neutra partem se propendere debuisset.

Alexandri exemplos, qui rem non contulisset cū Cardinalibus, non fuisse infestandum.

Cur ipsi coronati non appellarent.

Virgente Alphonso æquitati deesse non potuisse.

Definitio
textus
que electi
Romano-
rum Regis
titulo de-
corandi.

Concipit
in Vrba-
num 178
Richardus

Ep. 221.
Eod. cod.
Vatic. pag.
12.

Mulcere
illum lite-
ris nititur
Pontifex.

Asperam
sibi inui-
diam ac
suspicionem
detergit.

Ostendit
Alphonso
electi Re-
gis titulum
deserendum
fuisse.

Ieuolis, qui suam forte quærent in tua turbatione quietem, & in alienis dispendijs sua lucra venantur; sed nostrorum processuum causas, ordinem, ac rectam & puram procedentis intentionem, tuo prudenti consilio, & spiritu quieto discutias: & proculdubio animus in quietis serenitate dijudicans, in illis inueniet vnde rectum sequendo iudicium, omni super præmissis turbationis materia submota, quiescet: nec causa querelæ supererit, nec via reprehensionis patebit.

Dat. apud Urbemuerem 2. kal. septembris.]

46 Incurrenda erat Urbano, in quamcumque partem sententiam ferret, alterius principis inimicitia: nec suspicio aberat rem demum in bellum erupturam. Ad quæ declinanda tentandam iterum inter vtrumque concordiam visum est, quos vt inflecteret, legatos in Hispaniam, & Angliam transmisit. Ne tamen iudicis æqui partibus deesset, si paterna illi monita respuissent, preceptorum causæ decidendæ diem sextum kal. maij indixit, missis de ea re eodem exemplo ad Alphonsum, ac Richardum literis, a quarum exemplum infra scriptum est.

Richardo in Romanorum Regem electo.

Qui cælum terramque regit, is nimirum cæli nouit ordinem, & in terra potest cælestis ponere ordinis rationem. Is exempla de superioribus ad inferiora deriuans, sicut in firmamento cæli duo luminaria magna constituit, vt mundum vicibus suis illustrent, sic & in terris maxima dona sua, Sacerdotium videlicet & Imperium, ad plenum spirituum mundanorumque regimen, ad firmamentum Ecclesie militantis instituens, vtriusque potestatis ista discreuit officia, vt eorum officiosa diuersitas nulla sibi aduersitate dissentiat; sed in commissi executione regiminis ex officij debito in voti vnitatem concordet; & ipsorum proculdubio profutura concordia alterutrius alternis fulta præsidijs, ac vtriusque mutuis fota fauoribus, opus iustitiæ liberius operetur, pacem mundo pariens, tranquillitatem inducens, & nutriens vnitatem. Imperium siquidem ad salutem sacerdotali auctoritate dirigitur, & ipsius adiutum suffragijs, sedatis procellosis interdum imminenti tempore turbationibus, tranquillum redditur & quietum. Sacerdotium vero pium & tutum debet habere refugium imperialem mansuetudinem, cum sua veneratione coniunctam, vt Imperij Romani fastigium, & eius culmini præsidens, specialis aduocati & defensoris præcipui circa Ecclesiam gerat officium, & in ipsius fortitudine brachij defensentur Ecclesie libertates, & iura manuteneantur ipsarum, extirpentur hæreses, cultus Christianæ fidei ampliatur, & inimicis conternatis eiusdem, in pacis pulchritudine sedeat populus Christianus, & in requie opulenta quiescat.

47 Verum humani generis inimicus, pacis impatiens, amator litium, discordiæ seminator, vtriusque profectibus inuidens, claræ memoriæ Vvillelmo Romanorum Rege rebus humanis exempto, inter te & charissimum in Christo filium nostrum Regem Castellæ, ac Legionis illustrem in Romanum Regem electum circa obtinendam eiusdem Imperij dignitatem contentionis materiam suscitauit, vt vobis circa hoc contententibus careret imperialis regiminis commodis orbis terræ, & tanti brachij, tam vtilis, tam necessarij, tam chari carentiam ex ipsius Imperij vacatione diutina molestam admodum & nociuam, damnosa experientia, Ecclesia prædicta sentiret. Sentit vti que, sentit mater Ecclesia tam populi sibi commissi,

quam suam grauem de huius contentione iacturam: creuit namque peruersorum audacia, & ipsorum abundante malitia, dum eodem vacante Imperio ipsi Ecclesie defensionis debita suffragia subtrahuntur, liberius peccatis insistitur, hæreses pullulant, scandala suscitantur, multiplicantur cædes & strages; iniuriæ inualescunt, in persecutionum turbinibus Petri nauicula fluctuat; & interdum qui fidelium ipsius censeri nomine gloriantur, in arcum peruersum, fidei debitum non seruando, conuersi eam in suis iuribus iniuriose, impetunt & molestant, illa nunc denegando pro libito, nunc illicite occupando. Propter quod eadē Ecclesia non immerito huiusmodi vacationem deplorat Imperij, de animarum periculis, quæ peccandi libertas ingerit, ex intimis longa trahens suspiria ingemiscit. Ex eo insuper quam dure, quam grauer materna eius viscera quatiuntur, quod ipsa tam charos filios, tam inclytos principes in suo sentiens vtero collidetes, prudenter aduertit tuam & prædicti Regis potentiam, in Christi blasphemias, & inimicos nominis Christiani potenter, & magnifice more solito exercendam, in proprium, & græde domesticorum fidei detrimentum talibus contentionibus implicari. Hæc ergo & alia incommoda dissensionis huiusmodi eadem Ecclesia materno pensans affectu, in ijs auxiliij sui dextram non subtraxit, sed vigilauit attentius, attentione sollicita vigilanter intendit, multa que solitudine peruigil laborauit, vt discriminibus tantis occurreret, teque ac ipsum Regem a discordiarum dispendijs præseruaret.

48 Et licet inter vos iudicis partes assumere nõ sine causa distulerit; præsertim cum tam tui quam ipsius Regis nuntij in recordationis felicis Alexandri Papæ prædecessoris nostri, nostra, & fratrum nostrorum præsentia constituti, super prædictis iudiciarij Apostolicæ sedis examen expresse vsque ad hæc tempora declinarint; dilationem tamen huiusmodi illa etiam vtilitatis vtriusque partis consideratio, & paternæ pietatis cautela, pro vobis consilium capiens persuasit, vt vestris animis ad hoc habitatis, interim ad reformanda inter vos amicitie fœdera congruentia tempora, captarentur, & remedia promptiora paterent, per quæ discordiæ occasione sublata vos glutinum solidæ charitatis vniret; ac in vestra soliditate concordie, quam tractatus, qui super hoc in vos dicebantur haberi, promittere videbantur, sub sui principis ducatu pacifico daretur eidem sabbatismus Imperio; & sedatis scandalis, ipsius subditis quietis optatæ incunditas proueniret, pestis exterminaretur hæretica, animarum pericula vitarentur, Ecclesia cæsareo munita præsidio, & ab hostilibus erepta persecutorum incurfibus respiraret: ac eorum, qui sub simulatæ fidelitatis audacia nocent fidentius, temeraria nocendi confidentia refrænata suorum iurium integritate gauderet. Hæc quidem hæc tunc expectauimus anxij: hæc desiderauimus anxia expectatione diutius: in ijs prædecessoris, nostra, & fratrum nostrorum sollicitudo non defuit, secundum apostolicæ circumspeditionis iudicium de contingentibus nil omittens.

49 Et quamquam, vt votis nostris satisfaceret in hac parte, hucusque non fuerit ex alto concessum; tamen ad id semper nostra suspirauit intentio, ad id plenè desiderijs anxiamur, non proponentes a cœptis desistere; quin circa negotium huiusmodi sub spe illius, qui facit magna, & inscrutabilia; qui facit concordiam in sublimibus, profequi

Vtrumque electum Urbanus in iudicio vocat.

at Urb. lib. 2 ep. 212. & M. S. v. all. C. 49 pag. 7.

De Pontificatu & Imperio a diuina prouidentia constitutis.

qui pacis semitas intendamus, quidquid per nuncios & procuratores partium coram nobis nouissime his diebus propositum petatum fuerit, & responsum. Et quidem venerabilis frater noster Laurentius episcopus, & dilectus filius Vvillelmus archidiaconus Rossensis, ac Robertus de Barro procuratores & nuncij tua, te plenariam potestatem habentes, vt in nostro consistorio tua proponerent negotia, & peterent cum solemnitate, qua conueniret, vocationem tuam solemniter ad coronam; ac vniuersa & singula circa hac gererent, agerent fideliter, ac procurarent, quæ per vestros nuncios ac procuratores ad hoc specialiter deputatos legitime possent agi, peti, ac etiam procurari; quibusdam consuetudinibus prælibatis, quas seruandas in electione Romani principis asserbant; proposuerunt inter cætera tam per electionem de te, vbi, quando, & a quibus debuit, legitime celebratam; quam per consensum tuum in ipsam, vñctionem, coronationem, inthronizationem in sede magnifici Caroli, & alia subsecuta tibi electo, prædictis consuetudinibus obseruatis, & nulli alij plenus ius, quoad proprietatem, & possessionem in præfatis regno, & Imperio acquisitum, ac regium nomen, & Imperij diadema indubitate deberi: & supplicauerunt instanter, ac inter alia humiliter petierunt, tibi & huiusmodi nomen ascribi, & te per nos inuogandum, consecrandum, & coronandum in Romanorum Imperatorem, aduocatum, & defensorem Ecclesie, ad ipsum diadema de nostris suscipiendum manibus, sine dispendio vltioris moræ vocari, & apostolicum tibi fauorem impendi; petitionem huiusmodi varijs tam facti, quam iuris allegationibus, & quampluribus nihilominus præmissis protestationibus fulcientes; ac dicentes ipsam per contradictionem memorati Regis, vel electionem, si qua de ipso facta fuerat, vtpote contra præactas Imperij consuetudines, post electionem tuam nõ cassatam, nec cassandam, etiam ab ijs, qui saltem tunc nullum ius habebant id faciendi, præsumptam non debere aliquatenus impediri.

50 Ex parte vero supradicti Regis per venerabiles fratres nostros Gasiam Siluensem, & fratrem Dominicum Abulensem episcopos, ac dilectos filios magistrum Ioannem capellanum nostrum archidiaconum Compostellanum, & Radulphum de Podio Bonizi ipsius Regis procuratores, actores, & negotiorum gestores generales & speciales, ita quod occupantis non sit melior conditio; mandatum habentes ab eodem Rege, ad petendum pro ipso, & suo nomine a nobis, & prædictis fratribus nostris coronam Imperij, & assignari sibi diem ad recipiendum ipsam; & ad agendum, respondendum, defendendum, & ad tractandum iura sua, & Imperij, & quidquid honori suo expedire viderent, siue in ordinario, siue in extraordinario iudicio ageretur; fuit ei contra propositum, eundem Regem ad prædicta regnum & Imperium a maiori parte principum vocem in huiusmodi electione habentium electum fuisse legitime, ac esse in ipsi regno & Imperio potiorum. Idem insuper procuratores & nuncij electionem de te factam, inunctionem quoque, coronationem, ac cætera subsecuta ex eadem electione tua ex diuersis causis tam contra te, quam contra electores tuos, & electionem ipsam oppositis penitus nullam esse; nec dicti Regis electionem, quamquam postea celebratam, impedire potuisse, multipliciter allegantes; cum instantia postularent ipsi Regi consuetum fauorem, & debitam in

huiusmodi negotio iustitiam exhiberi: apertius exprimentes hanc fore iustitiam debitam, hunc esse fauorem in talibus consuetum: videlicet, quod quando aliqui ad Imperium in discordia principum eliguntur, sedes Apostolica illam, qui electus est a parte maiori, persona impeditis cessantibus, denunciatur electum canonicè, ac Regem nominat, parte aliqua non citata; & ei fauorem præstat, illiq; terminum ad recipiendam coronam assignat, etiam si alter taliter electorũ regni possessionem præsumperit occupare: sicut in electionibus Lotharij & Conradi, Othonis & Philippi, ac aliorum plurium obseruatum fuisse dicebant.

51 Eisdem autem præfati Regis Castellæ nuncijs petitioni prædictæ super debita iustitia exhibenda porrectæ insistentibus, nos memoratum Rossensem episcopum, & alios tuos procuratores de prædictorum fratrum consilio duximus requirendos, si vellent super præmissis subire tuo nomine nostrum & Apostolicæ sedis examẽ. Qui habito consilio responderunt, quod cum sis princeps catholicus, nobis & ecclesie Romanæ deuotus, ipsam caput Christianitatis & fidei, tuamque matrem & dominam recognoscens; nec intendas illius declinare iudicium, in quibus illud subire debes, & de iure teneris; & in Imperio ius habeas, ac regni Alemannie, & eius iurium possessionem obtineas; parati erant, in quantum prædicti mandati, quod a te habebant, se vires extendunt, pro te ac tuo nomine, tamquam pro Rege vero, ac legitimo possessore, iudicium nostrum & ecclesie Romanæ subire, si quis appareret, qui te super præmissis velit impetere, aut aliquid quocumque modo proponere, per quod tibi possit aliquod præiudicium generari: saluis semper in omnibus & per omnia iurisdictione, potestate, officio, auctoritate, dignitate, honore, ac libertate sacri Romani Imperij, eiusque principum, ad quos specialiter spectat Romani Regis electio, & quibus præiudicare nõ intendebant, vel alias quomolibet derogare; petitionem tuo præmissam nomine nihilominus repetentes. Ecce, fili charissime, dum ad petitionem iustitiæ ab vna parte proceditur, nec ab altera iudicio ceditur, sed ipsius prosecutioni constanter instatur; nos qui sperabamus, quod per tuam & ipsius Regis concordiam, & concordem supradicti ordinationem Imperij, desideratæque quietis nobis serenitas arderet, in iudiciorum inquietos anfractus ingerimur, & expetita iustitiæ instantia in ipsorum nos fluctus impellit. Ecce pacem expectamus, & non venit: quæsiuimus bona, & turbatio strepitus iudicialis offertur. Profecto non id desiderabat Ecclesie imperiali auxilio releuanda necessitas: non id exigebant lacerae partes Imperij occupatricibus expositæ manibus direptorũ: non id requirebat Christianitatis ijs temporibus miseranda conditio, quæ intrinseca plusquam... Tartaricæ feritatis affligit. Quibus potius debebatur, vt per tractatus pacificos Casarej culminis acceleranda prouiso in vnitæ capitis iuribus redintegratis Imperij contra tot discrimina prouideret.

52 Nos itaque pacis cogitationes solícite cogitantes, ac de illius sperantes omnipotentia & immensa virtute, sub quo curuantur qui portant orbem; qui ventis imperat, & ad eius nutum, stat spiritus procellarum; pacis tractatibus prouidimus insistentium. Et ideo hinc inde propositis a nobis, & prædictis fratribus nostris in discussione exactæ deliberationis inductis de ipsorum consilio tam ad magnificentie tuæ præsentiam,

Eius ad Imperij iura.

Richardi oratores non negat subire Pontificis iudicium.

Pontifex inuitus descendit ad hanc sententiã operatur vt electi tractent inter se pacem. ciuica, odia

Legatos ideo ad vtrumq; mittit.

Richardi ad Imperium iura

Alphonfi electio posterior Richardi electione.

Alphonfi a maiori principum parte vocat ad Imperium.

quam ad ipsum Regem Castellæ nuncios delibe-
rauimus destinandos, qui vos ad pacem inui-
tent; ad quod dilectum filium magistrum Guillel-
mum capellanum nostrum archidiaconum in
ecclesia Parisiensi, virum vtrique prouidum, consi-
lij maturitate conspicuum; a nobis ac eisdem fra-
tribus plurimum merito sue probitatis acceptum;
de cuius industria, & fidelitate nos & ipsi fratres
plene confidimus; ad tuam magnificentiam spe-
cialiter destinamus. Et nihilominus cum simus
omnibus in iustitia debitores, nec debeamus eam
personis denegare sublimibus, qui super ipsa, etiã
ab humilibus requisiti, nostri partes officij non
negamus, te ac eundem Regem Castellæ citandos
decreuimus: & te de sæpe dictorum fratrum consilio
peremptorie presentium tenore citamus, vt secũdo
die maij primo venturi apostolico conspectui per
procuratores idoneos te presentes, qui tunc consi-
scientiæ consilij legitimum & plenum a te manda-
tum habeat ad pacis tractatũ, si Dominus dederit,
ineundum; & ad procedendũ in ipso negotio prout
honorẽ Ecclesię ac pensata talis & tanti conditione
negotij sine offensa iustitię videbimus expedire.

Dat. apud Vrbernem 2. kal. septembris.

53 Comparere coram Urbano & Cardinalibus
vtriusq; designati Regis oratores, causęq; argumen-
ta explicuere; cuius disceptationis seriẽ Richardo
Pontifex exposuit, vt siquæ ab ipsius oratoribus
præmissa ad causam stabiliendam, vel ad dissol-
uendam quæ Alphonfus obiecerat, haberet argu-
menta, in medium adduceret.

Richardo in Romanorum Regem electo.

Qui a cælum terramq; regit, is nimirum &c.
vt supra, vsque peti, & etiam procurati coram
nobis, & eisdem fratribus proponere curauerunt
quasdam consuetudines circa electionem noui Re-
gis Romanorum in Imperatorem postea promo-
uendi, apud principes vocem in huiusmodi electione
habentes, qui sunt septem numero, pro iure serua-
ri; & fuisse hætenus obseruatas a tempore, cuius
memoria non existit: secundum quas infra annum
& diem, postquam vacat Imperium, talis debet
electio celebrari, quacumque parte ipsorum anni,
& diei, quam ad hoc iidem principes duxerint de-
putandam: & ad archiepiscopum Maguntinum,
& comitẽ Palatinum Rheni, vel ipsorum alterum,
altero nequeunte, vel forsitan non volente, per-
tinet ad electionem ipsam celebrandam, diem
præfigere, ac ceteros electores principes conuo-
care. Quibus omnibus, vel saltem duobus ex
ipsis die præfixa conuenientibus apud oppidum
de Franchenford, intus vel extra ipsum oppidum,
in terra quæ dicitur Francheserde, loca quidem ad
hoc deputata specialiter ab antiquo, ad electio-
nem ipsam procedi potest, & debet secundum
morem ipsius Imperij approbatum: & electione
taliter celebrata, electus si electioni consenserit,
ante Aquisgranum per dies aliquos facta mora, in-
fra annum & diem post celebratam electionem,
eamdem, quando electus voluerit, per Colonien-
sem archiepiscopum, ad quem id ex officio suo
spectat, inungitur, consecratur, & etiam coro-
natur: quo facto cuilibet via præcluditur contra
electionem, vel electum, iam Regem Romanorum
esse & am, dicendi aliquid, vel etiam opponendi:
sed idem electus prædicto modo inunctus, conse-
cratus, & coronatus pro Rege habetur, & ei tam-
quam Regi debet a subditis & vasallis Imperij obe-
diri, suo more homagia & fidelitatis iuramenta
prestari, assignari ciuitates, oppida, castra & specia-
liter castrum de Treueles, ac alia iura Imperij in-

fra annum & diem a tempore coronationis eius-
dem: ita quod si qui de vasallis Imperij ei homa-
gia non præstiterint consueta, & non reddiderint
ciuitates, castra, & alia supradicta, illis, quæ ab Im-
perio tenent eodem, sunt eo ipso priuandi.

54 Et si votis principum, ad quos spectat eli-
gere, ad eligendum conuenientium, diuisis in plu-
res, duo in discordia eligantur, vel alter electorum
per potentiam obtinebit, vel ad prædictum comi-
tem Palatinum, tamquam ad huiusmodi discordia
iudicem est recursus habendus, nisi forsan super ele-
ctione vel coronatione huiusmodi suborta discor-
dia, per appellationem vel querelam prædictorum
principum ad examen sedis Apostolicæ, quo casu
ipsius est in tali causa cognitio, deferatur. Intelligi-
tur autem is electus esse concorditer, in quem vota
omnium electorum principum, vel saltem duorum
tantummodo in electione presentium diriguntur:
[cum nimirum duo tantum comitijs interuenerint,
a quibus Richardi oratores eius electione iure ce-
lebrari potuisse contendebant: idq; aduersus Al-
phonsum, a Treuirensi archiep. tantum presente
Francofurti Regem designatũ] in discordia vero is
etiam reputatur electus, de quo in loco non solito
electio celebratur, & in termino de communi con-
sensu dictorum principum nõ statuto, quem si forsan
prædicti principes infra annum & diem a tempore
vacantis Imperij concorditer statuunt, licet nõ ex-
primant quod ipsum peremptorium esse velint; ter-
minus tamen ab eis præfixus taliter preemtorius
reputatur. Porro iidem procuratores ijs & alijs
quibusdam prælibatis consuetudinibus adiece-
runt, quod vacante Romano Imperio, die per
omnes prædictos principes pro celebranda Regis
Romani in Imperatorem postea promouendi ele-
ctione statuto in octauis Epiphanię anno Domini
mccclvi. apud memoratum oppidum de Fran-
chenford, quinque tantum de dictis principibus
tum per se, tum per alios, videlicet bonæ memo-
riæ Coloniensis archiepiscopus pro se, & bonæ me-
morix Maguntinus archiepiscopus, * ea vice in
hoc commiserat vices suas, & dilectus filius nobi-
lis vir comes Palatinus apud Francheserde: bonæ
memoriæ vero Treuerensis archiep. & dilectus filius
nobilis vir dux Saxonix intra dictum oppidum
conuenerunt. Cumque iidem Treuerensis archiep.
& dux Saxonix præfatos archiepiscopum Coloni-
ensem & comitem, nec ipsum oppidum intrare
permitterent, nec ad eos exire vellent, super hoc
sæpius requisiti dicti archiepiscopus Coloniensis
& comes; attendentes ex lapsu temporis pericu-
lum imminere, si forsan non fieret electio illa die,
quæ ad hoc fuerat preemtorie constituta; præ-
sertim cum de anno & die post vacationem Impe-
rij quindecim dies solummodo superessent, in-
fra quos nullo modo potuissent propter locorum
distantiam, & alias facti circumstantias præfati
principes iterum conuenire, cum prælatis, ducibus,
& alijs ibidẽ presentibus; deliberatione præhabita,
de ipsorum communi consilio & assensu ad electio-
nem procedere decreuerunt: & tandem præfatus
Coloniensis pro se, ac dictis Maguntino, cuius vices
gererat, & comite presente ac consentiente, diui-
no nomine inuocato; te in Regem Rom. elegit, &
mox electionem huiusmodi magnatum & aliorum
astantium copiosã multitudini publicauit.

55 Cui electioni per charissimum in Christo
filium nostrum Regem Bohemix illustrem post
paucos dies consensu præstato, demum tu ad tuo-
rum electorum & aliorum Imperij optimatum,
qui propter hoc ad te in Angliam accesserunt, in-

Ne desit
iustitia,
vtrumq;
perempto-
rie citat.

Alphonsi
& Richar-
di orato-
res coram
Urbano
causam
dicunt.

Pontifex
disceptatę
cõtrouer-
się ordinę
exponit
Richardo,

Extat in
cod. Vallis
M. S. pag. 9
Seruandę
in electio-
ne Regis
Roman. le-
ges.
Electo-
rum
numerus.

Consuetu-
do Impe-
rij in cele-
branda
electione.
Quis dię
præfigere
debeat.

Quid
iudi-
bit
Gion

Quo
con-
ter-
ture

Qua
in di-
dia.

Quo-
se ve-
cura
inte-
rint
* q

Ten-
arch-
& de-
xon-
gredi-
negi-
Palat-
arch-
Colo-

Quid
citat
elegit

stantiam & requisitionem instantem eidem electioni post diligentem super hoc tractatum habitum consensisti, ac personaliter Alemannia regnum ingressus, & moram apud Aquisgranum, quantum decuit, faciens, nec inueniens resistentem, postmodum fuisti per sepedictum Coloniensem archiep. ad cuius id spectabat officium, consecratus, inunctus, coronatus, ac inthronizatus regno in sedem magnifici Caroli, nullo se inibi coronationi tuæ realiter aut verbaliter opponente: recepisti quoque homagia magnatum regni eiusdem, ac fidelitatis etiam iuramenta: obtinuisti ornamenta, & insignia imperialia, quibus Rex Romanorum solet ornari, cum Romæ inungitur, consecratur per manus summi Pontificis, & sacrum Imperij suscipit diadema; & sine quibus aliquis ad inunctionem, consecrationem, & coronationem huiusmodi nec solet, nec debet admitti. Reddita insuper tibi fuerunt quæplura oppida, castra, villa, ac iura Imperij tamquam Regi: tuque ipsius regni possessionem adeptus, ipsam tenes, & per sex annos & amplius tenuisti.

56 Ex his autem procuratores tui arguerentebantur, quod cum memorati Treuerensis archiep. & dux Saxonie, recusando dicto die procedere; reliqui vero, non veniendo ad terminum concorditer assignatum, se alienos ab electione reddiderunt ea vice; tu ab omnibus principibus vel saltem ab ijs, in quos totaliter ius eligendi reciderat, censi debes electus: & pro certo ac indubitato ponentes ius in regno & Imperio supradictis tibi electo, prædictis consuetudinibus obseruatis ubi & a quibus id fieri debuit, & nulli alij acquisitum; ac regium nomen & Imperij diadema indubitate deberi, supplicauerunt, instanter, & humiliter petierunt tibi & huiusmodi nomē ascribi. Maxime cum antedictus prædecessor, id tibi de fratrum suorum consilio adscripsisset, te in eisdem regno & Imperio quibuslibet alijs preferendo, sicut per ipsius literas ostendere nitebantur: teque per nos inungendum, consecrandum, & coronandum in Romanorum Imperatorem, aduocatum, ac defensorem Ecclesie, ad ipsum diadema de nostris suscipiendum manibus sine dispendio vltioris moræ vocari & apostolicum tibi fauorem inpendi: præsertim cum non tantum maior pars principum prædictorum, immo omnes, excepto nobili viro marchione Brandeburgensi, qui etiam paratus est tibi obedire, vt iisdem nuntij proponebant; electioni de te factæ consentiant, & tibi tam ipsi, quam alij magnates Alemannie generaliter tanquam suo Regi obediant & intendant: petitionem suam illa indubitata, sicut asserunt, in Imperio, & iure munita consuetudine fulciant, qua dicunt electo in Regem Romanorum, secundum solitum morem Imperij ubi & a quibus debet, & postmodum per supradictum Coloniensem archiepisc. inuncto, consecrato, & coronato eo ipso regium nomen acquiri; & si electæ personæ impedimenta non obuiant, vocandum sine dilatione aliqua per summum Pontificem ad coronam; ad id non solum morem Imperij approbatum, sed etiam quondam felicis recordationis Innocentij Papæ III. prædecessoris nostri decretalem epistolam allegantes; ac dicentes, per contradictionem memorati Regis Castellæ, vel electionem, quæ de ipso facta dicitur, petitionem præmissam non debere aliquatenus impediri; cum secundum prædictas consuetudines sit ei iam cuiuslibet contradictionis via præclusa, & electio ipsa nulla fuerit ipso iu-

re, vtpote post annum & diem contra eandem Imperij consuetudines, & termino ad hoc statuto, de communi principum prædictorum consensu transacto, & post electionem tuam legitimam non cassatam, a solo nominato Treuerensi; qui propter noua pedagagia, quæ in terra sua imposuit, erat tunc excommunicatione ligatus, nulla omnino forma seruata; in camera eiusdem Treuerensis archiep. contemptis alijs principibus, clandestine attentata: cum nullam ab eisdem principibus super hoc potestatem haberet; quam si etiam ab aliquibus habuisset, sicut quædam pro parte altera exhibitæ literæ innuebant; formam tamen ipsius, quæ secundum tenorem literarum ipsarum ad certam diem se tantummodo extendebant, non eligendo ipsa die, minime obseruauit.

57 Ex parte vero supradicti Regis Castellæ per venerabiles fratres nostros Gasiam Siluensem, & fratrem Dominicum Abulensem episcopos, ac dilectum filium magistrum Ioannem capellanum nostrum archidiaconum Compustellanum, ipsius procuratores, actores, & negotiorum gestores, generales & speciales omnes in solidum; ita quod occupantis non sit melior conditio; mandatum habentes ab ipso, ad petendum pro eo & suo nomine a nobis & prædictis fratribus nostris coronam Imperij, & assignari sibi diem ad recipiendum ipsam, & ad agendum, respondendum, defendendum, & tractandum iura sua & Imperij, & quicquid honori eius expedire viderent, sine inordinario, siue in extraordinario iudicio ageretur; sicut e contra propositum, quod prædictus dies octauarum Epiphaniæ non ad eligendum, sed ad tractandum super electione faciendi Regis & Imperatoris; & ad assignandum diem ad celebrandum electionem eandem, non per omnes, sed quosdam ex ipsis principibus extitit assignatus. Qua die præfati Treuerensis archiep. & dux Saxonie pro se, ac dilecto filio nobili viro marchione Brandeburgensi, qui eidem Treuerensi archiep. vices suas commiserat; necnon & procuratores memorati Regis Bohemie ad prædictum oppidum tamquam viri pacifici accesserunt. Supradicti vero Colonienfis archiepiscopus, & comes cum ingenti armorum multitudine ad loca circumuicina ipsius oppidi aduenientes, requisiti per Treuerensem archiep. ducem, & procuratorem prædictos, qui eorum impressionem verisimiliter formidabant, vt iisdem oppidum intrarent cum societate decenti, de assignanda die ad electionem celebrandam, pro vt terminus exigebat, si ad hoc essent habiles, vna cum ipsis pacifice tractaturi; non solum id facere contempserunt, verum etiam proprii profectores arbitrij præsumperunt te in Regem Alemannie, non sine multo contemptu aliorum principum, nominare.

58 Memorati autem Treuerensis archiep. dux & procurator nominationem huiusmodi attendentes penitus esse nullam (præsertim cum dicti Colonienfis archiep. pro eo, quod in bonæ memoriæ P. sancti Georgij ad velum aureum diaconum Card. tunc legatum in Alemannie partibus manus iniecerat, ac venerabilem fratrem nostrum Padeburnensem episcopum præsumebat detinere captiuum, propter quod per eundem etiã legatum excommunicatus extitit; comes vero propter clericorum & religiosorum cades & notorias captiones; & quia contra sententiam felic. recordationis Innocentij Papæ IV. prædecessoris nostri, quondam Friderico olim Romanorum Imperatori & Conrado nato eius præstiterat publice consi-

Alphonfi iuris defensorio.

Qui eum elegerint.

Colon. arch. & Palat. detestant ingredi nisi cum armatis.

Obiecta contra archiep. Colon. & Palat. vt inhabiles.

Is a Colonienfi coronat Aquisgranum.

Imperij obinet insignia.

Literæ Alexandri Richardo fauent.

Electio Alphonfi post annu & diem contra cõ sue. Imperij facta

lium, auxilium, & fauorem; erant ipsius electionis tempore tam a canone, quam ab homine varijs excommunicationibus innodati; & Maguntinus archiep. cuius idem Colonienſis archiep. ſe vices gerere aſſerebat, in vinculis teneretur; propter quod carens arbitrij libertate, præſtare non potuit, prout iura exigunt, liberum in electione conſenſum, nec etiam de facto præſtitit ad electionem celebrandam) certum terminum ſtatuērunt ſubſequentem dominicam paſſionis, quo quidem termino uſque ad proximam dominicam palmarum, continuato de die in diem; & memorato Maguntino tunc a vinculis liberato, Colonienſi archiep. & comite requiſitis, & nolentibus intereſſe; dictus Treurenſis archiepiſc. a Rege Bohemæ, duce, & marchione ſibi ſuper hoc poteſtate commiſſa, dictum Regem Caſtellæ ſuo & illorum nomine publice & ſolemni-ter in eodem oppido de Franchenford; Dei nomine inuocato, in Romanorum Regem & Imperatorem elegit, & electionem ipſam omnibus aſtantiſſimis publicauit: idemque Rex Caſtellæ, ipſa electione ſibi per quamplures magnates Imperij, ad ipſum propter hoc in Hiſpaniam accedentes, poſtmodum præſentata, electioni conſenſit eidem. Ex præmiſſis ſane ijdem procuratores & nuntij prælibati Regis Caſtellæ, dicentes electionem ipſam ubi & a quibus debuit celebratam legitime, allegabant electionem eandem impediri non potuiſſe per tuam, quæ, ſicut dicunt, nulla extitit ipſo iure. Nam cum prædictus dies octauarum non ad eligendum, ſed ad tractandum de ſtatuta die, & ipſam ſtatuendam ad electionem celebrandam noui Regis fuerit non per omnes prædictos principes, ſed per aliquos ex eis, vt præmittitur, aſſignatus; qui etiamſi ad eligendum ſtatutus fuiſſet per maiorem partem eorundem principum, minoris partis non obſtante contradictione, mutari & prorogari potuit & extitit prorogatus; conſtat electionem de te maxime per pauciores de ipſis principibus excommunicatos ipſa die octauarum factam nullam penitus extiſſe.

59 Excommunicationem etiam contra memoratum archiepiſcopum Treurenſem obiectam, & conſuetudinem, quæ de celebranda a tempore vacantis Imperij infra annum & diem Regis Rom. electione præponitur, ac alias omnino negantes, allegabant, quod ſi veritate huiusmodi propoſitio fulciretur, electio tua, quæ quindecim diebus de ipſo tempore adhuc exſtantibus celebrata fertur, ex hoc etiam nulla eſſet: cum non licuerit minori parti, maiori contempta, diem vltimam ipſius temporis præuenire. Per quæ apparere dicebant, quod electores eiſdem Regis Caſtellæ, nolendo die illo eligere, non fuerunt eligendi iure priuati, nec ſi etiam, vt pars aduerſa proponit, ad minorem partem renuiſſet exire. Nam cum infra prædictum oppidum de Franchenford Romani Regis & Imperatoris, & non alibi debeat electio celebrari, minor pars non poterat ad locum alium coarctare maiorem. Adiecerunt præterea inunctionem, conſecrationem, coronationem, ac poſſeſſionem prædictas, quam quidem poſſeſſionem omnino negabant; & cætera pro parte tua inducta, cum ex electione tua, quæ vt prædicatur, nulla extiterat, ſecuta fuerint; tanquam nulla, nullum potuiſſe tuo mimentum afferre, aut eiſdem Regis Caſtellæ iuri præiudicium generare: ſubiungentes Colonienſem archiep. ſupradictam conſecrationem, vel inunctio-

nem, ſeu coronationem, quæ ius tribuant, dare non poſſe niſi ei, qui a maiori & ſaniori parte prædictorum principum eſt electus: alioquin illa ſequeretur abſurditas, quod ſolus Colonienſis archiep. precibus inductus vel corruptus precio, cui vellet Imperium dare poſſet.

60 Quod autem de literis ſupradicti prædeceſſoris Alexandri præmittitur, in quibus tibi regium nomen dicebatur adſcriptum, teque in prædictis regno & Imperio alijs fuiſſe prælatum, multipliciter conſutabant; tum quia quoties coram ipſo prædeceſſore Alexandro, ac fratribus ſuis de Imperij negotio agebatur, idem prædeceſſor Alexander publice aſſerebat, quod ſuper eodem negotio nihil in dicti Regis Caſtellæ præiudicium attentaret; quod etiam ipſi Regi Caſtellæ per literas, & quondam A. de Ferentino ſuum capellannum & nuntium intimauit; propter quod prædictæ per te inductæ literæ merito ſunt ſuſpectæ, nec credenda de eiſdem prædeceſſoris. Alexandri conſcientia & fratrum ſuorum conſilio proceſſiſſent, cum iniurioſæ ſint, debent merito reuocari. Vnde ijdem Regis Caſtellæ procuratores & nuntij electionem de ipſo factam, electione tua prædicta, & ijs, quæ pro te fuerunt obiectæ, nequaquam obſtantibus, fore legitimam, vtpote celebratam a maiori parte ipſorum principum, quos ijdem procuratores & nuntij variare non potuiſſe allegant, & variariſſe non credunt; immo fictione iuris ab omnibus, cum alij vtpote inhabiles electioni non potuerint, vel ſaltem noluerint in loco ſolito & tempore debito intereſſe, ac ipſum potior in prædictis regno & Imperio arguentes; cum inſtantia poſtularunt ipſi Regi Caſtellæ conſuetum fauorem &c. vt in alia uſque obſeruatam fuiſſe dicebant, ad hoc prædictam decretalem epiſtolam inducentes: eiſdem autem præfati Regis Caſtellæ nuntijs petitioni prædictæ, &c. vt in alia uſque in finem.]

61 Retardarunt Anglicanæ turbæ, quibus Richardus implicitus erat, ne Imperij controuerſia dirimeretur, de quibus inferius. Scripiſſe vero eodẽ argumento Vrbanum ad Alphonſum Caſtellæ Regem, vt ſuam viciffim cauſam tueretur, abunde colligitur: quem quidem parta rebus in Hiſpania geſtis gloria admodum commendabat. Retulerat ipſe de Saracenis Hiſpanicis plures victorias, ac late Chriſtianum nomen amplificarat: atque hoc ipſo anno Mahomadem Granatæ & Hudielem Murcia Reges, qui in ipſum armorum coitionem fecerant, ac Marroccio auxilia exciuerant, contudit. a Contraxiſſe ingentes copias ea induſtria, reſert Mariana b, cum vectigalis immunitate plures voluntarios pellexiſſet ea lege, vt annis ſingulis trium menſium ſpatio cum armis & equo ipſius caſtra ſequerentur. Intentum bello Maurico Pontifex ſummis laudibus decorauit in ea epiſtola, qua ipſius pium conſilium eligendæ in templo S. Cruci ſacro ſepulturæ in inſula Gaditana, quæ in freto Herculeo, iacet, collaudauit, præcepitque eo flagitante auctoritate apoſtolica, vt nullus, ſi in eo conſilio perſtaret, opponere ſeſe auderet. Suſceperat ideo huiusmodi conſilium eximius princeps, quia ea inſula inuadendæ Africa ob commodiſſimum portum magni rei Chriſtianæ momẽti videretur, ac ſi ipſius cineres in ea iacerent inſula, ea re Hiſpanos Reges ad eam a Saracenis defendendâ excitatum iri: quem Gaditanum oppidum, vt Saracenis terrorem iniiceret, altiffimis mœnibus fortiſſimiſſe propugnaculis muniuit.

Colonie.
& Magun.
archiepiſ.
& comes
renuuit ac
cedere.

Archiep.
Treuir. a
Rege Bo-
hé. march
Brand. &
duce Sax.
procura-
tione ac-
cepta, Frã
cofordij
Alphonſũ
eligit.

Contedit
Alphonſus
Richardij
electionẽ
nullam.

Non po-
tuiſſe mi-
norẽ ele-
ctorum
numerũ
alios ad rẽ
decernẽ-
dam adi-
gere.

Regi Castella ac Legionis illustri.

61 Excelsum fecit in terris, qui habitat in altissimis Deus, pro eo potissime regnum tuum ipsius terminos magnifice dilatando, quod regia celsitudo suam ab ipso, qui eam sibi tribuit potentiam, gratitudine debita recognoscens, non ad oppressionem fidelium, sed propagationem fidei, & diuini cultum nominis per populorum multiplicationem fidelium augmentandum aduersus nationes exterarum iugiter experitur. Ex hoc namque ipse Deus tam progenitores tuos, quam & tuam magnificentiam exultationis, & lætitiæ oleo præ participibus tuis vngens, tibi nomen fecit grande supra nomen magarum, qui sunt in terra, tibi & dicto regno in rore cali, & terræ pinguedine vberime benedictione impensa, propter quod Romana ecclesia mater tua super te filio benedicto & Christianissimo principe incundatur & gaudet; ac preces ad Deum fundit assiduas, vt ab omni te aduersitate custodiens, concedat quod per regnum temporale, quod obtines, felici commercio tibi pateat expeditius transitus ad æternum.

62 Et quidem plura sunt, & maxima, quæ de regalis excellentiæ virtuosus, & strenuis actibus recenseri possunt: sed admirandum nostris nuper venit insinuatione regia sensibus, & stupendum propositum, quod de regalis corporis sepultura non a suggestione humana, sed a spiritu Domini concepti: per quod liquido datur intelligi, quod pro fide dilatanda catholica, & fidelium robore decertare cupias etiam rebus humanis exemptus, vt quod viuens regium corpus nondum efficere potuit, efficaciter exanime in tuæ salutis compendium profectur. Nam cum insula Gadicensis, in qua, vt asseritur, est maris portus accommodus & tranquillus, propter mediterranei structuram maris Africæ sit infesta plurimum; & ad eius conquestionem ianua possit esse fidelibus, si superexcellentibus Christianis incolis repleatur; tu id tamquam fidelissimum princeps prudenter attendens, vt tua clara memoria postquam in Domino requiueris, Reges, qui tibi successerint, ad ipsius loci custodiam & augmentum animet & inducat, ac propter hoc fideles populi libentius inibi eligant incolatum; apud ecclesiam sanctæ Crucis quam in ipsa insula loco dicto Caliz, vt taceamus de sulciendis nunc per te herculeis ædificijs & mœnibus restaurandis antiquis, miro facis opere fabricari; quamque nos ad tuam instantiam per nostras literas pontificalis cathedræ titulo decorari mandamus, elegisti deliberatione pia & prouida sepulturam, a nobis suppliciter postulans, vt quod a te de sepultura huiusmodi pro fidei, fideliumque fauore factum est, apostolicæ acceptationis robore munientes, id adimpleri districtius mandaremus.

63 Nos itaque cum nullus ibi de tuis maioribus, cuius ad id affectione traharis, fuerit tumultus, verisimili coniectura tenentes, quod hæc laudabilis & accepta Deo, vt credimus, dispositio regia sepulturæ de fidei & charitatis feruore tantum processit, tuis postulationibus annuendo, eam gratam & acceptam habemus; auctoritate presentium vniuersis clericis & laicis, quorum intererit, sub pœna excommunicationis districtius iniungentes, vt te circa sepulturam ipsam in dispositione huiusmodi finaliter perdurante, cum de hac luce Deo vocante migraueris, corpus tuum honorifice in dicta ecclesia sanctæ Crucis, quantum in ipsis fuerit, faciant sepeliri, nec

aliquatenus super hoc venire præsumant contra regiam voluntatem. Nulli ergo &c. *Dat. apud Urbem ueterem xii. kal. septemb. anno 11.* Silere aliud eximij erga Hispanos studij pontificij signum non possumus, qui ad restituendum Palentia literarium decus, quod admodum desoluerat, apostolica auctoritate eas prerogatiuas Palentiæ doctoribus, ac scholasticis, quibus Parisiæ alteriusue loci academia potiretur, in pertijt, a vt Hispanos ad scientiarum decus cum armorum gloria, coniungendum incitaret. Iam ab Hispanicis rebus ad Italicas nos conuertamus.

64 Non subiecerat modo suæ tyrannidi Siciliam Manfredus, verum confirmatis viribus Italiae quoque dominium affectabat, ac marchiam Anconitanam, aliasque ditiosis ecclesiasticæ terras inuaserat. Quem vt coerceret Pontifex, legibus primum agendum censuit. Indixerat ei diem anno superiori, vt se Apostolicæ sedi ad obiecta diluenda sisteret; ac de Ariana ciuitate excisa, Thomasij aliorumque nobilium crudelissima nece, effuso multorum innoxio sanguine, oratore Conradini per insidias & scelus trucidato, contempta ecclesiastica auctoritate, coactis ad diuina coram excommunicatis facienda sacerdotibus, impenso Saracenis fauore, vedigalibus attritis populis, exhaustisque pauperum opibus purgaret. At Manfredus sine vt Pontificis studia inanibus officijs ac ficta submissione eluderet, siue eius gratiam conciliare ad auertenda imminencia pericula cuperet, proposuit oratorum opera uelle se in tanto negotio non procuratorio nomine, sed præsentem respondere. Verum Urbanus, ne quas uaser & improbus vir insidias artesque intrueret, nonnullas ipsi leges, si accederet, præscripsit, quas si infringeret, denunciavit tutum iter sibi non futurum; aliarumque pœnarum minas incussit, quas subiecto diplomate b complexus est: misitque viros graues, qui ipsum ad seruandas propositas leges, antequam itineri se accingeret, sacramento adigerent.

Vniuersis nostris, & Ecclesiæ Romanæ cæterisque Christi fidelibus.

65 Olim in die Cœnæ Domini proximo præterito, quo videlicet die annis singulis, apud sedem Apostolicam de vniuersis mundi partibus innumerabilis fidelium conuenit multitudo, Manfredum quondam Principem Tarentium super certis articulis præsentem ipsa multitudo manifeste citauimus, vt in kal. aug. proximo præteritis coram nobis per se, vel per solemnes procuratores cum sufficienti mandato comparere curaret, facturus & recepturus super illis, quod iustitia suaderet: videlicet super destructione ciuitatis Ariensis, quam per Saracenos fecit funditus dissipari, & super interfectione turpissima Thomasij de Oria & Thomasij de Salice, ac super crudeli & proditiosa occisione Petri de Calabria comitis Cataneani, & horrenda effusione sanguinis multorum fidelium; nec non super eo, quod in derogationem auctoritatis ecclesiasticæ, vel censuræ, quæ fulcimentum est catholice fidei atque robur; & in ipsius detractioem fidei pluribus iam annis sibi fecit, & facit adhuc publice celebrari, vel quantum in eo est potius profanari diuina: quod non caret serupulo hæreticæ prauitatis. Et citatus propter hoc a felic. recordationis Alexandro Papa prædecessore nostro, quia in præfixo termino, nec post etiam comparere curauit, fuit per prædecessorem

Palentina academia privilegijs decorata.

a ibid. ep. 103.

Res Italica.

Manfredus ad dicendam causam a Pontifice vocatus.

b Ep. 13.

Que obiecta Manfredi scelera.

Ariana ciuitas excisa.

Proceres Siculi trucidati.

Violata ecclesiastica interdictione.

Contumacia in Alexandro Papa prædecessore nostro, quia in præfixo termino, nec post etiam comparere curauit, fuit per prædecessorem

De ea re Urbani ad Alphonsi lit.

Amplissima elogia in eum collata.

Collaudat illius consilium in Gadibus sepulchrum delegisse.

Eam insulam aduersus Maurorum munitionem.

Ecclesiæ S. Crucis cathedram consuetudine significat.

forem eundem excommunicationis vinculo hac de causa specialiter innodatus.

Saraceni-
ci ritus fu-
sepepi.

Sicilia ty-
rannide
oppressa.

Orator
Conradi
ni trucida
tus.

Obiecta
flagitia di-
luere Mā-
fredus ni-
tetur.

Fingit ad
causam
defenden-
dam ac-
cellurum.

Leges ab
Vrbano
ei impo-
ta.

Vetatur
exercitū
ducere.

66 Super eo etiam quod ipse Saracenorum ritus, illosque in suis quotidianis obsequijs notabiliter secum tenens, & præferens Christianis in opprobrium fidei orthodoxæ, regnum ipsum Sicilia ad feruilem, & ignominiosum statum redegit, eius incolis & habitatoribus propter acerbas & intolerabiles exactiones vix valentibus respirare; ac super dira nece proximis sibi sanguine illata per ipsum. Super eo insuper quod Conradum Buffarij nuntium & vassallum Conradi pueri, nati quondam Conradi filij quondam Friderici olim Romanorum Imperatoris, fecit prodicionaliter trucidari: & super enormibus & fœdis eius excessibus, de quibus manifesta infamia denotatur; & pluribus alijs, quæ in huiusmodi nostræ citationis forma plenius continentur.

67 Sed idem Manfredus quondam princeps Tarentinus suos nuncios tunc ad præsentiam nostram misit, qui aliqua pro eo in nostro cōsistorio proponentes, nisi sunt eundem multipliciter excusare. Nos autem auditis & intellectis quæ idem proposuere nuncios, duximus fore in negotio per viam inquisitionis in ijs, in quibus opportunum foret, & alias etiam procedendum, prout videremus secundum iustitiam expedire. Verumtamen quia quidam ex fratribus nostris absentes erant, & plures ex ijs, qui tunc aderant, non erant moram continuaturi nobiscum; huiusmodi nostrum processum vsque ad octauas festiuitatis B. Martini proximo futura duximus suspendendum, prædicentes quod ex tunc in præfato negotio, prout suaderet iustitia, procedere curaremus.

68 Eodem igitur appropinquante termino, idem Manfredus, iudicem Aitardum de Venusio, & Ioannem de Brundusio notarium familiares suos ad sedem Apostolicam destinauit, qui a nobis & prædictis fratribus cum instantia petierunt, vt cum idem Manfredus tam arduum, tamque graue, ac grande negotium aliquibus committere nuncijs, seu procuratoribus non intendat; sed velit pro illo personaliter nostro se conspectui præsentare, & securitatem ei plenariam, & licentiam veniendi ad nos tute per terram, & districtum Ecclesie largiremur. Nos autem volentes super ijs, præsertim cum fidei negotium agatur, specialiter in hac parte cum ea maturitate ac grauitate procedere, vt processus noster nequeat aliquorum detractorum morsibus, vel obloquijs subiacere; petitam securitatem eidem Manfredus de fratrum nostrorum consilio sub certa forma, inferius annotata, in veniendo hac vice pro eodem negotio, & morando, ac per octo dies, in quibus exire possit, terram Ecclesie, postquam a nobis licentiam redeundi habuerit, tenore præsentium elargimur: dantes ei licentiam & liberam facultatem ingrediendi propter hoc terram, & districtum Ecclesie, ac tute ad nos per terram, & districtum huiusmodi veniendi: & vniuersis nostris, & ipsius Ecclesie fidelibus firmiter inhihibentes, ne ipsum cum infra scripto armatorum, ac personarum, & euectionum numero ad nostram præsentiam accedentem, in persona, vel rebus turbare, vel offendere, seu quomodolibet molestare, aut impedire præsumant.

69 Verum quia ipse tamquam temerarius ad terram Ecclesie, sicut euidenter apparet de marchia, Anconitana, & nonnullis alijs terris ad Ecclesiam ipsam spectantibus, violentas manus extendit; volumus ad præfens hoc saltem modo nobis, &

eidem Ecclesie ab huiusmodi suis temeritatibus præcauere, quod non in occulto, sed in dilecti filij fratris Gualasci de ordine fratrum Minorum, pœnitentarij, & Iacobi præpositi Ebredunensis cappellani nostrorum has literas deferentiū, & pluriū aliorum præsentia corporale iuramentum exhibeat, vel per alium in animam suam faciat exhiberi, quod nullos armatos, nullasque personas, & euectiones ducet, nec patietur venire secum vltra numerum infra scriptum; & quod sic veniendo, vel morando, aut redeundo Ecclesiam, vel terram, seu fideles ipsius non offendet, nec per suos offendi faciet, vel permittet; neque operabitur, vel machinabitur aliquid in dispendium Ecclesie, terræ, aut fidelium prædictorum; quodque moram nisi tantum in prædictis octo diebus in terra eiusdem Ecclesie non faciet, plusquam ei fuerit de licentia nostra permisum.

70 Caterum quia vbi de negotio fidei agitur, omnis sinistra suspitionis, violentiæ, vel impressionis cuiuslibet est profus amouenda materia; ne labores & studia, quæ pro laude Dei, & prospero statu suorum fidelium impenduntur, in eorum, quod absit, dispendium conuertantur; propter quod sic intendentes eidem Manfredus in huiusmodi suo aduentu ad nos de opportuna securitate consulere, quod in turbationem ipsius negotij non redundet, ac tranquillius status terrarum eiusdem Ecclesie non turberet; ipsi Manfredus auctoritate apostolica districtius prohibemus, ne vltra octingentarum personarum, de quibus possint esse centum dumtaxat armatarum, & septingentarum euectionum numerum, quem eis auctoritate prædicta taxamus, ad sedem Apostolicam secum ducat: immo quod contra formam prohibitionis huiusmodi, terram ipsius Ecclesie aliquatenus ingredi non attentet. Si enim contra huiusmodi taxationem nostram terram ingrederetur eandem, tunc manifestum esset & liquidum, quod ipse non ad subeundum Ecclesie iudicium, vt pacificus & quietus accederet, sed potius tamquam hostis ad impedimentum, & confusionem negotij fidei orthodoxæ, quod agitur, ne in eo debitus posset haberi processus; & ad turbationem status ipsius terræ, ac eorundem fidelium prosiliret: propter quod si id fieri contingeret, liquidius, & euidentius de prauitate hæretica suspectus, & notabilis redderetur, nosque liberius & rationabilius possemus super hoc procedere contra eum: cum impedire, vel confundere dictum negotium esset euidenter fouere huiusmodi hæreticam prauitatem.

71 Quod si forte ingredi terram eandem huiusmodi non prætito, vt dictum est, iuramento vel plures armatos, personas, & euectiones duxerit, vel secum venire permiserit, quam taxatio prædicta contineat, spreta prohibitione prædicta; aut longiorem moram, nisi solum in præfatis octo diebus, traxerit in eadem terra, postquam a nobis habuerit licentiam redeundi; vel in veniendo, aut morando, seu redeundo Ecclesiam, aut terram, vel fideles ipsius offenderit, vel fecerit, seu per suos permiserit offendi; aut operatus, vel machinatus fuerit aliquid in dispendium Ecclesie, terræ, seu fidelium prædictorum; eo ipso sit anathematis vinculo innodatus, & nihilominus huiusmodi nostræ securitatis literæ vacuæ sint penitus & inanes, nullam ei securitatem quomodolibet tribuentes. Prædictos autem pœnitentarium & cappellanum, viros vtique prouidos & discretos, & nobis ac fratribus nostris acceptos, ad eundem

Manfredum duximus destinandos, vt ei literas easdem assignent, & referant sibi nihilominus ex parte nostra præmissa omnia viua voce: quodque prædictum iuramentum in eorum præsetur præsentia, sicut superius est expressum. *Dat. apud Vrhemueterem 111. id. nouembris ann. 11.*]

72 Non admittit dictas sibi leges Manfredus, de quo ait Theodoricus Vallicolor. a

*Nit veri tenuit, immo per uerba
Ipsius, & fraudes actibus eius erant.*

Perrexit itaque uaser tyrannus Pontificem insectari bello, miscere Vrhem tumultibus, eiusque dominium B. Petri irrumpere, imo etiam Vrbanum suæ tyrannidi subijcere molitum narrat memoratus Theodoricus: atque ob id Ioannem Marerium, qui Saracenorum & aliorum impiorum exercitui præerat, Apuensem vrhem opprimere conatum, vt adiuratus sibi Etruscis Gibellinis, ac Petro e Vco, & Germanis, Vrhemueterem, vbi Pontifex & Cardinales vesabantur, expugnaret. Auctoris incultos versus ad rem confirmandam afferimus.

*Nam Florentini, Pisani, deinde Senenses,
Petrus de Vico Theutonicique sui,
Summum Pontificem cum fratribus Vrbeuetanis
Tentassent ab eis obsisione capi.*

*Vt patre sublato, iuxta temeraria cordis
Manfredi placita, flaret in orbe pater.*

Addit Theodoricus insana consilia a numine dissipata, Ioannemque Marerium insigni clade affectum a cruce signatis, fugatumque. Nec solum in Italia ad religiosam militiam accepto crucis symbolo profrendam vocabat fideles pro defendenda Ecclesia Vrbanus, sed in alijs quoq; provincijs: & in Sardinia quidem Arborensis archiepiscopus Sardos cruce insignibat, inter quos Guilelmus Toparcha Arborensis sacro bello se deuouit. Districte præterea in Manfredianos censura, quibus Recanatenses, quorum vrbs ob secutas Manfredi partes episcopali dignitate exuta fuerat, reuersi ad obsequium soluti sunt: Florentini aliorum commercio interdicti, eorumque bona proscripita.

73 Cecidisse, e sub Manfredi tyrannidem Florentinos superius vidimus, cum caeso iuxta fluium Arbiæ eorum exercitu cõternata plebs victoris iugum accepit: qua etiã clade Lucenses, qui vna cum Florentinis socijs expugnandarum Senarum spe profecti fuerant, inuoluti; ac plures ex ipsis strenui milites in captiuorum numerum, qui ad quatuor millia ascenderat, venerant: in quos Senenses vitio appetitu efferati & crudeliores se præbuere: diris enim ipsos carceribus macerarunt, vtque grauiori ac intolerabili ære se redimeret compulere. Flexus igitur ad misericordiam Vrbanus, tum partium studio, cum Lucenses Ecclesiæ causam in Manfredum tuerentur; tum apostolici muneris religione ductus, grauisimis literis Senenses ad mansuetudinem traducere nisus est. h

Pot. stat. capitaneo, antianis, consilio, & communi Senensi spiritum consilij sanctoris.

Non sine turbatione mentis attendimus, sed referimus cum dolore, quod vos quasi penitus ignorantes, quod Dei benignitas ad penitentiam vos adducit, iram vobis thesaurizatis in die iræ secundum cor impœnitens, & vestram duritiam obstinatam, dum Deum, nos, & Romanam ecclesiam damnabiliter contemnentis, nostra monita & præcepta, quibus apud vos frequenter institimus, vt Lucanos captiuos; quos quidem de-

beretis in manus vestras potius occulto Dei iudicio, quam virtute propria traditos existimare; redderetis pristina libertati, non solum exaudire contumaciter renuistis, verum etiam viam facientes semita iræ vestræ, carceris durioris angustias exaggerastis postmodum & exaggerastis in ipsos, ac exactionum onera importabilia, sicut insaufa nuper relatione didicimus, inculcatis. Nunquid non hæc attendenti patri tristitia ingerunt? Nunquid non referentem doloris acerbitate respergunt? Profecto in ijs & captiuis ipsis compatimur, & vobis nihilominus condolemus. Licet enim vos, adharendo inimicis Ecclesiæ, ac ipsius tam grauius persequendo fideles, & alijs innumeris contemptibus & offensis nos & eandem impetatis Ecclesiam, & ad iracundiam multipliciter prouocetis; nos tamen illius vices gerentes, licet immeriti, qui cum iratus fuerit, non obliuiscitur misereri, maternæ dulcedinis non possumus obliuisci, quin vos, quos deuotos filios speriri deberet Ecclesia, doleamus acerbè sic in regionem dissimilitudinis abiisse: quin amare turbemur, quod vos, quorum salutem appetimus, & ex officij debito procurare tenemur, non solum ea, per quæ potest eadem prouenire, contemnit, sed etiam in contrarium laboratis. A ignorantis, quod pietas ad omnia utilis promissionem vitæ præsentis habeat & futuræ? An nescitis, quod euangelica veritas misericordes beatos asserit, & ipsis misericordiam pollicetur? Nonne nostis scriptum esse, quod qui misericordiam non fecit, iudiciũ sine misericordia patietur? Quomodo igitur sic efferato animo quadam serali sauitia, & omni quasi naturæ humanæ, quæ inter homines cognitionem quandam constituens, alterum insidiarum alteri censuit nefas esse, foedere dissoluto, in homines arbitrio vestræ voluntatis expositos sic inhumane sauitis? Certe adeo ipsis etiam animalibus ratione carentibus est insita pietas a natura, quod eorum aliqua quadam generositate prædita inoffensos præterire dicuntur, quos antea impulerunt: & vos, proh pudor! sic ferarum ferocitatem exceditis, quod in eos, qui ante faciem vestram, prout Domino placuit, cecidere, immanitates multimodas exercetis; non attendentes, quod animus hominis eo debet esse clementior, quo potest esse vehementior ad nocendum, & quo magis illius misericordiam imitari tenetur, ad cuius imaginem est formatus: vt sicut Pater cælestis misericors est, sic & homines, quantum patitur humana fragilitas, misericordes se studeant exhibere. Cæterum quia mensura qua mensus quis fuerit, remetietur eidem, desideramus vos diem disceptationis extremæ misericordiæ operibus præuenire, vt in eius aspectu, qui in æquitate populos iudicabit, æqualia meritis tribuendo, non vos contingat seueritatis subire iudicium, sed ipsius potius misericordia præueniri.

74 Quocirca vniuersitatem vestram monemus, rogamus, & hortamur attente, per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus pro diuina, & Apostolicæ sedis reuerentia prædictis captiuis exactiones huiusmodi sine difficultate qualibet remittentes, ac nullas de cætero imponentes eisdem, ipsos vel omnino libertati reddatis; vel saltem sic leniter, sic benigne, sic humane tractetis, quod illius misericordiam, cuius miseratioes super omnia opera eius, exinde non immerito sperare possitis. Alioqui, cum eisdem captiuis nos deesse non deceat, mercatores ac alios

Proponit ob oculos diuinas in ipsos iras asperari.

In Luca nos crude lia odia exercere.

Misericordiam, diuine intuitu, exuendam non fuisse.

Et promptius explicandam clementiam, quo potentia aucti fuerint.

Ni diras exactioes remiserint, pœnas iuten. tat.

a Theod. Vallic. apud Mas. Jon. de. Episc. Vrhem. lib. 5.

Manfredi fidem vio lat.

Oppugnatur Pontificem.

b Lib. 3. ap. cur. 30. Ibid. pag. 142. c. d. Ant. 3. par. 11. 19. c. 7. §. 4.

d. Ibid. §. 3. e. lb. §. 4. f. lo. Villa. l. 6. c. 87. g. M. S. Vall. sig. lit. C. n. 49. pag. 143.

b Ext. ibid.

Vrbani lic. ad Senen.

ciues vestros, & ipsorum debita per varias mundi prouincias mandabimus detineri, ac ipsis captiuis pro eisdem exactionibus de præfatis debitis satisfieri faciemus ad plenum: & contra vos ac ciuitatem vestrã, tam per priuationem bonorum & priuilegiorum, commune vestrum, seu singulares personas contingentium, quam alias spiritualiter & temporaliter, prout expedire viderimus, procedemus.]

75 Incusit similes minas Pisanis Vrbanus, vt ipsos ab insectandis Lucensibus, viribus ex accepta memorata clade attritis, abduceret, atque a Manfredi partibus ad Ecclesiam reuocaret. Tentarat id quidem antea, misso Gualone apostolico nuncio, quem Manfredi studio turpiter Pisis exire coegerant: nec tamen ex ea accepta iniuria, destitit Vrbanus, sed cœptis Mansuetum Minoritam, Sigerum e Saxen Prædicatorem priorem, ac Guidonem A. S. N. iussit incumbere: ad quos plures extant literæ. a Increpuit etiam senatum populumque Pisanum^b, vt eos flecteret ad officium: obiecitque quanto ingrati animi vitio se inquinassent, qui post accepta tot ab Ecclesia beneficia semper cum persecutoribus illius ac tyrannis sensissent; ac post immane illud flagitium, quo sacrilegis manibus in Cardinales & antistites, qui a Gregorio IX. ad concilium Romanum celebrandum aduersus Fridericum exciti erant, iniectis, se deuinxerant; in gratiam facile admitti, mox defecissent turpiter ad Mansuetum, coniunctique Ecclesiæ hostibus illius fœderatos & clientes, Lucenses scilicet, bello lacerarent.

Considera, inquit, considera popule, quod inuisti, & dolentes referimus, vsque adhuc dura ceruicis: popule dure corde, percepta ab Ecclesia benignitatis immemor, & ingrata. Considera quæsumus & attende, qualiter ab olim inimicis Ecclesia contra ipsam astiteris: quam graues & amaras offensas, reuerentia filialis debito relegato, eidem varijs temporibus irrogaris, in ipsius membra præcipua, ecclesie Romana videlicet Cardinales, & prelatos alios, vt cetera taceamus, non solum manus iniiciendo sacrilegas, sed ipsos etiam captiuando. Hec fecisti: sed eadem Ecclesia, gestans vbera piæ matris, nec virgam paternæ castigationis omittens, & tacuit differendo vindictam, & arguendo ad correctionem tui te multipliciter inuitare procurauit. Reminiscere itaque miserationum ipsius, & exuberantem erga te suæ charitatis affectum diligenter attende. Nonne quidem has, & alias a te illatas innumeras dissimulauit iniurias? Nonne siluit? Nonne in te ad ipsam, licet sero, redeunte quieuit: immo etiam te benigne, ac gratanter admisit? Nec tamen aduersus eam eo magis vestra cessauit aduersitas, sed vos in arcum peruersum subita & damnabili mutatione conuersi, tergum, non faciem vertistis eidem, nec ab ipsius persecutione soluta destitistis. Quinimo dum sedes Apostolica in vobis, quos sibi per exhibitionem tantæ gratiæ tamquam speciales filios vëdicabat, secunda quiesceret, vos Manfredi quondam principi Tarentino, inimico & persecutori manifesto sedis ipsius, excommunicationis & interdictionis sententias, quas in adherentes eidem, & vos specialiter propter hoc tam nos, quam dilectus filius magister Gualo notarius noster in partibus Tusciæ Apostolicæ sedis legatus iustitia exigente protulimus, damnabiliter contemnentis; contra inhibitionem sedis eiusdem in ipsius graue dispendium adhaesistis: ac iniurias accumulantes iniurijs, & offensas inculcantes offensis, eodem legato, non sine graui sedis memoratæ contemptu, de ciuitate vestra; cum spretis omnino eius monitis præfato Manfredi, ipsius etiam

receptis nuncijs, pareretis, propter quod legatus ipse tute morari non poterat; exire coactus, cum capitaneo & alijs complicitibus & fautoribus Manfredi eiusdem, Lucanos & alios nostros & ecclesie Romanæ fideles studuistis semper, nec adhuc desinitis impugnarè.

76 Nunquid hoc meruit offensionum vestrarum tam prompta remissio? Nunquid hoc recõciliationi vestræ tam gratanter accepta, tamque acceptata faciliter debebatur. O utinam perceptas a prædecessoribus nostris, nobis, & Ecclesia ipsa gratias & excessus multiplices, quos in eandem Ecclesiam, nos, & fideles prædictos commissis hætenus, & multiplicatis assidue, quibusque in vos iram Domini prouocatis, in statera recti libraminis appendere studeretis! profecto illi quasi arena maris grauiores comparatione huiusmodi apparent, argueretque vos vestra malitia, & tam reprehensibilis auersio increparet. Attendite, filij, attendite, quæsumus, utinam filij non priuigni, quod ex continuatione talium saltem nostris temporibus eo detestabilioris ingratitude notam incurritis, quo maiorem a nobis, dum præfata Hierosolymitana curam gereremus ecclesie, ac vtiliorem in vestris necessitatibus spiritualiter & temporaliter efficaciam percepistis: ad correctionem nostram corda vestra conuertite, nec sit vobis deletabile amplius contra nos & fideles eosdem aggere de cetero tantarum congeries offensarum. Ceterum quia clamauimus hætenus, nec exitit qui audiret; vocauimus, & contemptibiliter renuistis; manus nostras extendimus, & qui aspiceret non fuit in vobis: sed despexistis nostra consilia, & increpationes neglectui tradidistis: en vobis spiritum nostrum ostendimus, & proferimus verba nostra, & cum ad excusandas excusationes in peccatis colorem querere cõsueueritis, de contentionibus, & querelis, quas contra memoratos Lucanos vos asserbatis habere; nos vt de cetero huiusmodi cesset occasio, vniuersitatem vestram rogamus, monemus, & hortamur attente, quatenus super prædictis cum eisdem Lucanis, qui in hoc ad mandatum nostrum consentire curabunt, in aliquos probos, & idoneos viros infra instantes octauas B. Martini compromittere studeatis, & a prædictorum fidelium molestatione quomodolibet desistentes, ac a præfatis Manfredi, & fautoribus recedentes omnino, aliquos solemnes nuntios sufficiens ad hoc & plenum a vobis mandatum habentes, ad presentiam nostram circa eundem terminum mittere procuretis, &c. Addit minas, eorum urbem archiepiscopali dignitate exutum iri, ni iustis imperijs obsequantur.

77 Obduruere a in pertinacia Pisani, a quibus Lucanos atroci bello petitos, ac pluribus attritos cladibus Ricordanus^b & Io: Villanus^c docent: extantque ad eosdem Lucanos in vetusto M.S. pergameno nostræ Vallicellanæ bibliothecæ literæ a pontificie, quibus ipsos Vrbanus ad constantiam confirmat, ne eorum fufurris subornari se patientur, qui ipsos in Manfredi partes student dolo pellicere, vt miseræ mancipent seruituti: Prospera, inquit, quæ de manu Domini suscepistis debita commemoratione pensantes, illud aduersitatis, quod nouissime vestris, cum Pisanis Domini & Ecclesie inimicis configentibus, accidisse dicitur, leuius supportate. Si enim considerare velitis, quanta virtute, quam laudabili fama vobis dedit Altissimus eis hætenus non solum eis resistere, sed etiam de ipsis, eos debilitando viribus, depauperando rebus multipliciter tribuere, profecto patienter sustinebitis, si post recuperatum viriliter castrum, quod proditorie per ipsos fuerat occupatum, vobis contra eos per omnia non cessit

a Lib. 2. ep. 129. 147. 179. 180. 181. 182. 183. & 1.3 ep. cur. 32. b Extant ap. Holice lit. in M.S. Vall. C. 49 p. 143.

Vrbani lit. ad Pisanos.

Proposit ob oculos iniurias ab illis inflictas.

Cardinales & prelatos ad concilium euocatos cepisse.

Admissos post immane illud scelus in gratia.

Turpiter tamen iterum ab ecclesia defecisse.

Adhaesisse Manfredi eius hosti.

Censuras ecclesie spreuisse.

Legatum A. S. eiecisse.

Lucanus inuasi.

Tubert. ad fide. Ap. res m. tere.

a Lib. ep. cur. b Ricordanus c Villanus d pontificie

d Coll. lic. C. n. pag. 14

Veteri victori refic. memo.

cessit ad votum. *Esote itaque forti animo, nec corda vestra concidant a facie alicuius aduersi: sed recensentes attente, quam fideliter, quamque constanter vos & progenitores vestri pro vestra, & ciuitatis vestra libertate tuenda indefesso studio, & intrepidus animis laborastis, in fidei vestrae constantia perseuerare studete: nec accommodetis aures vestras fallacibus suggestionibus aliquorum, qui Manfredi quondam principis Tarentini persecutoris Ecclesie, salutis vestrae ac libertatis emuli, vos forsitan libenter addicerent seruituti, &c.* Succubuisse demum Lucenses, atque ad Manfredi partes desciuisse, refert Ricordanus, cum cincti vndique hostibus essent, & iam pluribus oppidis ab hoste multati, tū vt captiuos a Senensibus in vinculis ex clade Arbiana tentos recipere; in itaque tacita coitione Florentinos exules aliosque Guelfarum partium Luca pepulisse: quam rem hoc anno auctor consignat.

78 Depressa adeo ecclesiastica res erat, ac Pontificis fœderati Manfredi potentia in eas adducti angustiis, vt cinctus vndique periculis Urbanus b externa auxilia euocarit. Prouinciam anno superiori traditam Alberto notario nuncio apostolico vidimus, vt cum Carolo Andegauix comite de transfundendi in ipsum Siculi regni legibus ageret; nil tamen cum ipso statueret. Cumq; ferocientem indies Manfredum atque Ecclesiam insectantem, ac Saracenos audacia & scelere inualefcere in Apulia videret, Cardinalium, archiepiscoporum, & episcoporum synodum, vt refert Ricordanus, coegit, ac Manfredi sceleribus expositis ex patrum cōsilio Carolum Siciliæ Regem designauit ea lege, vt Ecclesiam ab hostium suorum iniurijs vindicaret, regnumq; armis tyranno deriperet; de quo hæc Theodoricus rudi carmine.

Cognoscens igitur pater hæc, orbisque salutem

Campatiens, versat plurima corde suo;

Italia strages & bella retundere nitens,

Sicilia regnum, quod mala tanta tulit,

Et Græcos seruare fidem, conamine toto

Pensans; consuluit quid faceret super bis.

Ad regale genus Francorum, catholicumque,

Dulciter inflexit cor pietate gemens.

Magnifico Carolo comiti bonitate probato,

Sicilia regnum conditione dedit.

De cœpto tractatu intelligendum est, qui in plures annos extractus. Legauit itaque Cusentinum archiepiscopum ad S. Ludouicum Francorum, & Henricum e Anglorum Reges; ad Gallum quidem vt ipsum ad mittendum exercitu valido succinctum fratrem permoueret: alterum vero ne æmulationis studio rem disturbarer, obfisteretque vna cum Edmundo filio, quem Siculo regno ab Alexandro IV. certis legibus donatum vidimus, ne regni illius iura, quæ tueri non poterant, in Carolum Andegauix, & Prouinciæ comitem transfunderentur. Graues enim ij querelas effuderant, eripi Anglicanæ genti post tot profusos sumptus sceptrum Siculum, vt in Gallos traduceretur. Quos Urbanus blande admonuit f iactatas iniuria eas querelas, totiusque Sicularum rerum successus seriem exposuit, acceptas conditiones non impleuisse: Manfredi vero tyrannidem adeo augeri, atque opprimi Ecclesiam, vt illa diutius strenuo defensore carere non possit.

Atque ea videntur ardua negotia, quæ Pontifex Cusentino archiepiscopo cum Henrico Rege agitata demandasse scripsit in ijs literis, quibus Regem ipsum ex aduersa valetudine recreatum est gratulatus, quæ cum amplissima Henrici encomia, ac paternum Urbani in eum studium explicent,

prætereunda omnino a nobis non sunt visa.

79 Dum annalium Romanæ ecclesie volumina legimus, & prædecessorum nostrorū Romanorum reges Pontificum vigili attentione reuoluimus, exci-mia vti que tua sincera deuotionis opera, & præclara tua pure fidei reſtitutio, quibus placere Deo, & eidem Ecclesie matri fidelium ab annis teneris studuisti, sic in promptu nobis occurrerunt, quod nequimus ab illis vestrae mentis aciem declinare: cum quæ si quædam fulgentia in Ecclesia Dei sidera luceant, & ab alijs sicut magna luminaria discernantur. Tu etenim, sicut tuorum laudabilium prædicat fama gestorum, & nos etiam nullatenus ignoramus, in augmentatione cultus fidei orthodoxæ sollicitus, in conseruatione libertatis ecclesiasticæ perurgil, in ecclesiarum aliorumque piorum locorum constructione benivolus & benignus, in gratijs & beneficijs erga personas ecclesiasticas regulares & seculares valde munificus, ac in obedientia promptitudine circa eandem Ecclesiam stabilis & accensus; digne meruisti dies tuos diuina tibi fauente clementia in pace & tranquillitate deducere, ac in statu prospero sub tutrice Dei dextera, & protectione sedis Apostolica conseruari. Dat apud Vrbe mœt. v. kal. aug. anno 11.

80 Vix e morbi periculo Henricus emerferat, cum ciuiliū bellorum vndique cinctum se periculis vidit: quæ demum ipsum omnia comparanda Siciliæ consilia abijcere coegerunt. Vt vero primum Anglicarum turbarum rumor ad aulam pontificiam affluxit, mox Urbanus Henrico apostolicam operam ad sedâdos excitatos tumultus detulit, erexitque ad constantiam: *Fili charissime confide in Domino, & in ipsius omnipotentia confortare. Speramus enim quod cum sibi, prout creditur, placeant viae tuae, inimicos tuos conuertet ad pacem. Speramus quod cum tibi, sicut de te habet fama laudabilis, non dominetur iniquitas, aduentus non nocebit. Speramus quod ille qui mari terminum posuit, ultra quem intumescere non audeant fluctus eius, contra te vel tuos, quæ nunc imminere dicitur, tempestatem inualefcere non permittet: sed serenitatis gratæ successus præsentis temporis nubilum terminabit. Nos autem ad omnia, quæ ad tuam & tuorum prosperitatem, ac memorati regni tranquillitatem & pacem expedire putabimus, per dilectum filium... virum vti que prouidum, & discretū, ac nobis & fratribus nostris merito sua probitatis acceptum; quem propter hoc de fratrum ipsorū consilio ad tuam præsentiam destinamus, & cui te fidem adhibere volumus, plenius intelligere poteris; libenter apostolice partes, sollicitudinis apponemus.* Colligitur ex alijs literis nuntium, de quo loquitur Pontifex, fuisse Guillelmum capellanum pontificum archidiaconum Parisiensem, quem Urbanus plurima instruxit auctoritate, vt Henricum sacramenti religione, quo se proceribus ad communicanda cum illis patefacta sibi pontificia arcana deuinxerat, ac etiam omni alterius iniqui iurisiurandi nexu exolueret.

81 Contulit verò nuncio Urbanus illicita Henrici sacramenta dissoluendi facultatem eo consilio, vt proceres coniuratos, qui Regem sædæperiurij nota aspergebant, ei facilius conciliaret. Fluxisse enim inde mali labem referunt auctores, quod Henricus Rex latas Oxonij e anno superiori leges regio iureiurando confirmatas, mutata voluntate, vt regis dignitati auctoritatique aduersantes rescindere niteretur: quæ res adeo proceres ac populos in Henricum efferauit, vt aduersus ipsum conflata grauissima coitione in arma confurrexerint. Cū vero Richardus Cornubiæ comes

Præclara
Henrici
elogia.

Henricus
e morbo
erectus
bello ciuili
implicatur.

A. Ext. in
M.S. Vall.
bibl. fig. lit
C. n. 49.
pag. 4.
Desert ei
Pontificiū
studium
Urbanus
ad illud
fopiendū.

Nuntium
mittit in
Angliam.

b. Lib. 3.
ep. 4.

Exorti
belli ciuili
causæ.
e. v. cœst.
flor. hist. cō
tinuator
Par. Næg.
in S. Lud.
gest. & a.
Richard.
in suspicio
nem coniu-
rationis
infratrem
adductus.

mes

Ne dolis
studentiū
iplos in
partes
Manfredi
trahere
ei cum
sibi se
pariantur

Parum
valere
pontificia
monita.

a Ricord.
c. 172. 10.
Villan. 1. 6.
cap. 86.

b. Vrb. 1. 2.
ep. 163.
164. 169.
169.

Guelphos
Luca de-
pellunt.

Accerere
externa
auxilia
meditatur
Pontifex.

Urbanus
Siciliæ re-
gnum in
fratrem S.
Ludou.

transfert.
c Ricord.
c. 175. &
Ans. 3. p.
tit. 19. c.
13. ante
S. I.

d Theod.
Vall. a-
pud Mas-
son. de
epif. Vrbis
lib. 5.

e Ibid. ep.
161. &
162.

Cusenti-
num archi-
epif. in
Galliam
& Angliā
mittit.

Solicitat
Angliam
ne Gallis
expeditio-
nem Sicu-
lam susce-
pturis ob-
sistat.

f Ibid. ep.
160.

g Ep. 165.

Mulcere
verbis co-
natur.

mes in Regem Romanorum electus periculosissimam dissensionem dissimulare, nec fratri ad rebelles comprimendos opem ferret, increbuit rumor in curia apostolica Richardum belli illius in-centorem esse: cum plerique sentirent neminem arma in Regem ausurum attollere, vel mutire, si Richardus, qui maximis in Anglia opibus ac potentia florebat, fraternam causam susciperet. Qua fama adductus Urbanus graues ad Richardum ipsum literas dedit a, maximū suo nomini dedecus allaturum, si fratris solium euerti pateretur, nec quantocyus periclitanti opem ferret: in eam quidem sententiam se non posse adduci, vt qui fratrem a primis armis summo amore coluisset, modo illum abiecisse arbitraretur.

Charissimo in Christo filio Richardo in Romanorum Rege electo.

82 Habentes recta consideratione respectum ad præterita tempora, in quibus in omni deuotionis, & fidei genere tua laudabiliter studia exercuisse te nouimus, & sub quorum diuersitate famam tui honoris, & nominis gloriosos actibus & gestis magnificis, & in cismarinis, & in transmarinis partibus solemnem, & celebrem reddidisti; nullatenus credere possumus, quod princeps tam catholicus, tam fidelis, tam pius, tam misericors, tam benignus, sanguinis violato fœdere, sic negligenter toleret, vt frater innocens opprimatur, sicque patienter sustineat, vt regij culmen honoris deprimatur in ipso, & regalis in eo dignitatis fastigia prosternantur. Absit enim, Christianissime princeps, vt in mentem nostræ credulitatis ascendat, quod tui sacrarium pectoris, quod totius deuotionis & fidei esse consuevit armarium, tam detestandæ, & tamque abominabilis machinationis habitaculum statuatur. Absit, vt fama volatilis sic suæ suggestionis iaculis nostræ contra te conscientia penetrabilia vulneret, vt credi possit a nobis, quod fraternus amor, quo dictum Regem ab annis profecutus es teneris, defectus in te tam deformis, tamque notabilis ijs diebus dispendia sentiat, & detrimenta tam tenebrosæ, tam obscuræ, ac tam horribilis eclipsis incurrat. Absit etiam, vt rationis nostræ iudicium illis narrantibus fidem adhibeat, per quos tota tibi huiusmodi tempestas turbationis imponitur, ac fratris & nepotum tuorum exheredatio tuæ profus ascribitur libito voluntatis. Verum quia tuis & progenitorum tuorum claris exigentibus meritis feruidi sumus, & esse tenemur tuæ famæ perspicuæ tuique clari nominis zelatores; nos diligentius attendentes, quod rumor huiusmodi ex crebra multorum relatione iugiter inualefcit; ac pati nolentes, quod tuæ oculatæ circumspeditionis industria non reddatur per apostolicæ insinuationis eulogium in ijs peruigil, & attentæ serenitatem tuam, quam prosperis sen per cupimus abundare successibus, sollicitandam, rogandam attente duximus, & hortandam, quatenus præmissa omnia infra tui claustra pectoris attentæ meditatione reuoluens, & considerans, quod oportet tuam magnificentiam super ijs pro tui famosi conseruatione nominis aliter prouidere, ob reuerentiam Apostolicæ sedis, & nostram, tuamque honorem in dicti Regis auxilium sic magnifice, sic potenter, & patienter exurgas, vt dissipentur inimici eius, & fugiant a facie eius qui oderunt eum, eiusque innocentiam persequantur; &c. *Dat apud Vrbe muerterem XVI. kal. octobris anno III.*

83 Deterfit Richardus factis egregijs aspersam sibi conspirationis in fratrem notam, monitis

que pontificijs excitatus arma in coniuratos capessuit: sed dum vna cum Henrico perdendis hostibus audius inhiaret, eorum furorem sensit: at de his postea. Præcipua vero eiusmodi belli civilis fax Simon e Monteforti Leycestria comes, non Anglorum, sed Francorum nobili stemmate ortus Simonis illius Montfortij, *viri, vt ait Nangius a, Christianissimi & æque in armis strenuissimi filius, qui in expugnando Albigenis hereticam prauitatem in obsidione Tolose ciuitatis icu mangonelli interijt, & ad Dominum tamquam martyr, vt creditur, transmigravit;* sed longe ab illius pietate degener: illum enim armis rem Christianam auxisse vidimus; filius vero pulsus in exilium e Gallijs, & ingratus in Henricum Regem, cuius sororem vxorem duxerat, perturbata bello civili Anglia, rei Christianæ maximam cladem intulit, ac bellum sacrilegio exorsus, primo impetu Petrum Herefordiensem episcopum in ecclesia sua versantem cepit, atque ideo Urbani iussu b a Cantuariensi archiepiscopo anathemate est defixus. Nec vllas partes prætermisit Pontifex, vt Simonem ad officium pelliceret: increpuit enim literis c, tantos tumultus in Anglia concitasse, resciditq; d inita ab ipso cum alijs coniuratis fœdera: cumque Guillelmus archidiaconus sapiendis tumultibus auctoritate par non esset, Guidonem Cardinalem legatum misit, cuius saluberrimis monitis parere iussit. Rem significauit Urbanus S. Ludouico Francorum Regi, rogauitque e, vt regiam auctoritatem in opprimendo eo bello adhiberet, Reginam etiam Margaritam est adhortatus, vt virum ardentius ad id incitaret. Gestit morem sanctus Rex, vtpote diuino amore incensus, qui non alere inter finitimos discordias, sed ipsos mutua pace coniungere nitebatur, partesque arbitri inter Henricum Regem & proceres Anglos suscepit f. Vt vero proceres illius sententiæ parere detreçarint, sequenti anno dicitur. Iam de legato in Angliam misso ceptam orationem prosequamur.

84 Commisum igitur est rãtæ legationis munus Guidoni episcopo Sabinensi g, viro ad res gerendas singularis industria exploratæque, qui postea summum pontificatum accepto Clementis nomine gessit, quemq; Theodoricus Vallicolor ea laude exornat, vt in rebus politicis versatissimum, diuinisque addictissimum dicat. De cuius legatione hoc diploma ab Urbano datum. h

Venerabilibus fratribus vniuersis archiepiscopis & episcopis ac dil. filijs abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, præpositis, & alijs ecclesiarum prælatis per regnum Anglia constitutis.

85 Licet cunctis Christicolis ac Christicoliarum singulis regionibus Deo & Apostolicæ sedi deuotis in ijs nostræ sollicitudinis studium debeat, nosque ad ipsos libenter possibilitatis suæ ministerium extendamus; tamen quanto charissimum in Christo filium nostrum Regem & charissimam in Christo filiam nostram Reginam illustres, ac natos ipsorum, ac inclytum regnum Angliæ solitam ab olim multa deuotione clarescere, in quo semper cultus orthodoxæ fidei viguit, incrementa suscepit & libertas ecclesiastica munimentum; ac dilectos filios nobiles viros barones, magnates alios, & ceteros incolas regni eiusdem infra claustra pectoris in singularitate dilectionis habemus; tanto circa prosperum statum ipsorum feruor apostolici fauoris exuberat, & ad tranquillitatem eorum totis nitibus procurandam cum affectionis paternæ plenitu-

¶ Vr. l. 3. ep. cur. 10

Adferendam fratri opem ipsum Pontifex excitat.

Abhorre-re ab ipsius præclaris gestis que fama illi aspersit.

Sine proprio dedecore fratrem non posse detestari.

Pontificia ad illum adhortatio.

nitudine singularius cogitamus. Audito itaque surgentis fremitu tempestatis, qua regnum prædictum hostis antiquus, pacis æmulus, zizanix seminator, generali turbatione conquassat; particulis nihilominus disidijs in singulis quasi eiusdem regni partibus suscitatis; nos ad adhibendum circa prædicta remedium eo propensius exurgimus, eo vigilantius excitamur, quo ipsius regni fluctuatio, de cuius ingentem suscipiemus tranquillitate lætiam, paternum animū durius inquietat. *Et infra:* In Regno namque prædicto adeo, sic ut non solum fama referente sed etiam fide dignorum relatione percepimus, validæ commotionis horror inualuit, & locum sibi dissensio, quæ detrimenta solet vastitatis inducere, vendicauit, quod prædictis Rege, Regina, eorumque natis, ac nonnullis alijs eiusdem regni personis, tam ecclesiasticis quam secularibus; ex altera ad inuicem dissidentibus, & inter eos odij & rancoris igne succenso, regalis magnificentix culmini subditorū aduersione detrahitur a subditis. *Et infra:* dilatantur & amplius humilmodi turbationis incōmoda, cum ipsius prætextu cōtigerit aliquos ecclesiarum prælatos regni præfati, vitos vtique venerandos, nec non & alios clericos capi personaliter & captos bonisque proprijs enormiter spoliatos carceri mancipari, & squaloribus inedia carceralis affligi; quorum quidam adhuc detineri dicuntur, nonnullis ex eis liberationem suam redimere pro magna pecuniæ quantitate coactis. In conferendis quoque beneficijs ecclesiasticis regionis illius, exclusis illis ad quos eorum spectat collatio, se ingerunt alieni: & tam contra institutionem clericorum, quam per alios diuersos modos & casus præfata ecclesiastica libertas infringitur, & ipsius privilegio derogatur. Incidentibus insuper occasione turbationis huiusmodi varijs & diuersis alijs discriminis casibus, & detestandis excessibus in regni disidijs memorati; propter quod non immerito accenditur zelus noster, & ignis in nostræ meditationis anxietatibus exardescit; dumque cogitationibus profundis immergimur & laboriosis vigilijs fatigamur, quærentes anxie opportunum in tantæ necessitatis articulo remedium adhibere, licet desideremus interdum, quod cum honore Dei & Ecclesiæ ac salubri statu fidelium nostram possemus inibi exhibere præsentiam, vt quo mente ferimur, ibi præsentialiter existentes diuina fulti potentia proprios per euidentiā operis explicaremus affectus; quia tamen id cōditio nostra non patitur, quia ingruentium negotiorum varietas non permittit, ad venerabilem fratrem nostrum * G. episcopum Sabinensem, vt fortem mittamus ad fortia & suis robustis humeris onera grādia imponamus; nostræ conuerimus deliberationis intuitum, & in suarum consideratione virtutum sibi a Domino in abundantia concessarum, de concedentis omnipotentia, & immensa virtute sperando nostræ fluctuationis anxietas conquiescit.

86 Cum enim, sicut experientix probatione didicimus, dederit ei Dominus os & sapientiam, linguamque adiecerit eruditam, vt sciat quando debeat proferre sermonem; cum eius sicut adipe & pinguedine repleuerit animam, vt vigeat in ipso rectitudo iudicij, consilij prouidentia, rigiditasque censuræ, in aduersitate securitas, in prosperitate deuotio, in zelo sobrietas, in agendo strenuitas, & in arduis experientia multipliciter approbata; speramus nec immerito, quod actus suos illo dirigente, qui nouit ac praua in directa, & aspera in vias planas; illo conuertente,

qui potest, in prædictis per suæ circumspectionis industriam, vtili prouidentia, & vtilitate prouida consuli poterit, & vtiliter subueniri. Et ideo licet nos & fratres nostri tanti viri præsentia, vt pote nobis & ecclesiæ Rom. perneccessaria, careamus; inuiti tamen, cogente nos tam vrgenti & inuitabili necessitate regni prædicti & paterno affectu, quem ad idem regnum, natos ipsorum & ecclesiam Anglicanam, barones, magnates, & incolæ prædictos gerimus; ipsum, de cuius claris meritis plenam in Domino fiduciam obtinemus, ad regnum prædictum, plenæ legationis officio sibi commisso inibi, ac in Vallia, & Hibernia; vt euellat & destruat, dissipet & disperdat, ædificet & plantet, sicut viderit expedire; de prædictorum fratrum consilio tanquam pacis angelum destinamus. Quocirca vniuersitatem vestram rogamus, monemus, & hortamur attente, vobis per apostolica scripta præcipiendo mandantes; quatenus eundem episcopum, quem inter alios fratres nostros specialis dilectionis brachijs amplexamur, immo potius nos in ipso benigne recipientes, & tractantes honorificentia debita, ipsi tanquam Apostolicæ sedis legato intendatis humiliter & deuote, &c. *Dat. apud Vrbsmuerē x. kal. dec. an. 1111.* Auctus est pluribus ad strenue manus obeundum prærogatiuis, quæ in Marini Ebuli formulario Vaticano recensitæ sunt: atque inter alia, vt si posceret necessitas, crucis signa in coniuratos attolleret. De qua legatione Theodorici Vallicolor, monachus Patauinus, Matthæus Vvestmonasteriensis, & alij meminere. Vt vero a perduellibus aditu in Angliam prohibitus fuerit, sequenti anno dicitur: nunc ad septentrionales res digredimur.

87 In Prussia barbari potiti victoria, arcem præualidam cruciferis eripuerit, atque in vicinas terras ad agendas prædas excurrere. Recreata vero b est Polonia ex diuturnis Lituorum grassationibus, quorum proceres aduersus Mendolphum summum regionis principem coniuuare, cum nimia illius potentia suam infringi arbitrantur. Cœpere primum in vulgus ipsius gesta traducere, quod ad Christianorum sacra, abiectis patrijs ritibus, se contulisset, ac Lituaniæ iura ad externos, cruciferos scilicet, traduxisset: conflataque hoc modo illi populi inuidia in apertum facinus erupere. Conspirationis princeps inter cæteros potentia & opibus florentissimus Mendolphus nepos erat, qui ipsam quiescentem ex insidijs obtruncavit, eiusque filijs, quos capere potuit, trucidatis, tyrannidem inuasit. An Mendolphus apostasiæ suæ vindice numine eos, a quibus subornatus fuerat, carnifices expertus pœnas luerit; an vero iterum Christianorum amplectendæ religioni animum applicuisset, non bene nobis exploratum; coniectura tamen est rediisse ad fidem, cum hoc anno Urbanus Cracouiensi episc. referenti Lituanos Christiana religione imbui in votis habere, baptismi ijs populis impertiendi prouinciam demandarit. c

88 Cum, sicut lecta coram nobis dilecti filij nobiles viri ducis Cracouiensis petitio continebat, Lituani, & nonnulli alij illarum partium pagani, qui ciuitatem, & diocesim Cracouiensem frequenter impugnant, venire cupiant ad Christianæ fidei vnitatem; nos qui ad augmentum diuini cultus totis affectibus aspiramus, prout ex imuncta nobis tenemur officio seruitutis, illorum in hac parte propositum in Domino commendantes, eiusdem ducis supplicationibus inclinati, fraternitati tue mandamus, quatenus eisdem Paganis, ne (quod absit, videantur, velut eius sine

Angli Hibernique illi parere iussi.

a Verbl. 3. pag. 191. ad 199. Theodor. Vallic. vbi sup. Mon. Pad. in chron. l. 3. Vvestm. Flor. hist.

Pruteni Cruciferos affligunt. b Long. hist. Pol. l. 7. hoc an. De Mendolpho Lituano: si principe.

Imposita ab Urbano episc. Cracouiensi prouincia baptismi Lituanis impertiendi. c Lib. 3. ep. 79.

Turbidum Anglicanum rerū status descriptio.

* Guido. nem

Insignia Guidonis Card. postea Clementis IV. elogia.

Propaganda in ijs prouincijs fidei atque ecclesiarum erigendum.

a S. Ant. 3 p. tit. 23. c. 4. S. 6. Vrad. in anal. Min. T. 2. hoc ann. n. 14. Lingua S. Antonij corruptio nis expers

Clariffa eodē vbi que nomi ne insigni ri iussit.

Extat ea de re apl. in M. S. bibl. Vall. sig. li. C. n. 49. pag. 151.

Confirma ta earum priuilegia ei Extat eius dipl. ma in con suria I. Annal. Seru. B. M. lib. 3. c. 8.

Data Seruitis prae facienda sibi Prioris aucto ritas.

d Ext. eius dipl. ibid. cap. II. e Lib. 9. cap. 9. f Lib. 6. cap. 5.

Extat eius ex plū apud nos. Cardinalium Vr bano affi dentium nomina.

sine pastore relinqui) euangelizare salubriter per te, vel alios religiosos, quos ad hoc idoneos esse cognouerit, uerbum Dei, ac baptismatis, & alia ecclesiastica exhibere auctoritate nostra studeas sacramenta; faciens nihilominus fundari in eisdem partibus ecclesias ad opus huiusmodi conuersorum: non obstantibus quibuslibet religiosorum ipsorum consuetudinibus, vel statutis contrarijs, per quae huiusmodi processus negotij impediri ualeat, vel differri. Contradictores, &c. Dat. apud Urbem ueterem 2. kal. ianuarij, anno III. Desciuere a pio consilio Lituani, quos atrox bellum gefisse cum Christianis, donec eorum barbaries diuina clementia mollita est, suis locis visuri sumus. Hic addemus insigne miraculum, quod in viri sancti lingua accidit, quae Euangelium Christi magna cum laude praedicarat.

89 Exhumbantur S. Antonija vulgo e Padua nuncupati ossa, vt solemnī pompa in recens templum, ad illius honorem a Patauinis ob liberatam illius precibus Ezelini tyrannide urbem cōditam, transferrentur; cum ceteris consumptis carnibus ipsius lingua corruptionis omnis expers, natūoq; rubore suffusa inuenta est. Quam in manus pie suscipiens qui Minorum familiae praerat (is erat Bonauentura sanctorum postea catalogo adiectus) in haec uerba admirandus erupit: *a O lingua benedicta, quae semper Deum benedixisti, & alios benedicere fecisti, nunc manifeste apparet, quanti meriti fuisti; eamque Patauinis proceribus pretiosa theca includendam eo miraculo stupore defixis tradidit.*

90 Digredimur a sancto Minorita ad Minoritas, quarum religiosa disciplina in meliorem formam a Simone tit. S. Cæciliae Card. redacta; atque ab Urbano confirmata est. Cum uero ipsa haecenus varijs nominibus, interdumque moniales, nunc sorores, modo dominæ, alias inclusæ pauperes ordinis S. Damiani appellarentur, titulo ordinis S. Clarae decorandas censuit Pontifex, omniaque priuilegia sub cuiuscumque appellationis forma concessa rata esse imperauit: *b Decens arbitantes & congruum, ut idem ordo uester, qui ut praemittitur, in praedicta beata Clara sua institutionis sumpsit auspicia; cuiusque, ut firmiter credimus, apud Deum meritis & intercessione protegitur, & apud homines laudibus attollitur & fauoribus ampliat, eius insigniatur & nomine; ipsum decernimus ordinem S. Clarae de cetero uniformiter nominandum: statuentes quod immunitates, libertates, indulgentia, & priuilegia quacumque uobis seu eidem ordini a praefata seue, sub quacumque nominatione concessa, nihilominus robur obtineant firmitatis: & ita per omnia ipsis uti possitis, ac si a principio sub hoc titulo, sub hac nominatione concessa fuissent.* Complexus etiam est alias religiosas familias amplissimis studijs Urbanus, atque inter ceteras sacro Seruorum B. Mariae uirginis ordini potestatem contulisse c, vt solemnia comitia celebrarent, supremumque praefectum crearent: quod etiam a Clemente IV. d & Nicolao IV. e ratum habitum est. Ex quibus intulit postea Benedictus XI. f religiosæ Seruitarum disciplinae formulam ab sede Apostolica confirmatam quodam modo fuisse: quae de re suo loco agendum erit. Sed ad Urbanum reuertamur: qui uetera omnia iura monasterij S. Mariae siti in insula Pomposia corroborauit: cuius diplomati g hæ subscriptiones adiectæ.

Ego Urbanus Catholicae Ecclesiae Episcopus.

Ego Odo Tusculanus episcopus.

Ego Stephanus Praenestinus episcopus.

Ego Radulphus Albanensis episcopus.

Ego Henricus Ostiensis, & Velletrum episcopus.
Ego frater Ioannes Portuen. & sancta Ruffina episcopus.

Ego Guido Sabinen. episcopus.

Ego Simon tit. sancti Martini presbyter Card.

Ego Ancherus tit. S. Praxedis presbyter Card.

Ego frater Guido tit. S. Laurentij presbyter Card.

Ego Guillelmus tit. sancti Marcelli presbyter Card.

Ego Simon tit. sancta Ceciliae presbyter Card.

Ego frater Ambaldus Basilicae XII. Apostolorum presbyter Card.

Ego Bardus sancti Angeli diaconus Card.

Ego Ioannes sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus Card.

Ego Ottobonus sancti Adriani diaconus Card.

Ego Iacobus sancta Mariae in Cosmedin diaconus Card.

Ego Vbertus sancti Eustachij diaconus Card.

Dat. apud Urbem ueterem per manum mag. Michaelis de Tolosa S. R. E. uicerecellarij id. nouemb. indictione VII. Incarnationis Dominicae anno MCLXIII. pontificatus uero domini Urbani PP. IV. anno III.

IESV CHRISTI

Annus 1264.

VRBANI IV. PP. VACAT IMP. OCCID. 14. annus 3. MICH. PALÆOL. IMP. OR. 4.

I Neunte anno Christi millesimo ducentesimo sexagesimo quarto, indictione septima Urbanus, cum Manfredum atque praecipuos illius tyrannidis ministros Vbertum Palauicinum marchionem, Richardum Casertanum, & Thomam Acerrarum comites adeo omnem ex animo pietate exuisse uideret, vt ecclesiasticae pœnae pro ijs ad officium adigendis instictæ, haberentur iudicio, nec parum apud probos defloresceret pietas, diuinaeque cultus exolesceret; lati superiore anno inclinante ecclesiastici interdicti seueritatem ita temperandam censuit, a vt in templis sine augustiore pompa, obseratis foribus, eiectisque ijs, qui anathemate deuincti essent, sacramenta subministrari, diuinaeque peragi mysteria liceret. Ad frangendos uero armis impios, quos caelestium armorum terror non perculerat, ne periclitanti decisset Ecclesia, eiusque clientibus Pontifex, ad Carolum Andegauia & Prouincia comitem eiusdem S. Regis fratrem animum conuertit: praestantem animis principem, impigrum ad bellicos labores, ad ardua quæque gerenda audacem, adidissimum Ecclesiae, magna quæque ac sublimiamente agitandam; atque ad tantam rem perficiendam in Gallias legatum misit. Ceterum Siciliam primo delatam ab Urbano S. Ludouico, vt eam armis vni filiorum compararet, eumque officiosissime respuisse; consensisse tamen vt frater Andegauia & Prouincia comes regnum admitteret, ad quod e Manfredi tyrannide eruendum operam suam viresque est pollicitus; probant Urbani literæ, quas ad Reginam Francorum scripsit, b quibus rogauit, cum Carolo pacem conciliaret, vt laboranti Ecclesiae opitulari posset.

Regina Francorum illustri,

2 Nostra filia, quod illum prosequentes singularis dilectionis affectum, quem ad inclytam domum Franciae ab olim eadem gessit & gerit Ecclesia,

fia; quique in nobis supra nostros prædecesores
 varijs ex causis exuberat, regnum Sicilia, quod
 est eiusdem Ecclesiæ speciale, charissimo in Christo
 filio nostro Regi Francorum illustri viro tuo, ad
 opus alicuius ex communibus natis vestris duxi-
 mus liberaliter offerendum. Verum ab eodem
 Rege tanquam Christianissimo principe super hoc
 responso deuoto, sed non pro voto recepto; quia
 inter cæteras graues molestias & amaras, quibus
 in partibus Italia memorata vexatur Ecclesia, il-
 læ mentem nostram molestant grauius & pungunt
 acerbius, quas in regni prædicti occupatione, ac
 alias ab ipsius occupatore sentimus; ad prouiden-
 dum eidem Ecclesiæ contra tantas dicti occupato-
 ris iniurias, leuauimus in circuitu nostræ conside-
 rationis oculos: & vt præfati Regis potentiam,
 quam, velut tutricem Ecclesiastica libertatis præ-
 cipuam, in ipsius nato desiderantes quæsiuimus,
 nec habere iuxta desideria nostra potuimus, expe-
 riremur saltem propitiam in germano; ad eun-
 dem comitem nostræ deliberationis conuertimus
 aciem, cum ipso super facienda sibi regni conces-
 sione prædicti tractatum, de memorati Regis con-
 scientia & beneplacito, ineuntes. Et quia spera-
 mus, quod idem comes, afflictionibus nostris &
 Ecclesiæ prædictæ compatiens, suis non parceret
 laboribus; sed in præmissis eiusdem Ecclesiæ de-
 fensionem, ad nostræ petitionis instantiam, de
 prædicti Regis consilio, laudabilia prædecesso-
 rum suorum vestigia imitaturus, assumeret; ne ipsius
 & prædicti Regis tam piæ in hoc propositum,
 occasione discordiæ, quæ inter te ac eundem co-
 mitem esse dicitur, impediri vel retardari contingat;
 serenitatem regiam rogamus, monemus, &
 hortamur attente, in remissionem tibi peccaminum
 suadentes, quatenus prudenter attendens, quan-
 tum sit dispendiosa tua, & comitis prædicti dis-
 sensio, quæ in commotione vestra multorum com-
 motis animis, & plurimorum cordibus in vestra
 turbatione turbatis, causam posset mutuis da-
 re periculis, & periculose vtriusque impedire
 profectus; ac prouide pensans consideransque
 salubriter, quod pax Domini, ad quam tan-
 quam fide præclaram & deuotione feruentem
 aspirare te credimus, sine pace proximi non ha-
 betur; excellentiæ regalis animum cum eodem
 comite ad concordiam & pacem inclines, ip-
 sumque tibi teque ipsi studeas in vnitæ solidæ
 charitatis vnire, ne per scissuram huiusmodi ves-
 tra in partes scissa minuatur potentia: sed hinc
 inde incrementa suscipiens, alternis crescat aug-
 mentis.] Expetijt a etiam a S. Ludouico, vt pacem
 inter ipsos conciliaret, ac fratrem ad opitulandum
 Ecclesiæ adduceret: iterumque eius vxorem
 sollicitauit, b vt facilem se componendæ con-
 trouersia præberet. Præterea Carolum rogauit, c
 vt in admittendis Sicilia regni, ac senatoriæ digni-
 tatis passionibus legato assentiretur, & cum Mar-
 garita definiendæ liti non aduersareur.

3 Dum vero cum Prouinciæ atque Andega-
 niæ comite de conditionibus transfundendæ in
 illum Sicilia agitaretur, Romani Carolum Urbis
 senatorem creauerunt: quæ res non ita sedi Aposto-
 licæ grata extitit, quod euocatis Romam exteris
 principibus, Pontificum maiestas imminuenda, sum-
 maque ipsorum in Vrbe auctoritas labefactanda sena-
 toris huiusmodi potentia timeretur. Verum qui
 nunquam in secundo rerum successu, vel leuiori
 premente necessitate, ita ad magistratum Vr-
 bis gerendum exteros principes exciri passus
 esset Pontifex; ob ingruentia tamen mala qui-
 Annal. Eccl. Tom. XIV.

bus vndique cingebatur, adhibitis in consilium
 Cardinalibus, ad certas condiciones descendit,
 quibus ipsi senatoris dignitatem non perpetuam,
 vt Romani detulerant, sed ad certum tempus per-
 misit. Quo vero quam poterat optimas sedis Apo-
 stolicæ condiciones efficeret; plures rei cum Ca-
 rolo agendæ, tam regni Siculi, quam Urbis magi-
 stratus ad eum deriuandi, e Cardinalium consilio
 leges præscripsit. a

Ad perpetuam rei memoriam. Diffinitio inter
 fratres super senatu Urbis & regno Sicilia.

4 Prima forma cautionis, quæ videtur a comi-
 te requirenda, hæc est. Præfigetur ei tempus trien-
 nij, vel quadriennij, vel ad plus quinquennij, ultra
 quod nequeat tenere senatum: & dabit suas pa-
 tentes literas, & promittet sub pœnis infra scri-
 ptis, quod ultra tempus, de quo cum eo con-
 uentum fuerit, non tenebit senatum, nec se de eo
 quoquomodo per se, vel per alium intromittet, &
 quod si infra illud tempus, de quo conuentum
 fuerit, regnum Sicilia totum, vel maiorem par-
 tem eius, cui minor non possit resistere, acquisie-
 rit, ad mandatum Romani Pontificis, qui pro
 tempore fuerit, senatum dimittet omnino, ex tunc
 per se, vel per alium non resumpturus eundem:
 & hæc omnia, & singula se firmiter, ac fideliter
 seruaturum firmabit proprio iuramento. Quod
 si contra præmissa, vel aliquod de præmissis ve-
 nerit, vel fecerit, præter reatum periurij, idem
 comes excommunicationis, & terra sua vbilibet
 constituta interditi incurreret sententias eo
 ipso: quas sententias si per mensem sustinuerit, eo
 ipso cadat a iure senatus: & si postea de facto se-
 natum tenere contenderit, seu per se, vel per
 alium de eius regimine se quoquomodo intromi-
 serit, cadat eo ipso ab omni iure sibi quæsito in
 regno Sicilia.

5 Secunda forma hæc est. Promittat comes
 quod bona fide dabit operam, vt Romanis non
 iuret regere Urbem ad vitam, sed quandiu sibi
 placuerit, tenere senatum. Quod si obtinere hoc
 poterit, iuret comes quod non tenebit senatum
 ultra quinquennium, seu ultra illud tempus ci-
 tra quinquennium, de quo conuentum fuerit in-
 ter ipsum & dictum Cardinalem; & quod si in-
 fra illud tempus, de quo conuentum fuerit, re-
 gnum Sicilia totum, vel maiorem eius partem,
 cui minor non possit resistere, acquisierit, ad man-
 datum Romani Pontificis, qui fuerit pro tempore,
 dimittet senatum omnino, ex tunc per se, vel per ali-
 um non retenturus eundem. Si autem dictus comes a
 populo Rom. obtinere non possit, quod non tenea-
 tur Urbem regere vita sua, promittet comes, quod
 postquam concesserimus ei regnū Sicilia, & ipse to-
 tum illud vel maiorem partem ipsius acquisierit, vel
 si forte, quod absit, illud acquirere non poterit; post-
 quam de hoc liquido contiterit, ipse dimittet se-
 natum, cum a nobis vel successore nostro de plano,
 non seruata iuris solemnitate, decretum fuerit, quod
 illum debeat dimittere: adiecto expresse in eodem
 decreto, quod senatum sine ecclesiæ Rom. præiudicio
 & animæ suæ periculo tenere non potest; &
 quod dictum senatum potest dimittere de iure sine
 offensa iuramenti, quod præstitit, & præstabit in
 aduentu suo Romanis: & tunc, vt dictum est,
 eundem senatum omnino dimittet. Et hæc omnia
 iurabit, & promittet sub pœna, & cautioni-
 bus suprascriptis.

6 Tertio promittet, quod in dimissione se-
 natus dabit operam bona fide, vt idem senatus
 ad ordinationem Romani Pontificis & Ecclesiæ

Vrbani
 tempori
 se accom-
 modat.

a Vr b. l. 3.
 ep. cur. 84

Dictæ Ca-
 rolo a Pæt
 leges pro
 ea geren-
 da dignita-
 te.

Certi tē-
 poris limi-
 tibus Ro-
 manæ rei
 admini-
 stratio cir-
 cumscri-
 pta.

Intentatē
 comiti,
 si pontifi-
 cia iussa
 respuat,
 pœnæ.

Alterius
 cum eo
 tractatus
 ineundi
 forma.

Exponit,
 vt vni ex
 filijs Sicu-
 lum reg-
 num de-
 ferenti S.
 Ludouico
 non assen-
 serit.

Conuer-
 sam pro-
 pterea ad
 Carolum
 illum fra-
 trem Ec-
 clesiæ.

Rogat cō-
 trouersia
 de Prouin-
 comitatu
 cōponat.

47b. ep. 96
 47b. ep. 97
 c. 16. ep. 98

Romani
 Carolum
 Urbis sena-
 torem de
 signant.

In eo iura
 pontificia
 violant.

reuertatur, ciues scilicet Romanos ad hoc, sicut melius & honestius poterit, inducendo. Iurabit etiam, quod dum senatum tenuerit, nil scienter in terris Ecclesiæ, demanijs scilicet & feudis, in eiusdem Ecclesiæ præiudicium, vel suorum faciet contra ipsam Ecclesiam, & ecclesiasticam libertatem: quod si ipse, vel sui fecerint, id sine morâ dispendio reuocabit. Et ista cautiones omnino habeantur ad minus; & meliores, si poterunt obtineri. Si autem dictus comes prædictas promissiones, & cautiones facere recusauerit, idem Cardinalis, dimisso regni negotio, ad sedem Apostolicam reuertatur; præmissa protestatione de iure Romanæ ecclesiæ in senatu, & reddat in hoc placabilem Regem Franciæ, Romanam ecclesiam excusando: cum per eam non ster, quin negotium cum eodem comite modo debito consummetur. Hoc autem modo super senatus articulo datis consilijs diffinimus: hoc addito, quod si idem Cardinalis super regni negotio cum dicto comite non potuerit conuenire, nec in prima, nec in secunda forma, nec in alia qualibet, procedat super senatus articulo cum eodem: imo ius nostrum, & Romanæ ecclesiæ in dicti regis præsentia contestetur eidem, & dicat expresse, quod sine animæ suæ periculo, & Romanæ ecclesiæ præiudicio nequit susceptum Urbis regimen retinere.]

7 Cum ancipiti metu plerique Cardinales fluctuarent, ne Carolus delatam a Romano populo senatoriam dignitatem ad vitam tenere meditaretur, quo facto supremæ Pontificis in Vrbe auctoritati detraheretur; Vrbanus S. Ludouicum sollicitauit a, vt fratrem ad præscriptas, de senatu Urbis gerendo leges admittendas percelleret. Tū ad Carolum scripsit b, vt cum ex ijs principibus genus duxisset, qui se suaque omnia singulari titulo ac nexu Ecclesiæ consecrassent; quique non minus in ipsum virtutes, tuendæque Apostolicæ sedis dignitatis studium, quam nobilitatem transfudissent; delatum Urbis magistratum perpetuum non acciperet; cum supremum in Vrbe dominium administrationemque ad se spectare illud tre atque exploratum esset. Quod si ipsum hortatus esset, vt delatum a populo Romano magistratum admitteret, quo facilius adipiscendo Sicilia regno iter sibi munire posset; numquam tamen sui fuisse consilij, vt Urbis regimen in reliquam vitam suscipere, cum hinc grauissimæ in sedem Apostolicam iniuriæ ac damna redundarent: neque vnquam assensurum, vt quisquam, quantumuis arctissimo in Ecclesiam studio deuinctus princeps, huiusmodi magistratum in reliquam ætatem capebat. Hortatur c propterea, vt alteri præscriptarum conventionum assentiat, legatque apostolici consilij, ac monitis obsequatur.

8 Assensit pontificijs monitis Carolus: de quo senatore creato a Romanis, dum alij Manfredum, alij Petrum Regis Aragonum filium ad eam dignitatem vocarent, hæc cecinit Theodoricus.

*Interea populus Romanus ab Vrbe potentes
Plures eiecit, prædominante carens.
Vnde petit dominum, cui tradat iura senatus,
Prædicto Carolo pars cupit vna dare.
Altera Manfredi dicto, pars altera nato
Arragonum Regis, qui gener huius erat.
Attendens igitur pater iste pericula, si non
Tunc acceptaret Carolus ista comes,
Ipsi mandauit quod penitus omne senatus
Ius acceptaret, nempe salubre sibi.
Post Rex Francorum super his deliberat: inde
Acceptare iubet, quod sibi Roma dabat.*

9 Transmisit itaque Carolus Gontelinum a delecta Prouincialium manu stipatum (de cuius gestis dicetur inferius) ad suas in Vrbe gerendas vices, defendendasque aduersus Manfredi ac fœderatorum conatus: eoque facilius ad præscriptas in suscipiendo ad tempus magistratu leges admittendas adductus est, quo illum ingens muniendi sibi ad Siculum solum itineris spes titillabat. De quo regno Carolo deferendo alteram superioris decreti partem edidit b, hisque monitis & auctoritate Simonem tit. S. Cæcilia presbyterum Cardinalem; cui rei cum Carolo constituendæ, firmandæque prouinciam iniunxerat; intruxit c, in deferendo regno non auidum se ac præcipitem, sed grauem potius ac difficilem, quo magis Ecclesiæ utilitatibus cõsulere, exhiberet: & conditiones, quas proponeret comes, temperaret. Vbi vero ad certas condiciones ambo consensissent, vt eæ coram Rege perlegerentur, operam daret. Præterea commissæ auctoritas est, vt Romanæ ecclesiæ nomine Sicilia regnum ipsi transcribendum polliceretur.]

10 Possit præfatus Cardinalis promittere dicto comiti nostro & ecclesiæ Romanæ nomine, quod postquam sine graui scandalo ecclesiæ Gallicanæ de assignanda sibi decima, quam petijt, ordinatum fuerit & concessum; & negotium, pro quo charissimus in Christo filius noster Henricus Rex Anglorum illustris, & Edmundus natus eius sunt auctoritate nostra citati, fuerit per nos, Deo fauente, decisum; & pax inter charissimam in Christo filiam nostram Margaritam, illustrem Reginam Francorum & ipsum comitem fuerit reformata; vel saltem per eundem Cardinalem, vel per alium seu alios, quos idem Francorum Rex duxerit deputandos, super pace huiusmodi talis tractatus processerit, quo ipse Francorum Rex contentus existat; dabitur eidem a nobis regnum Sicilia cum iuribus, & pertinentijs suis sub conditionibus tractatis, & hinc inde firmatis, seu acceptatis: non mutandis, nec augendis, vel minuendis in totum, vel aliquam sui partem. Et de sic dando regno prædicto dabit suas literas dicto comiti Cardinali: & de sic recipiendo comes versa vice suas dabit literas Cardinali. Finalem autem concessionem, & inuestituram regni prædicti nobis duximus referendam. Et hæc super senatus, & regni prædictorum negotijs diffinimus: & huiusmodi nostram diffinitionem volumus firmam, inconcussam, & stabilem ac immutabilem, & inuiolabilem permanere. *Actum apud Vrbe mueterem in camera palatij episcopalis, præsentem fratrum nostrorum Collegio. VII. kal. maij, anno III.*

11 Intruxerat vero legatum auctoritate Pontifex, vt Caroli comitis petita mollire ac tẽperare posset: quod cum latius patere videretur, ijs terminis circumscriptis, vt de postulatis tantummodo intelligeretur, quæ comes Alberto notario exposuisset, eaque apostolicis literis insinuauit d. Querebatur e primum, grauiorem sibi decem millium vnciarum auri censum imponi, cum suo periculo incertos euentus suscepturus esset; atque iniquum admodum videri tantum vestigal pendere, etiam si omnes prouentus suos pro Ecclesiæ defensione exhausisset; præsertim cum nouo Regi explicanda in plures esset liberalitas, pluresque secum proceres adducere deberet, quos sine maximis effusis muneribus suis obsequijs astringere ac deuincire non posset. Flagitaret etiam, vt numerus sibi sanguine coniunctorum, qui ius ad capeendum hereditario titulo

Si his legibus Carolus non assenserit, iustus legatus Si culi regni tractatum abrumperet.

Alb. ep. 94

Alb. ep. 93
Agit cum S. Lud. Pontifex, ne Carolus senatoriam dignitatem ad vitam accipiat.

Carolo pontificia de eare consilia aperit.

Ep. 93.

Theod. Vall. apud Masson. de Ep. Urb. lib. 5.

to regnum obtinerent, augetur. Poposcerat, ut adiecta de maiori Tuscia, vel Insubria parte obtenta conditio mitigaretur, cum facile heredes latere posset, quæ maior pars censenda videretur. Experierat ut illud caput, in quo expressum erat, ut si quis posterorum Imperium, vel Insubriam, Tusciamue adipisceretur, in alterum Sicilia regnum transfunderetur: tam ad fœminas, quam masculos sese porrigeret: si ipse adornaret expeditionem, duceretque exercitum, ad certum militum numerum non adstringeretur: denique quod de renouando procerum singulis annis fidei sacramento appositum erat, relaxaretur; cum perfidia nota quodammodo aspergi ijs videretur.

12 Suscepisse oblatam aduersus Manfredum prouinciam Carolum, refert Nangius a qui superiora a nobis e pontificio regeſto recensita subiectis verbis complectitur: *Anno Domini MCCLXIV. Vrbanus Papa nequitiam Manfredi tyranni terminare desiderans, tamquam ad sua defensionis dexteram recurrit ad Franciam, & per Simonem S. Cæcilia presbyterum Card. Carolo comiti Andegauensi, fratri Regis Francia Ludouici, regnum Sicilia, ducatum Apulia, & Capua principatum misit, sibi & heredibus suis usque ad quartam generationem possidendum, si contra Manfredum tyrannam insurgeret & sanctam Ecclesiam ab eius inuasionis custodiret. Vsurpauerat enim ille tyrannus, sicut superius dictum est, regnum Sicilia contra nepotem suum Corradinum, & terram Apulia, Calabria, & Campania, ac totum B. Petri patrimonium vi & potestate sibi vendicans illis in partibus occupauerat, & ecclesijs sibi subiectis multa grauia inferebat. Mox igitur idem Carolus donum oblatum latus suscipiens, & tamquam filius obedientie mandatis apostolicis obediens, contra dictum tyrannum arma corripuit, & vndecumque potuit expeditionis sua materiam preparauit. Impulisse Carolum ad Siculi regni armis comparandi capessendam prouinciam, quamuis arduam & plenam periculum, illius vxorem Beatricem, quæ Regina nomen exoptabat, ne tribus fororibus Reginis inferior videretur, ne refert Monachus Patauinus; votique factam compotem videbitur inferius: ac rara Berengarij Prouinciæ comitis felicitas extitit, ut cum prole mascula careret, quatuor filia, quas susceperat, totidem regibus, nimirum Ludouico Francorum, Anglorum Henrico, Richardo electo Romanorum, Carolo Sicilia & Hierusalem in matrimonio fuerint collocata.*

13 At Manfredus imminentis belli terrore perſusus, atque ira & furore æstuans, extremos in Ecclesiam impetus exeruit; geminoque exercitu ex sceleratissimis quibusque constato, pontificiam in Tuscia ditionem, vbi agebat Vrbanus, ac ducatum Spoletanum aggressus, grauisimis periculis Vrbanum circumfudit, quæ Pontifex ipse scriptis ad S. Ludouicum Francorum Regem literis c, lugubri oratione descripsit.

Ludouico illustri Regi Francorum.

Ecce, fili charissime, Manfredus quondam princeps Tarentinus, innumerabilibus iniurijs & offensis, quibus Romanam hæctenus vexauit ecclesiam, non contentus; prætextu negotij regni Sicilia, quod inter nos & dilectum filium nobilem virum Carolum Andegauicæ & Prouinciæ comitem, germanum tuum, agitur; durius & asperius solito continuis Ecclesiam ipsam aggressibus imperit, assidua persecutione concutit, rabie tyrannica distrahit, & diuersis alijs tribulationum

generibus incessanter affligit adeo, quod eadem Ecclesia tot malis afflictæ, tot attrita molestijs, totque flagellis oppressa, vix potest ab huiusmodi oppressionibus respirare. Nam præter id, quod idem Manfredus, qui Saracenorum ritus amplectitur, ac illos in quotidianis eius obsequijs notabiliter secum tenet, & præfert eos in opprobrium catholica fidei Christianis, Saracenorum ipsorum præcipue consilio, auxilio, & fauore prædictam impugnat Ecclesiam; præter illud etiam, quod archiepiscopales, episcopales, & alias prædicti regni Sicilia ecclesias, & monasteria detinet, seu detineri facit damnabiliter occupata, in eorum aliqua fictos & perniciosos intrudendo ministros, vel iam intrusos nefarie conſuendo; quædam vero pro suo commendando libito, & illorum conuertendo in vsus proprios periculose prouentus; pullulant fere vbique per Italiam hæreses, cultus diuinus minuitur, fides orthodoxa premitur, immo deprimitur, & opprimitur status fidelium: ancillantur ecclesiastica libertates, & iura ecclesiastica conculcantur. Prælati quoque, & alij clericali militia præsigniti penas subire coguntur exilij, capiuntur, & ignominiose tractantur, ac in atroces detruduntur carceres, mutilantur, & morte turpissima condemnantur. Spoliantur sacra & pia loca, tam religiosa quam alia, possessionibus & alijs bonis suis: & cum sint diuino dicata cultui, ad vsus deputantur illicitos & profanos, despiciuntur, & abominationibus sordidantur. Nonnulli quoque clerici diuina coguntur officia in locis ecclesiastico interdico suppositis, in contemptum clauium Ecclesiæ, celebrare, & exhibere sceleratis, excommunicatis, & impijs ecclesiastica sacramenta. Pontificalis parui penditur auctoritas & potestas: ecclesiastica censura contemnitur: pereunt anime, trucidantur corpora, incenduntur vrbes, destruuntur castra, infringitur stratarum securitas, spoliantur viatores: Saraceni, & schismatici Christicolis præferuntur: defenduntur hæretici adeo, quod in nonnullis locis non audeamus procedere contra ipsos. In aliquibus vero terris prædicatores euangelicæ veritatis verbum Dei proponere fidelibus prohibentur: in quibusdã vero hæreses publice prædicantur. Quamplura insuper alia detestabilia & abominabilia cõmittuntur, quæ diuinæ oculos Maiestatis offendunt, scãdalum in Ecclesia cõmouent, & tremendũ ecclesiasticæ censuræ vigorem debilitant, & conculcant; nec potest ipsa Ecclesia, prædicti persecutoris inualescentibus viribus, opportunum super his remedium adhibere: cum nuper etiam idem Manfredus truculentis manus in viscera eius immittens, quosdam Theutonicos, suæ vtique persecutiouis ministros, in patrimonium B. Petri in Tuscia, in quo nos cum tota nostra curia residemus, destinare præsumpserit in nostrum & ipsius Ecclesiæ opprobrium, turbationem prouinciæ, suorumque fidelium nocumentum. Alias etiam militum copias in ducatum Spoletanum disponit mittere, ut nos, & prædictam Ecclesiam in quadam quodammodo sagena concludens, sic arctet vndique vias, & sepiat transitus, ut nullus ad nos venire valeat, vel nos aliquos extra curiam nostram destinare possimus. Verum quia celestis altitudo consilij liberationem prædictæ Ecclesiæ tibi tuæque Christianissimæ domui referuauit; & velle videtur, ut iugum oneris eius, & sceperum exactoris eius per tui regni potentiam superetur; ecce dilectum filium nostrum Simonem tit. S. Cæcilia presbyterum Cardinalem ad Christianissimum

Queritur Saracenos a tyranno in Eccl. immissos.

Fidei causam in periculo adduci.

Ecclesiasticos viros inmanifestam persecutionem pati.

Vastari patrimonium B. Petri a Germanis

Legatum
militi si-
gnificat.

regnum tuum pro negotio dicti regni Siciliae (a quo vtiq; regno panditur omne malum) ipsius Ecclesiae, & tantorum periculorum causa procedit in personam memorati comitis, in quem sua deuotionis & strenuitatis pensatis meritis oculos mentis nostrae direximus, auctore Domino, promouendo, commisso ei plenae legationis officio, de fratrum nostrorum consilio destinamus, &c.] Addit preces, vt assistentia misereatur Ecclesiae, atq; ad eam ex Manfredi tyrannide liberandam vires explicet. *Dat. apud Vrhemueterem v. non. maij ann. 111.*

Alfonsum
Pictauiae
Comitem
ad consi-
genda cu
fratre ar-
ma solici-
tat.
A. Ext. in
M. S. Vall.
fig. lit. C. n.
49. pag.
154.
Parta Sici-
lia, schif-
maticos
& Sarace-
nos faci-
lius suba-
stum in.

14 Nec modo Ludouicum Francorum Regem, vt fratri Carolo suppetias ferret, excitauit; verum Alfonso Pictauiae & Tolosae comitem, qui accepto crucis symbolo bello sacro in Saracenos se deuouerat, sollicitauit, vt permutato voto fratri Carolo vires coniungeret; nam comparato a Carolo Siculo regno, facile in Grecos & Saracenos arma victorica circumferenda. Descriptis enim angustijs superioribus, in quas Manfredus Ecclesiam coniecisset, addit a: *Nobis, sic in arcto positus, nulla via patet, nullaque commodatur omnino facultas subueniendi necessitatibus Terra sancta ac Imperij Romaniae: sed eadem inimicorum arbitrio exponuntur. Propter quod sedes Apostolica non indigne considerans, quod memorato Manfredi de dicto regno deiecto; & ad ipsum eadem Ecclesia per se vel per aliquem Regem deuotum eidem, auxiliante Domino, restituta; ipsius releuarentur angustia, tantis occurreretur iniquitatibus, & ad succurrendum celerius & facilius Imperio, & Terrae praedictis via promptior panderetur; de ipso regno duxit, prout tua nouit sinceritas, disponendum, &c.*

15 Ad reprimendos interea Manfredi conatus Pontifex, dum externa opperibatur auxilia, tres legatos cum amplissima potestate creauit, Simonem nimirum tit. S. Martini presbyterum appellatum Patavinum in Piceno b, ad lapsas res obcladem insignem a comite Iordano Manfredi duce Simoni electo Veronensi pontificio praesidi illatam (in quasi hostium seruituti fuerat mancipatus: *Dum, vt ait Clemens c in literis ad Iacobum Regem Aragonum, cuius gratiam apud Manfredum pro eo liberando adhibuit, suorum castrorum acie ordinata, contra hostium agmina sub vexillis Ecclesiae consueti suo animi vigore procederet* instaurandas; Matthaeum S. Mariae in porticu diaconum in patrimonio B. Petri in Tuscia d ad Petri e Vico, qui Germanico equitatu a Manfredi accepto grassabatur, impetus reprimendos; atque Ottobonum S. Adriani diaconum in Perusino conpitu e cum amplissima in pluribus prouincijs legatorum potestate praefecit: eumque propositis indulgentiarum praemijs, ac dato crucis symbolo, fideles ad sacram militiam, pro tuenda aduersus crudelissimos hostes Ecclesiae, iussit accendere: quorum opem hinc adhortationibus inter punctis suspirijs implorabat. f

16 *Attendant deuoti Ecclesiae filij: attendant & videant exterminium fidei, & matris considerent necessitates extremas. Immo si filij vicem maternam doleant, eidem celeri subuentione succurrant, nec dissimulent amplius tam graues matris iniurias; sed grauius tantis ipsius prouocentur offensis. Accendatur velut ignis zelus omnium ad vindictam. Pro pudor! patietur Christiana deuotio Agarenos, quos ipsa eiusdem matris Ecclesiae commotionibus excitata solet in ultimis quasi terra finibus persequi, nunc eadem matrem Ecclesiam in suis visceribus persequentes? Facti sunt hostes matris in capite, & acrius suffragium filiorum? Matrem inimicus cir-*

cum dedit; mandauit aduersus eam in ipsius circuitu hostes eius, quae eam lacerant iniurijs, damnis afficiunt, & ad ipsius interuentionem elaborant; & in auxilium filij non exurgent? Absit, absit, vt in hac causa fidei sibi ipsis fideles deficiant. Absit vt Christi negotium, qui est eiusdem caput & sponsus Ecclesiae, Christicola derelinquant, &c. Dat. apud Vrhemueterem xii. kal. iunij anno 111.

17 Concurrere in auxilium Pontificis fideles, maximaque eorum multitudo crucem induit: ac neminem pene fuisse in curia apostolica, qui se triumphali illo symbolo non insigniret, refert Theodoricus a. Nec defuit Ecclesiae suae sponsae Theodorus, qui insigni miraculo Saracenicarum copiarum ducem blasphemum velut alterum Pharaonem submersit. Cuius historiae veritatem ex Gregorio decano Baiocassium b, quoad Antheri Cardinalis tit. S. Praxedis pontificij nepotis gratiam, precesque Urbani vitam conscripsit, decerpimus: *Huius temporibus, cum quidam Manfredus nomine, Frederici quondam Imperatoris filius, vt dicebat, contra mandatum Ecclesiae, & violenter, pro qua etiam violentia idem cum suis fautoribus fuerat excommunicatus, regnum teneret Sicilia occupatum, & sua potentia terram patrimonij B. Petri intenderet occupare; pro cuius occupatione quendam magnum exercitum Saracenorum, & quamplurimum infidelium usque ad castrum Arronis Spoletanensis diocesis destinauit; idem dominus Urbanus venerandus Pontifex, sicut erat prouidus, verbo praedicationis per se proposito; in cuius ore tantam Deus gloriam infundebat, quod quilibet ipsum deuote audiens verbum recipiebat, & radicabat introrsum; Christianorum multitudinem tam ingentem per suam praedicationem conuertit, quod contra praedictum exercitum infidelium innumera fidelium crucesignatorum ad se multitudo occurrit. Et cum magno equorum armatorum, & apparatu rerum in bello utilium copia eisdem infidelibus obusantes, sperabant cunctis in bello congregari, & dicta Ecclesia vincere inimicos: sed Omnipotens suam & Ecclesiae suae causam agi conspiciens, non in viribus hominum vel equorum victoriam habere voluit; sed potius elegit se dominum magnis, & miris prodigijs demonstrare. Nam dux exercitus eorundem infidelium Perceuallus, vocatus de Auria, cum magnas minas faceret contra Deum, & ipsum Christum in suis confabulationibus blasphemaret; ac cum quodam fastu quandam paruam aquam, & in profunditate modicam pertransiret in magno dextrario phaleris & multis superbi- tionibus decorato, vt eandem patrimonij terram intraret; diuina faciente clementia, dextrarius ipse subito in eadem aqua cecidit: & mox siffor eiusdem tam miro modo est nequiter suffocatus, quod idem Perceuallus, nec eius dextrarius videri postea potuerint, vel etiam inueniri. Quod mirum eius exercitus, & gens videns, statim eorum cordibus virtute diuina commotis, se dederunt in fugam sine duce & ordine: vnus alterum non exspectans, die & nocte per deuia fugientes ad eiusdem regni terminos, non sine magno timore, & metu corporum redierunt. Quos cum praedicti fideles & crucesignati insecuti fuissent, ceperunt innumeros, & quamplures armis & gladio peremerunt. O mira misericordia Dei Patris, quae sic suam defendit Ecclesiam, quod non bello, sed tantis reddit eximijs victorijs insignitam!*

18 Ascribit diuino miraculo eiusdem Perciualli infidelium ducis Negrae aquis absorpti mortis Theodoricus c Vallicolor carmine incompto, vbi Manfredum, e Campagna fugatum, post aliquas hostiles ad Romam occupandam irruptiones Perciualli-

b Lib. 3. ep.
233. l. hec.
Vall. in
v. vrb.
apud Mass
ubi sup.
c Clem.
tom. 2.
pag. 1.

d Vrb.
l. 3. ep. cur.
161. &c.
Tres Car-
dinales le-
gari creati
e Ibid. ep.
145. 146.

f Lib. 3. ep.
235.

Immissi a
Manfredo
in Ec-
clesiae ter-
ras Sara-
ceni.

uallum immisisse ad Pontificem obruendum apud
Vrbemuerem recensuit.

*Sed Perciuallus iam dicto præduce, castrum
De Cellis turbam iussit adire suam.
Hicque morata diu, ne quiens transire per urbem
Vi Tyburtinam, cetera castra capit.
Cumque Reatina modicum distaret ab urbe,
Ad flumen Nigra concomitata venit.
Huius enim turba ductores Odo, Ioannes
Marerij dominus, seruus, & absque fide
Pandulphus dominus Alabij, plures quoque tanti
Fautores sceleris præteriere vadum.
Hosque fere sequitur exercitus omnis, & ipsi
Qualicumque modo lesio nulla datur.
Sed Perciuallus ut plumbum lapsus in undis
Mergitur, hocque tulit ultio digna Dei.
Tale Dei fit iudicium, miracula tanta,
Quod iuxta meritum reddidit utrisque suum.*

Prosequitur auctor, vt Urbani infidelium
terrore cinctus, dum Vrbeuere morabatur, fi-
deles propositis indulgentiarum præmijs ad Ec-
clesiam accepto crucis symbolo tuendam accen-
derit; ingentique collecto exercitu cruce signa-
torum, de Saracenis alijsque Christiano nomine
indignis Manfredianis, Perciualli Negra meriti in-
felici interitu percussis, gloriosissimam præsen-
te numine victoriam reperatit.

19 Textit eadem diuina prouidentia Pontifi-
cem aduersus impetus Germanici equitatus,
quem Petrus e Vico, ad redigendum in serui-
tatem B. Petri patrimonium, a Manfredi acceperat.
De cuius excurtionibus, & rebellium perfidia
tristes sunt subiectæ Urbani querelæ in literis,
quas hoc anno ad Matthæum S. Mariæ in Porticu
diaconum Cardinalem A. S. L. v. id. augusti scrip-
sit a: Proximis iam innotuit & remotis, dum-
tales nobis in eodem patrimonio residentibus, co-
piosa Theutonicorum agmina, quos dictus tyran-
nus in sua furentis persecutionis ministros assump-
serat, in patrimonium ipsum ante oculos no-
stros immittere præsumperunt: sicque cum Theu-
tonicis ipsis, & alijs complicibus, & fautoribus
eorundem prædictam Ecclesiam in suis fidelibus
continuis aggressibus impetunt, & molestant. At
non impune crimen Germanicæ illæ copiæ tulle-
re, quæ magna ex parte concisæ sunt apud cas-
trum Bledæ a Pandulpho Anguillaræ comite:
qui tamen dum fugientes hostes insequeretur,
ab ijs captus est. Editam vero ingentem Germa-
norum stragem notat Theodoricus Vallicolor his
verbis. b

*Tantus in Italia confictus tempore nostro
Non fuit: hi pereunt, hi pereundo ruunt.
Theutonicique, licet in primo Marte feroces
Essent, Ecclesie terga dedere viris.
Papaque Mattheo terras a cardine dicto
Petri commisit, armaque mille dedit.*

20 Cum aperta vis non succederet, scelus do-
lo hostis aggressus est: non enim patrimonium
modo B. Petri, verum circumiecta Urbis quoque
loca, Ostiam, Sutrium, Tybur, ac Romam ipsam,
conflata prodicione, sibi subijcere Manfredus est
meditatus. Vnus est ad perducenda nefaria consilia
Petri e Vico, qui diuturnum bellum cum Pan-
dulpho Anguillaræ comite gerebat, Urbisque
præfecturam affectabat, perfidia: quem acceptis
a Manfredi nonnullis Germanicis copijs Sutrium
improviso aduentu oppressisse, Sicularum rerum
auctor anonymus refert c; remque paucis post
diebus gestam, quam Gontelinus e Gallia ad ge-
rendas fenatoris vices accessisset. Cuius auctoris

quamuis flagitia Ecclesie hostium elogijs exor-
nantis, verba afferre placuit.

21 Post paucos autem dies, nimirum ab ingres-
su Gontelini in Urbem, petitionem & instantiam
dicti Petri, scilicet e Vico, liberalitas regia, ita
Manfredianus auctor tyrannidem illius, Ecclesie
ditionem inuadentis colorat, quæ deuotis proxi-
mis, & remotis opportune porrigit de more suffragia,
quamdam quantitatem Theutonicorum sub præfida-
tu cuiusdam familiaris sui nomine Francisci Treuisij
in eisdem Petri subsidium destinauit. Cum autem
dictus Petrus tam gentis eiusdem auxilio, quam par-
tis suæ fauore confusus, contra hostes suos animum
roborasset; & ciuitatem Sutrinam, cuius idem ma-
iorem partem habere videbatur, violenter intrauit,
eamque regio dominio subdit, ac fidelitatis fecit sa-
cramenta præstare. Attolli in perfidum homi-
nem crucis signa Urbanus iussit a, quam prouin-
ciam Bethlemitano episcopo, vices pontificias ge-
renti in Vrbe, imposuit: tum Gontelinus profena-
tor Romanas acies eduxit, Sutriumque restituit
Ecclesie, vt subiungit auctor. Interea vicarius
Vrbis, populusque Romanus pro recuperanda ciuitate
Sutrina communiter exeunt, & cum ciuitatis mœ-
nibus appropinquassent, priusquam ad impugnationis
& conflictus signa perueniant, ciuitatem ipsam
propter subitam & mobilem reuolutionem ciuium
ad manus suas, & dominium reuocarunt, disceden-
tibus inde cum fuga supradicto Petro de Vico &
alijs de comitiua sua: qui non potuerunt sic omnes il-
lesi discedere, quin plures Theutonicis de stipendiarijs
regijs cum eodem Petro morantes equis, & omni-
bus armis amissis euaserint; & quin nonnulli etiam
ex eis in Romanorum manibus in carcere remanse-
runt: ac in castro Vici, in quo se receptauerunt di-
cti Petrus & sui, ipsorum obsidione circumdantur,
& machinis, caueis, & multis impugnandi generi-
bus instantè vrgentur. Consentunt auctori ano-
nymo pontificie literæ b ad Iacobum Gontelinum
fenatoris munus vice Caroli agentem datæ, qui-
bus magnis effert laudibus populum Romanum
aduersus Petrum e Vico perduellem Ecclesie con-
citate, atque oppidum e Vico, in quo hostis perdi-
tissima consilia conflabat, obsidione cinxisse. Sed il-
lam irritò conatu solutam, cum Manfredus recen-
tia auxilia Petro e Vico submisisset, atque etiam plu-
res Romani Petrum e Vico penitus profligare ac
delere detrectarent, narrat memoratus auctor.

22 Romanorum innata dissensio, & natura
semper ad dissentendum procliuior, quæ nunquam
commune commodum, sed priuatum duntaxat affe-
ctat, cum iam expugnationis ipsius castri diem cer-
neret esse propinquum, vultantibus animis illorum
de illo exercitu & diuisis, res captæ, & iam votiuæ
depopulationis parte non expectat euentum. Sed vi-
carius vrbis Iacobus de Gualtelino de Prouincia
oriundus, qui iam pro domino Carolo venerat pri-
mæ a Gallia, mature debitum exoluens, exercitus vo-
ta diuisa præsentens; & maioris partis exercitus
eiusdem mentes, quæ non libenter ad finale dicti Pe-
tri exterminium accedebant, sic intra se cognoscens,
quasi quadam machinatione corruptus, quando Theu-
tonici intra clausuram burgi morantes, qui de Tur-
scia venerant ad defensionem ipsius, de se videbantur
victoriam polliceri; discedendi licentia populari-
bus data cohortibus & militantibus in dictis cater-
uis, scilicet dissoluto exercitu; cogitur ab obsidione
recedere.

23 Et sane infectos tyranni partibus fuisse
plures Romanos, non solum ex eodem auctore, sed
etiam ex Urbani literis constat: inter quos Ri-
char-

Sutrium opprimuit.

a Lib. 3. ep. cur. 64. In eum crucis signa elata.

Profenator Gontelinus Sutrium depellit.

Commen datur a Pontifice. b Ibid. ep. 125.

Oppidum e Vico ab fider.

Obsidio dissoluitur.

Richardus Annibalus Ostiam occupat.

A scripta res miraculo.

Urbanum Petrus e Vico oppugnat.

Lib. 3. ep. cur. 163.

Theod. Vall. ubi sup. Germaniæ copiarum concisæ.

Coniuratione ad urbem pontifici eripiendam.

Sicularum rerum auctor anonymus. M. S.

chardus Annibaldus a maiorum fide degenera Pontifice ad tyrannum descendit, Ostiamque occupavit. Ad cuius perfidiam comprimendam Urbanus Bethlemitano episcopo, cui, ut dixi, suas in Vrbe vices commiserat a, scripsit b. Mulcere etiam amantissimis verbis, atque ad officium pellicere rebellem nisus est c, ut Ostiam episcopo restitueret. Adhibuisse quidem omnes conatus Manfredianarum partium Romanos, ut Carolum, cuius aduentus terror impendebat, aditu prohiberent, testatur Sicularum rerum scriptor anonymus, qui etiam Manfredum Tyburtinos exercitus sui moie, obruere meditatum innuit d: *Non solum Rex Manfredus ad impediendum aduentum ipsius Caroli, sed ciues Gibellini Romani vigilanter intendunt, parati vndique solite bellare. Iam per maris excubias multitudo galearum inuigilat, & voluit parata æmulis classica numerosa concertari. Iam Theutonicorum voluntas strenuescit effrenis, & eorum signa, velut ex euentu forent futuro victricia, in partibus Tyburtinis prope Cellas circa regni confinia pompose descensa præfulgent.*

24 Fracti sunt tyranni conatus, cum Pontifex Tyburtinos ad constantiam confirmasset: ad quos extant literæ hortatoriæ, ut forti animo Manfredi impetus propulsarent. Dissipata pariter illa immanis proditio, quam Petrus e Vico ad subiiciendam Manfredo Romam cum aliquot perfidiæ socijs confarar; & hostes, qui ad insulam in medio Tyberi sitam penetrarant, a Gonetino profenatore Gallo casti captiue, Petro e Vico cum tribus socijs vix ex ea clade pudorem efferente. Quam rem idem auctor ita consignat historiæ: *Interea tamen, cum per Romanam ecclesiam domino Carolo ad prosequendum regni negotium esset in ipsius regni concessione omnino stabilitum, quod salte ipse personaliter Romæ deberet adesse; Rex prædictus principijs sollicitus obstans, tam per mare, quam per aridam ipsius Caroli nisus est aduentum præcidere, ut per lapsum temporis Carolus idem ab accessione huiusmodi cederet, & dictus Rex postea eiusdem Ecclesiæ reconciliare se posset affectibus. Vnde sub ipsius Regis toto conamine quosdam fovebat honoribus in Vrbe, qui cum quibusdam alijs Gibellinis ad impediendum memorati vicarij & Caroli dominium diuenterent, quibuscum suorum equitum comitiua per centas Urbis portas certa hora repente intrent, ut non solum contra eundem vicarium, sed contra Guelphos Urbis, qui Caroli promouebant excellentiam, toto posse confingerent. Apud castrum Cerueteris quantitate quadam equitum congregata, versus Urbem tota nocte deproperat; ita quod in aurora titulo Urbis mœnibus appropinquat: & dum solus cupit dona præuenire fortune, vel potius infortunij, calicem prægustare, ne sibi forte mora posset imbecillitatem animi imputare, protinus subintrat Urbem: domos quasdam, quas tenebat, & quas faciebat tunc vicarius custodiri, animose inuadit. Est enim Romæ locus ab utroque Tyberis latere circum se positi diuisus, ad quem præstant aditum portium munita conformia, insula Lycœonia ex antiqua nuncupatione vocatus. Hic absque montuosa eminentia, & sine munitione murorum est per se valde tutus & fortis; ita quod longo tempore potest ab insultatione quorumlibet defensari.*

25 Ad hunc autem cum idem Petrus cum suorum equitum comitiua procederet, præsentitus a loci eiusdem custodibus, ita secreto nequens se, ut credebatur, reducere; se & suos iuxta eundem locum, qui Piscanula dicitur, receptavit, quasdam domos inibi muniens, & communis vie fortifi-

cans passus, ut imminentem inimicorum incursum, qui iam erant contra eum venturi, subcaute posset euadere. Cumque vicarius prædictus cum quibusdam suis commilitonibus de Prouincia, Romanorum Guelphorum non expectato subsidio, ad expellendum dictum Petrum & gentem suam, decenter accinctus armis & equis accederet; confictus primordia reportauit diuersa. Licet enim utraque pars, Prouincialis videlicet & Gibellini Romani, qui cum dicto Petro aderant, dure ac fortiter conflixerint, in ipso tamen principio vicarius cum suis repellitur. Sed occurrente sibi per insulam supradictam domino Ioanne de Sauello, homine securi cordis, qui honorem supradicti Caroli tota mentis affectione zelabat, eodemque ab alia illius contrata parte cum gente dicti Petri viriliter confligente, dictus vicarius contra hostes resumit vires: & animum, & belli perurgens insultum, eandem Petrum conuertit in fugam, hos milites eius perdit, illos capit, & carceribus mancipat: & tam gloriosissimum & victoriosissimum ex ipsius hostibus triumphum consequitur, quod hostes omnes, prædicto excepto eodem Petro, cum tribus tantum socijs fuga præsidio ab hostili tempore subductis, vel crudelis gladius excidioso contriuit, vel Capitolij carcer adstrinxit. Ex hac itaque debellatione quamplurimum Gibellinorum fuerunt corda concussa, &c. His consentanea scribit Theodoricus Vallicolor a de coniuratione ab Ecclesiâ hostibus conflata ad Urbem opprimendam, diuinaque prouidentia tribuit illam a populo Romano patefactam, discussamque fuisse.

26 Hoc porro calamitosissimo tempore, quo grassari immixtos a Manfredo Saracenos, aliosque impios ecclesias immanibus sacrilegijs violasse in patrimonio B. Petri vidimus, diuina prouidentia in signe miraculû edidit, ut homines ad sanctissimi Eucharistiæ sacramenti venerationem excitaret. Faciebat rem diuinam in agro Vrbeuetano sacerdos, cum dominici sanguinis guttulam in corporalia effluere passus est: quæ, cum complicasset, in omnibus illis plicis purissimo sanguine purpurata visa, atque etiam nonnullis in locis sacræ hostiæ forma expressa apparuit. Rem adeo admirandam consignat historiæ S. Antoninus b subiectis verbis. *Tunc cum curia residebat Urbanus in Vrbeuetari, ubi in loco nõ multum distanti apud Vulsinium, in quadam ecclesia sacerdote celebrante miraculum factum est ex ipso sacramento: nam cum post consecutionem sacramenti gutta aliqua sanguinis ex calice profluxisset in corporale, sacerdos ad occultandum defectum suæ negligentia cooperuit partem corporalis pluribus plicis hoc faciens. Sed reperta est per omnes plicas illas transisse, & reliquisse ibi rubeam admodum sanguinis formam hostiæ in pluribus partibus corporalis: quod quidem corporale ad perpetuam rei memoriam in ecclesia cathedrali Vrbeuetari pro reliquijs reseruatum est: & aliquando populo ostenditur cum magna veneratione.*

27 Iniecit tantum prodigium Urbano occasionem instituendæ quinta feria, ab octaua Pentecostes recurrente: festiuitatis, permotumque alijs etiam grauissimis rationibus ipse testatur, ut nimirum tepescente aliquorum de tanto Sacramento fide, instructa ingentium pompa illius celebritate, impiorum perfidia pudore confunderetur, atque accenderetur bonorum pietas. Et quamuis institutio corporis & sanguinis dominici sub sacris speciebus in incremento Missæ sacrificio feria quinta hebdomadæ sanctioris recolatur; quia tamen Ecclesia tum in plangenda Domini acerbissima morte pijs ritibus occupata est, non ita inter du-

a Ibid. ep. cur. 39.
b Ep. 40.
c Reg. Post 49.
Manfredus Tyburtinis immanet.

d Anonym. auct. vbi sup.

e Ib. ep. 41
Romani proditio-
ne sibi subijcere meditari.

Petrus Vallicolor in Urbani vita.

Petri Vico proditio.

Vrbem tate ingreditur.

Etus medios expromendæ pro tanto beneficio lætitiæ vacare posse in diplomate apostolico edisserit a, post celebratas augustissimi Sacramenti laudes, atque illius demonstratam veritatem: *Litet hoc memoriale Sacramentum in quotidianis missarum solemnibus frequentetur, conueniens tamen arbitramur & dignum, ut de ipso semel saltem in anno, ad confundendam specialiter hereticorum perfidiam & insaniam, memoria solemnior & celebrior habeatur. In die namque cœnæ Domini, quo die ipse Christus hoc instituit Sacramentum, vniuersalis Ecclesia pro pœnitentium reconciliatione, sacri confessione chrisimatis, adimplerimur occupata, plene vacare non potest celebrationi huius maximi Sacramenti. Hoc enim circa sanctos, quos per anni circulum veneramus, ipsa obseruat Ecclesia, ut quamuis in litanijs & missis, ac alijs etiam ipsorum memoriam sepius renouemus; nihilominus tamen ipsorum natalitia certis diebus per annum solemnius recolat, festa propter hoc eisdem diebus specialia celebrando. Et quia in his festis circa solemnitatis debitum aliquid per negligentiam, aut rei familiaris occupationem, aut alias ex humana fragilitate omittitur; statuit ipsa mater Ecclesia certum diem, in qua generaliter omnium sanctorum commemoratio fieret, ut in hac ipsorum festiuitate communi quidquid in proprijs ipsorum festiuitatibus omissum existeret, solueretur.*

Potissime igitur exequendum est erga hoc viuificum Sacramentum corporis, & sanguinis Iesu Christi, qui est sanctorum omnium gloria & corona, ut festiuitate ac celebritate præfulgeat speciali, quatenus in eo, quod in alijs missarum officijs circa solemnitatem est forsitan prætermisum, deuota diligentia suppleatur: & fideles festiuitate ipsa instante intra se præterita memorantes, id, quod in ipsis missarum solemnibus secularibus forsan agendis impliciti, aut alias ex negligentia, vel fragilitate humana minus plene gesserunt, tunc attente in humilitate spiritus, & animi puritate restaurant. Intelleximus autem olim, dum in minori essemus officio constituti, quod fuerat quibusdam catholicis reuelatam festum huiusmodi generaliter in Ecclesia celebrandum.

28 Gerebat Vrbanus archidiaconatum in Leodiensi ecclesia, cum S. Iuliana virgo diuino lumine collustrata tum illi, tum alijs viris pietate & doctrina conspicuis, diuinam de solemnitate celebrata instituta a Christo Eucharistiæ peragenda voluntatem aperuit b. Cui diuinitus obiectam hanc speciem Chapeauillus canonicus Leodiensis in suo tractatu de origine festi corporis Domini refert c: *Tempore iuuentutis suæ, quoties Christi virgo Iuliana orationi indumbebat, magnum et signum & mirabile apparebat. Apparebat, inquam, ei Luna in splendore, cum aliquantula tamen spheræ corporis fractione: quam cum multo tempore conspexisset, mirabatur multum, ignorans quid illi præterderet. Addit auctor, ut sancta Iuliana post grauioribus animi æstus, fufasque ad Deum preces, diuini consilij particeps effecta sit: Tunc inquit, reuelauit ei Christus in Luna præsentem Ecclesiam; in Luna autem fractione defectum vnius solemnitatis in Ecclesia figurari, quam adhuc volebat in terris a suis fidelibus celebrari. Cum illa demissa de se sentiens arduam prouinciam suscipere expauesceret, demum rem totam inter alios Roberto episcopo Leodiensi detexit: qui vocato theologorum concilio, ac dein synodo coacta, in sua diocesi solemnem diem instituit d: cuius litera a memorato auctore afferuntur. Oraculum vero de ea celebritate in vniuerso orbe propa-*

ganda ab Urbano impletum est, cum hæc sanxit: *Nos itaque ad corroborationem & exaltationem catholicæ fidei digne ac rationabiliter duximus statuendum, ut de tanto Sacramento præter quotidianam memoriam, quam de ipso facit Ecclesia, solemnior & specialior annuatim memoria celebretur: certum ad hoc designantes & describentes diem, videlicet feriam quintam proximam post octauam pentecostes, ut in ipsa quinta feria deuota turba fidelium propter hoc ad ecclesias affectuose concurrant, & tam clerici quam populi gaudentes in cantica laudum surgant: tunc enim omnium corda & vota, ora & labia hymnos persoluant lætitiæ salutaris: tunc psallat fides, spes tripudiet, exultet charitas, deuotio plaudat, iubilet chorus, puritas iucundetur: tunc singuli alacri animo, puraque voluntate, conueniant, sua studia laudabiliter exequendo, tanti festi solemnitatem celebrantes, &c. Hortatur Christianum populum, ut conceptam de tanto Sacramento fidem pietatemque in ea celebritate seruanda incendat; iisque indulgentiarum præmia pollicetur, quæ subsecuti postea Pontifices ad stimulandam religionem auxere a: Postmodum, inquit Hocsemius, b continue per plures ecclesias in Germania & Francia a clero & populo celebratum. Sed demum per alias vniuersaliter recipitur ecclesiam, cum Ioannes Papa XXII. constitutionem Urbani super hoc factam, quæ incipit: *Transiturus de hoc mundo ad Patrem; quam Clemens Papa V. obseruari districte præceperat ab omnibus in concilio Vniuersali; fecisset cum cæteris Clementinis constitutionibus celebrari. De his pluribus auctores catholici. Cæterum ex superioribus refellunt blasphemiam Centuriatores c alijque heretici, qui non ex diuino, sed diabolico obiecto vilo duxisse initium impiæ ac sacrilege effutiunt. Sed improborum mittamus deliria, atque ad Vrbanum in moderandis ecclesijs, & alijs ad diuinum cultum spectantibus apostolicas curas explicantem redeamus.**

29 Irreperant ad ecclesiasticos honores in Sardinia, & Corsica impares doctrina, & virtutibus viri: vnde diuini numinis cultus exolesebat: ad quem restituendum Pontifex Turritano archiepiscopo in ijs insulis obeundam apostolico nomine legationem demandauit, atque literis archiepiscopos, episcopos, abbates, & alios dignitate ecclesiastica decoratos, eum honore debito & amore complecti iussit d: legato vero imperauit e, ut in præfules insularum Sardinia & Corsica, qui doctrina tanto gerendo muneri necessaria ornati non essent, inquireret, atque ad eandem Apostolicam, iustam sententiam excepturos, transmitteret. Nec doctrinam modo, verum etiam vitæ sanctitatem in præfules exegisse ostendunt data ad episcopum litera f, quem vitæ dignitatem contaminasse fama attulerat. Si quando, inquit, ecclesiarum prælatos, quos diuina dispositio statuit per altitudinem dignitatis in specula, ut quasi lucerna super candelabrum positi alijs doctrina lumine viam veritatis ostendant, & eos ad salutem laudabilium operum vehiculo exemplari ducant, prolapsi contigerit in deuium; cum peccantium sublimitas maiora facit iudicia peccatorum, tanto ipsi maiori profecto reatu delinquant, quanto potiori honore funguntur; & eo periculosior esse dignoscitur lapsus ipsorum, quo in grauius eorum cedit exitium, & in subditorum vergit perniciem per exemplum. Ipsi namque laxando, instigante humani generis inimico, voluntatum habenas, semet in lacum miserie, ac in lutum facis immergunt: & qui deputati fuerant ad directionem & regimen populorum, facti

a Lib. 3. ep. cur. 160. extat. etiã in Bullar. in Urb. IV

Celeste visum S. Iulianæ obiectum.

b Hocsem. in Henric. in Gueld. c. 6. & Ioã Chapeau. in not. ad Hocsem. c. idem. Chap. in traã. de var. orig. festi. corp. Dom. c. 2.

ut Robertus episcopus Leodiensis id festum corporis Domini celebrauit. de ead. m. c. 6.

a S. Ant. ubi sup. cap. 13. S. 1. b Hocsem. in Henric. Gueldren. cap. 6.

c Centur. 13. cap. 6. col. 633.

Archiep. Turritano legatus in Sardinia.

d Lib. 3. ep. 99. e Ibid. ep. 100. Præfules indocti exauertora ti.

f Ext. in M. S. Vall. signat. C. n. 49. pag. 148. Quatum a vicij ab horrere debeant.

sta idic obato tag

eis in deuiationem potius & ruinam, se tot mortibus dignos reddunt, quot ad subditos perditionis exempla transmittunt, &c.

Vrbani
hostes
clemen-
tia.

a Theod.
Vallio. in
uit. Urb.
b Lib. 3.
ep. 731.

30 Egregium vero Vrbanus Christianæ mansuetudinis exemplum in remittendis hostibus iniurijs explicuit: cum enim ad efferendas tuendasque Vvillielmi Regis Romanorum partes nuncijs apostolici partes in Germania sustineret, a non nullis hostibus captus traditusque vinculis e quibus non sine miraculo ereptus est a, gloriosissime pepercit, cum adepto pontificatu iniuriam vlscisci poterat. De qua re subiectam diploma & præterire silentio non possumus.

*Priori fratrum Ordinis Prædicatorum in
Confluentia Treuirensis diocesis.*

Gemma nulla splendidior in summi Pontificis ornatu geritur, quam sit humilitas, regina virtutum omnium, & corona præfulgida electorum, nec non diuinæ gratissima maiestatis oculis, & & perpetuæ meritoria claritatis. Hanc etenim, cæli decus, & terræ decorem caelestis agni benignitas ira nobis per suam gratiam amabilem reddidit, & nostris affectibus cum sinceræ charitatis insignijs alligauit, quod spinam omnis odij, seu ræcoris a corde nostro præcidimus; & dilectionem illorum in ipso firmissime solidamus, qui nostram innocentiam quandoque calumnijs, & interdum grauibus affixere iacturis. Sane tunc temporis, quo felicitis recordationis Innocentius Papa prædecessor noster Lugduni manebat, nos (qui archidiaconatus Laud. officio eodem tempore fungebamur, de speciali mandato prædecessoris eiusdem ad partes Alemanniæ pro quibusdam ecclesiæ Romanæ negotijs accedentes) Hermannus de Vvillensdorp miles senior, ac Hermannus iunior, & Conradus eiusdem loci fratres, necnon Euheardus de Bicken laici cum quibusdam suis complicibus Treuirensis diocesis ausu capi sacrilego, & spoliatos quibusdam equis, ac certa pecuniæ summa, & quampluribus alijs bonis nostris; detineri fecerunt, aliquandiu captiuatos, clementissima Regina calorum illam nobiscum misericordiam faciente, quod de captiuitate huiusmodi per suæ virtutis auxilium fuimus liberati. Nunc autem Hermannus iunior, & Conradus, ac Euheardus prædicti, sicut ipsi nobis significare curarunt, ad cor Domino inspirante reuersi, de illa prædictorum bonorum parte, quæ prouenit eisdem, ac etiam de illatis iniurijs parati sunt nobis satisfactionem, iuxta suæ possibilitatis exigentiam impertiri: quare humiliter petebant a nobis, vt cum ipsi propter inimicitias, quas se incurrisse asserunt capitales, & viarum discrimina grauiora ad præsentiam nostram venire non possint; dictumque Hermannum seniore iam dudum ex quodam pietatis affectu absolui fecerimus, per te ipsum prouidere ipsis in hac parte salubriter curaremus. Quia vero illius officij dignitatem nos, licet immeriti, ex diuina prouisione suscepimus, in quo & inimicos diligere, & persecutoribus nostris etiam pie tenemur orationis subsidio subuenire, discretioni tuæ præsentium auctoritate committimus, quatenus Hermannum iuniorem, Conradum, & Euheardum prædictos, cum super hoc ab ipsis fueris humiliter requisitus, ab excommunicationis sententia, quam propter præmissa incurrisse noscuntur, vice nostra iuxta formam Ecclesiæ prorsus absoluas, & iniungas eis penitentiam salutarem.

Cæterum eisdem, postquam absolutionem huiusmodi secundum præmissam formam fuerint

assecuti, benigne denunties, quod omnem iniuriam & offensam irrogatam nobis ab ipsis eis remittimus, & emendam, seu restitutionem pecuniæ, seu bonorum, in qua pro damnis illatis teneri personæ nostræ noscuntur diuinæ pietatis intuitu liberaliter relaxamus; iniungens eis nihilominus in virtute præstiti iuramenti, quod abstineant de cætero ab huiusmodi iniurijs & rapinis. *Dat. apud Vrbeueterem VII. id. iul. anno III.*]

31 Adscripta hisce literis, atque alijs pluribus dies Vrbanum commoratum Vrbeueterem docet, vbi biennium egisse Theodoricus addit: sed deum hoc ipso anno, cum Vrbeuetani quandam ecclesiæ arcem inuasissent, ingruerentque hostes, Perusium se contulit; de quo nobis agendum erit, cum de illius morte differemus inferius. Nunc ad S. Ludouicum digredimur, cuius insignia elogium literis ad Templarios datis a de creando Americo Franciæ, vt aiunt, præceptore, commendata filere non possumus: *Habet, inquit Pontifex, vniuersalis Ecclesia in charissimo in Christo filio nostro Rege Francorum illustri, vnde in Rege suo Christo Iesu canticis & hymnis exultet. Habent in Christo religionis cuiusque cultores, vnde Domini nomen in choro laudent ac tympano, & psalterio psallant ei. Ipsi namque Regis Francorum pectus piissimum, gratia caelestis dono perfusum, sic ad cunctas orbis ecclesias & personas ecclesiasticas, religiosas præcipue, vbertim vbera suæ pietatis effundit, vt ipsum experiatur quotidie omnis Christiana religio singulare præsidium, & præcipuum sentiat libertas ecclesiastica munimentum. Vos autem in eo ad singularis iubili canticum causa singularis inuitat: si enim prædenter attenditis: si qua decet attentione notatis, quanta idem Francorum Rex ordinem vestrum, & iura ipsius custodiæ diligentia protegit, & quam diligenti protectione custodit; quantaque vos, & cunctos eiusdem ordinis professores charitatis singularitate profectur; profecto cogemini exauditionis promptitudine loquente fateri, dignum fore, nec minus debitum, vt que a vobis nunc, præsertim cum vestrorum incremento profectuum & multi apud eum fauoris augmento, dignanter exposcit, liberaliter consequatur, &c.* Regijs precibus apostolicas adiungit, vt Americo id munus deferant: de quo etiam ad patriarcham literas dedit b, vt ipsos ad regijs votis gerendum morem adduceret.

32 Egregio quidem virtutis exemplo S. Ludouicus, quamuis Angliam Franciæ æmulam esse non ignoraret, bellumque in Gallias, quoties intestinis vacaret dissidijs, traducere cõsueuisse, regni que limites aucupata occasione proferre latius posset; comparandæ tamen sibi æternæ gloriæ amplificandæque, quam peritura fucataque auidior, Anglum inter, eiusque optimates pacem conciliavit: cuius facti gloriam Vrbanus gratulatorijs literis commendauit c, sententiamque ad Regis Anglorum gratiam Ambiani in celeberrimis procerum conuentibus latam corroborauit. Agebatur an Rex Angliæ sancitas Oxonia leges seruare teneretur, quas ille regiæ maiestati aduersas, ac per vim extortas, atque ideo infringendas contendebat: quin etiam summus Pontifex dati tunc sacramenti religione illum soluerat: d verum nobiles suæ libertatis, vel potius augendæ potentæ, regiæq. imminuendæ auidissimi, datam fidem violare non posse asserbant.

33 At non diu tenuit in Angliæ pax, quam Rex sanctus Ambiani sanxerat: nouarum enim rerum cupidi proceres, cum ex regia auctoritate

Remittit
ijs omne
iniuriam.

Sibi ere-
pta condo-
nat.

a En
col. 7.
fig. 4.
n. 49.
149.
Vrb.
lit. ad
plano
S. Lu-
ci cu
eligi
b Lib.
52.
S. Lu-
ci m
da A
studii
c Lib.
cur. 1
d Lib.
62.
Angl
proc
ab R.
defect
te

te pristino splendori restituta rescissis legibus, quas per vim & metum ab Henrico Oxonij extorserant, suam imminui ac labefactari interpretarentur; Leycestria & Glouernia comitibus præcipuis bellifacibus, in arma coorti sunt: commissoque prælio, dum Eduardus Londinenses in fugam auersos maternæ iniuriæ vlciscendæ causa longius persequitur, ex eius absentia debilitato regio exercitu, cum maxima eius pars ad diripiendæ rebellium castra sese effudisset, occasionem aucupati regias copias perrupere: atque in ardentissimo conflictu Henricus ac Richardus in potestatem hostium deuenerunt. Reuersus victor Eduardus, patrem captiuum reperit, illiusque recuperandi cupidus prælium redintegrat: sed a suis, quos pavor nimis perculerat, destitutus cedere prælio coactus est. Hæc erat funesta rerum Anglicanarum facies, quæ Pontificis animum maximo dolore confecit: vtque auctoritate apostolica comprimeret, qui regiam calcauerant, Guidonem Sabinensem episcopum legationis munere auctum, qui sub Clementis nomine postea pontificatum gessit, in Angliam ire iusserat: sed perduelles vias vndique armatis obsepsere, ne appellere posset: quos legatus, excitis nonnullis ex Anglia episcopis, anathemate perculit, Angliamque interdicto subiecit. Hæc pluribus Theodoricus Vallicolor a, Matthæus Vvestmonasteriensis, b & Continuator Parisij: quorum duo postremi procerum defectionem perperam defendunt. Cæterum ingentes eiusmodi in Anglia tumultus non solum illud regnum quassauerunt, verum etiam obstiterunt, ne Germania tot annis ob duorum Regum electionem iactata conquiesceret.

34 Nec in Anglia modo nobiles aduersus Regem suum insidias conslauere, verum simile quoque flagitium Nauarræ proceres tentauerunt: atque coacto concilio, percussioque sædere e suis vnum elegere, cui iureiurando morem gerere sese deninxere. Quæ res cum regiam auctoritatem elideret, Pontifex defendendas Nauarræ Regis partes suscepit, atque archiepiscopo Burdegalensi prouinciam demandauit, c vt ad iniquum sædus dissoluendam operam nauaret.

35 Fremebat tum temporis maritimæ Hispaniæ Africa obiectæ partes Saraceno bello: & Alfonso ad procerum Angliæ, qui Imperij æmulum carcere incluserant, causam defendendam inhians, arma ad propulsandos Mauros, d qui ex Africa ingentes copias Hispaniæ inuexerant, conuertere coactus e est. Excitauerat ipsos Mahomad Alhamar Rex Granatæ Castellanae aulae fiduciarus, qui communicatis cum Hudiele Murciæ Rege defectionis consilijs, Christianorum iugum rebellibus ceruicibus depellere conatus est. Attulere ingentes prima irruptione Christianis clades Saraceni: ad quos comprimendos Alfonso Hispalim, raptim collecto exercitu, se contulit, commissoque prælio maximam eorum fragem edidit, multoq; Christiano cruore stetit victoria. Excituit in auxilium Aragonum Regem Iacobum, qui in Mauros egregia virtutis bellicæ facinora explicuit, Murciamque expugnauit: de qua parta victoria suo loco inferius discretur. f

36 Interea flagitauerat ab Urbano Alfonso, vt Hispalensi archiepiscopo apostolica auctoritate concederet, vt crucem non in sua prouincia modò, sed tota Hispania sibi præferre posset. Quamquam enim ex antiquo more id omnes in Hispania archiepiscopi præstarent, atque eodem iure potiri se posse non ambigeret; id tamen a

Pontifice concedi & confirmari postulabat: suasque etiam archiepiscopus preces cum regis coniunxerat porrexeratque, quas Urbanus benigne admisit. a

37 Adiungimus Hispanicis rebus, Alfonso Castellæ & Legionis Regem, Richardi in Imperio æmulum, magna contentione apud sedem Apostolicam, vt sibi Imperiale insigne decerneretur, instituisse. Præfixerat, vt vidimus, preceptorum terminum Pontifex electis Regibus ad dicendam causam: & quidem Alfonso oratores, qui antea apostolicum iudicium subire recusarant, assuere: Richardi vero, qui admiserant, non stitere. Quod cum ob subitos bellorum ingruentium motus, quibus Anglia fluctuabat, ipsemet Richardo capto a perduellibus, accidisset; Pontifex dicendæ causæ diem protrahendum hisce literis decreuit. b

Vrbani, &c. ad futuram rei memoriam.

Inter charissimos in Christo filios nostros Alfonso Regem Castellæ ac Legionis illustrem, & Richardum in Romanorum Regem per electiones varias in discordia celebratas electos, super obtinenda Imperij dignitate, inimicus homo contentionis materiam suscitauit. Et licet tam tempore recordationis Alexandri Papæ prædecessoris nostri, quam nostro, ad sedandam cõtentionem ipsorum, sedis Apostolicæ circumspccta prouiso diuersos exquisierit modos, & vias; & propterea voluntatem in hoc nihilominus partium, expresse litigare se nolle dicentium, prosequendo, distulerit inter eas iudicis partes assumere; quia tamen id iuxta ipsius sedis desideria prouenire non potuit, tandem procuratores memorati Regis Castellæ in nostra & fratrum nostrorum constituti præsentia, inter cætera cum instantia postularunt, ipsi Regi consuetum fauorem, & debitam in huiusmodi negotio iustitiam exhiberi: procuratores verò memorati Richardi simili petitione, ac nonnullis alijs præmissis, quæ putabant suæ intentioni congruere, obtulerunt eius nomine se paratos (quantum mandati, quod ab eodem Richardo habebant, se vires extenderent) ecclesiæ Romanæ, ac nostrum subire iudicium, si quis forsitan appareat, qui eum super præmissis vellet impetere, aut aliud proponere, per quod posset præiudicium ei generari. Nos autem eorumdem electorum concordiam, tanquam toti mundo perutilem, nobisque ac ipsi ecclesiæ Rom. votiuam & pacificam, prædicti ordinationem Imperij multo desiderantes affectu, deliberauimus sic petitioni exhibendæ iustitiæ, ad quam partium instantia nos cogebat, annuere, quod tractatus concordiæ, ad quos nostra suspirabat, & adhuc suspirat intentio, nequaquam deserere videremur; & ideo ad eosdem electos nuntios nostros, qui eos ad pacis vnitatem inducerent, duximus destinandos, ac ipsos nihilominus de prædictorum fratrum consilio, per eosdem nuntios citari fecimus, vt secundo die mensis maij proximo prædicti, apostolico conspectui se per procuratores idoneos præstarent, qui eorum conscientia conscij, legitimum & plenum mandatum ab ipsis haberent, ad pacis tractatum, si Dominus concederet, inuendum; & ad procedendum in ipso negotio, prout honori Ecclesiæ ac pensata talis & tanti conditione negotij, expedire sine offensa iustitiæ videremus: sicut in literis nostris, super citationibus confectis huiusmodi, plenius continetur.

38 Adueniente vero termino memorato, & pro eodem Richardo nemine comparente cum sufficienti mandato ad ea, quæ in præmissis continen-

a Lib. 3. ep. 302.

De Imperij inter Alfonso Regis Castellæ & Richardi cõtrouersia.

b Ibid. ep. 314. Ex. etiam in dicto Cod. Vall. pag. 13.

Vt ij subterfugerent inter iudicio Alexandri IV.

Subiecerint se postea Vrba ni iudicio

Vt Pontifex ad cõciliandam inter eos concordiam incubuerit.

Præfixerit vtrique electo die ad causam dirimendam iudicio.

Comparare Alfonso oratores.

Henricus & Richardus in rebellium manus incidunt.

Eduardus Henrici filii redintegrat prælium, sed a suis deseritur: Guido Card. legatus arce aditu in Angliam.

Synodum in Gallijs cogit ac rebelles percellit anathemate.

Theod. Vallicolor. sup. Vvestm. in Flor. hist.

Nauarræ proceres cõtentione in Regem.

Vrbani iussu dissoluta. Lib. 3. ep. 97.

Africani in Hispanias irrumpunt.

Iohan. Marian. de reb. Hisp. t. 13. c. 15. e Monac. Pad. chr. lib. 3.

A Mahomade & Hudiele Mauris Regibus exciti. Fusi prælio ab Alf. Castell. le Rege. Iacobus Rex Arag. in belli societatem venit.

Ann. 1266. Archiep. Hispalensis in tota Hispan. crucem sibi præferre poterit.

mentur citationis edicto; venerabilis frater noster Martinus Legionensis episcopus, & dilecti filij magistri Ioannes Alfonso capellanus noster archidiaconus Compostellanus, & Rodolphus de Podio Bonizi comparentes pro eodem Rege, ac sub sigillo ipsius literas exhibentes (per quas tam eorum singuli, quam venerabilis frater noster G. Siluensis episc. procuratores, actores, negotiorum gestores ab ipso Rege constituuntur, & ordinantur in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis, ad petendum a nobis Imperij coronam, quam idem Rex sibi debitam asserit; & ad agendum, respondendum, defendendum, & tractandum iura sua Imperij, ac omnia factum ipsum contingentia, & quidquid honori eiusdem Regis expedire viderent, siue in ordinario, siue in extraordinario iudicio, ageretur) inter alia petierunt præfatum Regem, ad suscipiendum de nostris manibus Imperij diadema vocari, & iuxta petitiones aliàs porrectas ab ipsis, & in nostra & eorumdem fratrum præsentia repetitas in negotio prædicto procedi, diuersæ partis absentia non obstante; præsertim cum nihil ab ipsa peterent, sed ad exauditionem petitionis suæ nostrum officium implorarent. Verum dilecti filij magistri Guillelmus Rossensis archidiaconus, & Guillelmus de Corneria capellani nostri, ac Robertus de Barro, qui alias pro eodem Richardo huiusmodi negotium fuerant prosecuti, quibusdam exhibitis pro ipso excusatorijs literis, eiusdem electi absentiam (cuius causas, videlicet turbationem regni Angliæ, ac alias dicebant esse notorias) excusantes allegabant, eo absente ac taliter impedito, non esse in prædicto negotio procedendum. Licet enim ab ipso nihil per partem alteram peteretur, illud tamen petebatur, quod non poterat sine præiudicio iuris ipsius, quod eundem Richardum plenum in Imperio habere dicebant; quin potius sine illius extinctione concedi: unde cum huiusmodi petitio ipsum contingat, & principaliter ius ipsius impugnet, illius discussio eiusdem Richardi præsentiam per se, vel per alium sufficientem ac plene instructum, ad tantum negotium, quod eodem Richardo taliter impedito, fieri non poterat, proculdubio exigebat: propter quod dicebant, in eodem negotio non debere, ac petebant, nullo modo ipso sic absente procedi.

39 Nos autem his & alijs, quæ fuerunt hinc inde proposita, plenius intellectis, & cum eisdem fratribus nostris plena deliberatione discussis; licet inuenerimus peruenisse ad vtramque partem præmissæ nostræ citationis edictum; tamen circumstantias tanti negotij & totius orbis turbationes multiplices, quæ non solum partes easdem, sed & nos & ecclesiam Rom. circumstrepunt, attendentes; ac illam sequentes iuris censuram, qua humanum esse censetur, propter casus fortuitos dilationes accipi; deliberauimus cum eisdem fratribus nostris, in præsentia negotio processum nostrum, quoad ea, quæ præmissa citatio continet, ad præsens, ex præmissis; & alijs iustis causis & euidentibus sustinendum. Et ideo iuribus partium, & ipso negotio in omnibus & per omnia in eo statu, in quo nunc sunt, omnino manentibus, terminum vsque ad annum, computandum a festo B. Andreae Apostoli venturo proximo prorogamus, præmissum interim nullo modo neglecturi negotium: sed sicut in votis gerimus, sic illi cum diligentia vacaturi, quod etiam si medio tempore, Domino fauente sermone, ad

expediendum ipsum, vel alia in illo, vt circa illud ordinanda competens via patuerit, ad ea, illo qui potest nostrum dirigente processum, prout expedire videbimus, procedemus.] Consentiunt his quæ scribit Theodoricus Vallicolor. a

Quamuis egregie proponeret vtraque pro se Pars, coram Papa causa vocata fuit. Sed cupiens animo tantis imponere factis Finem, præfatus pastor vtrumque citat. Richardus minime venit, nec misit: ab eius Hostibus & dicto Simone captus erat. Solemnesque viros Hispanus misit, & eius Cordis secretum certificarat eis. Sed quia tunc aberat pars altera, terminus alter Assignatur eis, sufficiensque dies.

40 Decidere causam de Imperio Alfonso inter & Richardum controuersam Urbanus non potuit, cum ad diem ab eo sequenti inclinante anno constitutam superstes vitæ non fuerit: atque ita res, dilata toties, exitu caruit. Ac demum sublato Richardo, Alfonso iure cedere coacto, Rudolphus Habsburgensis comes Imperio est positus, sed de his postea. Interea pendente de Imperio lite, dum electi bellis grauissimis impliciti, Alfonso in Hispania contra Mauros dimicaret; Richardus procerum Angliæ in fratrem coniuratione oppressus esset; Germania diuersis factionum turbinibus agitabatur: quibus concussa grauissime Colonia fluctuauit. Coniurarant Colonienfes in Engelbertum archiepiscopum, quem superiori anno sacratum ab Urbano, atque in ea sede confirmatum ostendunt literæ pontificiæ: ac præsumptum nihil cogitantem repentina impressione facta in palatio ceperant, profciderant contumelijs, per plateas raptarant; denique vna cum ipsius fratre domino e Falkember in carcerem compegerant. Sed cum meritum sceleris supplicium imminere præfagirent, ea lege ipsum carcere eduxere, vt sacramento sese deuinciret, nunquam de acceptis iniurijs conquesturum, vltionemue expecturum. Quo audito Urbanus, sacramentum, vt plenum fraude vique extortum, conuulsit: atque archiepiscopo in eos, qui diuina præsentibus ijs, qui tantum admiserant scelus, celebrarant, animaduertere imperauit. b

41 *Nos qui fratrum & coepiscoporum nostrorum offensas proprias reputamus, illatas tibi tam graues, tam atroces, & enormes iniurias non tam in tuum opprobrium, quam in illius contemptum cedere, qui (euangelica veritate testate) se in suis ministris recipi testatur & sperni; nec minus in prædictæ Colonienfis ecclesiæ, ac ecclesiastica libertatis grande dispendium vergere non indigne pensantes; ac volentes propterea, frater, inductum contra hac iniurandi vinculum, quo te detentus in carcere, vt prædicatur, obligasti, de apostolica dissoluere plenitudine potestatis; te ab huiusmodi iuramento, quo tam grandi malefactorum astutia diceris obligatus, vt eo non obstante ius tuum persequi, ac iniuriam in te ipsi ecclesiæ tuæ illatam vicisci libere valeas, sicut huiusmodi iuramento non præstito id licite facere potuisses; nec propterea reatum periurij, seu quamuis infamiae notam incurras, cum trahi non debeat ad coactæ voluntatis opprobrium, quod illicita conditio necessitatis extorsit; auctoritate presentium duximus absoluentum. Caterum quia nonnulli presbyteri & clerici Colonienfes, prædictorum excessuum non ignari, coram præfatis sacrilegis scienter præsumpserunt & præsumunt celebrare diuina, ne ipsorum insolentia remaneat impunita, volumus quod tam auctoritate nostra, quam tua contra eos officij tui debi-*

Postularunt Re-gis nomine imperiale infigne.

Excusate literis Richardi si procuratores non miserit.

Urbanus sententiam ferre differt.

Quem terminum constituerit.

Illu...
 alic...
 rem...
 cilia...
 hinc...
 Nen...
 ex...
 pot...
 Imp...
 sed...
 plur...
 G...
 in G...
 ni...
 ter...
 tur...
 ar...
 In...
 n...
 epis...
 con...
 tio...
 14...
 Ill...
 ar...
 sy...
 &...
 ne...
 ni...
 ge...
 b...
 149...
 cod...
 fig...
 n...
 149...
 V...
 lit...
 ch...
 lon...
 P...
 lib...
 &...
 Ref...
 P...
 ram...
 iniqu...
 O...
 ru...
 B...
 eo...
 67...
 S...
 tes...
 q...
 lit...
 diu...
 ge...
 cor...
 he...
 fac...
 per...
 mun...
 ex...
 ri...
 iust...

debitum exequaris, &c. Dat. apud Vrhemuetenem. VII. id. martij.

Colonienses archiepiscopus & vinculis eduxerint

42 Non impulsus sceleris conscientia archiepiscopus Colonienſes restituerant libertati, sed ingruente illius clientum ac fœderatorum exercitu percussit. Cum enim ipſorum rebellionis fama percubisset, Leodiensis ac Monasteriensis episcopi, Luxemburgensis dux, & comes Gueldrenſis Coloniam adularunt, vt archiepiscopo opem ferrent: at ij numquam laxare vinculis voluerunt, ni dicti episcopi ac viri prænobiles iureiurando fidem obligarent, se ipſis contra archiepiscopum auxilia laturos, si ultionem aliquam ob id reposcere meditaretur. Quo ad sedem Apostolicam perlato, Urbanus huiusmodi sacramenta rescidit, ne pessimi exempli pernicies in alios serperet, Colonienſes anathemate defixit, & archiepiscopum violatam ecclesie sue dignitatē iussit vlcisci: & ne episcopi Leodiensis, & Monasteriensis, Luxemburgensis dux, Gueldriae comes, alijq; viri principes aliqua religione in suscipienda Colonienſium causa tenerentur, ipſos Pontifex omni iuris iurandi præsiti nexu exoluit: qua de re extant literæ ad episcopum Leodiensem datæ. b

Vrb. l. 3. ep. 151.

43 Vt archiepiscopum Colonienſem aduersus rebelles subditos Urbanus tutatus est, ita principum maiestatis ab audacium iniurijs vindicandæ cupidus, Iacobum Lundensem c, grauissimarum in Regem Dania iniuriarum reum, missis nuntijs d, dignitate cedere iussit, cum ob id; tum vero maxime, quod ad tantam proteruiam peruenisset, vt orationem dominicam ac symbolum emendare, vel corrumpere potius, ausus esset: quo facto hæreseos suspitione laborabat.

Ibid. ep. 149. extr. cod. Val. sign. lit. C. p. 49. p. 49. Iacobus archiepiscopus (Lundensis) Sede deiecit. Ibid. ep. 147. Ep. 148. Illius Vegetania in simbolo & oratione dominica corrigendis. Ep. 116.

Vtque impium præfulem ornamentis honoris exuit, ita marchionem Misnensem ob insignem illius pietatem collaudauit, cuius sensu delibutus singulis diebus inuocando dominici corporis sacrificio interesse cupiebat: permisitque, e vt si qua premeret aliquando necessitas, circa vltimam noctis horam celebrandam rem diuinam coram se peragi iuberet.

Lib. 3. ep. 670.

44 Ingentibus vero laudibus pium Othocari Bohemiae Regis in amplificanda, tuendaque aduersus barbaros fide zelum extulit; accenditque f magis, vt in Rhutenos, Lituanos, ac fœderatos impios alios Christianæ religionis hostes arma susciperet: ingentibus enim cladibus Poloniam ac Prussia coniuncti Pruthenis infidelibus, cum sustinendis eorum viribus cruciferi equites pares non essent, attriuerant g. Ad quorum frændandum furorem sacram militiam Pontifex, dato crucis simbolo, indixit: h atque Othocari Regi omnes Rhutenorum & Litanorum terras armis comparandas apostolica auctoritate attribuit. i

Long in hist. Pol. lib. 7. h Dubrau. hist. Bob. lib. 17. Accendit Othocari Reg. Bohem in eos Pont. Ead. ep. 670.

Regi Bohemia illustri.

Agimus Deo laudes & gratias, quod sicut fama tuae præconium patenter infinuat, tu velut fidelis athleta Christi solerter intendis ad ampliandum inter barbaras nationes cultum nominis Christiani. Vnde tibi, velut catholico & deuotissimo principi, cum fiducia scribimus, super his maxime, quæ augmentum orthodoxæ fidei contingere dignoscuntur. Accepimus enim quod Rhuteni schismatici, & Lituani, ac alij habitantes in eorum confinibus, qui Deum non colunt, sed blasphemant potius nomen eius; vna cum Tartaris eorum complicibus, quibus sunt fœderatam nato coniuncti; Poloniam hostiliter frequen-

Vrbani lit. ad Regem Bohem.

ter inuadunt, eis nemine resistente. Ipſi etiam, quicquid est in Prussia per dilectos filios fratres domus hospitalis S. Mariae Theutonicorum Ierolimitanorum auxilio sedis Apostolicæ, Christianique fidelium, non absque plurima effusione sanguinis acquisitum, conantur destruere, intendentes fidem Christianam exinde totaliter extirpare. Ideoque serenitatem regiam rogamus, & hortamur attente, tibi nihilominus in remissionem peccaminum suadentes, quatenus ad eiusdem fidei tuitionem, & sui cultus ampliacionem contra schismaticos, & alios prædictos potèti manu procedas. Nos enim apostolica tibi auctoritate concedimus, vt terræ Rhutenorum & Litanorum, quas per ministerium tuum ad Christianam fidem, fauente clementia diuina, conuertit, vel per te expugnari contigerit; dummodo prædictis fratribus, seu quibuscunque alijs catholicis ius in terris eisdem non competat; collocatis in eis Christi fidelibus in tuo, & heredum tuorum dominio perpetuo debeant permanere. Dat. apud Vrhemuetenem. II. nonas iunij anno III.]

Poloniam & Prussia a schismaticis & infidelibus vastatam exponit Font.

Rhutenorum & Litanorum terras armis comparandas ipsi attribuit.

45 Excitatum refert Dubrauius a apostolicis monitis Othocarum Regem crucis, symbolum accepisse in Rhutenos & Litanos, atque vna cum Austriacis Morauisque, Brumone Olomucensi episcopo, & Othone marchione Brandenburgensi ex sorore nepote, quadrato agmine in hostem Prussia infestantem mouisse: quem cum primo impetu fregisset, victos ad Christiana sacra amplectenda adegisse. Addit auctor de baptismo magna pompa duobus Pruthenorum ducibus impertito: diuisi quippe animis & religione erant Prutheni, e quibus ij, qui Ecclesie nomen nondum dederant, Rhutenis, Litanis, ac Tartaris, a quibus cruciferos magnis attritos cladibus vidimus, erant coniuncti: Duces primum a Brumone episcopo aqua & chrismate tinguntur, quorum alterum Rex de more a lauacro suscipit, alterum Otho Brandenburgensis: atque uterque nomen suum suscepto imponit, Rex suum Othocarum, Otho item suum Othonem vocans: amboque Rex veste ex serico candida auroque intertexta induit, & vt amicos consaluat. Post hos cetera multitudo certatim ad fontem sacrum properabat, non ex eo loco tantum, sed ex tota insuper Prussia, quam Rex vsque ad mare victor peragravit. Subdit vrhem Montemregalem in maris littore ad Pruthenos in officio continendos magnis operibus a Rege conditam; & aliam a Brumone episcopo, cui suum nomen indidit, vt in ea episcopus præset: atque Othocarum, ijs gloriosissime perfectis, iactare solitum, se a mari Adriatico ad oceanum Bohemiae terminos protulisse.

Dubraui lib. 17. Eximia Othocari facinora in Prussia

Victi barbari baptismo illustrati.

Exstructæ ab Othocaro arces

Bohemia ab eo amplificata.

46 Simili religionis Christianæ amplificandæ zelo Boleslaum Pudicum Cracouia ducem aduersus Iaczingos sacra arma suscepisse, Longinus refert b: quo bello Iaczingorum gentem ita delatam tradit, vt ipſorum nomen suis temporibus omnino interijset. Massouia, Russia, ac Lituania terras conterminas incolebat, sapiusque in Boleslai Pudici Cracouienſis, & Sandomiriensis ducis ditionem magno terrore excurrerebat: quæ res principem ad nationis ferocissimæ exitum impulit: cuius etiam loca Pontifex, cum eam sub iugum misisset, ob illius perfidiam concesserat. Erant ij ad bellum audaces, laudisque apud suos comparandæ audacissimi: vnde cum eorum gesta, qui fortiter occubuissent, decantari apud ipſos solebant, ea spe immortalitatis gloriæ incitati, omnia penetrabant discrimina, nullam quamuis iniquam pu-

Longin. hist. Pol. l. 7. hoc an

Iaczingi infideles a Boleslao Pudico profigari.

plagam detrectabant; adeo vt decem ex ipsis centum Christianos lacefferent, aut vincere, aut mori paratissimi. Quare cum numero obruendi forent, maximo exercitu succinctus in eorum terras Boleslaus irrupit, atq; instructo agmine in formidandum hostem mouit. Barbarorum dux Comath in Christianos aciem educit, commissoque pralio anceps diu exitit, victoria: demum barbari, fugere nescij, Polonorum gladijs concisi fuere. Supererat imbellis colonorum multitudo, quos omnes Boleslaus intentata capitis sententia baptismi sacra amplecti iussit: alij ad Lituanos fugerunt, alij in Poloniam concessere; gentisque nomen extinctum est.

47 Erecta etiam in Lituania Christiana res: nam Stroynath tyrannus Christianorum hostis, qui Mendolpho anno superiori occiso principatum corripuerat, cruore partum, cruore amisit: Voyslak enim Mendolpho filius, qui in Russia disciplinam monasticam colebat, patris necem vlturus in Lituania venit, insidijsque tyranno comparatis, e medio ipsum sustulit; & quamuis in monachum attonsus, coronam cruentam capiti imposuit.

48 Quod ad Tartaros spectat, quos vna cum Lituanijs, ac Rhutenis Poloniae, & Prussiae magnas clades intulisse, ex pontificijs literis datis ad Bohemiae Regem vidimus. Moliebantur illi exitium aliquod Christianae reipublicae inferre: vtque sua felicius consilia perducerent, Vngarorum Regis affinitatem iterum expetebant, vt eius vlti potentia, atque aditu in Christianorum terras ecurrendi libero dato, Europam suae tyrannidi subiicere possent. Quo accepto Vrbanus Belam literis apostolicis monuit, ne ea affinitate genus praeclarissimum foederet: tum ad Stephanum eius filium, vt ab ea longe abhorreret; tum ad regni praesules, vt ad rem discutiendam incumberent scripsit. Porro Tartarorum Regem cum Vngaro affinitatem iungere affectasse ex superioribus vidimus.

Charissimo in Christo filio Bela illustri Regi Vngariae.

Per facti euidentiam tibi, & vniuersitati fidelium de regno Vngariae in perpetuum deplorandum agnoscitur, qualiter damnabilis feritas Tartarorum suam potentiam ad Christianae religionis exterminium experitur. Digne igitur non solum admiratione concuti, sed debemus etiam stupore perfundi, dum per aliquos fide dignos, corde tamen anxios, & oculis lacrymosos, nobis asseritur, quod tibi a Tartarorum ipsorum calliditate subdola, per quosdam fallaces ipsorum nuncios, vel potius exploratores pestiferos suadet, vt tu & charissimus in Christo filius noster Stephanus Rex primogenitus tuus eis atringi parentelae vinculo, vel vniri quocumque amicali foedere studeatis: quasi te, ac primogenitum ipsum, & alias praedicti regni personas inclinatas & discretas ita fore simplices arbitrentur, vt nolitis iugiter habere praer oculis, qualiter item iam dicto regno facta per ipsos olim fuerit effusio sanguinis innocentis.

49 Ha Deus! quae conuentio lucis ad tenebras vel quid ad plebem catholicam & deuotam cum infidelium communionem perfida, seu damnatorum hominum participatione dolosa? Vel quid etiam lupos rapaces, & perditionis, ac dispersiois semper audos, cum Pastoris aeterni contumelia, & Agni caelestis offensa ouium gregi mitissimo applicari, vel columbas colubris conuiri?

Ha Deus! quod ad gentem impiam & a sancti nominis tui notitia penitus alienam, ad hoc intendere, vt redemptos glorioso pretio tui sanguinis sub quodam consanguinitatis, vel affinitatis, aut confederationis amictu possint suae perfidiae contagio maculare; ac in illam per consequens deuenire potentiam, vt de Vngariae partibus & locis conterminis deleatur omnino tuae reuerentia maiestatis. Sit igitur in odium tibi, fili charissime, temporibus audiuisse praeteritis, vel in diebus audire futuris, quod gens tam spurcica, tam profana tecum vel cum eodem primogenito, aut cum aliquibus personis eximij regni tui commune quid habeant, nisi forte quod veniat ad Regis aeterni cultum beatissimum; si tamen hoc ei desuper sit concessum: vel quod opportuno loco, & tempore se videat sub vexillo tuae celsitudinis, fauente virtutis diuinae subsidio, ruinam irreparabilem incurrisse.

50 Ecce, fili charissime, nostrum super praemissis affectum sub quodam verborum compendio districte ac plenarie audiisti. Attentius itaque, ac vigili sedulitate conspicuus habearis, vt si amodo tibi, ve eidem primogenito, aut quibuscumque alijs praefati regni potentibus verbum de tam indigna & iniqua materia proponatur, illud tam cito per tuas literas, & nuncios speciales ducas in notitiam sedis Apostolicae, vt super hoc ab ipsa tibi decens & salubre possit consilium provenire: alias autem cor nostrum profundi doloris pungeretur aculeo, nec possemus coniuuentibus transire oculis, aut sine debita studio vltionis, si, quod absit, tua sublimitas propriae voluntatis arbitrio, vel pernicioso alicuius instinctu seducta, faceret, aut permitteret aliquid in hac parte fieri, quod diuinae, ac nostrae posset voluntati oppositum existimari, seu praedicti regni tranquillitati contrarium, aut redundans in catholicae fidei detrimentum. *Datum apud Vrbanueterem v. kalen. februaryj anno III.]*

51 Discussa sunt ea Tartarorum foedera, atque Vngari ad excipiendos eorum imperus se compararunt. Obtinuit vero a Bela Regina Vngariae, pijsissima foemina, vt arcem munitissimam in montis supercilio excitaret, quo pauperes, ac viduae, quoties Tartari irrumperent in Vngariam, confugere possent: infestabatur enim hisce temporibus huiusmodi Tartarorum excursionibus Pannonia. Cuius arcis donationem ab Rege factam Pontifex sua auctoritate communiuit. a Nec modo Tartari, verum etiam Cumani, qui in eodem regno versabantur, grauiora mala ac damna fidei Christianae inferebant. Quare Vrbanus Strigoniensi & Colocensi archiepiscopis canendi in eos sacri classici, & cruceata signa explicandi prouinciam iniunxit b, vt eos, qui baptismo abluti essent, Christiano ritu viuere cogent, alios ad baptismi sacra suscipienda inducerent.

52 Cum vero ad felicem Vngariae statum mutua parentis Regis, ac filij animorum consensio necessaria esset; admonitus Vrbanus quosdam praesules intempestiuus susurris eorum principum iras asperare atque animos abalienare; priori prouinciali Praedicatorum partes iniunxit, vt apostolica auctoritate eiusmodi perniciosos homines compesceret: atque archiepiscopum Strigoniensem & Vesprimiensem episcopum, vt ad perficiendam rem operam collocarent, sollicitauit. Caterum exarsere adeo odia, vt Bela ac Stephanus primogenitus, improborum susurris in odia efferati, aduersis exercitibus concurrere meditarentur, ac Stephanus

Excelsum
penitus
barbarae
genis no
men.

Stroynath
Lituan.
tyrannus
caelus.

Long. hist.
Pol. lib. 7.
hoc ann.
Voyslak
monach.
paternu
regnum
sulcipit.

Ve Tartari
Vngaros
sibi foede
re deuin
cunt nitā
tur.

Pontificij
pro abru
pendo eo
tractatu
studium.
a Lib. 3.
parte vlt
ra ep. III
b Reg. post
eand. ep.

Literae Vr
bani ad
Vngar. Ke
gem.

Admonet
Pon. Be
lam Rege
periculi.

Fraudes
barbaro
rum ape
rit.

Infidelium
affinitate
detestand
am esse.

nus filius Cumanorum auxilia sibi adsciscere, Bela excire alios barbaros cogitarent, Pontifex, vt ad priorem amorem ipsos reuocaret, flebilibus literis Belam hortatus est a, vt discordiarum semina praefocaret: miseretur Vngariae, quae a paganis conculcata erat: arma in Saracenos, non in propria viscera vertenda: illa incendia instinctu demonis excitari.

Bela illustri Regi Vngariae.

Nimis aliquando fuit nobis horridum audire discrimina illata regno Vngariae a feritate damnabili Tartarorum: horribilibus quidem & amarior est cordi nostro illa percipere, ad quae humani generis inimicus te & charissimum in Christo filium nostrum Stephanum Regem primogenitum tuum dicitur instigare. Sane tristes audiuimus, & referimus cum dolore, quod inter te ac eundem primogenitum materia dissensionis exorta, ipse contra te Cumanorum, tuque contra eum paganorum de Liuania & aliorum infidelium vicinorum auxilium intenditis inuocare; ac hostilem congressum adinuicem experiri: de quo non solum praedicto regno, sed etiam multitudini fidelium, manentium in locis conterminis, graue in personis & rebus posset periculum imminere.

53 Quia vero nil magis nostris incumbit affectibus, quam quod vnuerſi Christi fideles ad obtinenda transitoria pacis gaudia, & consequenda quietis aeternae praemia, fauente Regis aeterni clementia, disponamus; celsitudinem tuam affectione paterna requirimus, & per Dei misericordiam obsecramus, ac etiam nihilominus sub excommunicationis poena tibi districtius inhibemus, quod ad tam crudele propositum exequendum aliquo modo non procedas, sed ad hoc tui dirigas virtutem animi, & acumen conuertas ingenij: vt tu & idem primogenitus in tranquillo & suauis regimine fidelium vestro dominio subditorum sitis vnanimis, & alios bonis operibus in conspectu Dei & hominum relucens, diuitias & thesauros vestros, quos in vestram & regni praefati es fundi perniciem inconsulte suggerit impetus voluntatis, in pietatis opera conuerſuri; scilicet in subsidium Terrae sanctae, vel in consolationis abundantiam ecclesiarum, monasteriorum, & alij pijs regni praedicti locis, destructis per Tartaros, opportunam seu necessariam orphanis pupillis, & viduis, aliisque pauperibus, & egenis. Haec etenim sanctae opum effusio erit vobis in acquisitionem perpetuam clarum nominis, vel potius ad gloriae meritum, quo ciuium gloriosa fructur acies aeternorum. Haec etiam bonorum beata dispersio aliorum excellentiae principum erit in salutiferae largitatis exemplum.

Tu igitur, fili charissime, infusam cordi nostro tristitiam de illa intentione pessima, quam tu & idem primogenitus ad instinctum tenebrarum principis damnabiliter concepistis, festinus nobis conuertas in iubilum, & tori caelestis curiae in solemnia gaudiorum; pro firmo ducens, quod si tu & idem primogenitus nostri desiderij pietatem promptis affectibus ad effectum in hac parte duxeritis, nos semper vobis in Domino gratiosos & affabiles sentietis: alias autem vestro commodo & honori grauius derogasse dolebitis, si quod a nobis tam pie, tam affectuose depositum, in negligentiam transeat, vel contemptibiliter omitatur. *Dat. apud Vrbum vrbem vrbem IV. non. february anno III.*

54 Perstrinxit b alijs literis Vrbanus Stephanum Regis Belae filium, arma in parentem mouit. *Annal. Eccl. Tom. XIV.*

se; ac ne impietatis notam susciperet, in patris obsequium iussit procumbere: valereque adeo pontificia studia, vt Bela ac Stephanus primaturae foedera redintegrarint a. Rem vero memorabilem hoc argumento narrat Thomas Cantipratenſis b, Reginae Vngariae Deum oranti, vt virum ac filium ad bellum paratos in mutua concordiam adduceret, B. Ioannem episcopum Bossinensem se videndum obieciſſe, precesque caelo exceptas spondiſſe. Cuius auctoris verba referte placuit: *Filius suus primogenitus congregato exercitu maximo dimicare voluit contra patrem: pro quo Regina mater, nimirum grauissime conturbata, tota nocte praecedenti, quibus sequenti die futura congressio praebatur, in oratione se & lacrymis dedit, tam pro filio, quam pro viro Rege sollicita. Fiducialius autem oratione directa ad magistrum Ioannem, quem multum in vita dilexerat, & fratrem quandam eiusdem ordinis, quem iam defunctum confessorum habuerat; ambo eidem Reginae semiuigilanti apparuerunt; ambo eidem Reginae sereno vultu praedixit, inquit: Quoniam in nostris orationibus mediante clementia Dei fiduciam habuisti, ecce praedico tibi, quoniam antequam comedas, nuncius dicet tibi, quod pacificati erunt pater & filius, in bonum omnibus ordinatis.*

55 Haecenus Cantipratenſis, qui cum haec a Regina scripta ad Dominicanos in Argentinensibus comitijs ad transferendas B. Ioannis reliquias congregatos anno mcccxi. r. ferat, dicens, vel mendum in numerum annorum irreperisse, vel ante hunc annum etiam alias Belam ac Stephanum inter se grauisime dissensisse. Initia porro inter eos pace, Stephanus non leui iniuria matrem ea occasione affecit, cum plura loca tractatu comprehensa, sibi que attributa, occupasset: qua de re Vrbanus a Regina admonitus Stephanum ea matri restituere d, obiecta censurarum religione, iussit: *Non attendens, inquit, quod res inter alios acta alteri praedudicare non debet, praetextu cuiusdam compositionis, qua sine ipsius Regina assensu inter te, & Regem eundem patrem tuum olim interuenisse dicitur, quasdam villas, & terras Bislicha, Rodana, Zolofum, & Querali vulgariter nuncupatas; quas & caetera Regina Vngariae, qua praecesserunt eandem a tempore, cuius memoria non existit, tenuerunt pacifice, & quiete; contra iustitiam occupasti, & occupatas detines in eiusdem Reginae praedudicium & grauamen. Quare ipse Rex praedictus, nimirum Bela pater, per eundem nuncium instanter postulari fecit a nobis, vt praedicta Regina super hoc faceremus iustitiae plenitudinem exhiberi. Nos itaque considerantes attente, quod ex occupatione, & detentione iniusta villarum & terrarum huiusmodi non modicum tua fame deperit & saluti; maxime cum dictorum Regis & Reginae sublimitas, sicut audiuimus, sit exinde turbata grauius & offensa; magnitudinem tuam rogandam attente duximus & monendam, quatenus prouide considerans, & diligenter attendens, quod cum Regis aeterni benignitas iam terras & bona plurima tua subiecerit potestati, & de ipsius clementia spes firma geratur, quod personam tuam adhuc multipliciter exaltabit; te ad matrem iura, vel ad quorumcumque bona fidei, qui omnium de Regno Vngariae propulsare teneris iniurias, non decet illicite aliquatenus inhiare, supra dictas terras, & villas ei, pro Apostolica sedis & nostra reuerentia, prompta liberalitate restituas: dictorumque regis, & regina placare animum, nos*

Stephanū iubet parenti obſe qui
a Ib. pag. 338.
b Lib. 2. c. 57 n. 59. Conciliata hnter Belam & Steph. concordia
Promissa a B. Io. Bossinēſi Vng.

c Ib. n. 58.

Stephanus in matrem non minus quam in patrem ingratus.

d Lib. 3. pag. 338.

Materna oppida, ac praedia occupat.

Arguitur a Pontifice.

Ibid. ep. 112.

Aliz Vrbanus lic. ad Regē Vngar.

Monet Vn garicas opes ad augendum diuinitum cultum vertendas.

a Vrbl. 3. pag. ep. 112.

non benedictionem ipsorum assiduam promereri per exhibitionem filialis reuerentia non postponas. Datum apud Vrhemueterem xvii. kalend. augusti anno 111. Dedit alijs literis Strigoniensi archiepiscopo, Iauriensi & Vesprimiensi episcopis imperia, vt Stephanum saluberrimis monitis ad matritiura erepta restituenda flecterent; detrectanti- que censurarum terrorem incuterent. Atque hæc de Vngaricis suffecerint; iam ad Græcorum res orationem traducimus.

56 Ferocebant Græci ex capta Constanti- nopoly, ac totos impetus ad delendas Latino- rum reliquias conuertebant: maxime vero occu- pãdã Achaia animis armisque inhiabant, in quam sæpius excurrere, vssere agros, tantamque intule- re vastitatem, vt maximam incolarum partem his festam calamitatibus depulerint: adeo vt reliqua eorũ impetus sustinere amplius non posset, nisi in occidente expeditio aliqua ad ferendã opem para- retur. Præsulum ergo aliorum precibus sollicitatus Urbanus, Traiectensi episcopo indicendi in schis- maticos sacri belli partes commisit a; hortatusq; est, vt sua aliorumque opera ad capeffendam crucem populos pro concione incenderet.

Urbanus, &c. Sane Græci schismatici ex captione Constantinopolitana ciuitatis elati ven- to superbiã, municipibus & opibus roborati, & ad impugnandum plus solito fideles illarum partium vicinitatis opportunitate paratiores ef- fecti; ad terram principatus Achaia depopula- trices manus extendunt: & vt ibidem in deuot- is Ecclesie filijs extinguant penitus nomen matris, quamlibet partem principatus eiusdem con- tinuis persequuntur insultibus, quamduris ob- sidionibus illius municipia, & ciuitates angustant, & ibidem irremediabiliter omnem terrã faciem, cunctis ad vsu generis humani nascentibus ex ipsa denudant: tantumque iam inibi diminuerunt numerum fidelium populorum, & tantum eos qui residui sunt, prædis & alijs diuersis afflictio- nibus attriuerunt, quod vix aliqua superest fidu- cia seu spes, vt iidem absque aliorum fidelium Chruisti succursu, diu valeant persequentium ma- nus effugere, & terram illam vero Christi cultui conseruare; prout hæctenus per literas prælato- rum, principum, & baronum illarum partium, ac speciales nuncios ad Apostolicam sedem exinde transmissos nobis innotuit euidenter, &c. *Dat. apud Vrhemueterem 111. id. maij anno 111.*]

57 Eandem prouinciam Coronensi b atque Argolicensi c episcopis contrahendi cruceffignato- rum exercitus pro recuperando Imperio Con- stantinopolitano demandauit; sollicitauitque Bur- gundia ducem d, vt ad bellum sacrum sese accin- geret, atque ad Imperium orientale Ecclesie re- stituendum copias compararet: iamque affulgere videbantur præclarã spes, cũ Genuenses a Palæo- logi fœdere abducti essent, atque etiam triremes, quas Græcis in auxilia submiserant, reuocassent. Ad quod pontificijs imperijs adacti fuere: atque Urbanus certior factus, Genuensi archiepiscopo præcepit e, vt urbem interdicto solueret, quo ob initam cum schismaticis armorum coniunctio- nem percussa fuerat, cautionesque idoneas a Ge- nuensibus postularet. Redintegrandã vero inter eos ac Venetos pacis, quã maximo rei Christia- nae detrimento dissoluta fuerat, cupidissimus Pon- tificex literas tum ad Genuenses f tum ad Ray- nerium Zenum Venetorum ducem g pro concili- anda concordia misit h. Legatum quoque ad rem felicis conciliendam ad vtriusque republi-

cæ senatum, nimirum Ambrosium Vrbeuetanum Dominicanæ familiae virum insignem ire iussit, quem maxima sanctitatis opinione floruisse refert Leander. a

58 Siue stabiliendi Constantinopolitani solij causa, seu vera pietate ductus Palæologus, ma- ximo se coniungendæ Græcorum ecclesie cum Latina desiderio ardere præ se ferebat, ex quo Pontificex, in conciliandis contrarijs dogmatibus & schismaticis reuocandis intentus, belli susce- pta in eum consilia abijceret, nec cruceffignato- rum copias ad repetendum Imperium Balduino subministraret. In missis vero ad Urbanum literis b significauit, se posterioris anni præterita hyeme Crotoniensem episcopum, Græcum quidem gene- re, sed in Romanæ ecclesie sinu educatum Con- stantinopolim exciuisse, vt sibi Latinorum fidem enuclearet: magnum se ex illius sermonibus gau- dium hauffisse, comperisse Romanæ ecclesie dog- mata Græcæ dogmatibus consona: mittere se ad ipsum Crotoniensem episcopum, qui ardentem eius ad pacem conciliendam, promerendamque Romanæ ecclesie gratiam, animum significaret.

Venerabili patri patrum beatissimo Papa veteris Roma, Imperij nostri domino, Urbano sacrosanctæ & apostolicae sedis summo Pontifici diuina voluntate, & prouidentia maiori moribus & vita & doctrina coram Deo & sanctis reuerendo; Michael in Christo Deo fidelis Imperator & moderator Romanorum, Du- cas, Angelus, Comnenus, Palæologus, ac nouus Con- stantinus salutem & reuerentiam filialem cum com- petenti fidei Christiana honore & diuorum cano- num.

In omnibus orationibus nostris vestram, licet indigni, & vestrõ fratrum S.R.E. Card. ad Deum filiali affectione memoriam facimus, quatenus septiformi gratia Dei paraleti, qua totum Eccle- sie corpus coadunatur, compaginatur, sanctifica- tur, & Deo Christo legitimo suo sponso per vos ad nos & ad omnia membra sanctæ matris Eccle- sie, cuius caput est Christus, per suam virtutem ipse cælitus destinare dignetur: in futuro vero cum beatissimis verticibus chorj Apostolorum, videli- cet Petro & Paulo, a pastorum pastore Christo Deo, qui propter nos beneplacuit sibi sicut ouis occidi; vos dignos faciat coronari. Per præsentem quidem literas sacrosanctæ vestræ paternitati, & vestrõ fratrum discretæ dilectioni notificamus, quod transactis temporibus beata memoriæ Im- peratorum prædecessorum nostri Imperij multo- ties legati, & nuncios hinc & inde directi fuerunt ad componendam pacem, vnitatem, & gratiam reuniendã in Christo Deo Ecclesie, quam prauis & schismatici præfules dilacerauerunt: & hi medi- camen aliquod non portarunt, sed magis, ac magis prædictæ Ecclesie schisma & discordia creue- runt propter sermonis diuinae Scripturæ non pu- ram expositionem, & diuinorum sacrorum dog- matum, quæ in libris sanctõrum patrum contine- bantur, declaratione non sincerã: & prædicti nun- cij immediate loqui ad inuicem ignorabant, sed eorum colloquium per illos, qui in medio stabant interpretes, non existentes sufficientes in scientia, nec potentes capere amborum intellectus; cum recte ac vere non potuissent exponere, & in pal- lam reducere ambarum ecclesiarum dogmata; ad centrum veritatis, & normam veræ fidei peruenire minime potuerunt: & sic odium fraternum extin- ctium amoris fraterni & obnubilatum rationis veræ fidei ad lites & contentiones, ad superbiam & contumaciam; nec non ad strepitum armorum,

& san-

a Reg. post
eand. ep.

Græcorũ
res.

Reliquias
Latinorũ
ex oriente
medi-
tantur ex-
cindere.

Lib. 3.
180.
Urbanus
episc. Tra-
iectensi
præcipit,
vt militia
religiõsã
inducat.

Principa-
tũ Achaie
inuadunt
Græci.

b Ibi a. ep.
181.
c Reg. post
eand. ep.
d Ibi d. ep.
182.

Plures alij
præsules
fideles ad
faciũ del-
lum accẽ-
dere iussit.
Genuenses
initium cũ
Palæolo-
go fœdus
dissoluit.
e L. b. 3. ep.
cur. 42.
Fidelium
coertui re-
stituit.
f Ep. 138.
g Reg. post
eand. ep.
h Ibi d. ep.
137.

Illius
lor ad
schisma
præter
excultu-
dum.

& sanguinum effusionem & ad omnem iniustitiam iuris diuini & diuinorum canonum semper creuit: & hæc quidem erant miserrima, & lacrymarum bene digna scientibus & salutem earum desiderantibus animarum propter breuitatem temporis huius seculi, quod post præsentis vitæ transitum ad comparationem perpetui & futuri seculi pro nihilo reputatur.

59 Cumque quarto anno nostri Imperij primo præterito vox latitiæ ab occidente cor nostrum tetigerit, & insonuerit auribus nostris, quæ animi nostri accendit affectum, quod a patria & origine gentis nostræ Romæorum generationis diuina gratia & planta proueniens, & de virenti viridario transplantata; & ad hortum similem inserta sanctæ matris Romanæ ecclesiæ atque literis sacris, & scientiæ diuinæ Scripturæ & dogmatibus vtriusque ecclesiæ adornata, & inspiratione sanctissimi Spiritus animata, & augmentata ad fructum odoris; perueniens ad Imperium nostrum transportauit; Nicolaus videlicet venerabilis præsul Crotoniensis, de quo per multorum relationes virorum venerabilium veritatem dicentium sensimus, ipsum esse Dei cultorem diligentem, & catholicæ fidei discretum, & verum predicatorem & in omnibus sermonibus piæ fidei sine personarum acceptione zelatorem reuiniendæ omnis matris Ecclesiæ sine falsitate vtriusque partis, verum dispensatorem diuinæ Scripturæ, & quæ sunt sanctorum patrum fidem expositorem: cui tertio anno nostri Imperij tranquillitatis animi nostri literas direximus, rogantes eundem, quatenus amore Dei, patriæ, & omnium nostrorum clandestine ad maiestatis nostræ præsentiam personaliter se conferret, vt ex ore ipsius veritatem fidei, quam confitetur sancta & catholica Romana Dei Ecclesiæ; & doctrinam diuinarum scripturarum, quam ad eruditionem proponit ipsa Romana ecclesia, & formam vestri diuini sacramenti immediate Græco audiremus sermone, nec non hauriremus vestram & vestrorum fratrum plenariam voluntatem. Ipse autem Dei spiritu motus in hac hyeme præterita in vigilijs Dei Christi natiuitatis ad Imperium nostrum accessit: quo viso lætati sumus ac si sanctæ paternitatis vestre faciè videremus. Qui omnia, quæ sunt veræ fidei, per ordinem referauit, quæ recte percepimus, & corde & animo illustrati inuenimus sanctam Dei ecclesiam Romanam non alienatam a nobis in diuinis piæ fidei dogmatibus; sed ea fere nobiscum sentientem, & concantantem. Prædictus namque præsul eiusdem Ecclesiæ doctrinam, & sanctorum patrum eius, videlicet S. Siluestri Papæ, Damasi, Cælestini, Agathonis, Adriani, Leonis maioris, & iunioris, Gregorij dialogi, Hilarij Pictauiensis, Ambrosij Mediolanensis, Augustini Hipponensis Africa, Hieronymi, Fulgentij, & aliorum expositiones, & dogmata rectæ fidei referauit nostro Imperio, sicut isti sancti exposuerunt prædicta: quæ inuenimus concordantia sermonibus sanctorum patrum eius, videlicet Athanasij, Alexandrini, Basilij Casareæ & Cappadociæ, Gregorij magni Theologi, Gregorij Nysseni, Ioannis Chrysostomi cum vtroque Cyrillo, & similia sapientes omnino: quæ cum omni fide purissima percepimus, veneramur, credimus & tenemus: nec non & omnia sacramenta eiusdem ecclesiæ Romanæ veneramur, effectum credentes habere ea in animabus iustis, quæ Deo coniunguntur, coniunguntur, ac confirmantur.

60 Cæterum vestram sanctam paternitatem rogamus, quatenus sicut princeps omnium sacer-

dotum, & vniuersalis doctor catholica Ecclesiæ, sollicitetis continua promptitudine ad reuiniendum eandem Ecclesiam amodo, cui loco beati Petri Deus præcipue vos præfecit; quia iam & nostram tranquillitatem ad hoc peragendum paratam sanctitas vestra habet, ipsi matri nostræ Ecclesiæ omnes gentes, & patriarchales sedes exteio diuina potentia brachio nostri Imperij, ac omnes nationes ad deuotionem, obedientiam & amorem eiusdem Ecclesiæ nostri tranquillissimi Imperij potentia subiungabit. Quare dictum præfulem cum presentibus literis fidei nostræ catholicæ non fide, sed ex bona conscientia, ex animo Dei amore accenso ad vestram sanctam reuerendam paternitatem remittimus, vt ipse omnia, quæ apud nos & vna nobiscum, & nos cum eo protulimus & ordinauimus: ac nostram voluntatem & propositum vestris sacris auribus oretenus referet Deo dante. Quocirca in Domino supplicamus vestre beatæ affectioni, quatenus eundem cum alijs discretis & sanctis viris suffultis & præmunitis legatis vestræ sanctæ & Apostolicæ Ecclesiæ ad nostrum Imperium reuocetis, ac celeriter remittatis ad nostrum Imperium paternitas vestra sancta: qui nobis plenarie vestram voluntatem & affectionem referet, & vna nobiscum omnia, quæ sunt veræ fidei, reuiniendæ Ecclesiæ opere infallibili valeat percomplere: nam Imperium nostrum omne propositum animi nostri sanctitati vestræ hactenus multoties præsentauit. Remanet ergo totum negotium ad discretionem vestræ pijsimæ sanctitatis, & exinde de cetero Imperio nostro in Dei testimonio accusatio aliqua non potest opponi.]

61 Exceptis Palæologi literis perfulsus gaudio Vrbanus, ad rem tot seculorum continentibus votis expetitam, atque Ecclesiæ amplificandæ perutilissimam promouendam; ne segniter se gerere, vel ansam calumniatoribus porrigere videretur, vbi nonnulla de ecclesiæ Romanæ primatu præfatus, singula literarum Imperialium capita percensuit; hæc ad Palæologum respōdit: ac viros doctrina exultissimos, periticia rerum instructissimos cum eodem episcopo Crotoniensi dimisit.

Michaeli Palæologo illustri Imperatori Græcorum gratiam in presenti, per quam obtineat gloriam in futuro.

Excellentiæ Imperialis epistola nostris comprehensa luminibus, & ad fratrum nostrorum solemniter, prout tanti negotij exigebat qualitas, redacta notitiam, nos itemque fratres ex amœna lectione ipsius, veluti ex præsentibus serenitatis tuæ affatibus recreati; Patri luminum, a quo est datum omne optimum, & omne donum perfectum, & medullatum cum omnimodæ deuotionis incenso gratiarum obtulimus holocaustum: exultantes alacriter, & vnanimiter collaudantes, & benedicentes Dominum, qui tantam nobis dignatus est facere gratiam, quod in diebus nostris per tuæ sollicitudinis ministerium aperiatur via compendij salutaris, per quam Ecclesia Dei ad antiquam & tranquillam prioris vnitatis semitam redeat; & grex Dominicus, ad caulam vnam eandemque congressus, sub vnus pastoris regimine, & in vnus professione fidei gubernetur salubrius, & in eius obseruantia firmissime solidetur. Et quidem digne gaudemus, excellentissime Imperator, quod ex his, quæ in vestra præmissa continentur epistola, feruentem te cognoscimus erga nos, & fratres nostros, ac eandem Romanam ecclesiam sinceritatis affectum, & ad vtriusque vnionem ecclesiæ zelum ardentis charitatis

Mittit Nicolaus episcopus Crotonensis pro reuinienda ecclesiæ coniunctione.

a Lib. 3. epist. cur. 134.

Vrbani ad Palæol. litteræ.

Ob eum illustratum numini gratias agit.

habere: dum inter occupationes multiplices, quibus animum tuum continua reipublicæ cura sollicitat, & procellosus frangendorum secularium fluctus inuoluit; pro nobis, eisdemque fratribus, & Ecclesia intentis frequenter, vt scripsisti, apud Deum vacas orationibus: & pro vnitatem renouanda in Ecclesia Dei adeo vtiliter & efficaciter laborasti, quod agnita per eundem episcopum concordia variarum & diuersarum sententia scripturarum; quas sancti patres tam Latini, quam Græci in orthodoxæ fidei fulcimentum sub diuersitate temporum ediderunt; & quadam laudabili eiusdem professione fidei in prædicta epistola ex tui prosperitate ingenij & cum puritate fideliter expressa & simpliciter denotata, illud desideranter appetis, & constanter prosequi velle videris, quod eadem Romana desiderat, & semper desiderauit ecclesia; & quod etiam prædecessores nostri Romani Pontifices a tempore, cuius non extat memoria, cunctis studijs, cunctisque nisibus penes prædecessores tuos Græcorum Imperatores studuerunt, licet eorum studia desideratum fructum non produxerint, promouere.

Gratulatur abolendi Græcorum schismatis consilia suscipere.

62 Latamur etiam, & merito in iubilum supernæ laudis assurgimus, quod præparata est iam materia & via etiam expedita ipsi Ecclesiæ ad sui animi desiderium, suæque intentionis propositum de vnione huiusmodi celeriter obtinendum: cum numquam ita certa de hoc spes, firmaque sibi fiducia exhibitæ fuerit, quemadmodum memoratæ tenor epistolæ ad ea, quæ prædictus episcopus (quem tamquam virum circumspexit & prouidum, eruditum in lege Domini, ac feruidum tui honoris, & nominis zelatorem, & in nostris & prædictorum fratrum nostrorum oculis multipliciter gratiosum benigne recepimus, & diligenter audiuius) nostro apostolatui expressit ore tenus, nobis de ipsius vnionis negotio præbuerunt. Gloria igitur in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, quia ecce nunc acceptabile tempus aduenit, ecce nunc dies salutis gratia plenus adest. Exurgant ergo omnes fidei catholice zelatores, & vna cum prædicta Romana ecclesia eorum matrem; immensa iucunditate lætentur, quod Imperator tantæ potentie, & qui tam magni Imperij moderatur habenas, promptum se exponit & offert ad fidem catholicam propagandam in gentibus, ad exaltationem ipsius Ecclesiæ, apud nationes etiam barbaras procurandam, & cultum diuinum sub Apostolicæ sedis magisterio vtiliter ampliandum.

Comparatam ex eo gloriæ in mortalitatem proponit.

63 Sed non minus ex præmissis in te, inclyte Imperator, eximie debet exultationis causa consurgere: non minus cor tuum debet ardere, tuusque magnificus animus in gaudijs dilatari: pensando namque præmium, quod tibi pro tantæ pietatis opere diuina dispensatio compensabit; considerando quoque, quod pro re tam sancta, tam vtili, tamque Deo & Ecclesiæ fructuosa; funiculo tuæ magnitudinis & potentie per cuncta mundi climata extendetur latius, & dilatabitur amplius vita tua, & post tui dissolutionem corporis numquam tui memoria nominis morietur; potes vtique non immerito Deo saluari tuo, pro cuius honore tantum Ecclesiæ suæ sponsæ bonum promoues, iubilare, sibi que deuotas gratiarum actiones exsoluere pro eo, quod tibi scire, posse, ac velle de alto concessit inueniendi ac prosequendi vias & modos, quibus, remotis a tanto negotio cuiuslibet veteris difficultatis obstaculis, tam damnosa gentis vtriusque dissensio de facili

Apocryphos mitti significat.

amodo diuina fauente clementia sopiatur: Et infra.

64 Ideoque Imperialem excellentiam rogamus attētius & hortamur, obsecrantes te per asperionem sanguinis Iesu Christi, quatenus attendens prouide, quod mora sæper extitit nociua paratis, quodque tantæ salutis opus non est aliquatenus differendum; nostras & prædictorum fratrum nostrorum animas vterius non suspendas: sed tamquam solaris radius de cuiuslibet obscuræ dubietatis caligine in auroram lucidam festinanter erumpas, & consurgens in Ecclesiæ fundamento patefacias toti mundo tuæ bonæ super hoc intentionis splendorem, tuique laudabilis propositi claritatem. Accelera quæsumus ad paratos tibi cum desiderio maternæ susceptionis amplexus, & confidenter paternæ charitatis brachijs te committas: ita quod mater sub longiori expectatione vterius non languescat, nec patris fauces exclamando ad te altius rauce fiant. Cæterum prædictos episcopum, nempe Nicolaum Crotoniensem, Gerardum & Raynerium, erant ij Minoritæ, cū omni benignitate recipias, eorumque exhortationibus aures tuæ serenitatis inclines: ipsi enim synceritatem animi, fauoris plenitudinem, & amoris affectum, quibus te tuumque Imperium prosequi Deo auctore proponimus, ac nostram & dilectorum fratrum nostrorum intentionem tibi apertius poterunt indicare *Dat. apud Vrbeueterem x. kal. iulij pontificatus nostri anno IIII.*

65 De misso episcopo Crotoniensi ab Urbano ad Palæologum, vt ipsum orthodoxa fide imbueret, Græcosque ad obsequium sedis Apostolicæ reuocaret, meminit Theodoricus Vallicolor a. Magno quidem animorum ardore de perducenda ad exitum vtriusque Ecclesiæ coniunctione agitatum: sed ij omnes labores tum incassum cecidere. Palæologus enim, qui se in maxima discrimina adductum intuitus rem ardentius vrserat, vbi periculis se emeruisse vidit, rem in longius tempus extraxit. Ingentia illum sane adijisse pericula, testatur Gregoras b: Constantinus enim Bulgarorum Rex ab vxore Ioannis Lascaris excæcati sorore ad vindictam excitatus; atque Sultani Azatinis, qui ad Aenum oppidum amandatus erat, promissis illectus; in Thraciam, coniunctis sibi Scythijs, copias infudit, omnibusque vastatis parum absuit quin Palæologum e Thessalia recedentem caperent, nisi ille anteuertens hostis consilia, superatis montibus, qui iuxta Ganos sunt, ad maritimam oram accurisset; inuentisque duabus triremibus Latinis, iisque exceptus Constantinopolim petiisset. Sed missis Palæologi rebus, ad quem Ecclesiæ restituendum laboratum est; nunc ad Græcos in Cypro agentes, coniunctos quidem Romanæ ecclesiæ, sed grauiter a Latino archiepiscopo dissidentes, nos conuertamus.

66 Diuturnas Græcos inter ac Latinos regni Cypri præfules controuersias deciderat Alexander, sed Græci ac Syri non steterunt pontificiæ sententiæ, atque a Nicosiensi archiepiscopo in sua metropolitana defecere: cumque archiepiscopus infanda crimina, quæ Nicosiæ patrabantur, plectere meditaretur, magistratumque auxilio destitutus impunita relinquere cogeretur, vitia in dies pululabant. Quo audito Pontifex ad regie procuratorem, ac proceres scripsit, vt archiepiscopo Græcos Syrosque ad officium reuocaret, immantiaque illa crimina, adulteria, ludos nefarios, in quibus numen blasphemis sæpius vocibus pereretur, aliaque scelera punienti opem explicarent: ni

facerent, se archiepiscopi eorum auxilio destituti in eos latic sententias firmas iustasque habiturum: *Quamquam a tempore, quo in regno Cypri auctoritate sedis Apostolica fuerunt Latinorum ecclesie instituta, inter ipsorum & Græcorum regni eiusdem ecclesias super diuersis articulis materia dissensionum usque ad moderna perducta tempora, felicis recordationis Alexandri Papæ prædecessoris nostri ordinatione salubri extiterit terminata de Apostolica plenitudine potestatis; nonnullæ tamen persone quidem tam ecclesiastica, quam seculares, Græci videlicet & Syri regni eiusdem, contra ordinationem huiusmodi temeritate propria, ut dicitur, venientes, non solum ipsam, prout tenentur obseruare, contemnunt; verum & contra venerabilem fratrem nostrum archiepiscopum Nicosiensem, & Latinorum ecclesias, quibus antea, sicut fertur, suberant & parebant, tam ecclesiastica, quam seculares, in eorumdem archiepiscopi & ecclesiarum offensam, conspirationes & conuenticula præsumptione damnabili facere non verentur, iura, honores, immunitatem, ac libertatem ecclesiasticam, quantum in eis est, pro viribus annullantes. Sed & licet nonnulli tam clerici quam laici Nicosiensis ciuitatis & diocesis, Dei timore postposito, ad scelera, ut fertur, laxent habenas; & eorum aliqui publicis adulterijs pelluntur, & alij Christum & sanctos eius laceßere blasphemijs, alij sortilegijs, alij axardorum ludis, in quibus frequenter illicite iurant similiter, & deierant: plerique vero alijs diuersis & enormibus non dubitant criminibus inquinari; & quod est detestabilius, quidam in profundum maiorum execrabiliter corruentes prære cum Sodoma non pauescant; si quando tamen idem archiepiscopus, ad quem ex suo spectat officio, de sua metropoli extirpare prædicta & alia vitia, & in agro Domini sibi commissio inibi plantare virtutes, ad correctionem talium velit sui officij debitum exequendo procedere, imponendo pœnas, prout excessuum & personarum qualitas exigat, in quantum decet ecclesiasticum iudicem & modestiam officij pastoralis; tu, fili baiule, non attendens quod hoc solum pie sciendo, vel ignoscendo bene agitur, ut vitia hominum corrigatur, asseris (nonnullis ex vobis, filij nobiles, in hoc consentientibus) sic ad te spectare huiusmodi correctionem excessuum, quod archiepiscopus, nisi contra suos seruos & clericos, intrinsece se non debeat de corrigendis eisdem: propter quod eiusdem archiepiscopi officio circa hoc per vos, non sine animarum periculo, impedito, dum inter vos, & ipsum archiepiscopum de huiusmodi iurisdictione contenditur, crimina remanent incorrecta, delinquentium ausus excreuit, peccandi consuetudo quasi pro lege defenditur, & enormes quotidie multiplicantur excessus; ipsiusque archiepiscopi officium adeo non solum vilipenditur, sed & inutile redditur, & quasi penitus eneruatur, quod tam non archiepiscopus, sed simplex potius videatur esse sacerdos: cum tamen, ut dicitur, prædicta omnia, utpote iuri consona, exerceat libere usque modo, &c. Post mixta precibus imperia, ut archiepiscopo Nicosiensi in emendandis Græcorum vitijs, & Alexandri edicto mandando operi studeant, intentat caelestes minas, nisi archiepiscopo ad coercenda ea scelera opem præstiterint: nec sedem Apostolicam censuras ipsis merito incutienti defuturam renuntiat. Qui perpenderit atrocibus adeo flagitijs Cyprios fuisse contaminatos, non mirabitur, si barbarorum prædæ, ac furori postea expositi fuerint, cum eorū posterius mensuram patrū suorum impleuissent. Sed a Cyprijs ad Palæstinos sermonem conuertamus.*

68 Adducti erant Palæstini in maximum di-

serimen a Bendoctare Sultano Babylonio, ob partam de Tartarorum duce victoriam ferociente: in quem cū Haolonus Rex Christianorum Asiaticorū succinctus copijs signa attolleret, magno rei Christianæ exitio e viuis ereptus est. Quem cū de religione optime meritum viderimus, insignia aliqua eius gesta, quamuis nullo certo anno consignata, adducenda ex Aytono visa sunt. Igitur auctor, vbi antea perstrinxit ipsum ad eūdi Tartarorū supremi Imperij spe ab Hierosolymis restituēdis Christiane religioni fuisse reuocatum, contendisseq; in Mediā; tradit cum filio principis Barho, de cuius ingētibus victorijs alias dictū est, acies cōmississe, sed inausulto pugnantium vtrinque exitu: *Haolonus, inquit, a dum in Taurisio moraretur, ecce nunciij venerunt ad eū, qui retulerunt sibi, quod * Barchat cū maximo apparatu incedens intenderet hereditare, si posset. His quoque rumoribus intellectis Haolonus, continuo gentem suam congregauit, & obuiaruit inimicis suis super quodam flumine congelato, ibique fuit ingens prælium inchoatum: propter multitudinem gentium, & equorum glacies rupta est, & submersi fuerunt tam ab vna parte quam alia triginta millia Tartarorum. Exercitus vero vtriusque partis absque suo processu redierunt tristes propter amissionem suorum. Et nonnullis interiectis de subortis inter Tartaros & Christianos discordijs, de quibus antea egimus, ac duce Haoloni profligato a Saracenis, subdit de bellico apparatu ab eo instructo: Quādo vero Haolonus intellexit de soldano Aegypti, qui regnum Syria inuaserat, & fugauerat gentem suam, continuo suum exercitum congregauit, & misit ad Regem Armenia, & ad Regem Georgia, & ad alios Christianos partium orientis, ut venirent parati contra Soldanum Aegypti & alios Saracenos. Cumque Haolonus iam suum exercitum congregasset, inuasit eum quedam infirmitas, quæ eum detinuit per spatium quindecim dierum: & ex illa infirmitate obyt Haolonus: cuius rei causa Terra sanctæ negotium, iam inceptum, fuit totaliter perturbatum post obitum Haoloni. Abaga filius eius tenuit dominium patris sui, & rogauit Cobila Can Imperatorem auunculum suum, ut ipsum in dominio suo confirmaret: & hoc fecit libenter, vnde vocatus fuit Abaga, & cepit dominari anno Domini mccc. lxxv.*

69 Affectum egregie Abagam fuisse erga Christianos, ac de armorum fœdere ad excindendos Saracenos ineundo cum fidelibus agitate consilia, visuri sumus inferius. At Bendoctar Sultanus, dum fingit in Tartaros, non in Christianos ductare exercitum, blandis verborum lenocinijs Cæsarienses decepti: atque ita dolo hoc anno Cæsareā in suam redegit potestatem. de quo hæc Sanutus b: *Eodem anno xxvi. ianuarij * Bendoctar cepit Cæsaream per prodicionem, cuius timore Ptolemenses turrim molendinorum prosterunt, & ecclesiam Arsus obsidens vadique vallauit. Irrepsit in Sanueum error in designando tempore ac xxvi. iunij non ianuarij legendum putamus, cum sequenti anno Clemens ætate hac captam fraude conqueratur c: de cuius excidio & alijs secutis cladibus tristitia lamenta fundentem inferius audiemus. Quæ interim horum malorum ignarus Vrbanus pro instaurandis rebus Syriacis auxilia compararet, prosequamur. Habita sunt eo urgente Parisijs publica regni comitia, pro expeditione in sancta loca adoranda: de qua re Christianos Syros Pontifex certiores fecit, d vt induerent generosos spiritus ad Saracenorum impetus elidendos, auxilium ipsis cruce signatorum non defuturum. Cumq; discordia ipsorum animos discindi accepisset e, grauiffi-*

a Ayton. hist. orient. c. 30. Sanutus. lib. 3. p. 13. c. 7. * ab Barchat. Insigne inter Tartaros ciuitatis prælii.

Haolonus signa venit in Saracenos.

Morbo extinguitur.

Abaga filius eius cedit.

Cæsaream dolo capta.

* iunij b Sanus. ibid. lxxv. M.S. bibl. vatic. fig. n. 1960. c Alij. c Cle. lxxv. to. 2. ep. 79. Vrbanus studia pro Syria recuperanda. d Vrbanus. ep. conu. 154. e Ibid. ep. 153.

me imperavit, vt firmissimam pacem redintegrarent, cum ex mutuis inimicitijs maxima Terra sanctæ exitia crearentur. Principes vero occidentales, qui in arma sacra confurrexerant, collaudauit, animosque ad penetrandas obuias difficultates incitauit: Borchardi a enim Vindocinensis, atque etiã Blesensis b comitum pietatem in crucis insignibus corripiedis laudibus extulit. Pauperum etiam Paganorum ac Iudæorum Syriæ, qui ad Christianorum sacra se conferebant, curam gessit, & patriarchæ Hierosolymitano Apostolicæ sedis legato necessaria illis suppeditare iussit, c quo cæteros ad Christianorum ritus ea benignitate pelliceret. Contulisse etiam se ad Christianorum sacra Saladini olim Soldani e Cosceio filium ostendunt Urbani literæ: qui vt pij principis rebus ad vitam sustinendam necessarijs consuleret, eas partes priori S. Genouesæ Parisiensis commisit. d

70 Agitantem maiora Vrbanum IV. pro Saracænorum cõuersione, Ecclesiæq; amplificandæ gloria consilia mors obruit: quam quidem auctores immanem cometem portendisse existimarunt, cum antequam ipse morbo implicitus esset, apparuerit; eaque nocte, qua e viujs sublatus est, cõsumptus in auras euauerit. De eo comete non Urbani modo obitus, sed ingentium aliarum cõuersionum prænuntio inter alios Ricordanus, f Stero g, Patauinus monachus, h Andreas Dandalus, i Longinus l, ac Theodoricus Vallicolor m agunt, cuius postremi incomptos versus ob lucem; quam historiæ afferunt, adducimus: ex quo errorem, qui apud continuatorem Parisij typographi incuria irrepsit, dum Parisijs obijisse scribitur, emendes.

*Lectica uehitur in burgum Perusi, quo
Ecclesia sancti ponitur ipse Petri.*

*Ecclesiæ sumpsit ibi sacramenta, diemque
Extremum clausit luce sequente Iouis.*

*Quo moriente, velut mortem cognosceret eius
Apparens, minime stella comata fuit.*

*Vnde putet recte dominum regnasse, tacere
Cunus tot signa non potuere necem.*

Consonat cum Theodorico Vallicolore Gregorij decani n historia de Urbani gestis conscripta: *Hic Urbanus patrum pater, mitis, pius, benignus, munificus, gratiosus, & omni bonitate refertus rexit ecclesiam Romanam annis tribus mensibus duobus, & obiit in ciuitate Perusina: & qui se in ecclesia cathedrali ciuitatis eiusdem, quæ B. Laurentij ecclesia est vocata. In cuius obitu, quia mire vixit & miraculose in Ecclesia Dei, vt dictum est habuit incrementa, magnum mirum apparuit: nam per tres menses, antequam de hoc mundo migrasset ad Dominum, quadam stella cometas continue vsque ad diem obitus hominibus est ostensa, qualis nunquam visa dignoscitur temporibus retro actis: qua, dicto Pontifice in Domino dormiente, ulterius non est visa per aliquem. Per quod signum creditur & speratur, quod ad celi transierit sanctas mansiones, propter quod sidus dignoscitur miraculose commotum. Sedisse vero annos tres mensem vnum, dies quatuor liquido constat, cum anno M C C L X I. festo decollationis S. Ioannis Baptistæ, die nimirum IV. kal. septembris pontificium solium condescendit, atque vita VI. non. octobris discesserit, vt testatur Clemens eius successor in literis encyclicis de initio pontificatu, quas nos anno proximo ineunte, afferemus. Gerendarum rerum peritia floruisse munera a prædecessoribus ei imposita, totque honorum emensi gradus probant. Præterea inter cætera templa quæ magnifice excitauit vel instaurauit, in fundo paternæ domus ecclesiam in*

S. Urbani honoré condidit, vt testatur Clemens a quartus in literis ad decanum & canonicos in ead. Trevis institutos, quam pluribus prærogatiuis ad decorandam prædecessoris memoriam insigniuit.

71 Præse tulisse ingentem lætitiã ex Urbani morte Manfredum ac sequaces, tradit Ricordanus b. Et quidem Senenses, qui illius factione erant infecti, sede vacante exercitum ad Vrbeueterem promouisse, atque hostili furore grassatos in patrimonio B. Petri, ostendunt increpatoriæ Cardinalium literæ. c

Miseratione diuina episcopi, presbyteri, & diaconi sacrosanctæ R. E. Cardinales, potestati, consilio, & communi Senensium spiritum consilij sanioris.

Queritur mater Ecclesia, querelas ingeminat eadem orbis caput, domina & magistra. Vos, quos doctrinæ catholicæ pabulo nutriuit & erudiuit, his verbis affatur: Si mater sum ego, vbi est honor meus? si domina ego sum, vbi est timor meus? Hæc quid a filijs matri debeat in sinuant: quid erga præfidentes in subditis exigatur, ostendunt: matri siquidem honorem; timoré vero præfidentibus suggerunt adhibendû. *Et infra:* Vos, prout veridica fide dignorum relatione percepimus, minime attendentes, quod matris, quæ viduitatis grauat in commodis, per filios adijciendum non erat angustijs; nec fuerat, præsertim hoc tempore, super dolorem vulnerum a vobis eidem illatorum addendum, ipsam dum sponsi nouiter subtracti quasi adhuc busta profectur, nouis iniurijs pronocatis; dum ad suam & totius orbis necessariam prouisionem enititur, & pro generalis pastoris substitutione laborat, eam ad alia consideranda & tractanda distrahitis, & tam necessarios conatus ipsius, non sine graui animarum & famæ vestræ discrimine, quantum in vobis est, quam periculosissime impeditis, impugnando patrimonium eius in Tuscia, & ciuitatem Vrbeutanam ipsius Ecclesiæ specialem, ac inter cæteras eiusdem patrimonij deuotam ab antiquo fidem; ac districtum ipsius guerra, et edicto publicæ diffidationis indicta, per mansatas & insultus varios infestando. Suntne ista consolationis remedia, quæ afflictæ matri afflictionis tempore presentatis? Suntne ista vestra correctionis indicia, & propitiationis oblatio, quæ pro excessibus & offensis vestris offertis? Aliud certe vester & ipsius status Ecclesiæ, ac ipsius conditio exigebat. Quia vero non est abbreviata manus Domini, vt humiliare non possit elatos, & confringere pertinaciter resistentium cornua superbiorum; nos qui salutem vestram appetimus, & vestra, cunctorumque Christicolarum pericula proculdubio abhorremus, vellemus vos vindicem Altissimi dexteram remedio celeris conuersionis ad ipsum corde contrito, & humiliato spiritu præuenire. Ideoque vniuersitatem vestram monemus, & hortamur atente, vobis nihilominus presentium tenore mandantes, quatenus ab ijs, quæ circa prædicta, & præcipue circa patrimonij ciuitates & districtus molestias prædictorum temere attentata sunt, hæcenus desistentes, de cætero similia nullatenus attentetis: scituri quod si nostris monitis & mandatis parere contempseritis in hac parte, nos tam habitos contra vos eiusdem sedis profecturum processum, quam etiam alias ad vestras insolentias compescendas, prout expedire viderimus, procedemus, &c. *Dat. Perusij IV. non. nouemb.]*

72 Spreuere Senenses Cardinalium iusta imperia: sed eorum insolentia non impune abiit; sequenti enim anno, cum lætius etiam furorem circ-

Dissentientes Christianos Syros iungere amicitiam iubet, Comites crucis symbolū accipientes commendat.

a Lib. 3. ep. 269.

b Ibid. ep. 274.

c Neophytorum necessitati prouider.

d Lib. 3.

e Paracevæ ep. 796.

f Soldani e Cosceio filius baptissimo illustratus.

g Lib. 3. pag. 329.

h R. cord. hist. isrl. c. 175.

i Ser. in annal.

k Monac. Pat. chro. lib. 3.

l Andr. Dand. hist. Ven. lib. 7. cap. 7.

m Long. hist. Pol. lib. 7. hoc ann. in Theod. Vallic. apud Mass. lib. 5.

n Cometes obitum Urbani portendit. n Greg. decan. apud Mass. lib. 5.

Gesti pontificatus tempus.

Paterna domus Trevis in ecclesiam versa.

cumferre molirentur, a Gallis repressi, maxi-
mifque damnis affecti fuere, vt Clemens Ottobo-
no a S. Adriani diacono, Card. significauit Senenses,
inquit, abstulerant Vrbeuetanis duo castra, & per
biduum fuerunt ante Radicofanum. Postea retro-
cesserant: & audit quod Rex Sicilia misit Vrbeueta-
nis auxilium, recessere confusi: & Vrbeuetani castris
recuperatis intrauerunt terram Senensium vsque ad
ocho milliaria prope ciuitatem, & magna præda
abducta, & villis campanis consumptis incendio re-
dierunt, &c. Dat. Perus. VIII. kal. septemb. an. I.

Ereptum e viuis hoc anno Azonem marchionem,
Estensem egregium Ecclesiæ propugnatorem, re-
fert monachus Patauinus: b quem ait Opizonem,
ex Raynaldo filio in Apulo carcere susceptum, he-
redem principatus reliquisse: ante Vrbanum vero
defunctum, plures eiusdem Urbani literæ tum ad
Opizorem c, quibus conceptum ex aui morte do-
lorem mulcet; tum ad Venetos d atque alios, quos
Opizonem ab Azone apostolica clientelæ com-
missum tueri hortatur, datæ ostendunt.

IESV CHRISTI
Annus 1265.

CLEMENTIS IV. PP. VACAT IMP. OCCID. 15.
annus I. MICH. PALÆOL. IMP. OR. 5.

EXcurrebat duodecimi a Christo nato secu-
li annus sexagesimus quintus indictione
octaua, cum dissidentibus ijs, ad quos summi Pon-
tificis electio pertinebat, eius ope, qui fidelium
mentes voluntatesque discissas coniungit, Guido-
nem episcopum S. R. E. Cardinalem Sabinensem
Petri successorem renuntiarunt, de cuius primor-
dijs hæc monumentis tradidit Ptolemæus Lucen-
sis: e Anno Domini MCLXV. Clemens IV. in ca-
thedra Petri sedet. Vacauit Ecclesia tunc post mor-
tem Urbani mensibus v. Hic natione Prouincialis de
villa S. Aegidij vocatus Guido Fulcodij sedit an-
nis tribus, mensibus nouem, diebus vigintiquatuor,
& vacauit etiam annis duobus & mensibus nouem.
Vincencius dicit annis tribus: quod forte dicit, quia
eo tempore, quo Gregorius X. fuit vitra mare, se
habuit etiam vt vacans. Hunc communiter histo-
rici sic describunt, quod fuerat vir magne pro-
bitatis & exempli, quia omnem statum mundi ex-
pertus est; & in quolibet virtuose se habuit & gra-
tiose: primo quidem vxoratus filios, quos ha-
buit, in cultu enutriuit diuino: aduocatus in
vtroque iure in curia Regis Ludouici sancti gra-
tiam habuit in conspectu eius; vnde & ipsum de
suo secreto fecit consilio: mortua vero coniuge,
vitam clericalem assumpsit, & in breui tempore
factus est propter sua merita Aniciensis episco-
pus, inde assumitur in archiepiscopum Narbo-
nensem propter exempla virtutum, quas videbant
de ipso. De episcopatu Aniciensi f & Narbonensi g
archiepiscopatu gestis testes sunt eiusdem Clemē-
tis literæ, quibus apostolica studia in eas ecclesias
explicat: atque etiam in postremis addit e Nar-
bonensi prouincia originem traxisse. Pergit Pto-
lemæus Lucensis h: Propter qua omnia, nimirum
eximia virtutum ornamenta, Vrbanus prædeces-
sor eius Cardinalem Sabinensem facit, ac tandem
ab eodem Papa Urbano in Angliam legatus mit-
titur propter turbationem inter Regem Henri-
cum & comitem Simonem Montisfortis: Existens
in Francia, quia in Angliam transire non potuit,
eligitur in Papam: sed scrutinio retento mittitur

pro ipso a collegio. Hæc Ptolemæus, quibus con-
sentanea Iordanus a iisdem fere verbis affert: con-
sentiant quoque Bernardus Guido b, Martinus Pol-
onus, c & vt alios omittamus, appendicis Parisio
adiecta auctor, verbisque parum ab eo discrepat.

2 Vt vero eximijs virtutibus fulsit, quibus
omnium amorem admirationemque sibi concil-
liant, ac tot honorum gradus est emensus; ita
patrem sapientissimum nactus erat, qui ipsum ad
virtutes non tam verbis, quam exemplis perpo-
liebat: adeo enim præstanti fuit religione, ac pie-
tate, vt contemptis humanæ vitæ delitijs, asperri-
mo vitæ generi, Chartusianorum familiam ingres-
sus, sese addiderit: & magna sanctitatis opinio-
ne ac fama apud homines collecta, diem extre-
mum pijsime clausit, vt e Clementis ipsius litem
d elicitur.

3 Ornauit cæteras virtutes singulari mode-
stia: profectus enim Perusium sine pompa, si-
mulato, vt voluit e, cultu, impositum sibi onus
excutare eo studio conatus est, quo cæteri digni-
tatum fulgore perstricti eas ambiunt; vtque Lon-
ginus f scribit: Vix cum lacrymis Cardinalium vincit
potuit. Ac demum, ne diuinæ prouidentia reluctari
videretur, summum pontificatum, omnibus effuso
gaudio exultantibus, sless ipse ac moestus admisit.
Redimitus paulo post solemnî ritu pontificia tiara
encyclicas ad orbis catholici præfules acceptis pro
emblemate ijsdem prædecessoris verbis g FAC ME-
CVM DOMINE SIGNVM IN BONVM; de susceptis
Ecclesiæ gubernaculis literas dedit h: atque ad im-
plorandam diuinam opem pro ijs egregie mode-
randis incitauit.

Clemens, &c.

4 His diebus felicitis recordationis Urbano
Papa prædecessore nostro vt. non. octobris viam
vniuersæ carnis ingresso, & sicut de largissima
Dei pietate confidimus, post labores ad præmium
euocato; tantique patris defuncti corpore, prout
est iuris & moris, cum honore & reuerentia ec-
clesiasticæ tradito sepultura; episcopi presbyteri
& diaconi Cardinales habito super futuri Pontifi-
cis electione tractatu, in nos tandem, licet imme-
ritos, de legatione, quam susceperamus in An-
gliam, redeuntes, & per aliqua terrarum spatia
ab Apostolica sede remotos, suos oculos iniece-
runt, nos in ecclesiæ Romanæ Pontificem eligen-
tes. Cumque demum Perusium venissemus, & in-
sufficiencia nostræ multiplicis non ignari, tam im-
portabilis oneris ferre sarcinam, tamque eminentis
honoris fastigium conscendere merito formi-
dantes, demum ad concordium fratrum instan-
tiam, tanto supposuimus oneri humeros imbecil-
les; solitudinem nostram projicientes in illum,
& in eo figentes anchoram spei nostræ, qui dat
lasso virtutem, & ijs, qui non sunt, fortitudinem
& robur multiplicat, infirma mundi nonnumquam
eligen, vt ad sui nominis gloriam fortia quæque
confundat.

5 Rogamus itaque vniuersitatem vestram, &
per Dei misericordiam obsecramus, quatenus
pensato prudenter, quod vobis præmium super-
næ charitatis acquiritis, si circa nos diuina pati-
entia generalis Ecclesiæ regimini præidentes, plenæ
deuotionis studium exponatis; ab illo, cuius
admiranda potentia per gratiam dat esse fortissi-
ma, quæ sunt fragilia per naturam, impetretis ora-
tionum auxilio, vt solitudinem nobis ab ipso
creditam sic exequamur exemplis & meritis, quod
inde accrescat nomini suo gloria, Christianus pop-
ulus salute ac tranquillitate proficiat, & tandem
no-

a Iord. M.
S. V. at. bibl
b Bern. in
exo. Rom.
Pont.
c Mart.
Polib. 3. m.
Clem. 4.
S. Anton.
3. p. tit. 20.
cap. 1.
Clemētis
pater pie-
tate cons-
piciuus.
Chartusia
nis se addi-
cerat.
d Clem. 1. 4
ep. cur. 10.

e Long. hist.
Pol. 1. 7.
Perusium
sine pom-
pa se con-
ferre nouus
Pont.
f Prot. Lu-
cen. hist.
eccl. 1. 22.
cap. 30. &
alij.
Solicitat
frustra
Cardina-
les designent
Pontificē.
g Formul.
Mar. ebuli
pag. 54.
h Clem. lib
1. ep. que
ext. etiam
in col. for.
pag. 28. n.
167.

i Urbani
prædeces-
soris mor-
tis tēpus.

k Præfules
ad eccle-
sias probe
admini-
strandas
hortatur.

a Clem.
1. 2. ep.
74.

Azo mar-
ch. Estēsis
moriens
Opizoni
nepoti
principa-
tum relin-
quit.
b Mon. Pad.
chr. lib. 3.
Feg. hist.
lib. 3.
c Lib. 3. ep.
cur. 47.
d Ib. ep. 48
e sig. post
cand. ep.

Guido Sa-
binen. ep.
Card. Pon-
tifex eligi-
tur.

f Prot. Lu-
cen. hist.
cap. 29.

Eius pri-
mordia.

g Clem. 1. 2
ep. 178.
h Lib. 3. ep.
31.

i Ptolem.
Luc. hist.
eccl. 1. 22.
cap. 30.

nobis, ac vobis æterni luminis claritas illu-
scat, &c.] Spondet Apostolicis studijs numquam
ijs defuturum. *Dat. Perusij VIII. kalend. martij*
anno 1.

6 Certiores facti Christiani Reges a Clemen-
tem in Petri cathedra Urbano successisse, gratu-
latorias illi literas transmisere: e quibus Bela Vn-
garię hęc omni officiorum genere refertas de-
dit. b

*Sanctissimo patri ac domino, domino Clemen-
ti diuina prouidentia sacrosanctę Romanę ecclesię
summo Pontifici, Bela Dei gratia Vngarię, Dal-
matia, Cbrouatia, Rama, Seruia, Gallicia, Lodo-
meria, Cumanięque Rex, deuotus ipse filius, deu-
ta pedum oscula beatorum.*

Ex ineffabili, & immenso æternę beatitudi-
nis fonte misericordię abundans fluuius terris il-
lapsus creditur, dum vestram beatitudinem Pa-
ter misericordiarum Ecclesię pretioso suo plan-
tatę sanguine præfecit; vt iuxta principis Apo-
stolorum prædecessoris vestri, cuius fidem obti-
netis & locum, auctoritatem pascatis gregem Do-
mini immarcescibili pro corona. Sane audito eo,
quod personam vestram (cuius iam dudum præ-
coniã de cultu iustitię, de zelo fidei, & de miseri-
cordię lenitate per plurimorum, respectuum me-
dacia, relationem veridicam, nostrę se mentis ob-
rutibus præsentarant) diuina prouidentia sacre
Urbi & orbi pariter præfecisset; effecti sumus in
virtutum Domino hilares & iucundi; sperantes
sacrosanctam matrem nostram, beatitudini vestrę
commisam, vestra nos respiciente gratia, conso-
lationis vberibus recreare, remotis paternaliter
his, qui iustis nostris desiderijs forsitan se oppo-
nunt. Cum enim vergente in senium seculo, hu-
mana natura quanto per processum temporum
a perenni fonte creationis suę sit remotior, tan-
to sit procliuor ad sinistra, extinguitur in plerisq;
deuotio, delitescit sinceritas, & fidelitas tereno
domino debita dissoluitur: quę sola dat fidei ser-
uandę ad Deum euidens argumentum; quibus
vtique corruptelę subiectis vesana lingua inter-
dum in ipsorum dominorum depressionem falsa con-
fingere non formidat. Et ob hoc decebat, vt talis
orbi daretur diuinitus Pontifex, qui aboleret illi-
cita, proteruas linguas compesceret, dilataret fu-
niculos fidei, & zelum iustitię ampliaret: per quem
deuotorum intenderetur deuotio, & iniquitas re-
pressionem reciperet correctiuam. Proinde cum
& apostolica benignitas, & innata beatitudinis ve-
strę nobilitas nobis suggerant; nosque attrahant
& inducant, vt in nostris ad vos agendis, qui estis
Petri successor & vicarius Iesu Christi, debeamus
recurrere cum fiducia filiali; non credentes in no-
stris iustis desiderijs nos perpeffuros, repulsam,
tot præsertim in vobis virtutum sublimitati ve-
strę coherentium concurrentibus radijs, seu ful-
gore; duximus ad vestram felicitatem dilectum
& fidelem clericum nostrum magistrum Ladislaum
capellanum vestrum, archidiaconum S. Eusta-
chij in ecclesia Strigoniensi, familiarem, notarium,
& apocrisarium aule nostrę, vt nostram deuotio-
nem sanctitati vestrę humiliter representet, &
mentis nostrę beatitudini vestrę secreta, detegat &
arcana. *Et infra: Ad hęc compositionem & or-
dinationem inter nos & filium nostrum Regem
Stephanum mediantibus venerabilibus patribus
Strigoniensi & Colocęsi archiepiscopis factas, no-
minatim a beatitudine vestra petimus confirmari.*

*Dat. apud Pbyzegni anno Domini millesimo ducen-
tesimo sexagesimo quinto, v. kal. aprilis.]*

7 Gratulati pariter sunt Clementi de adepta
dignitate Iacobus Aragonum, Theobaldus Na-
uarrę, S. Ludouicus Galliarum, Alfonsus Cas-
tellę & Legionis Reges; tum plures Reginę: qui-
bus singulis alias dedit literas, e quibus, cum mi-
ram rerum humanarum despicientiam ac sancti-
tatem oleant, nonnullas insignes sententias decer-
pere visum est. Reginę quidem Nauarrę S. Lu-
douici filiã non gaudiorum fegetem ac materiam
in apostolico fastigio, sed lacrymarum reperis-
se significauit a. Hęc vero ad illius virum Theo-
baldum omnibus virtutibus ornatissimum princi-
pem scripsit b: *Si ita nostro, filii charissime, prout scri-
bis, congaudes honori, cõpatite volumus nihilominus
oneri, quod nostros adeo deprimit & aggrauat hume-
ros imbecilles, vt in tanta prelationis ascensu; con-
siderantibus nobis fideliter, quod & quantum oneris
imminet; citra Deum occurrere nequeat, quod
deleat. Ille tamen nos recreat, qui creauit; & in
illo consolationem recipimus, qui sperantes in se non
deserit, lasso virtutem tribuens, & his qui robusti
non sunt, robur multiplicans: ab Ecclesię nascentis
initijs mundi huius infirma eligens, & per ea for-
tia subigens & confundens. Sane tua serenitatis
receptis literis, quę tuę deuotionis feruorem, quem
ad nos & ad ecclesiam Rom. habere te asseris, ostendebant, &c.*

8 Simillima est literarum sententia, quas ad
Francorum sanctissimum Regem Ludouicum de-
dit, e in cuius aula versatus fuerat, regijsque con-
silijs adhibitus: *Olim extitit nobis gratum: erat
enim & iustum, te nominare dominum: pulchrum
quidem, nam & verum, te dicere amicum. Sed ad
pontificatus apicem sola Dei miseratione prosecti dul-
ciori te nomine filium appellamus, vt annexa dul-
cedo nomini dulcorem interna dilectionis ostendat.*
Tum non ad ostentationis pompam, sed ad com-
mendationem veritatis sancto Regi, caducarum
rerum amore auulso, significat se non erigi fas-
tu, non corrumpi delitijs, nec opum fulgore
perstringi: *Illud scias, quod in suscepto regimine
nec bonos nos erigit in superbiam, quem onus im-
portabile comitatur; nec dissoluunt delitia, quas
conflictus curarum eliminat; nec diuitia sibi subij-
ciunt, quas nunquam nobis permisimus dominari:
imo quod lati referimus, quem seruum habere ne-
queunt, & comitem dedignantur. Et supra excu-
sat se, si eius preces non admiserit: *Probrsum, in-
quit, tibi non reputes nostrę ac tuę honestatis intuitu
pati in aliquibus te repulsam, qui legisse te recolis &
audisse V as electionis præclarum, Apostolorum prin-
cipis coapostolum non auditum petitione tertio repe-
tita, &c. Dat. Perusij VIII. id. maij an. 1.**

9 Consentiant superioribus, quę respondit
Alfonso Castellę & Legionis Regi a gratulanti
de accepto Clementis nomine, cum S. Cle-
mentis festo die in lucem prodijisset, eoque postea
recurrente, ingentia a Deo beneficia accepisset:
*Flendi potius, quam gaudendi materiam apud nos
inuenimus: nec tamen animus noster deiecitur, cui
consolationis remedium ingerit inexhausta diuina
pietatis abyssus, quę quos conformes suo inuenit be-
neplacito, non sic eleuat vt allidat; imo potius opus
imperfectionis abhorrens, sic humiles erigit in sub-
lime, sic & locum humilitatis proprię conseruan-
tibus reuerenter manum non subtrahit adiutricem.
Sub illius igitur confidentia, qui sperantes in se non
deserit, ad fortia manum misimus & ad graui-
coaptauimus humeros imbecilles, & quod possibilitas
nostra non obtinet, in eo nos posse confidimus, apud
quem non est impossibile omne verbum. Tum ipsi Ec-*

a Reg. post
sand. ep.

b Exant
in l. priuil.
Rom. eccl.
T. 2. pag.
162.

Regis Vn-
gar. ad Põ-
rif. literę
gratulato-
rię.

a Tra-
7.
b Tra-
10.
Fig. C.
ad Th.
baldus
Reg. lit.

c Lib.
Alia.
S. Lud.
Reg. l.

Egreß.
de op.
contep.
sentent.

d Lib. ep.

Alie. lio.
Alfonse.
Castell.
Regem.

Spes in
Deo con-
stituitur
significat.

clesiarum regni sui decus ac iura cōmendat; cum-
que minus honesta per oratores a Clemente pe-
tisset, ad repulsa emolliendum dolore vrbane
addit: *Sic te strenuum Christi pugilem, sic custo-
dem populi sui vigilem, operum attestatione demon-
stres, ut cum hactenus in hac parte multos & ma-
gnos Reges viceris, nunc vincere satagas & teip-
sum, &c.*

10 Tot modestiæ singularis signa, quæ in su-
perioribus ad Reges literis præse tulit, non subor-
nata ad pompam fuisse, secuta opera demonstra-
nt: qui enim honores opesque sibi non opta-
bat, deriuare in sanguine coniunctissimos con-
tempfit; vnde non acquiescens carni & sanguini
ipso in priori conditione perstare voluit. Hæc
enim nepoti, qui iam summos honores sibi augu-
rabatur, rescriptis, a quæ tanti Pontificis redolent
sanctitatem.

Petro Grosso de S. Aegidio.

Multis de nostra promotione gaudentibus,
nos soli sumus, qui certius immensitatem oneris
experimur: & ideo quod alijs gaudium, nobis
metum subministrat & fletum. Sane vt scias qua-
liter his auditis debeas te habere, scire te volu-
mus, quod humilior debes esse: neque enim quod
nos vehementer humiliat, nostros debet extolle-
re; maxime cum honor seculi momentaneus sicut
ros transeat matutinus. Nec ad nos te, vel fra-
trem tuum, vel de nostris aliquem venire volu-
mus sine speciali mandato: quia spe sua frustra-
tos, si secus præsumerent, oporteret redire con-
fusus. Sed nec in tuæ sororis nuptijs gradum que-
ras propter nos altiore: quia nec nos haberes
propitios, nec in aliquo adiutores. Si tamen eam
cum filio simplicis militis desponsaueris, in trecen-
tis turonensibus argenti tibi proponimus subue-
nire: & si altiore quæras, nec a nobis denarium
speres vnum: & hoc ipsum secretissimum esse vo-
lumus, & tibi & matri solummodo esse notum.
Illud etiam scias, quod nullum nullamque de san-
guine nostro sub nostræ sublimitatis obtentu in-
flari volumus: sed tam Mabiliam, quam Cæciliam
illos viros habere volumus, quos haberent, si ef-
semus in simplici clericali. Gilliam visita, & dic ei,
quod locum non mutet; sed remaneat apud Su-
sam, & omnem maturitatem & habitus honestatē
obseruet; & preces pro aliquo non præsumat as-
sumere: nam & ei pro quo fierent essent inutiles, &
ipsis qui rogauerint dānose: & si per aliquos ex hac
causa munera offerantur, ea respuat, si vult nostrā
gratiam obtinere. *Dat. Perusij in die Perpetua &
Felicitatis*] Subduntur in regeſto hæc verba: *In*

sua creationis principio. Susceptam eam piam-
mentem postea non posuisse, in quamuis facile filias
amplissimis viris collocare in matrimonio potuis-
set, ex S. Antonino constat b, cuius hæc verba sunt:
*Dicitur in laudem tanti viri, quod cum duas filias
nobiles haberet, & nuptui tradere quæreret; non ta-
men de patrimonio Crucifixi, sed tantum de pro-
prio, quod non maximum erat, eas dotare vellet; at-
tendentes ad diuitias pontificales seu Ecclesiæ, cum
de illis nil expectare valerent, illas innuptas dimi-
serunt: vnde & meliori sponso Domino Iesu Chris-
to tradite sunt in virginitate Deo obsequentes.*

11 Sub sancto adeo Pontifice Ecclesia e ma-
gnis, quibus premebatur, angustijs feliciter emer-
sit. Cum enim pontificatum adijt, tristissima erat
plurimum regnorum ac prouinciarū facies: lacera-
batur Italia Manfredi tyrannide, & pars illius ma-
xima ab Ecclesia discissa, orbata sacris, a Saracenis
conculcata iacebat: fluctuabat Germania in con-

traria duorum principum Richardi & Alfonsi le-
storum in Romanorum Reges studia diuisa: tu-
multuabatur Dania, & grauissimis discordijs la-
niata in proprium exitium ruebat: Vngariæ ac
Poloniæ grauissimus Tartarorum, veluti iam
iam irrupentium, terror impendebat: squalle-
bat in lacrymis ac mœrore Anglia suo Rege per-
duellium crudelitate vinculis irretito: grassa-
bantur in Hispania Saraceni: conuulsam a schis-
maticis Constantinopolitanum Imperium, ac gra-
uora in dies Latinorum reliquiæ vel patiebantur
vel timebant: in periculum adducebatur Terra
sancta, adeo vt Pontifex, quem vnum tot luctus
ac mala totius Christiani orbis obruebant, vere
diceret sibi non gaudiorum pompam, sed lacry-
marum materiam delato pontificatu suppedita-
tam fuisse. Suscepto igitur apostolico munere,
aduersus Manfredi tyrannidem primas curas con-
uertit, quo perdomito ad cetera feliciter instau-
randa perficiendaque se accingeret: ac suscepta
de transfundendo in Carolum Andegauicæ & Pro-
uinciæ comitem regno Siculo a prædecessore cō-
silia vrgere cœpit: & Simoni tituli S. Cæcilie pres-
bytero Cardinali A. S. L. iniunctum ab Urbano
in Gallijs munus confirmavit: a vtque cruce in-
signitos pro ineunda expeditione Hierosolymita-
na absolueret nuncupato voto, cum non tanta
Syriæ instaret necessitas, illudque cum Sicula con-
uerteret, potestatem fecit; ac S. Ludouicum Re-
gem Francorum ad explicandam liberaliter ope-
ram fratri est adhortatus b: cum ex eo Francorum
gloria, Italia pax, Ecclesiæ decus, Constantino-
politani Imperij salus, Terræque sanctæ libertas
penderent.

12 Aggressus est Carolus c maximis animis
susceptam defendendæ Ecclesiæ prouinciam:
quamuis enim Manfredus alpes Palauicini ope-
ra præcluderet, cum Pisanis mari pararet insidias,
Tybridis fauces sudibus, & saxis obstruere nitetur;
mare etiam procellis armatum coniurasse vi-
deretur, dicitans a virtutem fortuna superiorem,
superatis omnibus periculis Romam feria quarta
ante pentecosten, classe inuectus peruenit, e at-
que a ciuibus honorificentissime exceptus sena-
toriam dignitatem adijt. Sed cum pontificum
ius lesisset ob plures & Gallica nobilitate in Late-
ranense palatium ad id inhabitandum inductus,
subiectis literis a Clemente perstringi f meruit:
*Attentasti sane pro tuo iurto, & forsitan sine au-
cuius necessitatis intuitu, quod nullus principum
deuotorum hactenus attentavit: dum gens tua La-
teranum palatium tuo mandato, et dicitur, inde-
center intrauit: quamquam a quibusdam dicatur,
quod alicuius auctoritatem habuit vel assensum, cui
nec de iure nec de nostro beneplacito potestas in hoc
aliqua competeat. Et licet iam tue literæ conti-
neant, quod confidens de nostra gratia facturus eras,
quod tamen iam feceras; hoc scire te volumus &
pro certo tenere, quod nunquam nobis placere pote-
rit, senatorem Vrbe, quantumque sit celsitudi-
nis, quantumque fauore sit dignus, in alterutro
palatiorum nostrorum in Vrbe moram trahere: cum
& futuro prospicere velimus discrimini, & Ecclesiæ,
cui præsidemus immeriti, præ eminentiam singularem
nolumus nostro tempore deijci; per te maxime, quem
ad eius exaltationem vocauimus & honorem. Tu ergo,
dilecte fili, hæc molisse non ferens, constitutus
in Vrbe, quæ tot abundat domibus spatiosis, ad lo-
cum alium conferre te satage. Nec te dicas de nostris
domibus in boneste deiectum: sed potius honestati tua
consultum, &c. *Dat. Perusij xiv. kal. iun. an. i.**

Re-

Commē-
dat ipsi ec-
clesias.

Vt post vi-
ctos Re-
ges seipsū
vincat
hortatur.

47o. 2. ep.
548.

Nepotem
pristina
fortuna
contentū
esse iubet

Hortatur
ad mundi
contem-
pnum.

Nepotem
mediocris
conditio-
nis, viro in
marrimo-
nio collo-
cari iubet

Veratuos
vllas ipsi
preces cō-
mendati-
tas porri-
gere.

bs. Anton.
3p. vii. 2o
c. i. S. ii.

Tristis or-
bis Chri-
stiani hoc
tempore
status.

Manfredi
tyrannidē
edomare
aggre-
ditur Pon-
tifi-
x. Simonem
Card. in
commis-
sione
ab Urb. le-
gatione
cōfirmat.
Crucefi-
gnatos si-
gna Caro-
li sequi iu-
bet.

a Clem. l.
1. ep. cur. i
b 16. ep. 2.
M. S. Vall.
fig. lit. C. n.
49. pag. 14
c Sicul. rer
anonym.
auct. Prot.
Luc. hist.
eccl. l. 22.
cap. 31.

Nang. in
gest. S. Lud.
Masson in
Lud. IX.
& alij.
Caroli in
Vrbem
ingressus.
Suos in
Lateranē.
palatium
induit.
d Ricord.
Maleſp.
hist. flor. c.
177.

10. Vill. l. 7
cap. 3.
e Clem. T.
2. ep. 18.
f 16. ep. 2.
Acriter
a Clem.
corripitur

Carolus penam polat.

13 Reprehensus a Pontifice Carolus mox, a-matissimi filij more, parenti charissimo obsequen-tis, errorem demissione deleuit; seque ad Clemen-tis voluntates flexit. Paucis vero post diebus pon-tificio iussu ab Anibaldo basilica duodecim Apo-stolorum presbytero, Richardo S. Angeli, Ioanne S. Nicolai in carcere Tulliano & Iacobo S. Mariae in Cosmedin dicaconis Cardinalibus in Latera-nensi basilica Siculi sceptri iuribus, initis solem-nibus pactioibus, acceptoque vexillo a do-natus est. De quibus pactioibus Ptolemæus Lucensis b tradidit, conuentum esse: Circa re-gimen, regni videlicet, secundum statuta Regis Guil-lemi, de quo dictum est supra, ad qua obseruanda ipsum sub fidelitatis iuramento astrinxit. Eodem etiam iuramento ipsum arcet circa factum Imperij, qua quidem pacta adhuc extant: quod * debet se de ipso ingerere, nec electioni de se facta consentire, vel ipsam prosequi: aliter ipso facto cadit a iure regni. Adiectæ sunt plures alia leges, quarum præcipuas ex Cardinalium memoratorum literis b excerptas subijcio.

1p. ep. 73 b Pr. ol. Lu cen. hist. eccl. lib. eod. c. 30. Iord. M. S. V at bibl. signat nu. 1960. * non Pactioes illum in- ter & Ec- cle siã ini- ra.

6 Ext. in l. primil. Rõ. eccl. 10. 3. pag. 19. Deficiente herede le- gitimo re- gnũ ad Ecclesiam deuoluen- dum.

Qui suc- cedere possint Carolo si- ne alijs morienti.

14 Conditiones sunt hæ. Si in vestro, vel he- redum vestrorum coitu legitimum, prout subsequitur, heredem vos aut ipsos, quod absit, non habere contigerit, regnum ipsum ad Romanam ecclesiam, eiusque dispositionem libere reuertatur. Descenden- tes autem ex vobis & vestris heredibus Sicilia Regi- bus mares & femina in eodem regno succedent: sic tamen, quod de liberis duobus maribus in eodem gra- du per eandem lineam concurrentibus, primogenitus, & de duabus feminis, primogenita, & de mare & fe- mina in eodem gradu similiter concurrentibus, ma- sculus omnibus alijs præferatur. Si vero vos, quod absit, sine liberis ex vobis legitime descendentes mori contigerit, possit vobis in regno & terra præ- dictis succedere dumtaxat nobilis vir Alfonsus com- es Pictauiensis germanus vester: & si dictus Al- fonsus vobis non superuiverit, possit vobis succe- dere vnus ex filijs domini Ludouici illustris Regis Francorum, videlicet maior natu post illum, qui succedit in regno Francorum. Et hæc gratia, vel successio tam ex parte vestra, quam ex parte illorum erit tantummodo personalis; ita scilicet, quod ad nullum filiorum, vel heredum ipsius Alfonsi, si Al- fonsus ipsum præmori vobis contigerit, huiusmodi successio se extendat: sed huiusmodi maior natu succedet in regno Sicilia, & terra prædictis. Similiter etiam, si nullus filiorum, vel heredum ipsius maioris natu vo- bis non superuixerit, huiusmodi successio habebit; sed regnum Sicilia & terra prædicta ad Roma- nam ecclesiam eiusque dispositionem libere deuoluen- tur.

Et qua ra- tione.

15 Si vero Alfonsum & maiorem natu prædi- ctos vobis præmori contigerit, nullus alius vobis sine liberis ex vobis legitime descendentes in eisdem regno & terra succedet: sed liberum erit eidem Ro- mana ecclesia de ipsis regno Sicilia & terra dispo- nere iuxta sua beneplacitum voluntatis. Si autem prædictos Alfonsum & maiorem natu post successio- nem huiusmodi, aut eorum heredes sine liberis ex ipsis legitime descendentes mori contigerit, regnum Sicilia ac terra prædicta similiter ad eandem Roma- nam ecclesiam, eiusque dispositionem libere reuertentur. Sed & si aliquem de alijs successoribus vestris Regem vel Reginam Sicilia sine legitima prole sui corporis mori contigerit, in futurum succedent eidem, seruatis gradibus si superstites fuerint, hæc persona, videlicet Regis, vel Regina sine prole legitima sui corporis descendens frater, vel soror ac collatera- les superiores mares & femina, vtpote patris &

Varij suc- cessionum gradus.

auunculi, amita & matertera; & sursum vsque ad quartum gradum dumtaxat, illis collateralibus, quos vos habetis ad præsens, & habebitis, dum vixeritis, & qui post vestrum obitum ex eisdem forsitan orien- tur, exceptis. Collaterales etiam inferiores succedent similiter mares & femina, vtpote nepos vel neptis ex fratre, vel sorore; & inferius vsque ad eundem tantummodo quartum gradum. Quod autem de fe- minis recta linea, ac collateralium superius est ex- pressum, intelligendum est tam de nuptis, quam etiam de innuptis: dummodo nupta sint fidelibus, & Ecclesia deuotis. E sicut inter has personas gradus seruari volumus, vt scilicet prior gradus posteriori gradui præferatur: sic & in eodem gradu pluribus concurrentibus, priorem natu posteriori, & marem femina in huiusmodi successioibus volumus ante- ferri. Personarum autem huiusmodi nulla super- stite, regnum ipsum, sicut prædicitur, ad Romanam ecclesiam & eius dispositionem libere reuertatur.

16 Quod si forte deficientibus masculis contigerit feminam innuptam in regno succedere, illa marita- bitur persona, qua ad ipsius regni regimen & de- fensionem existat idonea: Romani tamen Pontificis prius super hoc consilio requisito. Nec nabet nisi vi- ro catholico & ecclesie Romanae deuoto: & si con- tra hoc fieret, licebit eidem Romano Pontifici contra ipsam ad priuationem prædictorum regni & terre sine figura iudicij, & absque omni iuris solemnitate, in quacumque ætate filia ipsa consistet, procedere, si hoc ei videbitur expedire. In regnum vero & terram prædicta nullus succedet, qui non fuerit de legitimo matrimonio procreatus. Ad hoc tam vos, quam vestri in regno heredes regnum & terram præfata nullatenus diuidetis: sed semper illa vnus tantum sub ipsis conditionibus immediate ac in capite ab ec- clesia Romana tenebit. Vos autem, nobis recipien- tibus vice prædicti summi Pontificis & ecclesie Ro- mana, præstatis ad præsens iuramentum fidelitatis, re- seruata receptione ligij homagij eidem summo Ponti- fici iuxta ipsius mandatum: & tam vos eius succes- soribus canonice intrantibus, expressis eorum nomi- nibus, & ipsi Ecclesie, quam vestri in ipso regno he- redes sub proprijs nominibus prælibato summo Ponti- fici, & huiusmodi eius successoribus, dictæque Ecclesie ligium homagium facietis, & dictum iuramentum fidelitatis, faciendo mentionem de præsentis instru- mento, seu literis, præstabit in hunc modum: Ego Carolus, &c. Concepta est iisdem sententijs huiusmodi sacramenti forma, atque ea, qua Petrum Aragonum, Ioannem Anglorum Reges, Parafo- num Calaritanum toparcham, & alios sedi Apo- stolice se obstrinxisse vidimus. De eouero nun- cupando hæc leges dictæ.

17 Huiusmodi autem homagium vos & dicti heredes facere, & iuramentum fidelitatis præstare secundum præscriptam formam, si Romanus Ponti- fex in Italia fuerit, infra sex menses; si vero eum extra Italiam esse contigerit, infra annum, postquam regni dominium adepti fueritis; teneamini: & sin- gulis ipsis successoribus & eidem Rom. Ecclesie reno- uabitis tam ipsum homagium, quam huiusmodi iura- mentum. In optione autem & beneplacito erit Rom. ecclesie vos & heredes vestros vocare ad præstandum personaliter iuramentum fidelitatis & ligium ho- magium Romano Pontifici & eidem Ecclesie; dum- modo ad hoc vobis tutum locum statuunt, & assignent; vel aliquem Cardinalem ipsius Ecclesie, vel alium, qui vice Romani Pontificis iuramentum iuxta ean- dem formam, & homagium recipiat, destinare. Pau- cisque interiectis, de non coniungendis Sicilia & Imperio sancitum: Iurabitis, vos ad hoc speciali- ter

Velle Regis Sicilia tifici bendi sic.

De Imp- rio & lia reg- non con- iungend

ter obligantes, quod nunquam per vos vel alios, seu quocumque modo procurabitis, ut eligamini, vel nominemini in Regem, vel Imperatorem Romanorum, vel Regem Theutoniae, seu dominum Lombardiae, aut Tusciae, vel maioris partis earumdem Lombardiae, vel Tusciae: & si electionem, vel nominationem ad Imperium, vel ad regnum Romanorum, seu ad regnum Theutoniae, aut ad dominium Lombardiae, vel Tusciae, seu maioris partis earum, de vobis celebrari contigerit, nullum huiusmodi electioni, vel nominationi assensum prestabitis; vel intromittetis vos illo modo de regimine ipsius Imperij, vel regni Romanorum, seu Theutoniae, aut Lombardiae, seu Tusciae, vel maioris partis earum. Atque intermissis pluribus, quibus singulae leges eo spectantes descriptae sunt, & optio datur, si vocaretur ad Imperium, alterius principatus habenas capeffere: de censu pontificio arario annis singulis inferendo hæc constituta sunt.

18 Pro toto vero generali censu ipsorum regni & terra octo millia unciarum auri ad pondus ipsius regni in festo B. Petri, ubicumque Romano Pontifex fuerit, ipsi Romano Pontifici, & Romanae ecclesiae annis singulis persoluentur. Si vero vos, vel vestri in dicto regno heredes, quocumque termino non solueritis integrum censum ipsum; & expectati per duos menses, terminum ipsum in mediate sequentes, de illo ad plenum non satisfeceritis; eo ipso eritis excommunicationis vinculo innodati. Quod si in secundo termino infra subsequentes duos menses eundem censum sine diminutione qualibet non persolueritis, totum regnum ac tota terra praedicta ecclesiastico erunt supposita interdicto. Si vero nec in tertio termino infra duos menses per plenam satisfactionem illius eiusdem census vobis duxeritis consulendum; ita quod, transactis eodem termino & duobus proxime sequentibus mensibus, non sit de octo millibus unciarum huiusmodi primi termini ipsi Ecclesiae integre satisfactum ab eisdem regno & terra cadetis ex toto: et regnum ipsum & terra ad Romanam ecclesiam integre, & libere reuertentur.

19 Constitutum praeterea est, ut recurrente tertio quoque anno equum eximium albi coloris Carolus, & successores offerant Pontifici, accepti pontificia liberalitate Siculi regni ergo. Tum ut trecentos equites egregie armis instructos trimestri integro, laborante bello ditione ecclesiastica, regijs sumptibus in Ecclesiae obsequio sustentent; idque officium, si ita Pontifici visum sit, cum maritimis auxilijs commutent. Beneuentum eiusque agrum, suis limitibus ex apostolico placito definitum, Ecclesiae reservatum censeant: atque ad eam instaurandam urbem necessariam materiam a quo pretio suppeditent. Ad ecclesiasticum vero ius afferendum in Sicilia id cautum est, ut omnia bona mobilia, vel immobilia restituantur ecclesiis, quae a tyrannis erepta essent: tum in creandis praesulibus libertas nullatenus violetur: Omnes in super ecclesiae, tam cathedrales quam aliae regulares & seculares, nec non & omnes praelati & clerici, ac universae personae ecclesiasticae, seculares & religiosae, & quaecumque religionis loca cum omnibus bonis suis in electionibus, postulationibus, nominationibus, prouisionibus, & omnibus alijs plena libertate gaudebunt; nec ante electionem, siue in electione, vel post regis assensum vel consensum aliquatenus requiretur: quam utique libertatem vos & vestri in regno heredes semper mantenebitis. Et infra: Omnes etiam cauae, ad forum ecclesiasticum pertinentes, libere absque illo impedimento agitabuntur, tractabuntur & ventilabuntur coram ordinarijs, & alijs ecclesiasticis indi-

cibus, & terminabuntur per eos: & si ad sedem Apostolicam super huiusmodi causis appellari contigerit, tam appellantes quam appellati ad eandem venire sedem, pro appellationum prosecutionibus, libere & absque inhibitione aliqua permittantur. Sacramenta vero fidelitatis praestabuntur secundum antiquam & rationabilem consuetudinem.

20 Conuentum etiam est, ut iniquae leges a Friderico, Conrado, aut Manfredo, qui tyrannidem antea exercuerunt, aduersus ecclesiasticam dignitatem latae abrogentur: ac veteres a Guillelmo II. Siciliae Rege promulgatae, quae ad ecclesiarum, vel populi commodam spectant, restituantur. Adiecta quoque ea lex, ut Carolus ac successores Siciliae Reges nullum foedus cum gentilibus, Sarracenis, schismaticis, catholicis aduersus Romanam ecclesiam coire possint: tum de exercitu in hostem conflando, ac regio de conuentibus superioribus diplomate edendo conditum est. Actum Romae apud Lateranum in basilica Saluatoris, quae appellatur Constantiniana ante sacratissimum altare ipsius basilicae IV. kal. iunij anno Domini MCCLXV. pontificatus vero praedicti domini Clementis PP. IV. anno I. Hæc ubi constituta sunt ab Anibaldo basilicae duodecim Apostolorum, Richardo S. Angeli, Ioanne S. Nicolai in carcere Tulliano, & Iacobo S. Mariae in Cosmedin diaconis Cardinalibus, Clemens apostolica auctoritate singulari communiuit. Nulli ergo &c. Dat. Perusij per manum magistri Michaelis de Tolosa S. R. E. vicecancellarij XI. non. nouembris indi. IX. incarnationis dominicae anno MCCLXV. pontificatus vero domini Clementis PP. IV. anno I.

21 Perfecta ea celebritate Carolus, missis ad Clementem literis, regio nomine veteres titulos exornauit: ex quo quantum gaudium hausisset Pontifex, alijs significauit, utque bene cepta proficeretur, fausta illi pluribus precatus est: *Tua magnitudinis nobis litera, per nostrum nuper nuncium assignata, regij nominis nozum titulum & excellentia regalis solum exterioribus oculis offerentes, totum nostrum interiore hominem tanto gaudio perfuderunt, ut leuatis in calum manibus dicere Domino cogeremur: Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis. Sane confidimus in eodem, cuius perfecta sunt opera, quod tua promotionis initia successu firmaturus optato corroborabit in iudicio & iustitia regnum tuum, hostes sub pedibus tuis conteret, & tibi barbaras subiget nationes, &c. Dat. Perusij. v. id. iul. Ducendi ob id in Siciliae regnum exercitus ad illud e Manfredi manibus vindicandum potestatem contulit. b Quo vero maior Carolo auctoritas conciliaretur, de eo solemniter regijs insignibus concilio agitur: nec enim spes aberat Siculos facile deserto tyranno illius obsequijs se addicturos, designata est dies sacra epiphaniae Domini proxime appetentis anni ita flagitante Carolo, quem extremo hoc anno Clemens certorem fecit, se Albanensi episcopo & quatuor alijs diaconis Cardinalibus munus iniunxisse, ut ipsum & uxorem dignitatis regiae ornamentis insignirent, atque ob pacta, quae ipsum inter ac Pontificem intercederet, clientelare obsequium ac munus Cardinalibus deferret; cum nec facile adire Pontificem, nec Pontifex Romam sine grauari incommodo conferre se posset.*

22 Cum nouum ac legitimum Regem aduersus suam tyrannidem assurgere videret Manfredus, in summas angustias Ecclesiam coniecit. Exhaustum erat pontificium ararium, consumptum bellis praeteritis, tantumque etiam alieni aris susceptum

Leges preteritorum tyrannorum abolende.

Guillelmi II. restituentis.

Clemens de accepto regio nomine Carolo gratulatur. a T. 2. ep. 32.

b 1b. ep. 73 77.

c 1bid. ep. 126. Ad regiam inunctionem Cardinales designati. d 1b. 1. ep. cur. 26.

Manfredus Ecclesiam in magnas angustias coniecit.

¶ T. 2. ep.
67.
Extrema
Ecclesie
inopia.

vt ipsarum etiam Urbis ecclesiarum possessiones pignori Clemens subijceret: *Ecce*, inquit in literis ad Simonem tit. S. Cæcilie presbyterum Cardinalem, *prospice Rege Siciliae possessiones ecclesiarum Urbis, exceptis S. Petri & S. Ioannis Laterani, & Cardinalium ecclesijs & hospitalium & monialium, obligauimus usque ad centum milia librarum prouentuum, si ea poterimus inuenire: & exponemus ecclesijs magno periculo, &c.* Atque adeo arctatus erat sanctissimus Pontifex, vt cum inde premeretur inopia, eaque persuaderet, vt arte aliqua ad corradas pecunias vteretur, hinc abduceret numinis diuini timor, magno virtutis exemplo induxerit in animum, egestatem æquo animo pati, atque ab alienis opibus puras manus seruare; susceptumque consilium Cardinali S. Nicolai in carcere Tulliano significarit: *Angit nos cogitatus assiduus de paupere statu nostro, cuius reuocationem Deo committimus: pro cuius amore & proximorum exemplo nostram æquanimur patimur paupertatem, & ab omni extorsionis & questus specie abstinemus.* Nec dissimulauit Carolo calamitosissimum Ecclesie statum: *Vide*, inquit b, *partis orbis concussas, & scire poteris causas inopia. Anglia aduersatur, Alemannia vix obedit, Francia gemit & queritur, Hispania non sibi sufficit, Italia non subuenit sed emungit: & vnde potest Romanus Pontifex, si Deum timet & reueretur homines, sibi vel alijs in militia, vel pecunia subuenire?*

Insignis
Clemen-
tis in ea
toleranda
integritas.

ib. ep. 52

¶ Mod. T. 2.
ep. 43.

23 His angustijs pressus S. Ludouici Francorum Regis opem implorauit c, exposuitque quanto furore Manfredus ob exitum Carolum Ecclesiam concutere niteretur.

Clemens, &c. Regi Francorum illustri.

Sicut Pharaeo cõtempus surgit in scandalum, sic perditionis nuncius & iniquitatis alumnus Manfredus, quõdam princeps Tarentinus, videns ipsius [nimirum Caroli] aduentum, & præuidens exinde se præcipitio proximum & debitam ruinam vicinum; ex eo spiritu nimis temerariæ præsumptionis assumpto, quod idem Rex suam præmissis ex causis iter accelerans venerat, equis vt præmittitur & pecunia immunus, quod militiæ Regis eiusdem per eundem Manfredum varijs impedimentis oppositis via non patet, nisi forte in magna multitudinem veniat, tunc præsertim cum auxilio Mediolanensium facile transiratur; vires suas conflant in vnum, satagens præfatum Regem, vel per repulsam opprobrium, vel per conclusionis dispendium, confundere in sinu Ecclesie matris suæ, ac ipsam Ecclesiam in eodem. *Ecce fili satis clamat ad te facti istius qualitas, satis etiam fratris charitas interpellat: amanti enim sufficit nunciare: sufficit, vt noueris tu, qui, quos debes amare, non deseris: sufficit vt firmiter credimus, immo pro certo supponimus, matri tam pro filio suas necessitates exponere: sufficit fratri apud fratrem, gerentem nihilominus erga se patris affectum, talibus interpellare precibus, & ipsum ad succursus accelerandum remedium taliter prouocare.* Attendatur itaque zelus filij, fratris, & patris: nec in tanta necessitate affectio sic accumulata deficiat matri, filio, & germano: ad quod & nos ex intimo mentis affectu quas possumus deprecatorias persuasiones & persuasorias preces ad ieiunium, pietatem regiam monentes, orantes & obsecrantes in Domino Iesu Christo, ac in remissionem tibi peccaminum iniungentes, quatenus prædicta pia qua decet meditatione considerans, memorato Regi compatiaris, & nobis, &c. *Dat. Perus. xv. kal. aug. anno 1.*]

S. Ludouici
opem
implorat.

24 Extant plures eo argumento Clementis litera ad S. Regem deprecatoria, quæ legentibus lacrymas eliciant. Silere vero ex illis eas non possumus, quibus eundem Francorum Regem ad commiserationem, descripto ita Ecclesie laborantis statu, excitat b: *Et temporis qualitas: & perurgens nos cogit necessitas tuam, fili charissime, magnitudinem excitare ad compatiendum Ecclesie matri tua, quam licet aliquibus retro temporibus nunc ex vno latere, nunc ex alio vel bella finitima, vel remota concussis; iam Domino permittente, quasi quatuor ventis calis in maris medio configentibus, undique concurrentia mala perturbant, & ad partem quacumque se verterit, præter regnum tuum a Domino benedictum, quod pro sua pietate Dominus conseruet, audit continuos ecclesiarum gemitus, oppressiones pauperum, scissuras principum, tumultus frementium populorum; videt colla calcari fidelium & exaltari cornua impiorum.*

25 Lugubribus iterum iterumque literis, cum tardiora viderentur auxilia, sanctum Regem interpellauit: *Clamamus c, inquit, nec cessamus; immo potius quasi tuba vocem exaltare compellimur, fidei Christiana naufragium, & Ecclesie sancte Dei, & charissimi in Christo filij nostri Caroli Regis Sicilia illustris perspicacibus oculis intuentes angustias.* Decreuerat nimirum Manfredus non irruentem, in regnum Carolum expectare, sed vltro adoriri, atque Vrbe exturbare: pollebat enim ingentibus viribus, ac vicinas nonnullas arces obtinebat. De quo ancipiti discrimine hæc Clemens ad Ottobonum S. Adriani diaconum Cardinalem scripsit: *d Manfredus cum suo exercitu Saracenorum & aliorum infidelium venit Cellas, & si Vrbi appropinquauerit, quod non creditur, timeamus de congressu cum charissimo in Christo filio nostro Rege, qui in hoc animosior, quam vellemus, nulla potest ratione compefci. Dat. Perus. xiv. kal. augusti anno 1.* Adductis ita in extremum discrimen rebus, Pontifex Cardinalibus, qui in Vrbe versabantur, dedit imperia, vt Carolum a committendo vniuerso certamine absterrent: *Attendentes c, inquit, pondus negotij & sequelam, cum eodem Rege, cui super his scribimus, collatione habita, eum moneatis & efficaciter inuocatis, ne seipsum precipitet, & nos ac vniuersalem Ecclesiam huic exponat discrimini. Sed saniore fretus consilio, superueniens expectans auxilium, suam patiatur audaciam frano prudentie interim cobiberi. Datum Perus. xv. kal. augusti anno 1.*

Magna prudentia elusos fuisse Manfredi impetus, rerum exitus edocuit: tyrannus enim, cum ad certamen Carolum elicere non potuisset, fraudesque dissipatas vidisset, in citeriorem Siciliam se recepit. Cuius recessum Clemens dicto Ottobono S. Adriani diacono Card. Piceni præfecto significauit f: *Venerat Manfredus Ecclesie persecutor usque ad Cellas, & aliquamdiu fuit ibi cum exercitu copioso, ad ciuitatem Tyburtinam anhelans, quam sperabat sibi proditione reddere: in quo deficiens, inflexo per gyrum itinere, venit ad Matricem, & eam obtinuit, & proditores nostri Cassiani se reddiderunt eidem. Cumque ducatus planitiem ingredi minaretur, accepit de regno nuncium, & quidquid ipse tulit, quod nescimus, in regnum redijt festinanter, dimissa militia Vicouari. Reu. autem Sicilia, moratur in Vrbe &c. Dat. Perus. vii. kal. septemb.*

26 Præstolabatur Carolus ex Clementis consilio auxiliares Gallorum copias, quas Pontifex propositis indulgentiarum præmijs ad Manfredum Ecclesie persecutorem reprimendum euocabat

Bituricensi enim, Narbonensi, ac Senonensi archiepiscopo pandendi sacra signa, militesque cruce insigniendi provinciam demandarat. ^a

Clemens, &c. De venenoso genere, velut de radice colubri virulenta progenies Manfredus quondam princeps Tarentinus egressus, ab ineunte ætate, paternis se conformans nequitijis, nisus est, quantum potuit, paternam sænitiam superare. Qui sicut impius, in pessimis rebus exultans, gloriatus est esse ac dici Ecclesiam persecutor, ad depressionem orthodoxæ fidei, enervationem iuris ecclesiastici, & iugemurbationem Italiae, prout patet, per opera damnabilia progenitoris imitatione suspirans. In qua voluntate perfida non solum perseverans, sed crescens, quantum in eo est, profanavit sacra, religiosa sceleravit, destruxit ecclesias, afflixit viros ecclesiasticos, & alios tam nobiles, quam populares, & pupillis & viduis non pepercit; alias molitus totis viribus acceptum vitus effundere, ac iniquitatem tam innatam, quam a patre propagatam in matrem Ecclesiam parturire: & vt ad suæ intentionis perfidiam posset pervenire facilius, Saracenis & alijs inimicis Ecclesie in Christianorum dispendium speciali se amicitia copulavit. Idem quoque regnum Siciliae ad Romanam ecclesiam pertinens, vt de alijs taceamus, inuadens, ac regnicolas perfidia inhumana contractans, quantum ex ipsius regni opibus lædat Ecclesiam, turbet Italiam, & alias etiam remotas partes concutiat, non solum vicinis est notum, sed ad extremos orbis angulos iam pervenit. Et licet Ecclesia tamquam pia mater, longo tempore dissimulaverit ista, credens quod ille ad cor rediens pœnitentiam ageret de commissis; quia tamen de die in diem fiebat deterior, & peiora prioribus cumulabat, quadam inevitabili necessitate oportuit nos pro Ecclesie defensione, athletam assumere, ipsumque erigere ad illius proteritiam retundendam. Cuius rei causa charissimum in Christo filium nostrum Carolum Regem Siciliae illustrem, quem more progenitorum suorum Apostolica sedes semper invenit ad beneplacita sua paratum, vocavimus ad huiusmodi negotium, eique prædictum regnum de fratrum nostrorum consilio duximus conferendum; firma spe fiduciaque tenentes, quod per ipsius strenuitatem, fidelitatem, & potentiam idem regnum optata pace fruatur, gaudebit Italia, a bellis, &urbationibus intestinis quiescens, Imperij Romanie status reformabitur, & Terræ sanctæ in manu valida succurretur, &c.] Proponit indulgentiarum præmia religiosam in Manfredum militiam accepto crucis symbolo professuris. *Dat. Perusij 1v. non. septembris anno 1.*

27 Excitavit ad crucem induendam pro iusta adeo causa Antiochensium episcopum, b vt præclara sua eloquentia tum ex iplo plures ad Caroli castra alliceret, cur etiam ad tolerandos sacri belli sumptus Gallicanum clerum, vt subsidiarium æs conferret, est deprecatus c: *Via, inquit, dilectissimi fratres & filij, si que vobis sunt viscera pietatis, larga se vestris animis ingerit compassionis materia, dum Romanam ecclesiam matrem vestram, dum virum magnificum & illustrem non sibi, sed mundo genitum, Regem Siciliae in tantis auditis angustijs constitutos. Quin etiam totius Christiani populi discrimina ex præmissis potestis colligere, cum si, quod absit, inimicus Dei & catholice fidei persecutor nostro pugili, peccatis exigentibus, prævalet, primis malitia sue finibus non contentus, conatum*

Annal. Eccl. Tom. XIV.

suum ad maiora porriget, quæ nondum vidit oculus, nec cuiusquam auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt. &c. Dat. Perusij xv. kal. decemb. anno 1.

28 Exciti interea pontificijs clamoribus Galli cruce signati Italiam parabant ingredi: quos cum Palaucinus Manfredi dux, alijque Gibellini Insubriae aditu arcere molirentur, Pontifex religiosam militiam in pluribus Italiae provincijs ad struendum venientibus facilius iter promulgari iussit a. Creatique de causa in Insubria ad rem promovendam legati primum Cusentinus b archiepiscopus, dein Simon tit. S. Martini presbyter Cardinalis. Commota vero Gallorum adventu Italia, vt recreati pontificij, ita Manfredi studiosi animis labare cœperunt, atque ad Ecclesie castra transuolare nonnulli cupiere. Inter quos Pisanis redire velle cum ipsa in gratiam præferentibus, id maxime optanti Carolo rescipit Clemens c, absolui non potuisse, cum Manfredianis finibus suis arcere nollent. Cæterum plures Florentini d traducti sunt in partes Ecclesie: tum Brixianie, Anibaldus f & Petrus g e Vico Romani patritij, qui Ostiam & Centumcellas occuparant h; Recatanenses, ac Fulginates i, quorum vrbs episcopalis sedis dignitati restituta: redacti in mutuam cõcordiam Ariminenses l a memorato Simone Cardinale. Ad coniungendos quoque mutuo fœdere Mediolanenses m Gaufridus e Bellomonte legatus transmissus. Palaucinus enim ipsos in mutuas clades commiserat, atque in suas partes Mediolani magistratus traxerat. n

29 In his Insubriae turbis implorabat Montisferati marchio Põtificis auxilia, cui Clemens hæc rescipit: *Si stiptus in bellis legitimis tenetur Ecclesia ministrare, sua sibi nequaquam sufficerent facultates, cum requirant expensas innumerabiles Hispania Constantinopolis, Terra sancta, Prussia, Livonia, & multæ aliæ regiones, in quibus fidelibus cõ infidelibus fere cõtinuus est consuetus. Iæoq; mirari non debet tua discretio, fili, si guerras Longobardia nostris humeris non imponimus: nam Imperij onera, ad quæ vix sufficit ipse Imperator, ferre nulla ratione possemus: & præsertim hoc tempore, quo ea premimur paupertate, vt ipsi quotidianis & domesticis sumptibus minus plene respondere possimus. Dat. 111. kal. aug. pontificatus anno 1.* Sed de Italicis rebus hæcenus: nunc ad pontificium zelum in tuendo iure ecclesiastico stylum conuertamus.

30 Non ipsis pepercit Regibus, qui dignitatem ecclesiasticam imminuebant, vel iugo grauiore præfules & clericos premebant: sed constantia Apostolica eorum sceptri & diadematis fulgorem non veritus, ipsos arguit, vt quidquid in ea re peccatum esset, emendarent. Testes ad Francorum, Aragonum, ac Danorum Reges ardentissimæ zelo literæ, quas subiiciemus. Gallorum quidem sceptrum tractabat sanctissimus Rex Ludouicus: ac cum humanæ sapientiæ angustia vires ad omnia porrigere se non possint, commissa sibi auctoritate male vsi regij ministri graue iugum ecclesie Narbonensi imposuerant, atque ecclesiasticam afflixerant dignitatem: quare clerus ille ad summum Pontificem confugit. Quorum querelis permotus Clemens S. Ludouicum rogauit, vt Narbonenses sui gratia haberet commendatos.

Clemens, &c. Priuilegium amoris præcipui provincie Narbonensi nos proculdubio debere fatemur, & eidem tam in ipsius releuandis oppressionibus, quam in eius vtilitatibus ampliandis tanto libentius huiusmodi exoluimus debitum, quanto ad id pluribus & efficacioribus rationibus

Gallici exercitus in Italiam aduentus.

a Lib. 2. ep. 160. 161. 162. 163. 167. 169. b Tom. 2. ep. 54.

c Lib. 1. ep. 6. Territi Pisani Ecclesie gratia affectant. c To. 2. ep. 115.

d Plures ad Ecclesie partes reuocati. d Lib. 1. ep. 142.

e Ep. 165. f Lib. d. ep. cur. 12. g Lib. 1. ep. 84.

h Ibid. ep. cur. 7. i Lib. ep. 18. l T. 2. ep. 92. 93. 95. m Lib. 1. ep. 159.

n T. 2. ep. 84. o To. 2. ep. 49.

Montisferati marchio tuetur partes Ecclesie.

Subsidiarium æs postulanti quid responderit Pontifex.

Clemens zelus in tuendo iure ecclesiastico.

p Extant ap. lib. in cod. Vall. sign. lit. C. n. 49. pag. 16.

Narbonensem ecclesiam commendat S. Ludouico

bus inuitamur. Ad hoc enim nos, qui ex ipsa originem traximus, inuitat & allicit natalis solimonia, quæ illius nos fore immemores non permittit. Hoc quidem in nobis ad illam filialem causam affectum, quem diuturna conuersatio multorum familiaris, & grata notitia placidaque obsequia plurimorum multipliciter ampliarunt: sed suprema in ea Narbonensis ecclesiæ obtenta prælatio illum promouit postmodum in paternum. *Et infra.*

Exponit
S. Ludouici
eo illius
angustias.

Nosti, fili charissime, quam fideliter, quam constanter prælati eiusdem prouinciæ honori regio tempestatibus guerrarum, in partibus eiusdem exortis, semper astiterint; quam viriliter illum fuerint profecuti; nec ipsorum merito ex eo debet apud regalem magnificentiam detrahi, quod in hoc etiam suis utilitatibus consulebant. Nosti quoties ijdem prælati pro suorum releuatione, grauaminum apud tuam serenitatem institerint; nobis etiam frequenter laborantibus, pro pace ipsorum: & dum finalis de parlamento in parlamentum differebatur responsio, superaddita noua grauamina nouas querimonias pariebant. Decet igitur & animæ tuæ saluti, ac famæ credimus expedire, quod ijs celerem finem prouidentia regalis imponat, tum quia diuturnitas temporis peccatum nec defensione munit, nec minuit, sed augmentat; tum quia, nisi hæc tempore tuo finalem expeditionem receperint, proculdubio tua posteritas illa irreuocabilia reputabit, verisimiliter creditura pro certo nulli vitio subiaceret, quia Rex tanti nominis, tantæ deuotionis & zeli tam longo tolerauit tempore, nec vnquam emendare curauit, super hoc pluries requisitus, &c.] Emendasse mox, quod male a ministris gestum fuerat, sanctum Regem dubitari non potest, cum ille pro innata pietate pontificia imperia religiose coleret, atque ecclesiasticos summo amore prosequeretur.

Iacobus
Rex Arag.
ecclesiasticos
oppres-
sit.

Mulcere
muneribus
Pontificem
sua iura ni-
tuitur.
a To. 2 ep.
17.

31 Eundem tuendæ ecclesiasticæ libertatis zelum in defendendis Aragoniæ ecclesijs, quas Iacobus Rex iniquius oppreserat, Clemens explicuit: acceptisque ab eo nonnullis muneribus, amoris & obseruantia gratia missis, corrumpi illis vel deliniri Pontifex sanctissimus non potuit, ut silentio insidias ecclesiasticis iniurias præteriret: sed post actas tanto Regi ob munera transmissa grates obiecit a, ecclesias ab eo afflictas gemere, nec ipsum obtenta ab illis auxilia, ad oppugnandos nimirum Murcianos Saracenos, de quibus paulo inferius erit nobis sermo, promeruisse, quamdiu eam seruitutem ipsis imprimeret. Tum patenter admonuit, ut pristina ipsas restitueret libertati, se enim, ni pareat, ad salutaria magis, quam iucunda ipsi remedia adhibenda ex officij apostolici religione tandem adactum iri.

Clemens, &c. Regi Aragonum illustri.

Clemens
lit. ad Re-
gem Arag

Monet eum
Pont. ut
ecclesiarum
iura asse-
rat.

Debet illud aduertere tua sublimitas, quod si per iuris tramites ordinate vellemus incedere, nullum tibi fuisset impendendum subsidium ab ecclesijs terræ tuæ, donec grauamina reuocasses earum. Nos autem acutius intuentes, quod obsequio vincitur animus gloriosus, & facilius ducitur, quam trahatur; eo ipso ad dilectionem earum te perspeximus arctius obligari, quo durante iniuriarum instantia gratiosior est subuentio, quæ quantumlibet istis opportuna temporibus ex ijs causis honeste poterat prorogari. Tu igitur consulens honestati, nostris pariter parcens angustijs, si ecclesiarum, quarum iustas querelas aure surda præterire non possumus, sub ea liber-

tate dimiseris, quam & a iure obtinet, & retroactis temporibus a te & tuis antecessoribus habuerunt. Ad quod te sollicitamus precibus: in quos si, quod absit, deficeres, eo promptius sequeremur, quod tuæ saluti crederemus expediens, quam quod tibi contra iustitiam tuæ voluntatis motus aut impetus ministraret. Sic enim, in quocumque statu fuimus, charos nostros dileximus, ut eidem libentius vtilia quam placentia, & molesta dixerimus quam damnosa. *Dat. Perusij id. aug. anno 1.*

32 Intabat a apud sedem Apostolicam Iacobus Rex, ut Clemens apparatus bellicum aduersus Saracenos instruenti ex ecclesiarum regni vectigalibus subsidiarium aurum conferret. Africani enim Saraceni a Granatensi & Murciano Regibus, Castellani stipendiarijs ac perduellibus, exciti in Hispanias, cum magna classe inuicti maximas Christianorum strages ediderant. Aduersus quos Iacobus Aragonius, qui maximis & gratissimis bellis Saracenos contuderat, ad præclaram messem gloriæ colligendam se accinxit, significauitque Pontifici induendæ crucis consilium. Mouebat enim illum Christiani nominis defendendi zelus, imminens regno suo periculum; tum iuuandi Castellani generi sui pietas, in quem belli moles vergebat. Collaudauit mox eius mentem Pontifex, ac literis b apostolicis ad crucem ut moris erat, humeris affigendam Aragonios, Terraconenses, Valentinos, Baleares excitauit.

Archiepiscopo Terraconensi, & episcopo Valentino.

Visio dura nuntiata est nobis. Infideliter agit incredulus; & depopulator, proditorie molitus insidias, nititur ad vastandum. Saracenis siquidem dudum de partibus Hispaniæ, quas diutius immunditia suæ inhabitationis infecerant, per omnipotentis Dei virtutem, & Christianorum potentiam pro parte maxima effugatis; reliqui ex eis remanentes ibidem, eorumdem Christianorum ditioni subacti, & tributis addicti, nuper; coactis viribus de conceptu iniquitatis innata, quem aliquamdiu necessitas coactionis occuluit, natiua impellente malitia desideratæ partum malitiæ parientes; Christianos earundem partium incolæ, numerosa & contumaci ad hoc de Africa multitudine conuocata, hostiliter inuaserunt: & in eos impræmeditatos, & in socios irruentes, ac in ipsorum cede grassati multos ex eis inhumane occiderunt. Propter quod de filiorum strage acerbis intrinsecus pia mater Ecclesia tacta doloribus; non immerito erumpens in lacrymas, ingeminans gemitus, querelas multiplicans & lamenta, queritur infidelium gladijs occubuisse fideles, & deflens sub impiorum manibus pretioso Christi pie redemptos sanguine corruisse; ad cultores orthodoxæ fidei ex intimis vocem profundi doloris exaltat: ipsosque ut aduersus Saracenos eisdem magnanimiter, & potenter exurgant, sollicitis exhortationibus excitans; eos ad occurrendum tanto eiusdem periculo fidei, & succurrendum fidelibus illectiuis præmijs allicit, inuitat instantius, & feruenter accendit: sperans fidentius, quod Dominus bella conterens sicut ab initio suum brachium eriget: & Christianis assumentibus, ut decet, commune negotium, ac prosequentibus viriliter causam Christi, suæ virtutis potentia impiorum acies de propria virtute sperantes allidet, & exterminabit iterum de Christianis finibus barbaras nationes. Id enim a Domino

mino factum est hætenus, cum multo maior infidelium multitudo plura regna illarum partium occuparat: quæ tamen paucorum incolarum fidelium consternata, & expugnata viribus, Deo pro ipsis pugnante, succubuit, de regnis ipsis profugata contemptibiliter, & viriliter profligata.

33 Et nunc igitur numquid non est Dominus pro suo beneplacito in multitudine, vel paucitate triumphans? An abbreviata est manus ipsius, ut saluare non possit: vel virtus in aliquo diminuta, ut comminuere, cum vellet, nequeat inimicos? Profecto dextera Domini virtutem fecit & faciet: dudum contra Saracenos ipsos exaltauit Hispanias, & in posterum exaltabit. Accendatur itaque Hispaniarum zelus, feruere solitus erga fidem: nec illarum populi gloriosi, quos deuotionis sinceritas, honor, & gloria militiæ triumphalis, magnanimitas inconcussa, & imperterrita strenuitas præliorum grandi hætenus præconio extulerunt; in tanto propria salutis discrimine arma, relinquunt rubigini, otio torpeant, vel dexteras consuetas ad fortia complicant sub axillis. Sed exurgant propugnatores inclyti, nec cedant cedere solitis, vel ab ijs, quos terrere consueuerant, terreantur: immo forti & iucundo animo recententes, quod ipsi velut singulares propugnatores fidei pro dilatione ipsius contra Saracenos eisdem prælia Domini præliantes, victoriosos de ipsis obrinuere triumphos; in hostes ruant intrepidi, agmina inimicorum exterminant, tollant opprobrium gentis suæ, quod ex eo proculdubio non leue illis ingeritur: quia tam vilissimæ nationes ipsorum, & progenitorum eorundem dudum subactæ prælijs nunc, quasi mures de canernis egressæ, ausæ sunt ipsos ad prælium prouocare. Ad hoc autem eorum virtuosos animos illud animosiores efficiat, quod charissimus in Christo filius noster Iacobus Aragonum Rex illustris, vir quidem bellator ab adolescentia sua; vir, in cuius manu contra eiusdem inimicos fidei directa est salus; vir, qui populo suo gloriam dilatauit; dum factus leoni similis in suis operibus, & quasi leonis catulus rugiens in venando, persequens impios, & fidei perferutans inimicos, illorum colla suo subegit imperio, ciuitates & regna suæ ditioni subiecit, ad idem negotium prosequendum contra Saracenos prædictos magnifice se accingit. De quo, cum sit vir magni consilij, & probatæ virtutis, crebra expeditionum experientia, longoque armorum exercitio ad bella doctissimus, speramus in Domino, quod per ipsius potissime, aliorumque idem negotium prosequendum, ministerium gentes perfidas de credentium finibus auferet, ipsarum conculcabit superbiam, & earum potentiam in cinerem rediget & fauillam.

34 Cæterum quia inter curas multiplices & immensas, quibus assidue angimur & distrahimur supra vires, pro instantis prosecutione negotij propensiori sollicitudine perurgemur; ad hoc nostræ intentionis aciem totaliter dirigentes, ut Christianis in dictis partibus contra præfatos decertantibus Saracenos, celeri & potenti cõpugnatorum auxilio succurratur, & negotium ipsum nostræ prouidentia directum studio, Deo propitio, prosperetur; nos de vestra fidei puritate, virtutis constantia, & circumspectionis industria, plenam in Domino fiduciam obtinentes, prædicationem crucis in Aragonia, Valentia, ac Maioricarum regnis; nec non & in Terraconensi provincia, omnibusque terris districtus Regis eiusdem

contra prædictos Hispaniæ, ac Africa Saracenos; presentium vobis auctoritate committimus, in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus in huiusmodi commissio vobis officio iuxta datam a Deo vobis prudentiam procedentes efficaciter & prudenter, illud vos vel alter vestrum per vos, & alios, non obstante quod ad alicuius instantiam hoc etiam alij sit commissum, diligentius exequi studeatis, &c.] Prouinciam ijs imponit, ut fideles religiosam militiam in Saracenos professuros cruce insigniant, præmia indulgentiarum ijs impertiantur, singulares concessas prærogatiuas exponant, eorundemque arripiant clietelam; veniam pariter criminum spondeant ijs, qui vel stipem contulerint, vel operam consiliumue contra impios explicuerint. *Dat. Perusij x. kal. iunij anno 1.*

35 Magnâ vero in eo bello suæ virtutis expectatione admirationemque concitauit Petrus Iacobi maior natu filius, qui vbi Saracenos Africanos Murcia congregatos esse inaudiit, generoso ardore in arma aduersus eos prosiliit: ob quod facinus Clemens literas gratulatorias dedit, utque paternis vestigijs insisteret, est adhortatus, ac se athletam Christi fortissimum exhiberet: *Peruadet ingenita tibi nobilitas his rebus intendere, illis studijs inherere, quæ & gratiam tibi diuinam præparent, & laudem apud homines tibi titulis probitatis acquirant. Hoc sane probat non leuibus argumentis laudabilis illa constantia, qua fidei zelo succensus, dum circa partes Murcia Saracenorum auassis agmina cõgregata, sanguinem sitiensium populi Christiani, obiectis te perfida gentis insulibus.* Tum applaudit eius virtuti, Murcia arctissima obsidione cinxisse, & interclusisse commeatus, ut certissima iam compellenda ad deditionem Murcia spes afflueret; hortaturque ut suis laudibus tuende ecclesiasticæ dignitatis laudem addat: *Ciuitatem eandem adeo, prout fertur, arctasti, quod victualium defectu pressi non possint effugere manus tuas. In his ergo tua strenuitatis intijis grato tibi gratulationis applausu nobilitatem tuam rogandam duximus & hortandam, quod bene coapta perurgili cura continuans, magnanimitatis paternæ prouidus imitator, sic ad finem negotium perducas optatum, sic ubicumque potueris, pugil Christi cultum eius, repressis crucis hostibus, studeas propagare, ut & in tuis processibus Dei letifices ciuitatem, & ab omnium retributore bonorum beatitudinis æterna præmia assequaris. Verum quia penes matrem fidelium fidei residet magisterium, & Ecclesiæ, fideique negotia adeo sunt connexa, quod neutrum sine altero potest legitime promoueri; nobilitati tuæ consulimus, te rogamus & hortamur attente, quatenus ecclesias & personas ecclesiasticas semper habeas in honore; & sic in deuotione huius tibi solidas iuuentutem, ut cum ætatis prouectioris fueris & curis maioribus occupatus, portes assuetæ suauius, & in tam pijs actibus magis, ac magis quotidie delesteris, statuens ante oculos mentis tuæ, quibus hætenus incrementis profecerint deuoti principes, & ecclesiasticæ libertatis amici; quamque viliter & abiecte ceciderint, qui viam aliã, immo potius deuium sunt secuti. Nos sane sicut charissimum in Christo filium nostrum patrem tuum sincere dileximus, sic & te tenera brachij dilectionis amplectimur, tuum in Domino desiderantes profectum, quia te credimus ad magna & Deo placentia reseruari. *Dat. Perus. 2. kal. octob. anno. 1.* Euerit postea Petrus eas spes, & in cruentum Ecclesiæ proditorem desciauit, ut suis locis visuri sumus.*

36 Incumbebat porro præcipua huius belli

Clemens fideles ad eos retundendos accidit.

Significat Iacobum Regem crucem in eos induere.

Indulgentia arma sumpturis propolite.

Iacobi maior natu filius in Murcia copias promouet.

at. 2. ep. 88.89.

In commeatum inopiam adigit.

Alfonfus Rex Castell. in Sarac. se comparat

Pontificia ad promo uenda Alfonso expeditionem beneficicia. a. 1. b. ep. 13. c. 1. d. ep. 14. e. 125. Corripitur Rex. e. 1. d. ep. 19.

Apud Luc. lib. 2. c. 28. Orientales Saraceni rem Christianam atterunt.

Expugnatio arcis Arsus.

e. Sanus. 1. 3. p. 12. c. 7

Imminetis cladis præ sagium.

f. Ext. eius lit. n. ed. biblos. v. all. c. sig. lit. C. nu. 49. p. 82. 15

Tristes de ea re Clementis lit

moles Alfonso Castellæ & Legionis Regi, cui vt cæleste præsidium conciliaret Clemens, omnibus qui pro ipso, atque exercitu preces funderent, indulgentiarum præmia est impertitus. Ad constandas vero pro retundendis infidelium conatibus copias Hispalensi archiepiscopo promulgandæ sacræ cruce signatorum militia provinciam demandauit a: tum etiam pro stipendijs centesimam omnium vestigalium ecclesiasticorum colligere, suamque operam contra Africanos Saracenos ducturo Alfonso porrigere imperauit b. Sed Alfonso sibi attributa centesima parum contentus, tertiam partem rectis ecclesiarum dicatam inuaserat; cuius corripendi munus Clemens archiepiscopo Hispalensi iniunxit c. moneret Regem, ne ecclesijs bellum inferret: *Quis, inquit, sapiens bellico se committit discrimini, cui conscientia bellum internum indicit?* Perdomitum ab eo Regem Granatæ refert Ptolemæus Lucensis d, ac de vestigalibus illi impositis id memorandum refert: *Hic etiam Regem Granatæ multum humiliavit, & in ipso augmentauit tributum, quia tempore patris soluebat pro tributo omni die mille marabatinos Regi: sed per istud augmentum in die veneris pro reuerentia crucis, vt duo millia daret.*

37 Nec Africani modo Saraceni Christianos hoc tempore in occidente inuaserant, bellumque in Hispanias intulerant; verum etiam Asiatici in oriente Christi fideles Terre sanctæ adorti insidijs, funesto armorum successu iustissimis cladibus obruerunt. Sultanus enim Ægyptius capta dolo superiori anno Cæsarea, versaque in Arsus belli mole, eam arcem hoc anno grauissima obsidione expugnauit: ex quo, cum manifeste Christianorum res labare cœpissent, datum imminentis exitij præ sagium narrat Sanutus e: *Eodem anno ultimo aprilis captum est castrum Arsus. Ab oriente enim Ptolemaidæ visum est clarum signum, quasi ensis longitudinis lancea, percutere turræ ecclesiæ S. Crucis. Fuerunt quoque capti aut mortui Hospitalarij nonaginta: & qui in castro erant vniuersi circa mille ducti sunt in captiuitate Babylonica.* Ferociens ea victoria Bendocdar Ægypti & Babylonæ Sultanus la tius ferrum flammamque circumtulit: pluribusque expugnatis Christianorum arcibus, Ptolemaidæ extremi excidij terrorem incussit. Attulit is casus lugubris Clementi grauissimum dolorem, quem eo magis exacerbatum orientalibus significauit f, quo ob occidentis tumultus tanta auxilia, quanta percuperet, comparari non possent: nec tamen ijs de futuro spondit.

Venerabilibus fratribus patriarcha Hierosolymitano A. S. L. & ceteris archiepiscopis & episcopis; & dilectis filijs domus militia Templi, Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani, & domus Hospitalis sanctæ Mariæ Theutoniorum magistris; ac nobili viro Gaufrido de Sarzenis, ceterisque magnatibus & comitibus in partibus Syria constitutis.

Amara est potio, quam nobis nuncij vestri & literæ propinauerunt. Horum dura narratio nos cibauit absynthio; illarum vero lugubris ferries potum nobis tribuit aquam fellis, in lacrymabili expressione status miserabilis Terra sanctæ nostrâ replentes amaritudinibus animam, & acerbis doloris aculeis fauciantes. Habebat namque ipsorum assertio, quod pusillus grex Domini transmarinus, qui, diuina illum protegente gratia, olim Tartarici gladij furorem euaserat, & Babylonis hæcenus impetus supererat, nunc Babylonicæ persecutionis dolis inuoluitur, eius opprimitur

fraudibus, illius succumbit insultibus & viribus conculcatur.

38 Egressa est etenim nouiter cruenta & horribilis bestia ex Ægypto, nasandissimus ille Soldanus Babylonæ, hostis Christianitatis, infestus populo Christiano, velut versus insidians, & quasi leonis impetu defæuiens in eundem, vt illum vel decipiat fraudis insidijs, vel fortitudine perimat, & violentia puginatorum extinguat: quorum graui multitudine congregata, in partes Syriæ insidiosus ac violentus ijs diebus insilijt, & in nobilem ciuitatem Cæsaream, dominantis eidem nuncijs verba pacifica locutus in dolo, subito irruens eam, fugatis exinde incolis, & profligatis mœnijs, detinet miserabiliter occupatam. Ex quo in suæ superbæ spiritu spem ad alia occupanda protendens, Peregrinum & Caiphæ castra violententer inuasit, vexauit incendijs, & diuersis impugnationibus fatigauit; & tandem spe de illorum occupatione concepta, sola illius, qui bella conterit, virtute frustratus [sed arcem Caiphæ demum sub impiorum potetia succubuisse posteriores docent literæ a] Cæsaream redijt a conceptæ iniquitatis proposito non desistens; sed insistens potius, vt Christianitatem in partibus illis extermineret, capto postmodum castro Arsur, prout in literis tuis, fili magister Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani, quas dilecto filio nobili viro duci Venetorum super hoc destinasti, vidimus contineri; ad obsidendam Acconem ciuitatem se præparat, naualietiam ad hoc exercitu præparato, vt illa, quæ in eisdem partibus singulare quasi robur Christianitatis existit, exterminata, pro libito cætera Christianorum loca facile deleat, & inibi nomen Christi totaliter deleatur. Sic, sic ille versus esuriens, sic idem leo rugiens, & damnati generis bestia, ira plena iracunde sæuit in prædictum Domini populum, illum obsidere ac extinguere satagens hostibus circumfasis. O quam acerba nobis horum memoria: quam amara consideratio hæc & alia tã grandia fidelium discrimina repræsentans! Dum enim hæc anxia mente reuoluimus; dum consideratione sollicita meditamur, zelus noster velut ignis accenditur, erumpunt lacrymæ, conceptæ amaritudinis indices; nec suspiria continemus; pro eo maxime, quod circa promptitudinem accelerandi in tanta necessitate succursus, impedientibus varijs cismarinarum partium turbationibus, grauibque scissuris, nostrorum immensitati votorum nequaquam, prout vellemus, possibilitatis mensura concurrat, &c.] Ergit eorum animos ad constantiam, additque Tyrensem archiepisc. ad instruendas cruce signatas copias missum in Gallias, seque tum Gallos proceres, tum alios fideles ad bellum sacrum concitaturum.

39 Interea Sultanus Babylonius, ad alias inuadendas arces spe erectus, Azoto admoit exercitum, cinctumque obsidione cepit, eueritque; in cuius excidio duo millia Christianorum, immo plures exquisitissimis supplicijs vitam pro Christo constanter & gloriose profudisse, Siffridus refert. b Tristem hunc casum ita deplorat Pontifex in literis consolatorijs ad Pælatinos datis c: *Quod permittente Domino iniquitatis filius, post obtentam Cæsaream & euersam, obtinuit nihilominus & Azotum, captiuatis ex Deo populo pluribus; & non paucis, vi fertur, occisis, prout per literas vestras recepimus, nostrum; & fratrum nostrorum animos in stabili mœnore persudat, cum stragem populi Christiani nec audire sine cordis amaritudine, nec audiam recolere sine tristitia*

na valcamus, &c. Dat. Perusij VIII. kal. augusti anno 1.

40 Cum promptissimis auxilijs ad reprimendos furentis hostis impetus opus esset, dum arma parabat occidens, Pontifex proximo a datis superioribus literis die Aytonum Armenia Regem ad promptum ferendum auxilium impellere conatus est: proposuitque illi ob oculos calamitosissimum Syriæ statum; ac præcipue Hospitalarios, quorum virtutem erat expertus, maxima ex parte apud Azorum deletos: ubi plures Christiani in seruitutem abducti, immo & crudelissima neci ob professam constantem Christi fidem traditi erant.

Illustri Regi Armenia.

Quanto te Dominus in populo Christiano amplioris regni folio voluit honorari, tanto eræctum altius obligavit ad sui cultum nominis dilandandum, & inimicos fidei Christianæ perurgilicæ studio deprimentos. Nosti, filii charissime, quod cum multâ cordis amaritudine nuper accepimus, quam insolenter irruens in Christicolas ille proditor, qui Soldanus Aegypti dicitur, Cæsaream violenter expugnauit; & Azotum, effuso sanguine Christi militum, & nonnullis ex eis, quod est multis morte lugubris, captiuatis: propter quod inter damna communia Terræ sanctæ specialem Hospitaliariorum S. Ioannis grauius cæteris, vt audiimus, ordo percussus, magnam vel maximam conuentus sui partem amisit: licet amissi dici non debeant, qui pro suæ fragilitatis modulo, Crucifixo debitum impendentes obsequium, suæ biberunt calicem passionis. Verum cum tu speciali, vt credimus, affectione dilexeris ordinem memoratum (quod in diuersis casibus re ipsa diceris cõprobasse) serenitatem tuam horrandam duximus & rogandam, quatenus fratribus eiusdem ordinis, in tot & tantis angustijs constitutis, cum ab eis super hoc fueris requisitus, assistas efficacius consilio & auxilio opportunis. Et licet pro ijs specialiter te rogemus, nihilominus & pro omnibus te rogamus, qui in terra prædicta inuocant nomen Christi; in remissionem tibi peccaminum suadentes, vt sic ad ipsos te habeas, vt dolere videaris iniurias Crucifixi, & fraternæ charitatis illorum iungi confortio, a quibus in catholice professione fidei non discordas. Dat. Perusij VII. kal. aug. an. 1.] Paruisse Armenia Regem Clementis precibus, colligitur ex literis ad Palæologum datis suo loco afferendis, quibus ipsum illum exemplo ad sacrum bellum inflammare nisus est.

41 Nec Aytonus modo Armenia Rex pro defendendis Syrorum reliquijs suppetias tulit, verum etiam Cypriæ regiæ procurator, qui Hugone Rege impubere post Regina Placentiæ obitum publicam rem administrabat, cum expedita manu ad Ptolemaidem propugnandam accurrit, vt refert Sanutus b: Hugo, inquit, de Lisignano balliuus Cypri cõ pulchra militia in die B. Georgij Ptolemaidẽ duxit solum MCLXV. Erat autẽ tunc militia regni Cypri magni valoris, magnaque prudentia: fuerunt autem in eius societate cxxx. milites & alij equites. Fulta itaque hisce alijsq; auxilijs hac vice intentatum discrimẽ euasit. Verum in alias arces Christianorum repentina irruptione virium molẽ effudisse, ac Neapolim Samariæ sibi subijcere meditatum, luget Clemens in literis ad S. Ludonicum, cuius opem enixe implorat c: Licet post strages fidelium varias & multiplicatas in habitatores ipsius astate præterita, post proditoriã occupationem Cæsareæ metropolis Palastinae, post valde damnosam euerisionem Arsuri & destructionem aliorum locorum partium

prædictarum, Babylonica persecutionis instantia remissa duabus aliquibus videtur; in remissione tamen huiusmodi persecutio eadem non otiosa, sed eo magis insidiosa & periculosa delituit, quo interim collectis undique viribus & multiplicatis insidijs intensor quasi e vestigio insurrexerit. Siquidem, prout habet literarum nuper de terra illa missarum, & nuntiorum inde venientium infauista relatio, nefandissimus Soldanus Babylonicae, persecutionis & persecutorum Christiani nominis dux & incitator infestus, necessarijs bellatorum sibi medio tempore preparatis vberius, & ipsorum inexistentiabili multitudine congregata; tempora solita & ys in illis partibus apta præueniens; ex Aegypto egressus instructor, & Neapolim Samaria, præmissa magna exercitus sui parte ad abolendum de terra illa Christianum nomẽ & cultum, imo ad omnino exterminandum exinde modicum Christianitatis residuum ardenti suspirat desiderio; & proposito damnando festinat, &c.

42 Pergit tristem Christianarum rerum statum describere: vtque eos, qui crucem induerunt, ad iter aggrediendum promoueat, exorat. Simillimisque sententijs Theobaldum Nauarræ, Othocorum Bohemiæ Reges; Alfonso Pictauæ comitẽ, Brûnuici, Saxoniæ, Bauariæ duces, aliosq; Germaniæ ac Poloniæ principes ad comparandas subsidiarias copias; tũ vero præ cæteris Ottonem marchionem Brandeburgensem, qui egregium virtutis specimen contra infideles septentrionales ediderat, militiamque religiosam in Saracenos Asiaticos accepto crucis symbolo erat professus, vt cruce signatum exercitum duceret, est adhortatus. Præterea sacris concionatoribus dedit imperia, vt Christianam iuuentutem in Gallijs, Germania, Polonia, Dania, ad sacrum bellum accenderent: quo argumento insignes sunt eæ literæ, quibus Christum Dominum e cruce pendentem suorumque opem ad hostium propulsandas iniurias implorantem ita adducit. a

Priori prouinciali Prædicatorum, & ministris fratrum Minorum ordinum per regnum Franciæ constitutis.

43 Expansis in cruce manibus, clamat absidue in auribus fidelium Crucifixus, clamant liuores & vulnera, clamant caput, manus, pedes & latera: clamant spinæ, clauis & lancea: clamant sputa, clamant opprobria, non tam articulata vocis exaltatione, quam euidenti ostentatione passionis, Christi afflictiones immensas & diuersa testantia genera tormentorum. Iis quippe nostra redemptionis insignijs, eidem Redemptor omnium magnitudinis immensa beneficia humano impensa generi exprobrans, suo redemptos sanguine ingratitudinis arguit, si pro tot, quæ impendit eisdem, ipsi saltem necessitatis tempore aliquid non rependant: si nominis sui blasphemos tam dire passionis iniurias iniquis labris & detestandis operibus quotidie renouantes, & hereditatis dominicæ inuafores eidem in auxilio non assurgunt; nunc præcipue dum detestabilis solito blasphematur in gentibus nomẽ Christi; cum iam non tam verbis, quam rebus ipsis & factis Christianis insultetur ab infidelibus, & dicatur: Vbi est Deus eorum? dum funiculus hereditatis Domini Terra sancta per nefandissimos Saracenos, sic audacter inuaditur, sic vastatur intrepide, sic in partibus illis Christianus populus vnanimiter trucidatur, quasi non sit illius adiutor, nec sit qui misereri possit eorum. Sicut enim nuper rumoribus infantis accepimus, sicut missi de partibus illis nunciij lacrymabiliter nobis exposuerunt &

Soldani Babylonicae progressus in Syria.

Pontifex S. Ludovicus hortatur, vt faceret Christianis rebus opem ferat.

a Formul. Mar. Ebu. M. S. arch. Vat. pag. 666.

Pia ad fideles exhortatio, vt religionem armis tueatur.

16. ep. 48 ext. etiam in formul. Mar. Ebu. pag. 50. Plures pro fide martyrii passi. Hospitalia inferior. inges numerus ab impijs trucidatus. Excitat Pont. ad f. hrendam. on opem Armeniae Regem. Palæologus Græc. Imp. com mouere in Saracenos nitiur. S. Ludovicus. C. nu. 49. pag. 79.

literæ, pusillus grex fidelium transmarinus, qui diuina illum protegente gratia olim Tartarici gladij furorem euaserat, & Babylonis hæcenus impetus superarat; nunc Babylonicæ persecutionis dolis inuoluitur, eius opprimitur fraudibus, illius succumbit insultibus, & viribus conculcatur. Egressa est enim cruenta & horribilis bestia ex Aegypto nefandissimus ille Soldanus Babyloniæ, hostis Christianitatis infestus, populo Christiano velut vrsus insidians, & quasi leonis impetu desatiens in eundem, vt illum vel decipiat fraudis insidijs, vel fortitudine perimat, & violentia pugnantorum extinguat; quorum graui multitudine congregata, in partes Syriæ insidiosus ac violentus ijs diebus insilijt, & in Cæsaream nobilem Christianorum metropolim Palæstinæ, demandatis eidem nuncijs verba pacifica locutus, in dolo subito irruens eam, fugatis exinde incolis & profligatis mœnibus, detinet miserabiliter occupatam. Ex quo in suo superbiæ spiritu spem ad alia occupanda protendens, Peregni* & Cayphæ castrum violenter inuasit, ac eodem castro Cayphæ omnino destructo, reliquum vexauit incendijs, & diuersis impugnationibus fatigauit: & tandem spe de illius occupatione concepta, sola illius, qui bella conterit, virtute frustratus, Cæsaream redijt: & a conceptæ iniquitatis proposito non desistens, conatus est Acconensem ciuitatem, præparato etiam ad hoc nauali exercitu, obsidere: illamque iam, sicut ex ijs, quæ iisdem nuncijs & literæ asseuerabant, verisimilius credimus, & proculdubio timemus, obsedit; vt ipsa, quæ in iisdem partibus singulare quasi robur Christianitatis existit, exterminata, prohibito cætera Christianorum loca partium earundem facile deleat, & inibi Christianæ religionis cultus totaliter deleatur.

44 Sic sic ille vrsus esuriens, sic idem leo rugiens, & damnati generis bestia, ira plena iracunde sauit in prædictum Domini populum, satagens illius omnino memoriam abolere. Sic ille impius sui que satellites Dominum irritantes, non solum corde cogitant, sed & opere prædicant, quod abominaciones non requiret eorum; dum aperte indicant, se non vereri aliquatenus quod requiret. Sic ipsum habentes ostentui, rursus illum sibimetipsis eo acerbius crucifigunt, quo grauius delinquitur in eum nunc regnantem in cælis, quam dudum mortalem in terris. O si hæc mundi principes, & magnates, cæterique fidei Christianæ cultores, quæ decet, attentione considerent! O si diligenter attendant, quibus pœnis humanæ leges eos afficiant, quos reos inflicta cædis restatori inueniunt; vel in ferendo auxilium dominis aggressuram patientibus desides deprehendunt! Profecto ad cædem Domini vindicandam, ad resistendum agredientibus ipsum & occupantibus hereditatem ipsius, promptius exurgentes, supremi iudicij pœnas prudenter effugient, & dispendium hereditatis æternæ consultius euitabunt.

45 Exurgant igitur viri ad bella doctissimi, strenni regni Franciæ bellatores: accingantur viri fortes, nec sub torporis ignominia mala videant gentis suæ. Prodeant in publicum eorum signa victorica, quorum potentiam specialiter expectat, & expetit terra illa. Eis debetur huius belli victoria, eis hæc proponitur ad gloriam, eis ad meritum reseruat. Non desit Domino virtus strenuitatis ipsorum, inter cæteras nationes eis specialius ab ipso concessa: non patiantur æquanimitè æterni Regis iniurias, qui cuius eorum

Domino iniuriam vel leuem inferri proculdubio nequaquam cum patientia sustinerent. Et quidem non paterentur sibi vel vile aliquid diripi; & tot Christianos fratres suos numquid patienter occidi? Non patientur sine infidelitatis nota, temporalis eorum domini vel vicum aliquem occupari; & occupatores totius hereditatis dominicæ non sine quasi extremæ confusionis opprobrio patientur? Absit, absit, in hoc casu solatur militia cingulum regni eiusdem, milites gloriosi. Absit, vt in bello Domini per desidiam reddantur inglorij, qui per virtutis exercitium solent in bellis cæteris gloriosiores haberi.

46 Cæterum licet verisimiliter possit, nec indigne sperari, si ad persecutionis acerbitatem, quam terra eadem continuis læcessita molestijs, & diuturnis vexationibus lassata perpenditur, compassionis debitæ conuertant affectum; discrimina que considerent, quæ per hoc fidei orthodoxæ non est dubium imminere; ad reprimendum eorundem infidelium conatus aduersos se potius ingerent, quam inuitari ad hoc commonitionis alicuius suffragio expectabunt; quorum tamen necessitas exigit, quæ cordi nobis est in tanta periculorum inlantia, instanter accelerare remedia; quia nil satis sitienti animo festinatur, sed ei moram ipsa celeritas repræsentat; nos de omnipotentia sperantes illius, qui potens est de lapidibus Abraham filios suscitare, qui vocem virtutis tribuit vociferæ, verbum crucis in terræ memoratæ succursum fidelibus regni prædicti decernimus proponendum. Ad quod quia personas vestras, de quarum zelo ad ea quæ Dei sunt fidei puritate, virtutis constantia, vestræ religionis & famæ claritas plenissime nos informat, duximus eligendos; vobisque prædicationis officium in dicto regno præsentium auctoritate committimus, &c.] Ad illiciendos fideles ad augustum crucis signum capeffendum eorum criminum condonationem pollicetur, quorum labes aliqua post suscepta, exhomologeseos sacra conscientia hæserit: quibus præmijs potituri sint, tam qui suis sumptibus milites sustentant in ea expeditione obeunda, quam qui se periculis obiecerint: tum ipsos eorumque res, ex quo sacræ militiæ se deuouerint, B. Petri clientelæ commendatarum iri, vsuras ipsis relaxandas spondet; ac Iudæos ad eas remittendas compellendos decernit. Præcipit etiam iisdem religiosijs viris, vt lustrent oppida & pagos; atque ad ipsorum conciones confluentibus certa indulgentiarum præmia effundere possint cõcedit.

47 Coacta fuisse ingentia in occidente auxilia sequenti anno visurifumus. Tantorum vero successuum, quibus Bendocdar rem Christianam magna ex parte in Syria deleuit, causam Aytonus & Sanutus adscribunt bellis, quibus Bendocdar Abagham Tartarorū in Perfide Regem Olanis, quem fuisse Christianum vidimus, filium implicuit: Quia sèper, de Abagha loquitur Aytonus, guerram habuit cum vicinis; & propter hoc Soldanus fuit longo tempore in quiete; & ex hoc Saracenorum potentia multum creuit; Tartari vero, qui etiam de poterant de terris Tartarorum, fugiebant ad Soldanum, vt euitarent graui onera, quæ eis Tartari imponebant; propterea Soldanus fecit quamdam magnam sagacitatem, quia misit nuncios suos per mare ad Tartaros in regno Cumaniæ & regno Rusiæ, & fecit cum illis Tartaris compositionem & pactum, videlicet quod quancumque Abagan moueret guerram contra terram Aegypti, quod ipsi inuaderent terram suam: & promisit dare magna dona

Et hoc modo Abagan non poterat inuadere terram Aegypti, & Soudanus sine contradictione cuiuspiam potuit inuadere Christianos, & terras Syriæ facillime occupare.

48 Vt perfidis Tartari fauebant Christianis, cum eorum opem ad Saracenos sibi subijcendos reprimendosue necessariam putarent, ita alij septentrionales Tartari, continuis defixis trophæis superbi, gentium quæ innumerarum onusti spolijs, iterum excursionibus suis percurrere Vngariam, atque in veteres calamitates redigere meditabantur. Nunc deiecit animos Vngarus, sed audito incrementis bellici apparatus rumore, ad sustinendos eo um conatus ingentibus animis se accingere decreuit. Cum vero infinitis hostium copijs, suis tantum viribus fretus, obsistere non posse crederet, Clementem rogauit, vt Apostolicum præsidium ipsi porrigeret. Is igitur, Colocensi & Strigoniensi archiepiscopis missis literis, ad crucis dominicæ signum accipiendum vocare populos; ac tum in Vngaria, Polonia, Austria, Carinthia, Bohemia, marchionatu Brandeburgensi sacrum classicum canere; præmiaque indulgentiarum, quæ solita erant pro Christo arma gerentibus dari stipendia, proponere pro sacra concione imperauit. a

Clemens, &c. Strigoniensi & Colocensi archiepiscopis.

49 In generalem mundi notitiam deuenit, quod Tartarorum gens efferat, de terra finibus impetuose progrediens, vrbes munitissimas & diuersas sibi subiugasse dignoscitur regiones. Et quia permittente Domino, non solum de potentibus plurimis, sed de famosis regibus triumphauit; direptis in prædam illorum diuitijs, & bonis desiderabilibus asportatis, nullam deinceps arbitratu inuenire potentiam, quæ sibi resistere valeat super terram. Fortuna siquidem in sui execrabilis prosecutione propositi ei olim taliter blandiente, huiusmodi gens perfida in superbiam magis ac magis semper erigitur, & in suis vanitatibus fortius roboratur, dum id suis viribus presumat adscribere, quod propter peccata populi sibi ad victoriam cernitur accidisse. Quamuis itaque ipsius persecutio nationis peruersa grauis sit nimium; & infesta Christicolis; tamen fidelibus de regno Vngariæ ac Poloniæ, & conterminis partibus tanto magis occurrit horribilis, & timenda, quanto fideles ipsi sunt inter alios ei proximi, & illius inuersum ac scuitiam, peccatis exigentibus, quandoque grauius sunt perpeffi.

50 Porro, sicut charissimus in Christo filius noster Bela Vngariæ Rex illustri nobis exposuit per nunciū specialem; nuper ad ipsum relatu fide digno peruenit, quod Tartari memorati associatis sibi quibusdam alijs paganis eis adhaerentibus, & diuersis suis exercitibus congregatis, in terras Christianorum, prædictis regno & Poloniæ conterminas, in breui proponunt insultum facere, illosque sibi more solito subiugare; processuri, quod absit, vterius, nisi eis viriliter resistatur. Propter quod idem Rex velut princeps catholicus, & in conseruatione fidei ac fidelium studiosus, eis in præfati regni confinio, ne in confusionem Christiani populi possint vterius proficisci, præiudicinali virtutis auxilio proponit & obuiare viriliter, & repugnare potenter. Quia vero subsidium Christi fidelium ad hoc ei esse dignoscitur plurimum opportunum, fraternitati vestrae per apostolica scripta firmiter præcipiendo mandamus, quatenus in Vngaria, Bohemia, Polonia,

Stiria, Austria, Carinthia, & marchionatu Brandeburgensi per vos, & alios ad hoc idoneos contra dictorum sanctam, & aliorum paganorum eis adhaerentium auctoritate nostra verbum crucis cum omni diligentia prædicetis. [Nonnulli sique interiectis, quibus indulgentiarum præmia ad signa accessuris, vel æs, militemque subsidiarium submissuris pollicetur, subiungit] Ceterum volumus, quod ex huiusmodi prædicatione tua nullum prædicationi crucis, quæ sit auctoritate sedis Apostolica, in subsidium dilectorum filiorum fratrum hospitalis S. Mariæ Theutonicorum, aliorumque fidelium de Liuania, Curonia, & Prussia, præiudicium generetur. Datum Perusij VII. kal. iulij, anno 1.

51 Nec pacatior erat Dania: quamuis enim eo penetraturi infideles non timerentur, suorum tamē discordijs lacerata gemebat. Tractabantur illius sceptrum imbellibus Erici Regis pueri manibus; qui ferenda regni dignitati imparitate erat, grauesque dissensiones Regina mater cum præsulibus exercebat. Quare serpenti malo, antequam magis confirmaretur, remedium Clemens adhibiturus, eo Guidonem tit. sancti Laurentij in Lucina, presbyterum Card. legatum misit, cuius auctoritatis ipsi commissæ indices sunt hæc literæ. a

Clemens, &c. Guidoni tit. S. Laurentij in Lucina presbytero Card. A. S. L.

Vt regno Dania animarum profectus, libertas ecclesiastica, pax & tranquillitas proueniant & seruentur, eo ardentius affectamus, quo specialius tamquam Christianissimum, & Deo ac pro eius reuerentia ecclesiæ Romanæ deuotum diligimus regnum ipsum. Cum igitur in eodem regno varias inimicus homo, & præcipue inter charissimam in Christo filiam nostram Reginam illustrem, & quosdam prælatos ipsius regni, charissimo in Christo filio nostro nato eiusdem Regine Rege dicti regni illustri adhuc ætatis existente tenella, subortas discordias fouere noscatur; ex quibus pax, & quies regni turbatur eiusdem, cultus impeditur diuinus, ecclesiastica libertas confunditur, & salus negligitur animarum; vt idem regnum eo magis in Dei, & ecclesiæ Rom. deuotione proficiat, quo se specialius per legati sedis Apostolicæ de latere nostro missi præsentiam fenerit conseruari; ecce te magnum & honorabile membrum Ecclesiæ, virum vtique religione conspicuum, morum honestate decorum, literarum scientia præditum, & prouidentia circumspectum, quæ inter cæteros fratres nostros admodum charum habemus pro tuorum exigentiâ meritorum, in prædictum, & Sueciæ regna; commissio tibi tam ibidem, quam in Bremensi, Magdeburgensi, Salzburgeni, & Gnesnensi prouincijs plenæ legationis officio; de prædictorum fratrum consilio prouidimus destinandum, vt cum in hac hora diei vndecima cultores simus in vinea Domini constituti, vice nostra, vt diligens cultor euellas & destruas, dispices ac disperdas, ædifices & plantes, prout quæque tibi Dominus ministrabit, &c. Dat. Perusij v. id. iunij anno 1.]

52 De imposito Guidoni Cardinali legationis munere Dania, Sueciæ, ac Germaniæ præfules; tum Rex ac Regina Daniæ, ad quorum asserendam dignitatem præcipue mittebatur; certiores facti, b iussiq; legatū debitis officijs prosequi. Meminit de Guidone Magnus in Sueonum & Gothorū historia, atque hec ipso anno ad Calmarniam peruenisse ait. Gessit vero is strenue demadatum sibi minus, ac fluctuantes Danos in Erici Regis obsequio con-

Dania in testino bello laborat.

a 7b. ep. 89

Vt regno Dania.

b 7b. ep. 90 ad 95.

c Magni. 19. 20.

con-

Eo distra-
to Syriâ
opprimi.

Septeterio
nalis Tar
tarus Vn
gariam in
uadere cõ
minatur.

Lib. 1.
ep. 112.

Clemen-
tis lit. ad
Vngar. ar
chiepisco-
pos.

De Tartar
i ob par
tas victo
rias arro
gancia.

Bela Rex
auxilia a
Pontifice
flagitat.

Indicta a
Clemente
in Vngar
ia, regni
que hinc
mis la-
era mili
tia.

continuit. Retulit vero Ecclesiæ Ericus impro-
bam gratiam, qui cum Alexandri, Urbani, & Cle-
mentis Pontificum opera, industriaque Guidonis
Cardinalis contra factiosorum coitiones regiæ
assertus dignitati fuisset, confirmata iam potentia,
infectari postea præfules, & ius ecclesiasticum violare
cepit. Quibus acceptis Clemens grauissimis sen-
tentijs ingrati illi animi vitij arguit, & vt Gui-
donis Card. salubribus consilij obsequeretur ad-
monuit: ac ni libertatem ecclesiasticam restitue-
ret, eamque contra procerum iniurias tueretur,
censuras intentauit.

Regi Dacia illustri.

53 Quam bonus & suavis est in te, fili charis-
sime, si prudenter attendis, matris Ecclesiæ spiri-
tus, dum errores tuos aduertens benigne te cor-
ripit, & de quibus peccare diceris, admonens cle-
menter alloquitur, vt relicta malitia, quam tibi
grauis de regno tuo egressus rumor imponit, &
veritas, vt ferunt, ascribit, salutaribus ipsius monitis
acquiescas. Sint igitur oculi tui aperti, & aures
attente, vt patris affectum filiali deuotione suspi-
cias, & benignos ipsius affatus patienter audiens,
in promptitudine, prout decet, executionis ad-
mittat. Recogita, fili, recogita & intra pectoris
claustra sollicita meditatione reuolue, quanta sem-
per Ecclesia ipsa erga claræ memoriæ progenito-
res tuos affectione ferbuerit: quanta illi deuoti-
one claruerint erga ipsam: quanta eadem Ec-
clesia prædecessorum nostrorum temporibus te
diligentia fouerit: quam feruenter tibi & charis-
sime in Christo filiæ nostræ Regiæ Daciæ matri
tuæ in necessitatibus vestris asstitit, ad tuitionem
vestram auxiliatricem porrigendo dexteram, ve-
strisque periculis modis, quibus potuit, occur-
rendo. Numquid non tu & mater ipsa recolitis,
quod felicitis recordationis Alexander Papa præ-
decessor noster, audito insurgētis in regno præsa-
to fremitu tempestatis, & grauis contra te acean-
dem Reginam persecutionis instante procella,
tibi, Regiæ, ac regno prædictis, prompto ani-
mo in auxilium exurrexit; ad hoc dilecto filio ma-
gistro Gerardo capellano nostro, qui tibi sollicitè
asstitit, te ac iura tua manutenendo pro viribus
destinato? Numquid de tua & ipsius matris me-
moriam obliterauit obliuio, qualiter te ac matrem
prædictam in hostiles inimicorum incurrentibus
manus, & insidiosè captiuatis ab eis, recolendæ
memoriæ Urbanus Papa prædecessor noster eidem
prædecessori Alexandro in apostolatus officio sub-
stitutus, totis conatibus, promptisque studijs ad
tuam & ipsius matris liberationem intendit, la-
borauit attentius, & omnia, quæ potuit, remedia
exquisiuit; memorati capellani ad id auctoritatem
muniens, & sollicitudinem excitans; prælatis eius-
dem regni, qui tibi aduersari dicebantur, grauitè
& multipliciter cōminans, ac multos orbis prin-
cipes & magnates eorum, ad hoc inuocādo suffragia
precibus & exhortationibus attentis inuitans?

54 Nonne & nos prædecessoribus ipsis in affe-
ctus plenitudine ad te, ac matrem, & regnum eadē
succedentes, vobis pleniora exhibuimus pater-
næ sinceritatis indicia; plenius tibi, ac ipsis stu-
diumus providere, ad redintegrationem tui status
ad totius regni prædicti plenam reformationem,
& solidam, dilectum filium nostrum Guidonem
tit. S. Laurentij in Lucina presbyterum, Cardi-
nalem A. S. L. magnum quidem & honorabile
membrum Ecclesiæ, necessitatibus Ecclesiæ ipsius
in eiusdem Cardinalis absentia non parcentes,
tam fauorabiliter destinando? Quid itaque eadem

Ecclesia tibi ultra facere potuit, & non fecit; in
aduersis assistens, fauens ad prospera, & de con-
tingentibus nil omittens?

55 Tu vero an eorundem progenitorum lau-
dabilibus inhærendo vestigijs, te ipsi Ecclesiæ deu-
otum exhibeas; an ei condigna retributione re-
spondeas, an te pro tot gratijs gratum reddas: si
qualiter legatum ipsum eius salutaria obaudiendo
monita, immo nos & ipsam Ecclesiam in eodem
honorare curaueris; si ea quæ post aduentum ip-
sius in regno prædicto gesta sunt hæcenus &
geruntur, recti iudicij censura recensent; tua
tibi conscientia respondebit. Siquidem & liber-
tatem ecclesiasticam in præfato regno conculcari,
quin potius annihilari pateris; & vt dicitur, tu
ipse annihilas & conculcas; nonnullos prælatos,
& alias personas ecclesiasticas regni eiusdem, non
minus solito, sed eo grauius, quo diutius, per
continuata ab olim spoliationis iniurias affligendo.
Nec super hoc etiam iustitiam offers, aut pa-
cis consilij acquiescis: sed prælatis eisdem se-
curitatem denegas; nec permittis, immo prohibes
locum in regno ipso ad ineundum cum ipsis tra-
ctatus pacificos assignari.

56 Hæcine reddis matris affectibus? Hæc pa-
tris beneficijs recompensas, ipsorum libertatem
persequens, eosque tam graniter in suis membris
affligens? Profecto si excellentia regia, si ei con-
silio assistentes attendant, quam sit graue samam
tuam nota infamiæ tam grauis inficere, vt eccle-
siarum libertatis & personarum ecclesiasticarum
persecutor infestus in tuæ iuuentutis auspicijs de-
scribaris; quanti sit res plena periculi, si contuma-
ciam in ijs continuando vltèrius, acrimoniam sen-
tentiarum, quas in talibus rigor iustitiæ indicit,
expectes, vt personam tuam, tibi que in hoc fa-
uentium excommunicationis mucro percellat; re-
gnum idem a diuinorum communionem interdi-
cti sententia separet, & absolutio vassallorum tuo-
rum a fidelitatis iuramento, quo tibi tenentur,
continuationem contumaciæ ac tam contumacis
iniuriæ subsequatur; consultius facies, si pruden-
ter ista, prædicto legato humiliter in præmissis
obediendo, præuenias; si Ecclesiæ prælatis ac per-
sonis eisdem satisfacere studeas: si eos tibi per
concordiæ semitas reconciliare coneris; nec te per
eos, qui tibi sub appellationum friuolarum velami-
ne diffugia suggerunt, litigiorum anfractibus pa-
tiaris inuolui. Cum enim appellationis reme-
dium ad releuandum oppressos, non ad oppri-
mendos innoxios, sit inductum, nequaquam vltè-
rius in eorundem prælatorum oppressionem
tuis friuolis appellationibus deseremus.

57 Cæterum quia & ad te more patris afficimur,
ideoque tibi libenter cōtra huiusmodi pericula pro-
uidemus; & prælatis ac personis eisdem in sua iusti-
tia deesse nō possumus, sed eos fouere intendimus
vt tenemur; serenitatem regiam rogamus, qua-
tenus animum regium domino Deo tuo humiliās,
sic nostris & memorati Cardinalis monitis & con-
silijs pareas, sic errata in præmissis emendes, sic
ecclesiasticā libertatem & personas ecclesiasticas
foueas, quod feruerit vitando iustitiæ salutari
consulas, famæ provideas, & tranquillitatem
præpares, prout expedit regno tuo. Nos enim, si
te nostris beneplacitis in prædictis & alijs, quæ
Dei sunt, & tuum honorem commodumque re-
spiciunt, coaptare studueris, te tamquam filium
perdilectum, quantum cum Deo poterimus, spe-
cialis prærogatiua gratiæ prosequemur. Alioquin
volumus te solerter attendere, quod ad vindi-

Exstant.
ap. st. lit.
in M. S.
Vall. C. n.
49. pag. 17

Mulcer il-
lū Clem.
paternis
verbis.

Ecclesiæ
studium
erga ipsū
& maio-
res signi-
ficat.

Gerardus
missus ab
Alexan-
dro ad sen-
dandos
Dacia tu-
multus.

Urbanus
re pro Re-
ge ac Re-
gina e cu-
stodia li-
berandis.

Guido
Card. mis-
sus ad Da-
nos Regi
concilian-
dos.

Ch
11
Da
10

Obli-
Erici
grati-
milit

Exhor-
tio
fici
Regi
vt lo-
obli-
etur.

candas ministrorum suorum iniurias nec manus, sicut verissimiliter de ipsius benignitate speramus, Domini deerit; nec nos, sicut pro certo ex officij etiam necessitate proponimus, in plena & celeri exhibitione iustitiæ prælati & personis eiusdem ministerij nostri auxilium subtrahemus: præsertim cum sciamus eo minus in talibus correctionibus debita virgæ parcendum, quo ad te ac regnum tuum affectum gerimus ampliores.] Obscuro postea apostolicis monitis iussisque Ericum ex regijs literis suo loco videbimus; a tum e Crantzio b colligitur, qui tradit Guidonem Cardinalem Danicis rebus compositis, ecclesiasticum interdictum, quod annis novem ob archiepiscopum Vpsalensem vinculis mancipatū tenebat, dissoluisse: ac dein Regem Ericum longæua pace potitum. Quæ etsi hoc anno gesta non putamus, ut institutam tamen de Guidonis legatione orationem persequamur, coniungenda fuerunt.

58 Quod ad Germaniam spectat, in cuius parte amplissima Guidoni Cardinali legati munus commissum est; discordijs principum laborabat: & Richardo a Simone Leycestrie comite in acie capto, Alfonso bello Maurico implicito, anceps de Imperio controuersia extrahebatur: ac Pontifex supremus illius iudex de utroque exauctorando, & tertio ad Imperium promouendo, agitare cœpit: nec enim ingentibus malis, quæ in Ecclesiam redundabant, occurri secus poterat. Archiepiscopo itaque Hispalensi dedit imperia c, ut Alfonso Regis Castellæ animum pertentaret, atque ad reipublicæ Christianæ commoda proprio honori anteferenda flecteret: *Volumus*, inquit, & *mandamus*, ut cum tibi visum fuerit opportunum, familiariter conferas cum eodem, nempe Alfonso, ut honesto modo a negotio Romani Imperij discedere sibi placeat, ex quo multa subijt onera, nec aliquem reportauit honorem. *Nec est leuis offensio Saluatoris negotium Romana ecclesie impedire, ex quo fructus aliquis non speratur: tale tantumque præsertim, quo bene disposito, restoreret proculdubio status orbis: quo in sua desolatione manente, naufragatur ex parte maxima populus Christianus. Nec agimus de eius aduersario præferendo, qui captiuus ab alio detinetur: sed de tertio potius ad exaltationem fidei, cum nostra, prout iuris est, prouidentia assumendo; quem timemus a principibus Alemannia contra Deum in sedis Apostolicæ præiudicium, ipsiusque Regis & aduersarij contemptum non tam eligi, quam intrudi. Quidquid autem super ijs feceris vel inuenieris, nobis rescribere sine moræ dispendio non postponas.*

59 Diuturni interregni occasione, improbi liberas sceleri habenas laxabant, ac passim rapinæ cædesque grassabantur. Quorum malorum occasione contigit memorandum humanæ miseriæ, diuinæque clementiæ exemplum in Agnetæ moniali, quod narrat subiectis verbis Thomas Cantipratensis d: *Erat in partibus Theutonia monasterium virginum, quo bellorum euentus funditus destructo, ad domos parentum moniales redire compulse sunt. Quarum una pulcherrima, Agnes nomine, ubi ad patrem militem redijt, ab eo violenter oppressa, mox impregnata fuit. Ad partum ergo appropinquans, anxia fugit ad deuia, & partu edito, adest diabolus in specie monachi, qui se eius consobrinum protestans, & consocium facti eius, dixit ad euilantem, & quasi præ tristitia desperantem: Ne tu, charissima, per partum editum cum patre & parentibus confundaris; paruulum in stagnum proximum proice: si enim vixerit, latere non potest. Tunc ma-*

ter, miro certaminis pondere fatigata, tandem post lacrymas, post dolorem, vicit erubescens maternum pectus, & mox paruulum submersit in stagnum; & statim diabolus ad miro tabescens dolore coniecit: O, inquit, omnium foeminarum miserrima. Quid nunc restat? melius est, ut sine scandalo tuorum & tui, & grauiore mortis periculo, facta mihi confessione, in aquam cum filio te submergas. Hoc audito inclamans mulier exhorrescit, & gloriosam Virginem matrem Christi inuocat contra diabolum adiutricem. Nec mora: vidit daemone cum fumo & fœtore terrimo disparentem. Et mox, effusa in laudem Matris Christi, ad spem meliorem in prece & lacrymis confortatur. Venit ergo in proximam ciuitatem: & hospitio suscepta ab honesta matrona, locata est ab eadem cum quadam Iudæa, Sara nomine, ut eius paruulum enutriret. Mansit ergo annis quinque cum eadem Iudæa in tanta cordis tristitia, ut vix eam quis posset videre ridentem: bis in pane & aqua per hebdomadam ieiunabat. Interim domina sua Iudæa, de fide Christi, & bonitate ac pietate Matris eius, ut erat foemina prudens & eloquens, prædicabat: & sensim cor illius verba edificantia & efficacia penetrabant. Cuius hortatu orationem dominicam, & angelicam salutationem addiscens, Christum, & Matrem eius quotidianis precibus inuocabat. Hinc factum est, ut nutrix ipsa cuidam fratri ordinis Prædicatorum nomine Conrado confessa mitteretur ad Papam. Subdit ut illa ad Iudæam, quam fide Christiana instruxerat, reuersa, dum in lecto iacebat, a Iudæo in religionis odiū tribus lethalibus vulneribus confossa a B. Virgine vitæ restituta; eiusque vulnera diuino unguento delibata, relicta cicatricibus in miraculi editi signum, sanata fuerint; quo viso miraculo Iudæa vna cum filijs sacra Christiana suscepit.

60 Obtena ergo absolute, ad patriam est reuersa, & accelerauit visitare Iudæam dudum dominam suam. Quam illa gratulabunda valde suscipiens rogauit fessam quiescere super lectum. At ubi vespere Iudæus venit, & cognouit hanc esse nutricem, quasi in furiam raptus est: suspectam enim eam quasi peruertricem suæ uxoris habebat: Certe, inquit, male venit hac insidiatrix ista: iam enim occidam eam. Et mox extractio canipalo inuadit dormientem, & tria dedit ei vulnera circa, vel intra cor. Quo viso, Iudæa horruit, & intrans thalamum obserauit. Hinc noctis medio, facto signo, Iudæus synagogam cum Iudæis vicinis intravit. Iudæa autem post lectum obdormiens, in somnis vidit gloriosam Dominam cum duabus puellis ad mulierem occisam intrantem, & ex tribus pixidibus, quas ferebant, vnâquamque unguine saluari in rediuuum statum mortis vulnera reducuntem. Intuere lectorem mirare miraculum. Iudæus mane rediens, occisam foeminam non inuenit, credebaturque quod uxor sua cadauer mortuum subterrasset. Hoc idem de viro uxor illucescente die credebatur: & super hac re neuter alterum requisit. Vix dies quadraginta completi sunt, cum ecce venit mulier peregrina, Iudæamque & virum eius ex parte Agnetis occise officiosissime salutauit, & abiit. Tunc Iudæus uxori. Quid est quod illa diuit? numquid occidi eam? cui uxor, Potens est, inquit, Christus Dominus eius mortuam suscitare. Et Iudæus: Hoc est, ait, quod semper timui, ne te apostatantem duceret in errorem. Nec mora, hæc dicens comprehendit uxorem, & in thalamo duobus annis obscuram reclusit. Hinc accidit, ut ad remotiora recedente Iudæo, uxor euaderet, & eum duobus paruulis, tertium gerens in utero, ad ecclesiam fugit: & cum gaudio fidelium, qui eam ditissimam

Virgetur a daemone, ut se aquis injiciat.

Implorata Deipara ope daemone abigit.

Seueram poenitentiam suscipit.

Iudæam Christiana religio instruit.

Odio religionis a Iudæo cõfoditur pluribus vulneribus.

Sanatur diuinitus.

Ann. Christi. 1169. b Crantz Dan. l. 7. cap. 24.

To. 3. ep. 19.

Tragica Agnetis monialis historia.

d Thom. Cantipr. l. 2. cap. 29. 114. 15.

Filium suam daemone mergit flumine.

Iudæa cū
filijs sacro
baptisma-
te ablu-
tur.

simam & honestissimā nouerāt, baptisma recipit. Hanc postea duo filij eius adolefcentes, & una filiarum secuti sunt, & fidem alacriter susceperunt. Mansit autē post baptismum cum filijs dicta dudum Iudæa in Colonienfi diocesi, & mutato nomine vocata est Gertrudis: & inuenit Agnetem quondam nutricem suam ibidem manentem, & de conuersione eius inestimabili gaudio gratulantem. Quasiuit ergo ab Agnete Gertrudis, quomodo reuixisset. Et illa mirata subrisit, dicens: Quare numquam mortua suscitarer. Ad hæc stupefacta Gertrudis: Vere, inquit, vidi, quod te vir meus tribus vulneribus cultro confodiens occidit. Cui Agnes: Nouit Christus omnipotens, quod in somnis tantum me uidisse & non sensisse, uidebar occidi: mane uero offensā uir tui, si mansissem, præcogitans, omnibus insalutatis recedere festinaui. Nec mora: Gertrudis apprehensa uesle circa collum Agnetis, lacerauit eam simulque cilicium, quo induebatur ad carnem, usque ad pectus medium, & inuenit manifestissimas trium uulnorum cicatrices. Manifesta autem facta sunt ista archiepiscopo Colonienfi domino Conrado. Mortua est autem Agnes in maxima penitentia, & seruore spiritus. M. scilicet CCLXV. eo tempore uolebatur, quo ipsa Agnes a Iudæa occisa est, & per gloriosam Christi matrem & Virginem suscitata. Gertrudis uero superstes est miro fidei calore succersa. Hactenus Cantipratenfis. Nunc ad tragicos Angliæ casus sermonem traducamus, in quibus Henricum Regem inanes titulos gerentem a Simone e Monteforti habitum ludibrio, iterumque Simone cælo restitutum folio uifuri sumus.

61 Misertus Pontifex tristem Anglicanarum rerum sortem, quam apud Mattheum Vvestmonasteriensem eleganter descriptam a lectior poterit intueri, Ottobono S. Adriani diacono Card. qui postea accepto Adriani nomine Ecclesiæ præfuit, legationis in Angliā, Vvallia, Scotia, & Hibernia gerenda munus contulit. b

Ottobono S. Adriani diacono Cardinali A.S.L.

Ad Regnum Angliæ inclytum tanto nobis & fratribus nostris acceptius, quanto magis se ab olim exhibuit erga Deum fidei puritate syncerum, & in diuini cultus ampliatione munificum, ac in ipsius ueneratione deuotum; eo intimæ charitatis affectu Romana ecclesia semper feruit, ut eius, uelut proprijs afficeretur incommodis, & commodis lætaretur. Si quando enim illi prosperum aliquod indulsit fortis lenioris applausus, illud suis incrementis ascripsit: aduersa uero, quæ irrogauit interdum casus asperioris illis, suis prorsus dispendijs imputauit: sicque in utroque sibi viscera maternæ pietatis aperuit, quod in alterutro, quantum in ea fuit, de contingentibus nil omisit cōtra ingruentis pro tempore aduersitatis incursum; eidem, cum opus extitit, totis uiribus in opportunitate subueniēs, & ad desideratæ prosperitatis augmentum, quotiens ad id facultas occurrit, studijs opportunis intendens. Sic sic affecta eadem mater Ecclesia tam ad regnum illud & charissimum in Christo filium nostrum Regem, & charissimam in Christo filiam nostram Reginam Angliæ illustres, ac suos; quam ad uenerabiles fratres nostros prælatos, & dilectos filios nobiles viros comites, barones, cæterosque magnates & incolas regni eiusdem, tempore felicitis recordationis Urbani Papæ prædecessoris nostri memoratis regno, Regi, & cæteris contra insurgentis impetum tempestatis, quæ regnum ipsum graui nimium commotione turbauit, prompta sollicitudine in auxilium exurrexit.

62 Idem namque prædecessor, ubi primum apud eum rumor insonuit de nimia eiusdem regni & periculosa turbatione diffusus; meditationibus cum fratribus suis pensans assiduis, & intentis exquirens affectibus, qualiter posset tanto prædictorum regni, Regis, & aliorum discrimini obuiari; demum cum eisdem fratribus deliberatione præhabita, nos, tunc in minori officio constitutos, ad regnum prædictum pro reformatione status ipsius per turbationem huiusmodi miserabiliter deformati, nobis tam inibi, quam in quibusdam alijs partibus plenæ legationis potestate concessa, de dictorum fratrum consilio destinauit: nosque iniunctum nobis onus, quamquam non modicum onerosum, tam propter obedientiæ bonum, quam prædictorum Regis, Reginæ, prælatorum, baronum, & regni totius obtentu, ad quos affectionis sinceræ integritatem gerebamus & gerimus, humiliter assumentes; postquam ad partes eidem regno uicinas per varia deducti discrimina, sola nos protegente gratia diuina, peruenimus, apud barones prædictos pulsauimus monitis, ipsos instanti persuasionum pulsatione monuimus, ut ipsi, qui nobis in hoc multiplicem suspitionis præstitere materiam, securum nobis ad idem regnum aditum, quem varijs modis obstruxerant, aperirent; quatenus idem regnum ingressi, ad uoti uiam nobis ipsius tranquillitatem & pacem, iuxta officium nobis impositum, & desiderium in situm commodius & efficacius vacaremus.

63 Sed multiplici nostræ instantiæ multiplicem opposuit eorundem baronum contumacia, nimis in hoc obstinata repulsam: siquidem grauem in persona nostra eidem Ecclesiæ irrogantes iniuriam, & securitatem nobis præbere ualde inhumaniter, & aperire aditum nimis iniuriose, ac contumaciter noluerunt. Nos uero nec eorum inhumanitate commoti, nec contumacia, uel iniuria prouocati; sed in charitatis soliditate ipsorum salutis anxij, & eorum mollire duritiam molientes, ne in animarum suarum perniciem in tam periculosa pertinacia obdurati amplius remanerent; ipsos & per lenia monitionum antidota, & per medicinalium sententiarum acrimoniam ad exhibendum nobis & eidem Ecclesiæ debitam exauditionis promptitudinem in prædictis; nos ad eorum & totius regni præfati admittendo commodum, & assumptum in eo exequendo officium, studuimus reuocare. Licet autem nec sic profecerimus circa ipsos: propterea tamen, non minus ad ipsorum salutem, & præfati regni, Regis, & aliorum fratrum tranquillum, & prosperum aspirantes; immo etiam post prædicti prædecessoris obitum, prout Domino placuit, ad apicem summi apostolatus assumpti, non minorem ad ipsos, sed eo intentiorem paternæ sinceritatis zelum habentes, quo magis ad id ex officij debito nouimus nos teneri; expectantes expectauimus cum multæ sollicitudinis anxietate diutius, quod ad nos boni de regno nuncijs uenientes, sitienti patris animæ de filiorum salute aquam consolationis infunderent, & reuiuifcentem in eis spiritalis uitæ spiritum nuntiarent; ut redeuntibus filijs de dissimilitudinis regione apertis benignitatis brachijs pius pater gaudens & exultans occurreret, ipsosque non solum ad remissionis gratiam exoratus admitteret, sed eam ultro gratiosus offerret.

64 Verum quia mæsto Iacob prædictum Ioseph uiuere adhuc Ægyptus occultat, & deside-

uestim.
for. hist.
hoc ann.

8 Clem. l.
1. ep. 38.

Ottobonus Card.
legatus in
Angliam
missus.

rata tranquillitatis regni prædicti notitiam nobis turbationis solita confusio interdicit, quod nulli postmodum ad nos de regno ipso super prædictis, prout desiderauimus, nuncios, vel litera peruenierunt; paterna nos cogit affectio, ne circa charos, etsi hucusque nostra contempserint monita, etsi aures nostris obturando clamoribus adhuc, vt effectus, immo contemptus indicat, moneri contemnunt; ceptis vilo modo desistamus: sed insistamus omnimodis, vt de profundo tanti erroris educti ad veritatis semitas redeant, a quibus per grauium excessum inuidia deuiarunt. Quamquam enim charorum audita pericula diligentes ad amaritudinem prouocent, ad compassionem excitent, ad subuentionem inuident; visa tamen hæc eo promptius operantur, quo irritantur animos segnus, quæ vocis ministerio exprimitur auribus, quam quæ oculorum officio mentibus imprimuntur. Et ideo nos qui ea, quæ in regno præfato his accidere temporibus, ipsiusque discrimina dissimulare non possumus; vtpote qui ea quasi tractauimus in manibus, & oculis nostris inspeximus; vrget conscientia, cogit affectus, vt non differamus vlterius, sed satagamus in præmissis festinè adhibere remedium, & ad succurrendum regno præfato totis nisibus, prout Dominus ex alto permiserit, occurramus. Ad quod quia per nos ipsos ad id, vt desiderarem, intendere conditione nostra præpediente nequimus, legatum de nostro latere deliberauimus destinandum: & ad te, quem nouimus ad prosperitatem præfati regni specialiter affici; cuius in hoc affectum testatur consensu, cuius prudentiam laudamus experti, cuius benignitas grata, humilitas accepta, conuersatio mansueta; nostræ deliberationis intuitum conuertentes, speramus per tuæ circumspectionis industriam, actus tuos illo dirigente, qui nouit, ac praua in directa, & aspera in vias planas illo conuertente qui potest; posse in prædictis salubriter consuli, & vtiliter subueniri. *Dat. Perusij 14. non. maij anno 1.*

65 Præterea eidem Cardinali iniunxit a Clemente, vt viros principes ecclesiasticos ac laicos ad obsequia sacramento solemniter confirmata Regi deferenda adduceret: impia conflata inter eos fœdera dissolueret, iniqua iuramenta, quibus Rex, Regina, filijque adacti fuerant, conuelleret: præfules ac proceres, incusso censurarum, ac bonorum honorumque iacturæ terrore, ad officium coegeret; tum maxime præfules, quorum plures perduellium partibus erant fœdissime irretiti, obeundo munere interdiceret, ipsisque ad dicendam apud apostolica subsellia causam terminum peremptorium præfigeret: ac si in pernicacia persistarent, in eos pœnarum ecclesiasticarum terrorem, seueritatemque explicaret.

66 Timeri etiam iure poterat, ne perduelles legatum Angliæ aditu arcerent: quocirca decreuit Pontifex, vt si ad partes legationi exercendæ commissas appellere non posset, extra ipsarum limitem munere suo fungeretur: si vero pateret in Angliam accessum, diuino præsidio fultus ingrederetur, & regno laboranti succurreret; ac strenuam ad regis & filiorum libertatem ac dignitatem afferendam operam nauaret. Et quia infrigenda facile sine armorum potentia rebellium pertinacia non videbatur, expandere crucis signa, copiasque cruceatas tum in Anglia, tum in ditone Angliæ Regis cismarina, atque etiam in Germania; si opus foret, contrahere iussit. Si qua vero vrgeret necessitas, ad Francorum Regem confugeret, quem suam

erga ipsum benignitatem expliciturum, atque Henrico opem laturum de egregijs eius moribus sperabat: denique seueritatis aculeos in nonnullos episcopos rebellium partibus implicatos exereret; nec flecti se ignaue, frangiuæ ab infligendis pœnis meritis pateretur. Quo vero legato faueret Francorum Rex, atque ad vindicandum e seruitute Anglorum Regem operam daret, literas ad ipsum dedit: a quibus proposito procerum atque aliquorum præfulum scelere, qui regiam dignitatem omnino conuellere noliebantur, ac sacramenta iniqua a Richardo, Henrico, ac maiori natu filio extorserant; adegerantque ipsos profiteri, id nulla necessitate adductos præstitisse; quæ si seruaent, turpissimæ seruituti se subijcerent, si resiliunt, amittenda regni dignitatis pœnis se implicarent; hortatus est, opem illis porrigeret: suam enim & Regum omnium in ipsorum causa contineri.

Clemens, &c. Regi Francorum illustri.

Occurrunt frequenter considerationis nostræ conspectui acerbis infesta molestijs Anglicanæ factionis detestanda principia, & horrenda profecutionis ipsius iniquitas, tanto continuata tempore; immo potius tam longi decursu temporis aucta continue, molestissime nos infestat. Acerba siquidem nobis est erumpentis conspirationis attentio, quam in charissimum filium nostrum Regem Angliæ illustrem, ad eius & suorum statum conculcandum omnimodis, ad euertendum omnino solum regni maiestatis, baronum suorum eruptio factiosa præsumpsit. Sed iniquitatis illam prosequenti intentio, nonnullorum prælatorum regni Angliæ fulta consilijs, fota fauoribus, & adiuta conatibus, eo est nobis acerbior, quo minora vel sua correctionis præbet indicia, vel declinationis etiam argumenta præten dit: dum non solum pertinaciter male ceptis in nititur; sed & ad peiora quotidie suos peruersos conatus extendit, & ad obfirmationem suis dolo sis machinationibus oblectatur.

67 Sicut enim nouit excellentia regia, sicut cõmanis habet notitia, sicut publica clamat infamia, toto iam orbe diffusa, prædicti barones fidelitatis, ad quam eidem Regi tenentur, immemores; omnis rationis expertes, & proprij solum profecutores arbitrij; post graues ac enormes iniurias, & offensas tam ipsi Regi & charissimæ in Christo filia nostræ Reginae vxori, ac dilecto filio nobili viro Richardo in Romanorum Regem electo fratri, & Eduardo primogenito Regis eiusdem; quam Ecclesijs, & prælatis regni prædicti, quorum quamplures bonis spoliare proprijs, aliquos etiam captiuitati tradere præsumperunt, alijsque personis ecclesiasticis irrogatas; post reas perduellionis manus hostiliter in eundem Regem iniectas, & ipsum Regem ac prædictos eius fratrem & primogenitum captiuatos, diuque in captiuitate detentos; post euacuatos labores nostros, & ad idem regnum, ad quod tunc in minori constituti officio, in eo legati functi partibus mittebamur, nobis per obstinatam ipsorum malitiam nec parentium monitis, nec iussa pauentium, sed medicum contemptum & medelam, aditum denegatum; nuper ob fouendam, immo verius consummandam nequitiam inchoatam; ad formam pacis proculdubio nimis informem, eosdem Regem & primogenitum (quamquam super hoc suas concesserint literas, asserentes in eis se id fecisse spontaneos) coegerunt: per quam ipsi Regi & primogenito illam non seruantibus, pœna exheredationis infligi-

S. Ludouic cum hortatur Pontifex vt Henrico opem ferat.

a Extrane in cod. biblior. v. all. sign. lit. C. n. 49. pag. 156.



Perduellium procerum grauissimas iniurias exponit.

Vt Henricum & Edwardum ad iniquam pacis formam compulerint.

a 1b. ep. 53

Data ad rebelles percellentes auctoritas.

b Lib. 1. ep. 52.

Religiosam in eos militiam indici iubet

figitur: seruantibus vero non solum soliti depresso status ingeritur, sed & iugum imponitur perpetuz seruitutis.

Quid putas, fili charissime, in ijs agi? quid per talia machinamenta quæri? ad quid per tales eorundem baronum insidias anhelari, nisi vt de regno illo regium nomen aboleatur omnino, & extincto ibi semine regio ipsi regnent? nisi vt Christianus populus a deuotione matris Ecclesiæ & obseruantia fidei orthodoxæ per consequens auertantur.

Præua ea exempla ni malo occurrantur perniciem allatura.

68 O proditionis & iræ filij barones illi! Si mundi principes qualia ex eorum excessibus, si, quod absit, incastigati remaneant, per exemplares alios ad nationes alias exempla deriuentur, attendant: si prudenter aduertant, quam periculose, nisi occurratur in tempore, vicinis instat incendium, igne proximos parietes consumente, quam cauta, quam consultata res est, in aliena potius domo reprimere vires exardescens incendij, quam extinguendum illud in propria expectare: profecto si hoc diligentius intra mentis arcanareuoluerent, ad succurrendum Regi & regno præfatis non inuitati occurrerent: in hoc nostra, ipsius Regis, & suorum proculdubio rogamina præuenirent. Attendant itaque, attendant, & intenta discussione voluât vtique ac reuoluant, quomodo minima in talibus neglecta propria periculose crescere, ac in grâdia soleât ampliari pericula: quomodo magis vires ex morâ diuturnitate sumentibus, sero medicinæ remedia præparantur [Subdit experimento Italię edoceri posse, in qua, cum paucę initio ciuitates in suos principes insurrexissent, ita malum grassatum, vt nullis vinciri legibus possint, continuisque notibus fluctuent. Tum addit.] Vt hæc & his similia semper a tuis sint aliena dispendijs, semper a Christianissimi regni tui sint extranea nouementis. Nec idea ista tibi exponenda decreuimus, quia excellentiæ tuæ talia timenda credamus; sed quia hominum & regnorum subito fata voluuntur, mare in momento turbatur, in subitas tempestates hybernisque maiores agitur æstiuâ tranquillitas, bellum in media pace confurgit, transeunt frequenter auxilia securitatis in metum; sollicitandum te fore credidimus, & contra incertos vâriabilis fortunæ impetus paternis sollicitationibus muniendum, &c.]

69 Non suscepit quidem eam expeditionē S. Ludouicus, copias tan en in Henrici auxilium submisisse probabilis argumento est, cum Matthæus Vvestmonasteriensis a dicat Simonē Montisfortis, increbrescente venientium Gallorum rumore, vt ipsis occurreret, obuiam progressum esse: nec leui constata cruce signatorum manu in Angliam legatum appulisse videtur. Certe peruenisse in Angliam Ottobonum, suumque munus strenue obire cœpisse idem Vvestmonasteriensis & additæ Parisio appendicis auctor asserunt quorum prior locutus de Clemēte, qui ex legatione Anglicana ad capessenda Ecclesiæ vniuersæ gubernacula reuocatus fuerat, hæc prodit historix: *Destinauit in Angliam per consilium Cardinalium Ottobonum S. Adriani Card. qui cum rubicis in Angliam veniens in concilio, fecit mandata Apostolica publicari: qui suæ legationis fungens officio sententiam in Regis aduersarios fulminauit.*

70 Quod ad sententiam Pontificis spectat, quam auctor a legato promulgatam ait; reperimus in Clementis regesto pontificium edictum b id. septembris latum; quo repetita altius rerum,

dum legationem gerebat, gestarum memoria, addit inito summo pontificatu, cum perduelles ad officium redire contemnerent, ex purpuratorum patrum sacri senatus consilio die cœnæ Domini vibratas antea censuras ratas habuisse: promulgatq; se apostolica auctoritate impia omnia fœdera & iuramenta, quibus coniuratores se deuinxissent, dissoluere; & omnia pariter sacramenta, quæ per vim ac dolos ab Henrico atque Eduardo expresserant, rescindere.

Clemens, &c. Charissimum in Christo filium nostrum Regem Angliæ illustrem, ac dilectum filium nobilem virum Edvardum primogenitum Regis ipsius, licet idem E. * postmodum ipsorum manus euaserit, detinentes pro sua voluntate captiuos; & sub ipsius Regis nomine de regno ipso, ac regni iuribus disponentes; obtinuisse dicuntur per eisdem Regem, ac primogenitum secum confederationes, promissiones, conuentiones, permutationes, & pacta iniri varia, &c. Hæc & alia dolo & vi extorta, ac præcipue Oxonianas leges rescindit. *Dat. Perusij id. sept. anno. 1.*

71 Caterum cum in edicto superiori elapsi ex hostium manibus Eduardi mentionem edat Pontifex, prætereundum non est ipsum sponte spe ineunda pacis Montfortio in obsidem se dedisse, ac Montfortium, vt refert Vvestmonasteriensis, eo primum Doueriæ, deinde Herefordiæ custodia tradito, atque Henrico per Angliam circumducto, arces occupasse, relictoque vacuo regis nomine, regiam auctoritatem sibi arrogasse; ac demum Angliam eo pacto in suam potestatem redacta, ad seruanda tractatæ ac iurata pacis capita difficillimum se præbuisse: dum vero ita palam iter sibi ad tyrannidem muniret, plurimum animos a se abalienasse. Interea Eduardus exercendi in Herefordiensi campo equi specie concitatissimo cursu ex custodum conspectu auolauit.

72 Attulit Angliæ felicem rerum conuersionem ex hostium potestate Eduardi liberatio: mox enim partim Simonis superbia ac tyrannide fessis, partim regia calamitate permoti, partim religione atque Pontificis imperijs acti, ad Eduardi signa plures egregij duces militesque prouolauerunt. De qua procerum Angliæ disensione meminit Clemens in literis a ad Ottobonum Card. *Benedictus Deus, qui vertiginis spiritum miscuit inter Anglicos, viam tibi præparans, quæ multis difficilis videbatur. Sic, fili, operatur Altissimus, sic de sui profunditate iudicij negotia suscitans præfocata.* Et infra: *Cauere cum veneris, ne dolois tractatibus sub prætextu mansuetudinis indiscrete falsa pacis tractatus admittas, cum nulla Deo placere possit vel nobis, nisi dictus vir pestilens, nempe Simon & Montforti, cum tota sua progenie de regno Angliæ euellatur, & angeli sathanae digna factis recipiant, salua misericordia moderata.* *Dat. Perusij xiv. kal. augusti anno 1.* Exceptit paulo post Simonem diuina vindicta: collatis enim cum Eduardo, qui paulo ante ipsius filium die S. Petri vinculis sacra fuderat, signis: vna cum Henrico filio, ac Petro e Montforti cum pluribus alijs e prima nobilitate, quos idem rebellionis crimen infecerat, cecidit in acie. Occumbente porro Simone comite tot emicuisse fulgura, tot mugisse tonitrua, tantamque offusam caliginem ait auctor, qui b Parisio appendicem adiecit, vt plures stupore procellerentur. Hæc diuinæ iræ in Simonem anathematis ac grauissimorum criminum reum, contemptoremque ecclesiasticæ potestatis, potius argumenta credenda sunt, quam quod idem eius studiosissimus auctor

Submittit S. Ludouicus Regi Anglorum auxilia.

AVestm. flor. hist. a Consiuator Paris. in his Angl.

Ottobon' legatus perduelles Anglię deuincit anathemate.

b Lib. 1. ep. chr. 13.

Et inapte fragit, post mortem non leuibus miraculis fulsisse, quæ Regum metu & inuidia obscurata fuerint. Caruit eius corpus ecclesiastica sepultura, cum anathemate icus obijisset: cumque postea filius Almericus a Clemente poposcisset, ut illa fidelium more cohonestaretur: contendit enim penitentia signa moriturum dedisse, Clemens veritatis inquirendæ prouinciam Ottobono S. Adriani diacono Cardinali A. S. L. innoxit a. Miraculo proximum fuit in tanta rebellium strage paucissimos ex Eduardi exercitu occubuisse. Cæterum Henricus Rex, qui coactus a Simone contra filium pugnabat, fauciatus est: sed vulnerum leuitas remedia admisit. Prosilijt in patris amplexus Eduardus, illumque pristina restituit libertati, ac regia dignitati. De qua victoria meminisse videtur Clemens, dum de nonnullis Simonis in coniuratione locijs scribit in literis III. kal. decembris datis b. *et hore iniquitatis gladio nuper absumptos.*

73. Conuersis ita Angliæ rebus legato suo Ottobono Clemens edixit c, vt Londoniensi, Vvigorieni, ac Vvintoniensi præsulibus, qui cum a Clemente Bononiam in Gallijs, dam legationem obibat, exciti essent, æquissimæque imperijs onerati, ea omnia contemptu protraherant: aduersus Regem, Reginam, ac filios nefaria consilia conslarant: interditi sententiam non seruarant: Simoni Leycestria comiti adhaerant: diuinis se, contemptis iussis apostolicis, ingerant; atque etiam in pertinacia, postquam Clemens pontificias infulas suscepisset, atque ad apostolicum solium euocati nec accesserant, nec miserant oratores. Ob qua demum partes imposuit, vt ipsi diem indiceret, atque ad agenda causam, & eluenda obiecta crimina ad Pontificem contenderent; ac si respuerent imperia, de suarum dignitatum gradu euertere iussit. Quid vero de ijs factum, tradit Vveltmonasteriensis d, Lincolnensem episcopum misericordiam non iudicium impetrasse, nimirum confugisse ad sedem Apost. ipsiusque seueritatem flexisse: Vvalterum Vvigoriensem, morbo implicitum scelere penituisse, atque ad legatum absolutionis obtinenda causa, iam moriturum literas misisse. Nec præfules modo, quos ambitio, atque opum & honorum cupiditas exagitat, Simonis factione abrepti fuere, verum etiam nonnulli, qui vitam religiosam profitebantur, a suis institutis deflexere, atque in Regem ac Pontificem eo rebellionis turbine acti inirexere e.

74. Edocuerat belli præteriti turbo Pontificem quanti interesset ad regnum Angliæ suo restituendum splendori, præficere ecclesiæ antistites prudentia & sanctitate conspicuos: quocirca vacante Eboracensi ecclesia, oculos in D. Bonaventuram Minoritam, vitæ sanctitate ac doctrina splendore radiantem, vt illius ecclesiæ gubernaculis, quamuis Italicum, admoueret, coniecit cuius eximia eogia silenda non ducimus. *Attendentes, inquit, in te religionis asperitatem, vitæ, conuersationis munditiam, eminentiam scientiæ, providentiæ circumspectionem, & compositionem grauitatis; & quod tam aze tam laudabiliter toti tuo præfuisi ordini, susceptum generale ministerium super illum gerendo fideliter & prudenter, & salubriter exequendo ad magnum bonorem ipsius ordinis & profectum; quodque sic innocenter conuersari assidue studuisti sub obseruantia regulari, quod diuina te semper gratia prosequente,*

reddidisti placidum & amabilem quasi omnibus & vbiq; ac propter hoc sperantes firmiter, quod pleno in te prosequemur affectu, ia quod circa prælatam ecclesiam, sedem eandem, & ipsum regnum in hac eiusdem ecclesiæ ordinatione auide affectuamus; de persona tua ipsi ecclesiæ auctoritate apostolica prouidemus, & illi præficias in archiepiscopum & pastorem: absoluentis te a vinculo ministerij generalis præfati ordinis, & ad dictam ecclesiam transferentes, liberam tibi transeundi ad illam licentiam concedendo, &c. Dat. Perus. VIII. kal. decembr. anno 1.

75. Respuit delatum archiepiscopatus nobilissimi honorem vir sanctissimus: cui virtutis atque Christianæ demissionis exemplum simillimum edidit S. Thomas Aquinas: vt refert Antoninus a: Clemens enim euehere ad dignitates eos satagebat, qui probitate ac scientia eminent: Cum, inquit, dominus Clemens Papa III. * qui eundum ebarum habebat, archiepiscopatum Neapolitanum cum additione reddituum S. Petri ad aram sibi obtulisset, bullamque misisset, sanctus doctor dignitatem recipere & redditus possidere penitus recusauit: & quod non promoueret eum ad similia ulterius, humiliter exorauit. Repudiasse etiam antea honores amplissimos ab Urbano sibi delatos inter cætera eius elogia occinit Ecclesia b. Sed ad Clementem redeamus. Religiosas familias Dominicorum, Minoritarum & Cisterciensium singulari complexum studio, ostendunt plures insignes literæ c, quibus ipsos ingentibus ornat elogijs, prerogatiuisque afficit. At Templarij, qui priuilegijs amplissimis abusi, in eam insaniam lapsi erant, vt pontificiæ auctoritati se subducerent, ac studerent Sisseio marescallo; qui ob contumaciam, qua proterue Urbano in os, munere magistri castrorum cedere iussus, obiecerat, non esse moris Romanorum Pontificum, sese de muneribus eius familiæ ingerere, sacrorum communione de pulsus fuerat d; grauisime corripiti meruerunt: Ille, inquit Clemens e, *Saluator humani generis, qui eandem Ecclesiam sui sanguinis aspersione fundauit; qui eam super petram nascentis fidei erigens, B. Petro æternæ vitæ clauigero, & successoribus eius in ipso regni calarum clanes tradidit, & oues suas indistincte credidit; numquid ordinem militiae templi, vel officia & personas ipsius excepit, vel eius ditioni subinaxit seu dispositioni subduxit; aut ab imperio abdicauit? O si discretius pensantis, quanta vos eadem Ecclesiæ fauoris abundantia fouerit; quam abundanter ad illorum forsam religiosorum inuidiam, ad fratrum & coepiscoporum nostrorum, quibus in vos ordinaria iurisdictio debebatur, & multarum ecclesiarum offeram, favorabilibus priuilegijs amplitur; pro uulduo studiosissime vitaretis tantis illius gratias repensia tanta ingratiitudinis compensare.*

76. *O si uelletis perspicacius intueri, & considerare consultius, quod si eadem Ecclesia contra prælatos, & mundi principes, vel ad modicum tempus dexteram vobis protectionis sue subtraxerit; nec aduersus prælatorum incursum, nec contra principum impetum quoquo modo subsistere, subtracta huiusmodi protectione, possitis. Professo eiusdem petrae sanctissimam firmitatem, Deo, ut præmittitur, edificante, constructionem non tentaretis alicuius socordiae impia presumptione concutere, nec ipsius potestatem illudere; de cuius potestate auxilio totaliter dependetis, sed erga ipsam humiliter & studeretis cum mansuetudine obseruare; suauiter uigilare*

Oblatam dignitate respuit.

a S. Anton. tit. 23. c. 7. S. 10. & alij. * IV. S. Thomas uocatus ad honores ecclesiasticos se subducit.

b Offic. S. Thom. lection. 6. & plures alij. Bores.

c Lib. 1. ep. 82. 129. 132. 174. 180. & T. 2. ep. 30. M. S. Vall. sign. li. C. n. 49. pag. 127. 156. & lib. priuileg. Cisterciens. ord.

d Urb. 1. 2. ep. 198. e Extr. eius lit. in cit. cod. Vallic. pag. 155. Obnoxios esse fedi Apost. religiosos & quites de monstra Pontific.

f Lib. 1. ep. 170. Eximia illius elo.

Lib. 3. ep. 21. Patrem Regem libertati restituit.

To. 3. ep. 14.

Quido Simonis filius coniecit in vincula. End. ep. 14. Nonnullis rebus sub bellibus iudicium intendit.

Obliuio.

Yv. 8. in col. nentis. sic. ye. d. i. m. a. clem. obtinet.

Yv. 8. in col. nentis. sic. ye. d. i. m. a. clem. obtinet.

Lib. 1. ep. 170. Eximia illius elo.

Eximia illius elo.

leue onus ipsius, etiam si durum id, vel facile non forendum, interdum forsitan saperet, pia & humili deuotione portantes. Nec enim debet religionis vestrae modestiam a via veritatis sic deuius error abducere, ut errando periculose credatis, eiusdem primatum Ecclesie, ac datam sibi & presidenti eidem; illius quippe vicario, cuius sunt gentes hereditas, cuius sunt termini terra possessio; potestatem circa omnes ecclesias, cunctasque religiones & ordines libere disponendi; sic posse recalcitrando contrabere, quin ad vos dispositiua virtus ipsius, cum libuerit, extendatur. Nonnullisque interiectis, quibus iustas minas intentat, & obsequentes iubet esse, subiungit: Ne nostra & ipsius Ecclesie patientia, qua multa in vobis & ordine predicto per dissimulationis conuiuentiam tolerat, vestris, quod absit, insolentibus prouocata, illa deducat in discussionis examen, in quibus eum nullam subsistentiam iuris inuenerit, ea nec velit, nec valeat amplius cum graui remorsu conscientie tolerare. Sane cum in peiora ruerent a Clemente V. extinctos visuri sumus. Verum interea pontificia imperia excepisse, argumento est: Stephanus enim fidelium consortio restitui meruit; a ea tamen lege b vt ad delendam proteruitate antea susceptam maculam, in Terram sanctam proficeretur: de quo Hierosolymitanum patriarcham fecit certiore c.

Concludemus hunc annum commendato nostris annalibus pio opere Petri olim S. Georgij ad velum aureum diaconi Card. cuius supra mentionem fecimus, qui suis opibus xenodochium S. Andree iuxta ecclesiam S. Mariæ maioris extruxit: cuius rei testes Clementis literæ d x. kal. aug. datæ fratri Sanguineo, quibus primus eius hospitalis rector est constitutus.

IESV CHRISTI

Annus 1266.

CLEMENTIS IV. PP. VACAT IMP. OCCID. 16.
annus 2. MICH. PALÆOL. IMP. OR. 6.

Insperxit triumphantem de hoste crudelissimo Ecclesiam annus Christi millesimus ducentessimus sexagesimus sextus indictione nona: succubuit enim tandem Manfredus, quem scelus ad solium extulerat, vt grauiore casu obtereretur: in quem cum expeditionem adornaret Carolus, visum est Clementi Papæ ipsum, ac Beatricem vxorem regio diademate solempni pompa insigniēdos, quo Siculis exulibus maiores animi adderentur, tyrannique auctoritas apud alios obsolesceret: quod die Epiphaniæ sacra a Cardinalibus, quibus id munus erat impositum, perfectum tradit Bernardus e, remque ad annum mccc. lxxv. refert, annis nimirum ab incarnato Verbo, seu festo annūciationis numeratis: Coronatus est in regē Sicilia & inunctus cum domina Beatrice consorte sua, per sex Cardinales, scilicet per episcopum Albanensem & duos presbyteros Cardd. scilicet S. Praxedis & basilicā duodecim Apostolorum; & tres diaconos Cardinales, scilicet S. Angeli & S. Georgij ad velum aureum, & S. Mariæ in porticu, a summo Pontifice ad hoc missos, in festo Epiphaniæ. Verum quinque tantummodo Cardinales iussu Pontificis celebritati præfuisse, constat ex publico instrumento ab ijs perfecta rei pompa, confecto: cui apostolicas literas, quibus ad obeundum id munus a Clemente sunt constituti, fideique a Carolo datæ sacramentum inseruere, quod ex M. S. codice Vaticano f

libro censuum inscripto, ac sæpius a nobis laudato, in lucem dabimus.

2 In nomine Domini, amen. Nos miseratione diuina Rodulphus Albanensis episcopus, Ancherius tit. S. Praxedis presbyter, Richardus S. Angeli, Gotifredus S. Georgij ad velum aureum, & Mattheus S. Mariæ in porticu diaconi Cardinales per presb. scriptum notum facimus vniuersis tam presentibus, quam futuris, quod a sanctissimo patre & domino nostro, Clemente Papa IV. literas plumbea bulla munitas recepimus in hac forma. Clemens episcopus seruus seruorum Dei, venerabili fratri nostro episcopo Albanensi, & dilectis filij Ancherio tit. S. Praxedis presbytero, Richardo S. Angeli, Gotifredo S. Georgij ad velum aureum, & Mattheo S. Mariæ in porticu diaconis Cardinalibus salutem, &c. Plura de pontificia auctoritate, & Carolo ac Beatrice solempni ritu regia inunctione liniendis præfatus, addit hæc imperia: Discretionis vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus in Vrbe conuenientes in vnum eadem solempnia iuxta huiusmodi formam vobis traditam in nomine ac virtute Altissimi prudenter, honorifice, ac diligenter, prout decet, tam arduum, & solempne negotium exequi studeatis: speramus enim in Domino, quod idem Rex & Regina tanta gratia magnitudinem memorie signaculis taliter alligabunt, quod in delectationem eis veniet, omnium conditori per virtuosam vitam studium, ac sancta ipsius Ecclesie placere iugiter per syncera deuotionis augmentum. De clementia quoque Regis superni confidimus, quod ipse diutinam afflictionem, & lacrymarum afflictorum præfati regni ex alto prospiciens, ac intentionem puram & bonam ipsius Regis Sicilia clementer aduertens, ei qui iustam, sanctam, & piam causam prosequitur, de parte opposita triumphum desiderabilem largietur. Ceterum quia ex certis partibus inter Ecclesiam et Regem eosdem haberi dignoscatur quod dictus Rex nobis, & Ecclesie eidem homagium ligium pro regno ipso & terris alijs, sibi ab Ecclesia præfata concessis exhibere tenetur; volumus quod huiusmodi homagium pro nobis, ac dicta Ecclesia recipere nullatenus omittatis. Per præmissa siquidem coronationis & inunctionis solempnia, Fanormitana, seu aliquibus alijs ecclesijs, vel quibuscumque personis & locis, ex eo, quod eisdem solempnijs non intersunt, vel quod ille in sede ipsa non fuerit, aut alias nullum volumus in posterum præiudicium generari. Dat. Perusij xv. ian. pontificatus nostri anno 1.

3 Nos igitur volentes huiusmodi mandatum apostolicum exequi diligenter, in Vrbe conuenimus, & in basilica principis Apostolorum de Vrbe, præsentem tam prælatorum, quam aliorum fidelium multitudine copiosa, Regi & Regine prædictis memorati regni Sicilia coronas commissa nobis auctoritate tribuimus, eorumque vertices inclytos reddimus illarum insignijs cum solitis solempnitatibus decoratos, impenso prius per me Rodulphum Albanensem episcopum eisdem Regi & Regine, iuxta mandatum apostolicum, sacra vñctionis venerabili sacramento. A præfato quoque domino Carolo Rege Sicilia nos nomine & vice prædicti domini Papa Clementis IV. & successorum eius canonice intrantium, & Romana ecclesia pro regno Sicilia, & tota terra, qua est intra Pbarum, vsque ad confinia terrarum ipsius Romana ecclesia; qua vltique regnum & terram, excepta ciuitate Beneuentana, cum toto territorio, & omnibus districtibus, & pertinentijs dicto Regi eadem ecclesia Romana concessit; ligium homagium recipimus in hunc modum.

4 Nos Carolus Dei gratia Rex Sicilia, ducatus

a Lib. 1.
op. 19.
b 16. op. 10
c 17. op. 21

d T. 12. op. 104.

De Caroli & Beatricis regia inunctione.
e Bern. chr. Rom. Pont. ann. 1265.
f Prot. Luc. hist. eccl. l. 32. cap. Summone hist. Neap. lib. 2.
Sex Cardinales ad id munus adhibiti. f Lib. Conf. M. S. Vat. pag. 307.
ext. etiam in formulis. Mar. Ebul. pag. 65. n. 499.

Apulia, & principatus Capua ad honorem Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus sancti, beata & gloriose semperque Virginis Maria, beatorumque apostolorum Petri & Pauli, nec non sanctissimi patris & domini nostri domini Clementis Papa IV. & sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, vobis dominis Rodulpho Albanensi episcopo, Ancherio tit. S. Præcedis presbytero, Richardo S. Angeli, Gottifredo S. Georgij ad velum aureum, & Matthæo S. Maria in porticu diaconis Cardinalibus; quibus per literas suas idem dominus Papa commisit receptionem ligij homagij, quod pro regno Sicilia, ac alijs terris, nobis a prædicta ecclesiæ Romana concessis, tenemur eidem domino Clementi Papa IV. & eius successoribus canonice intransibus & prædicta ecclesiæ Romana facere; ac in manibus vestris vice & nomine ipsius domini Clementis Papa, & huiusmodi eius successorum, ac prædictæ Romanæ ecclesiæ, & per vos eidem domino Papa, eiusque successoribus, ac Romana ecclesiæ ligium homagium facimus pro regno Sicilia, ac tota terra, quæ est citra Pharum usque ad confinia terrarum eiusdem Romanæ ecclesiæ: quæ utique regnum & terram, excepta ciuitate Beneuentana cum toto territorio & omnibus districtibus & pertinentijs suis, nobis & heredibus nostris prædicta ecclesiæ Romana concessit. In huius autem rei testimonium, perpetuamque memoriam præsens scriptum prædicto Regi concessimus sigillorum nostrorum munimine roboratum. Actum Roma in prædicta basilica VI. ianuarij in festo videlicet Epiphaniæ Domini, nona indiæ. anno Domini, nimirum incarnati, MCLXV. pontificatus vero prædicti domini Clementis Papa IV. anno I.

5 Ad explicandam regiam liberalitatem, Carolus basilicæ Vaticanæ I. uncias auri in annos singulos attribuit, vt scheda Baronij, quæ apud nos extat, his verbis fidem faciunt: Carolus donauit eidem basilicæ quinquaginta uncias auri annuatim præstandas: item & tres uncias pro suo anniuersario, prout extat in appendice ad martyrologium eiusdem basilicæ in die Epiphaniæ. Hoc ipsum etiam præstitit Carolus secundus, vt ibidem habetur sub VI. non. maij. Hæcenus Baronius. Caterum Romanos, festos dies ad Caroli augendum decus in ipsius inunctione agitasse, refert Sicularum rerum anonymus scriptor a: Carolus Roma in basilica Apostolorum per quatuor Cardinales, a summo Pontifice ad Urbem de Viterbio propterea destinatos, in Regem Sicilia delinitur, & regali diademate coronatur. In cuius coronatione mirabilia festa sunt anno Domini MCLXV. per Clementem IV. succedente Urbano, & noua tripudia & festiuagaudia celebrantur: ludunt enim generaliter omnes Romani, & quilibet, sicut ei plus bonorum copia suppetit, ita miles pariter & pedes instructus per agmina pomposius se ostendit ibidem, & celebriora constituit solemnia festi huius, vt dignitatis negotij memoria perenniter memoretur.

6 Regio diademate insignito Carolo, suspensi expectatione plurimorum erant animi, vt in hostem mox profiliret: cum tamen ille diutius apparandum bellum putaret, vt citius confici posset. Extat enim pontificia epistola b, qua se a quodam vrgeri vehementius asserit, vt ad mouendum exercitum in hostem incitet: verum se illius prudentie rem permittere. Occasionem forte illi consiliario inijcere poterat, quod Caroli præfecti interdum, vt fieri solet, militari insolentia elati, iniurias aliquas Ecclesiæ subditis inferrent. Sunt namque Clementis literæ c quibus Carolum perstringit, ipsum cum ab Ecclesiæ tâtis honoribus beneficiisque cumulatus esset, subditos tamen Ecclesiæ a

fuis grauari sinere, præcepitque: vt eodẽ nulla interposita mora coereret: Aequanimiter nos ferre debere contendis in officialibus tuis, quod in Romanis * ciuilibus pro tempore senatoribus Romani Pontifices tolerarunt. Ad hoc autem licet sit vera responsio circa factum, quod senatores Romani plura, vel pluries in terris Ecclesiæ mandauerunt, non tamen paritum eis fuit: & si forsan interdum aliqui pusillanimes paruerrunt, nunquam Romana ecclesiæ consensit, sed viriliter contradixit. Vt tamen hæc leuiter transeamus, scire te volumus, non ad hoc te vocatum, vt aliorum imiteris errores, non vt Ecclesiæ ius absorbeas; sed vt tuo iure contentus, & Romanam primo & principaliter, & alias consequenter defendas ecclesiæ. Vnde, si bene recolis, ad id te specialiter iniurandi vinculo astrinxisti, quod eiusdem Romanæ ecclesiæ iura defendas, & in nullo diminuas, vel perturbes. Dat. Perusij VII. id. ianuarij anno I.

7 Optima etiam Regi consilia dedit a, vt ad bellum profecturus pacem inter suos firmaret: consilium peteret vt i gerere se deberet: si quos offendisset proceres sibi, conciliare studeret: illata ecclesijs damna sarciret: tum id maxime, vt conscientia æstus pacaret; ac numini, deterfa omni criminis labe, coniunctus esset: Profecturum ad bella principem decet pacem in domo propria solidare, ne dum pugna domestica laceffente dilabitur, minus ab exteris timeatur. Inter omnia sane prælia illud magis est intimum, id debet rectius dici intestinum, quod sub Dei solius oculis in conscientia secretissimo sinu geritur: quod nunc rodit, nunc lacerat, nunc concutit, nunc prosternit; & alternis vicibus, nunc superior, nunc inferior quietem animi, vel prorsus disijcit, vel perturbat &c. Dat. III. id. ianuarij anno I. Vt felicius ea expeditio succederet, Clemens Rodulphum Cardinalem episcopum Albanensem in Siciliam legauit, eique prouinciam crucis insigniendi militem, ac populos ad arma sacra in Manfredum concitandi demandauit. b

8 Dum ergo hinc legatus pōtificia fretus auctoritate Siculos in Manfredū armabat, hinc Carolus florentissimum exercitum intruebat, Manfredus atroxes ac minaces. literas ad Pontificem scripsit. Cuius yefaniam Clemens suis grauisime refregit: Venit, inquit, Carolus Deo, & hominibus totus charus, & vox enim totum significat lingua Græca, non vt sibi ius rapiat alienum, sed vt Ecclesiæ iura prosequens & honorem eius promoueat & suum pariter inquirat commodum; iuxta prouidentiam sibi factam, ex indulgentia apostolicæ largitatis. Quod si viam difficultas obiecit, si terrarum marisque conclusio, si Saracenorum, excommunicatorum promiscua multitudo, si cuiuslibet barbaræ nationis admisso; potens est Deus aperire clausa, colligata dissoluere, & in paucis multos subijcere, qui de cælo contra Sisaram dimicauit, qui cōclusit innumerabiles in manu fidelissimi Machabei. Et infra: Iam in publicum prodijt fortis armatus, iam ad radicem posita est securus: nunc mundi iudicium imminet, vt fortis eijci debeat princeps mundi: & si secus Dominus disposuerit, quod non creditur a fidelibus, qui Dei sunt, ad omnia parati flagella, quæquid ei placuerit æquanimiter tolerabunt: viluit enim terra his qui cælum animo concupiscunt. Sane aptari potuit Clementi, innumeris presso angustijs, diuinum illud oraculum c: Iustus quasi leo confidens absque terrore erit; illudque d: Non contristabit iustus quidquid illi acciderit. Pergit sanctissimus Pontifex: Vnum scio, quod qui Romanam regit ecclesiæ, in Domino figens anchoram spei sua, neminem vult decipe-

* ciuibus
Graues
ad Regem
Siculum
querelæ.

a Ep. 136.

b lb. ep. 53
Rodulpho Card.
Indicendæ in Manfredum religiose militie partes inpositæ.
Manfredus atroxes Pontifici minas incutit.
Generosum Pontificis ad tyrannum reponsum.

c Prov. 28
d lb. 12

re, nullius deletatur excidio, nec in sanguinis effusione latatur: sed pacem, sicut potest, inquit; & quoniam in te quaesitam, inuenire non potuit, in suo querit opposito, licet coactus. Stabilium quidem a suo praedecessore negotium promouens, sicut debuit, eundem Carolum sublimauit in Regem, quia sanctum & terribile nomen eius, & regio diademate dignum.

9 Nec falso Pontifex sanctissimus futura praesagijt: Deus enim tamdiu laceratae Ecclesiae misertus, vicarium suum, prostrato extinctoque tyranno, erexit; atque in Manfredi satellites tot scelerum reos, seram licet, grauissimam tamen vindictam effudit, Urgebat Carolum ararij inopia, vt in Siciliam, ad alendum in hostium terris militem, irrumperet, cum iam amicis magno oneri esset; adeo vt subsidiarium a petenti hac responderit Clemens a: *Nec montes nec fluuios habemus aureos, nec tuo possumus desiderio satisfacere; & quantumcumque necessitas urgeat, nihil possumus utiliter facere. Fecimus autem liberaliter, quod potuimus, & quod poterimus commode faciemus: sed exhaustis iam viribus, & mercatoribus fatigatis, cur nos ulterius inquietes videre non possumus: nisi forsitan requiras miraculum, ad quod nobis nequaquam merita suffragantur, vt in aurum terram, vel lapides conuertamus.*

At o. 2. ep. 142.

Carolus frustra a Clemente subsidiarium aurum postulat.

Quaeritur ex hoste in Siciliam eiretorem irrumperit.

h M. S. anno nym. auct. de reb. Sicul. Manfredi consilium terror adimit.

Ob incestum illatum sorori defertur a Casertae comite. Ricord. hist. flor. c. 179. Summons. hist. Neap. lib. 2. & alij. Firmisimae arcis expugnatae a Gallis.

Robertus Flandriae comes pugnae auctor. d. Summons. hist. Neap. lib. 2.

Cum petenda itaque ex hoste opes essent, e Campania in citeriorem Sicilia signa traduxit Carolus nemine obuiio: cum Manfredus ipsius aduentus terrore perfusus, tutandi limitis abiecta cura, in loca interiora se subduxisset. Cuius expeditionis historiam, & Manfredi aetuis Sicularum rerum anonymus auctor ita describit b: *Manfredus status sui huiusmodi ventura flagella praesenserat: & veluti in ecstasi, ac alto terroris inuolucro positus ignorat penitus ubi venientibus hostibus se opponat, ubi eis obstacula praeparat, ubi obstat eisiam. Et dum ad resistendum propterea a flumen repetit, vt per se facta impedimenta sint talia, quod hostes in oppositum constituti nequeant se manualiter iungere; nunc Capuam, nunc Caperanum, & tandem Beneuentum festinus, discurrendo, gressus dirigit & reuoluit: quamlibet enim terrarum huiusmodi alta fluminis ripa fortificat, ac profundi defossum aggeris roborat. Sed praescitus ad malum obstinatus Manfredus, qui apud Caperanum gentis suae resistendam ordinare debebat, passus regni vacuus & sine custodia munitione reliquit, vt liber ad regnum aditus pateat inimicis.* Id Casertani comitis, incestum uxori a Manfredi sororio illatum viciscens, defectione accidisse aiunt c. Addit vero plura auctor anonymus de arce munitissima, cui roccha arcis nomen inditum, & S. Germano impetu captis, caesisque Saracenis praesidiarijs.

10 Penetrauit mox Carolus interiora, per Alifanos aspera montium transgressus: atque ubi in hostis conspectum venit, cum suis consilium militare contulit, an mox committenda acies forent: & certantibus alijs festum militem recreandum, alijs contententibus ex eo animos hosti auctum iri; Gilo comestabilis palam edixit, quidquid decernerent alij, se cum Roberto Fladrisque in hostem ducturum: se bene de Deo summo Ecclesiae praeside, cuius erant defensores, sperare. Vicit ergo illius sententia, instructisque agminibus, promotus in hostem exercitus. Ferunt a Manfredum sibi metuentem de pace Carolum interpellasse, idque responsum eliciisse oratores: *Reserte hac Sultano Luceria: vel ego illum hac die detrudam ad inferos; vel ille me ad caelos euehet.* Et quidem Carolus Manfredum iure Sultani nota perstrinxit,

cum Saracenis esset addictissimus, eorumque superstitio in consulendis astrologis & ariolis inquinatus, vt Sicularum rerum auctor anonymus obseruat a: *De hora, inquit, pugnae Manfredus consilio cuiusdam astrologi regebatur: sed cum iam deliberatione praehabita compertum per artem esset, quod felici omine pugnam poterat aggredi, quidam ex comitibus ipsis proditoria obstinatione corrupti, & machinationem nequissimam moliti, dissimulantes sibi displicere, praedium solum commodum ipsius Manfredi fore, praetendentes ipsum Manfredum fore, si non confingeret, pro dignitate spurij derelinquendum; quidam etiam, quos idem Manfredus ad se tunc temporis fecerat accersiri, sumpta causa vel occasione potius, quam quaerunt volentes recedere ab amicis; substituerunt in locis primis futuros successus morantes potentia utriusque: sed qui pares censi poterant in crimine, inde fines simulabant se ad terrarum suarum custodiam remanere.*

11 Cum in huiusmodi voluntatis examinatione persisterent, & militia agmina, nec non agminum praepositi decesserint, clamor aethere tantus insonuit, quod, sicut fertur, usque ad Alifim ventus impulit murmura: & veluti cum freta feruent valida ventorum concita tempestate omnium perturbabat auditum, &c. pergit auctor pugnae ordinem ac singulos euentus describere: nobis suffecerit rem paucioribus verbis perstringere. Vbi cum hoste ferro confertum b ardentissimis animis, primae aduersae acies magna vi sanguinis utrimque fusa, pugnaere; cumque suos pene fluctuantes videret Carolus, inuocato diuino numine, cum circumfusis globis in hostem prouolauit, oppositos hostium cuneos impulit, euertit, dissipauit. Cumque fusi hostes Beneuentum profugerent, insecuti eos Galli permixti fugientibus ingressi, urbem cepere, atque euertere: quae cum iuris esset pontificij, grauius id a Clemente acceptum, vt infra visuri sumus. Capti innumeri, inter quos Manfredi vxor Comneni Graecorum principis filia dum, audita viri morte, vna cum filijs fugam ornabat, abducta in vincula atque arce munitissima iussu Caroli inclusa. Tanta vero fuit caesorum strages, vt terra eorum maderet sanguine, & campi occisorum cadaueribus constrati cernerentur. Cecidit in tertio agmine inter medios Manfredus, qui flagitiorum suorum satellites, eo, permittente numine, collegerat vt pari supplicio delerentur: ac post biduum inter suorum cadauera illius corpus repertum ecclesiastica sepultura caruit, cum infelix princeps anathematis vinculis irretitus occubuisset: illud tamen Carolus in pontis Beneuentani capite terra mandari iussit.

12 Consignat huius victoriae tempus Guido Bernardus his verbis: *Praedium factum fuit 14. kal. martij feria vi. in campo ante ciuitatem Beneuentanam anno Domini praetaxato m. c. c. l. v. secundum illos, qui annos dominicae incarnationis incipiunt in annunciatione Domini computare: secundum autem illos, qui in natali Domini incipiunt computare dicitur m. c. c. l. vi. vnde versus facti sunt subsequentes. Quamuis illi seculi more incompti barbariem & imperitiam redoleant, quod temporum rationem signent, adducendi a nobis sunt visi.*

Carolus athleta Christi, prout ante cometa Hoc praesignauit, Manfredum suppeditauit. Plus decies centum quatuor iuxta Beneuentum Victor prostrauit, hinc Ecclesiam releuauit. Sunt anni Christi, victoria cum datur ista, Mille ducentenus sexagenus quoque senus

Belli finis fit, februi lux tertia finit.

Adduci plura ac cumulari ad superiora comprobanda auctorum testimonia possent: sed omnium instar testium vnus suffecerit Carolus, qui subiectas literas de parta diuini ope numinis victoria triumphales ad Clementem dedit. ^a

Sanctissimo in Christo patri, ac domino Clementi, diuina prouidentia, sacrosancta Romana ac vniuersalis Ecclesie summo Pötifici Carolus Dei gratia, &c. cum omni reuerentia & honore deuotum pedum oscula beatorum.

13 Multum meis reputans successibus adijci, si Romana mater ecclesia de felicibus filij processibus, in quibus sua causa prouehitur, certa fiat, ecce significo vobis ad gaudium, quod postquam Manfredus publicus hostis, victus olim apud S. Germanum; a Capua quoque, ubi se iactabat velle resistere, confusus abscessit; accepi quod idem hostis cum suarum reliquijs virium, quæ de S. Germano per fugam euaserunt, profugus per terram Laboris se transtulit Beneuentum. Ego ac meas continuando dietas, Palifanos & Thelesinos campos contra hostem ipsum, omisso itinere Capuæ, duxi in caelestis virtute præsidij procedendum. Sicque factum est, quod die veneris vigesima sexta præsentis mensis februarij, quodam desiderio perueniendi citius Beneuentum meorumque animos stimulante; ac viarum & passuum multorum difficultatibus & asperitatibus, quales vix transueramus antea; superatis; ad montem quandam perueni, vnde subiectus & admodum patens campus ordinatas iam hostium acies ostendebat. Propter quod ego, licet equos commilitonum meorum præ malitia & longitudine itineris cognoscerem plurimum fatigatos, & propterea ad sustinendum pondus prælij minus aptos; instructis tamen meis in illius nomine, cuius agebatur negotium, aciebus, ex aduerso ad pugnam processi. Et quamuis per magnam horam fuerit vtriusque pugnatum, cedentibus tamen diuinæ potentia, non meis viribus, duabus prioribus hostium aciebus, omnes alia, cum non confiderent agredientium posse impetum sustinere, se fugæ remedio commiserunt: factaque est in ipso prælio hostium tanta strages, quod celant campum oculis superiacentia corpora occisorum. Nec tamen omnes fugientes fugæ refugium saluos fecit: quin maior pars fugientium in gladio nostrorum, ipsos persequentium; cum eo copiosius ceciderunt, quo dispersius fugiendo nec vnus tuebatur alterum, nec eis locus, ad quem confugerent, apparebat.

14 Magnum ergo numerum captiuorum ad carcerem nostrum huiusmodi bellicus aduentus adduxit: inter quos Iordanus & Bartholomæus dictus Simplex, qui nomen sibi comitum hæcenus vsurparat, eorumque fratres, nec non & Perusinus de Florentia perfidissime Gibellinæ factionis auctor in vinculis detinentur. De ijs, qui de primoribus partis aduersæ in prælio corruerunt, certam nondum habentes notitiam, nihil vobis exprimimus propter festinatam præsentium missionem: licet Galuanus & Henrifnetus dicti comites mihi a pluribus asserantur in ipso prælio corruisse. De Manfredo vero vtrum ceciderit in conflictu, vel captus fuerit, aut euaserit, certum adhuc aliquid non habetur: dextrarius tamen armatus, cui insedisse dicitur, & quem habemus, sui casus assert non modicum argumentum. Hæc igitur, quæ de manu Domini me suscepisse cognosco, ideo beatitudini vestræ denuntio, vt omnipotenti Deo,

qui per ministerium meum Ecclesie causam prosequitur, deuotas pro tanto triumpho gratias referentes, certam spem & fiduciam habeatis, quod eradicatis de regno Sicilæ scandalis & seminarijs scandalorum, illud ad antiquam & consuetam deuotionem Romanæ ecclesie plene reducam ad laudem & gloriam diuini nominis, exaltationem & pacem ipsius ecclesie, & incolarum eiusdem regni statum prosperum & tranquillum. *Dat Beneuenti, &c.*]

15 Perlectis Caroli laureatis literis, summam Clemens hausit animo voluptatem: vtque de tanta relata victoria triumphantem est gratulatus, ita de vrbe Beneuentana ab eius exercitu direpta grauissime est conquestus a; cum ea ditionis pontificiæ esset. Alijsque literis ad episcopum Albanensem S. A. L. missis easdem querelas ingeminavit b, ac monere Carolum iussit, vti ausis eiusmodi abstineret. Sed eum dolorem percepta ex prostrato hoste iucunditas lineabat: quæ cum ad plures, immo ad cunctos fideles, qui lugenti Ecclesie condoluerant, attineret, nuntium lætissimum lōge diffudit. Probant Ottobono & S. Adriani diac. Card. A. S. L. atque archiepisc. Narbonensi a eiusque suffraganeis missæ literæ; tū ad comitē Augi datæ e: quibus ipsos ad agendas numini vna secum pro sublato crudelissimo hoste gratias adhortatur.

Ex hoc, inquit, & spoliata restituantur ecclesie, & reducuntur exules innocentes, cadit perfidia, surgit fides, resuret Tuscia, tota demum Italia reuiuiscit: latatur Achaia, Terra sancta respicit. Huius igitur auctori victoria Deo viuo, qui tam misericorditer quam potenter, tam magnifice quam benigne suam in hoc negotio respexit Ecclesiam, gratias agite; & leuatis in celum manibus, ei deuotissime supplicate, vt suæ dona continuans largitatis, captum tam honorifice suum & Ecclesie suæ negotium confirmare dignetur, &c. Dat. Perusij vii. id. martij anno i.

16 Repertum est Manfredi corpus perfoffum vulneribus, quod ecclesiastica sepultura honore caruit, cum anathemate deuinctus periisset: cuius virtutes & vitia hic alienum non fuerit describere. Fuisse in primis ingentibus animis, liberalitate artibusque ad mulcendos animos præditum, exultissimum vrbaniatem, ac forma præstantem ferunt g: sed has virtutes vitij obscurasse, epicuream nimirum vitam duxisse, frænaque laxasse libidini, vt nec forori Casertæ comiti nuptæ pepercerit; vnde ob impuros natales iactare solitum, ex vetito concubitu magnos viros nasci: nec Deum, nec sanctos reueritum, Saracenis coniunctissimum, horumque opera in sacerdotes tyrannidem exercuisse, ac damnasse h ad tiremes, si diuina profanare detrectarent: Arabum superstitiosæ astrologiæ fuisse adeo addictum, vt cum Manfredoniam ad commendandam posteritati memoriam, euerso Siponto, conderet, astrologos insignes euocarit i, qui siderum situm obseruarent ad iacienda prima illius fundamenta: quasi ex singulari quodam astrorum in primum illud saxum influxu Manfredoniæ florentissimus status, excidiumque extremum penderent. Pari etiam insania astrologorum delirantium superstitionem secutum; tum maxime, cum in extremammersus est calamitatem; diximus. Ex quo discant posteri scelus regnorum instabilem basim esse.

17 Extincto ita Manfredi, eiusque vxore Comneni Despotæ filia vna cum natis capta, Carolum breui hostium reliquias præcipiti victoria consumpsit: qui supererant, Manfredi sequaces partim

Beneuentū a Gal-
lis vastatū
queritur
Pontif.

a To. 2. ep.
168.
b lbi. ep.
166.

c Ep. 163.

d Ep. 153.

e Ep. 156.

f Eod. T. 2
ep. 163.

Manfredi
vitia.

g Math.
Spinel. Ri.
cord. hist.
Flor. cap.
180. Sum-
mont. hist.
Neap. l. 2.
Collenur.
hist. Neap.
l. 3. & alij
Manfredonia ab eo
condita.
h Math.
Spinel.
i Idem.

Mãfredia-
næ reli-
quiaz dei
bellatæ.

ferro deleuit, partim ad se pellexit. Saracenos etiam contudit, ac Luceriam eorum validissimam arcem, vel potius prædonum speluncam, sentinamque omnium vitiorum; a Friderico conditam & ornatam, a Manfredi postea auctam, ut suæ improbitati apud mortalium impiissimos paratissimum asylū haberent, ad deditioem cōpulit. a Triumphatori ergo Sicilię, Ecclesięque defensori Carolo Clemens gratulatorias literas dedit b, immensis ipsum cum laudibus; & quam alte pontificio pectori ipsius amor defixus esset, quantaque voluptate ex latissimis nuncijs fuisset delibutus, significauit.

Charissimo in Christo filio Carolo Regi Sicilia illustri.

Fauus paternæ dulcedinis erga te, quem anima nostra prædiligit, de laborum nostrorum eloquio cum rore suauitatis emanat, dum ex intimo tibi propinamius affectu, quæ tuis in hærentia sensibus dilectionis augmentum præbeant, fructum salutis germinant; & regalis præminentiam nominis, tuique magnificos titulos honoris extollant. De plenitudine quidem charitatis talis consurgit affectio, mentem patris instantia quotidiana sollicitans, ut amantissimum filium frequenti uisitatione lætificet; ac eum assiduæ benedictionis aspersione fecundans intenta, vigili, & curiosam meditatione prouideat, quod laus eius & gloria & apud Deum crescat, & in gentibus exaltetur: quod felix status suæ celsitudinis præseruetur: quod euentus cautela futuros anticipet, ne felicitatis angusta tempora quidquam sub nubilo turbationis, vel aduersitatis angustet.

18. Profecto, fili charissime, circa conseruandam status tui gloriam non indigne pensamus. Tu enim es electus a Domino in sui populi defensionem; tu gentibus, quæ ambulant in tenebris, serenitatem lucis data tibi diuinitus gratia reddidisti: tu quies Ecclesiæ defensor: Tu pax fidelium: tu viatorum securitas, & tranquillitas regionum. O cum quanta mentis anxietate quæsiuimus, quam profundis cogitatibus nos & nonnulli prædecessores Romani Pontifices cum fratribus nostris adhibuimus labores & studia, ut te nobis in adiutorem ipsius Ecclesiæ diuina clementia largiretur, quod tuo studio ab innumeris, quibus subiacebat, oppressioibus eadem Ecclesia liberata, sub gaudio libertatis in Domino respiraret. Et quia summa prouidentia, nostris desiderijs condescendens, te nobis pia miseratione concessit, tibi que contra hostes de victoria gloriosa prouidit, & regnum Siciliæ tuo imperio sic uirtuose subiecit; & nos & uniuersalis Ecclesia, tamquam de multiplicium anxietate laborum ad optatam quietis uotina solatia redeuntis, plenis in Deo nostro gaudijs exultamus.] Tū pluribus saluberrimis præceptis pro bene administranda republica ipsum imbuuit, hortaturque, ut ad partem tantis sudoribus laboribusque Siciliam conseruandam incumbat; nec minoris esse gloriæ ac fortitudinis acquisita seruare, felicitique adducta pace defendere, quam ab hoste ferro peperisse. Arguit præterea parum caute nonnullos, qui tuendo regno operam nauare potuissent, dimisisse. Paucis uero post diebus pulcherrimis alijs literis c, quæ tanti Pontif. summam prudentiam redolent, Carolus erudiuit, ut ad regnum optimis institutis temperandum, regendosque commisso populos accingere se deberet; proposuit ob oculos, omni assentationis furo procul amoto, quas ipse culpas grauiiores, sui que committerent, ut protinus aboleret; consuluit in primis diuini numinis timorem

amoremque pectori infereret, nec unquam regias manus prudens & sciens alienorum usurpatione temeraret.

19. *Cum omnia quæ secundum ordinem sunt, ex ipso recipiant pulchritudinem & splendorem, decet te, fili charissime, in omnibus & per omnia ordinate procedere, ne tu forsitan, ad cuius pendet arbitrium ordinatio tanti regni, minus iuste quaras in subditis quæ in ipsis nequiuert inueniri. Hoc est sane nostri summa propositi, ut tuum studium excitemus ad tui stabilimentum honoris, & statum pacificum nationum tuo regimini subiectarum: cuius rei principium esse credimus, solidum, & fixum fundamentum, si te, tuos, & tua tam prudenter, quam prouide duxeris ordinanda. Ad tuam autem ordinationem hoc pertinet, ut Deum timens ac diligens: nihil ex certa scientia in salutis tuæ dispendium teneas alienum. Tum perstringit ab ipso nonnullas res ecclesiasticas occupatas, ac restituti iubet; imposita grauiora uestigialia submoueat, quæ circa salinas, aliaque suo tempore inducta, quibus opprimuntur populi, eorumque sanguis exsugitur, dissoluat. Deinde carpit acerrime, ueram amicitiam non gerere cum suis, cum plures, qui se ipsius obsequijs deuouerant, suis stipendijs fuerint defraudati; alij ad extremam inopiam redacti ad sua redire, vel in Xenodochia cōpuli fuerint; alij grauissimis incommodis emarcuerint: superbe nimium agere cum Siculis, quos suo aditu arcet: ac ni faciliorem moribus se præbeat, ipsorum animos abalienaturum.*

20. *Ad nullum afficeris, prout dicitur, amicitia: quare ex eo a multis præsumitur, quod tuos Prouinciales tamquam eos in seruos emeris ad onera. Supra vires astrictos, & tibi fideliter obsecutos, suis fraudas stipendijs: quorum multi perierunt inedia, multi cōtra suæ nobilitatis, & non minus tuæ honorem in hospitalibus pauperum iacuerunt: multi, qui te pedites sunt secuti, languent in carcere. Et infra: Multique alij, qui tibi in Italia seruierunt, nudi & pauperes ad propria sunt reuersi. Adimus iuxta famam communem, quod homines regni tui et uidere contemnis, & iustitiæ eorum procrastinas: Admissos uero in regium conspectum non comiter haberi obiurgat; imminetisque inde periculi admonet: Si nec uisibilis factus, nec adibilis; si nec affabilis, nec amabilis, & eisdem uolueris principari, profecto in manu gladium, & in dorso loriscam, & a latere preparatum exercitum habere te iugiter oportebit. Et quæ erit hæc uita species, nisi mortis imago misera, suspectos semper habere subditos & suspectum semper esse? Subdit a regijs ministris populos premi & exasperari, instruitque ut probos viros ac summa prudentia præditos adhibere in consilium debeat, eorumque monitis obtemperare; nec suæ adeo sapientiæ ac sagacitati præfidat.*

21. *Transendum est ad consiliarios, quibus ueris. Ecce, ut fertur publice, dantur tibi consilia a peritis, quæ cum audieris, seorsum abiens iudicio subijcis imprudentium, & aut tua innitens prudentia præfers omnibus id quod sentis, aut peritorum responsa ab illis sustines iudicari, qui non intelligunt se, vel illos. Hoc interdum uidimus in Prouincia, & ideo in Apulia posse fieri non impossibile reputamus. Crede, fili charissime, iam nobis sape contigit in hac sede, cui licet immeriti, præsidemus, quod habitis fratribus nostrorum consilijs, quamquam contrarium crederemus utilius, tamen eorum sententias sequebamur (utile erat negotium, quod bene poterat fieri, poterat uel omitti) & mouebat nos ista ratio, quia temerarium censebamus, tot prudentium iudi-*

Luceria Saraceno- rum expugnata,

a Nang. de reb. gest. S. Lud. b To. 2. ep. 221.

Victori gratulatur Pontifex.

Eximia encomia in Carolū a Clemente collata.

Præceptis optimis ad regnū probe moderandū Carolus informatur. c 161d. ep. 257.

judicio sententiam nostri capitis anteferre. Elige ergo, fili, consiliarios tibi non suspectos, & cum suspectos habere cœperis, non retineas, quia bellum continuum cogitationum inuicem confitentium non euades. Tum multa cumulat de bonis & malis consiliarijs, subiicitque: Nunc dimissis consiliarijs ad domum tuam descendimus, quam adeo deordinatam in omnibus mundus clamat, ut tot in ea sint domini, quot sunt capita. Postremo subiungit: Et ut finis concordet principio, te & tuos & tua sic ordina, quod & Deo cedat ad gloriam, tibi ad commodum, tuis ad gaudium & exemplum. Dat. Viterbij x. kal. octob. anno. 11.

22 Nec Sicilia modo victorijs Caroli abreptam ad Ecclesiæ obsequia redierat; verum plures etiam alij Italiae populi, qui se eidem Ecclesiæ, cum Manfredus viueret, subdixerant; non leui conceptu metu, ne Clemens e Sicilia victorem in ipsos incitaret, certatim eius gratiam flagitarunt. Florentini omnium primi aspirauere ad libertatem, exturbato Guidone Nouello, eiusque Germanis, cum ob subitam rerum conuersionem itupore defixi hærent; missisque oratoribus censuris exolui flagitarunt. Qua de re Pontifex Octavianum Vbaldinum S. Mariae in via lata dionem Card. certiorum fecit: quarum quidem literarum exemplar Fridericus comes Vbaldinus in re historica versatissimus, mihi communicauit: *Ingenti*, inquit Pontifex, *iubilo exultamus, quod misericors & miserator Dominus (qui nihil eorū quæ fecit, odit, nolens mortem peccatorum, sed ut magis conuertantur & viuant, ciuitatem & populum Florentinum, qui quasi cum morte fœdus pepigerant, diuque a deuotione Rom. ecclesiæ damnabiliter de via recta; quōdam Manfredi olim principi Tarentino, persecutori eiusdem Ecclesiæ manifesto, contra eam induratis animis pertinaciter adherendo, & adherentes eiusdem Ecclesiæ totis viribus impugnando) de sua abundantia pietatis ad poenitentiam conterens, ipsos ad deuotionem nostrā & dictæ Ecclesiæ per tuæ probitatis industriam misericorditer reuocauit, &c.* Subdit ut Florentinus prætor alijque magistratus oratores ad sedem Apostolicam miserint, qui supplices deprecarentur censuris pontificijs ob secutas Manfredi partes, & Lucam contra imperia apostolica oppugnatam contractis exolui, nuncupatoque sacramento Ecclesiæ imperijs obsequēs futuros: vtq; Gotifredo S. Georgij ad velum aureum, & Vberto S. Eustachij diaconis Cardinalibus demandata sit prouincia, ut eos liberarent anathemate, atque in sacrorum communionem admitterent. De Florentinis traductis ad partes Ecclesiæ meminere Leonardus Aretinus a & S. Antoninus. b Mox etiam ad illius obsequium confluxere Pittorienses c, ac Pratenfes d; quorum censuris exoluendorum eidem Cardinali Vbaldino prouincia imposita est. Pisani e etiam & Aretini horum exemplo in Ecclesiæ sinum se contulerunt. f Cumque Lucanos pontificiarum partium inter ac Pisanos maximum bellum arsisset, iam Pisani ad officium reuersis, Lucanos pacem cum ijs inire, vel inducias pacifici imperauit g, donec controuersas ipsorum componere ac dirimere posset. Marchia Taruina etiam, quæ diu sub Friderici, ac postea Manfredi tyrannide luserat, ad Clementis obsequia est reuersa. Nec minus res in Insabria conuersæ: Cremonenses enim Vberti Palaucini, qui cum Manfredi iuncto fœdere suam tyrannidem apud eos confirmarat, iugum excusere. h

23 Tot felices Ecclesiæ progressus Pontifex

Ottobono S. Adriani Card. ita expressit a: *Ecce apud nos illa maris elationes mirabiles siluerunt, profstrata superbia, qua celi verticem tangere videbatur. Charissimus in Christo filius Rex Sicilia illustris tenet pacifice totum regnum, illius hominis pestilentis cadauer putridum, vix rem, liberos obtinens & thesaurum. Marchia ad nos redijt: Florentini, Pisorienses, Senenses, & Pisani ad mandata venerunt. Vberti Palaucini, & Placentinorum habemus nuncios, & Cremonensium expectamus, qui voluit facere illudidem, & de Ianuensibus aliquam spem habemus. Dat. Viterbij VIII. id. maij anno 11. Receptum porro in Ecclesiæ gratiam Palaucinum Clemens in literis ad Francorum Regem datis b testatur; atque alios plures, vt Conradum de Antiochia dictum cum ipsa in gratiam redijisse.*

Charissimo in Christo filio Ludouico Regi Francia illustri.

Ecce per Dei gratiam regnum Siciliae rediuuum nuper a mortuis resurrexit: ecce Tuscia, ecce Palaucinus marchio cum Cremonensibus & Placentinis & alijs partis suæ nobilibus ad Ecclesiæ redire mandata: de quorum constantia licet tenuem afferat confidentiam status præteritis eorumdem; quia tamen non est nostrum iudicare, de occultis, aperuimus cum gaudio gremium redeuntibus, & gaudentibus angelis de vnus poenitentia peccatoris, in tot millium congaudemus. Verum in nobis hanc quantumlibet magnam latitiam interrumpit periculosus status Angliæ, periculosus Hispaniæ, periculosus Germaniæ, periculosior Terræ sanctæ; sicque risus dolore miscetur, sicque extremæ gaudij luctus occupat, vt flere libeat, gaudere vix liceat: quamquam alternis vicibus tam lacrymis, quam lætitiæ contingat & oporteat nos vacare. Cæterum scire volumus tuam magnitudinem, quod quamuis regnum nobile, plenum diuitijs ac delitijs acquisierit frater tuus, timeamus plurimum, ne segnius quam oporteat, terram custodiat acquisitam. Multos enim abire permisit, quos fuisset expediens tenuisse: qui sicut teneri non poterant sine dominijs, sic libenter astitissent eidem feudis decentibus honorati. Nec credas quod nostra defuerit admonitio, quam vtique & plorans ei misimus, & in ore posuimus magnorum & fidelium nunciorum, &c. *Dat. Viterb. XVII. kal. iunij anno 11.]*

24 Latissimos porro successus, vt instabilis est humana conditio, improuisa in Vrbe seditio confudit; conciliatisque iam magna ex parte hostibus, in mutua exitia ipsius filij concurrerunt. Creati enim a Romanis duo senatores, magno inuicem furore configere, prædæque agere cœpere. Ad quos compescendos Clemens Simonem tit. S. Cæcilie presbyterum Card. A. S. L. operam omnem adhibere his literis iussit c: *Ecce Romana ecclesiæ sua reddita libertati, in sua conuersa iam visce a nescit ordinem, nescit legem. Duo facti sunt senatores prædones & fures, intrus & extra libere debaccabantur: angimur enim ab iisdem præcipue propter debita, quæ tu nosti, pro quibus obligata possessiones ecclesiarum Vrbe existunt: & nisi subuenias, ad casum labimur grauiorem. Si qua ergo tibi compassio, si qua viscera pietatis, patri subueni, matri succurre & de ore leonum nos libera rugientium. Dat. Viterbij XVII. kal. iulij an. 11.* Creatus vero senator Henricus Regis Castellæ frater, quem Carolus ad res pacandas submiserat, longe postea grauiores tumultus concitauit. Sed de Hærico inferius: nunc ad Hispanicas res transeamus.

25 Vidimus superius Granatæ & Murciae Reges

a To. 2. ep. 223. Successus e Caroli victoria. secuti.

b Lib. 2. ep. 202.

Clemens redeuntibus ad officium populos humaniter excipit.

Lata aduersis mixta.

Plura Christiana regna in discrimen adducta.

c To. 2. ep. 206.

Creati a Romanis duo senatores Vrbe rapinis miscet & cædit.

Plures Italiae populi Ecclesiæ conciliati.

Florentini ad Ecclesiæ obsequium reuocati.

deuiantrans

Restituti sacris a nobis. Cardd.

a Leonar. Aret. hist. Flor. b S. Ant. 3. c Tit. 20. c. 1. S. 4. d Clem. 1. 2. e Cur. 3. f Reg. 108. g Mand. ep. Alij B. truce populi horum exempli Ecclui. h Ib. ep. 4. i Ib. d. l. Lib. 1. ep. 162.

Monach. Pal. chr. lib. 3.

Hispania bello Maurico infestata. a Mariã. de reb. Hisp. l. 13. esp. 15. Surit. anal. l. 3. c. 70. & indic. lib. 2.

eMar ubi sup. Surit. indic. l. 2. & l. 3. anal. c. 68.

dTo. 2. ep. 215.

Murcia a Iacobo Rege Aragonum expugnata.

Restituta Regi Castellæ.

Mouet victorem Iacobum Pont. ne se vinci libidine suar.

Exponit in quæ se conijciat pericula.

* intrabit

ges Saracenos Castellæ stipendiarios, excitis ex Africa Mauris, periculosissimum bellum Christianis intulisse: aduersus quos Alfonso Castellæ, & Iacobus Aragonum Reges mouere; dumque in Granatensem fulminaret Castellanus, Aragonius captis anno superiori ardenti & rapida victoria a Villena, Elda Orcelis, aliisque non ignobilibus oppidis, hoc anno Murciam urbem regiam florētissimo exercitu cruce signatorum cinxit (Pontificis quippe studio, adducta in periculum Hispania, fideles ad crucem capessendam concionatorum opera induxerat b) erumpentesque initio Mauros plurimis leuibus prælijs fudit, ac demum urbem, etsi valido instructam militari præsidio, ad deditioem coegit c. Nec minorem fidei quam fortitudinis laudem sibi peperit, cum ipsam Regi Castellano restituit, qui pariter Granatenses, habito colloquio certis conditionibus, quas recenset Mariana, ad obsequia adduxit. Cæterum adeo prosperi successus nuncio lætus Clemens Papa hæc ad Iacobum Aragoniæ Regem scripsit. d

Datam tibi de calo victoriam, quam tuis literis, & tui destinatione vexilli, nostris & fratrum nostrorum auribus simul & oculis iniectis, cum multa cordis exultatione recepimus; ei qui bella conterit & cornua peccatorum confringit, grates debitas exoluentes, qui te sua militia magistrum eligens, inimicos fidei Christianæ olim in tuis frontarijs tua manu pessundans; nunc in terris etiam alienis, Murciam famosam satis inter alias ciuitates, tua cura, tua industria, tuo studio, tua potestate perdomuit, & ad charissimi in Christo filij illustris Regis Castellæ dominium, a quo præsumpta recesserat rebellionem, reduxit: Sed, pro pudor! qui bellicis laboribus frangi non poterat, voluptatum lenocinijs emollitus, a pellicis blanditijs vincebatur; quare ipsum Clemens, vt nobiliorem de se victoriam triumphatis carnis illecebris reportaret, grauissime adhortatur: Sane quanto virtuosior existis in prælijs, tanto humilior debes esse in cæteris, vt diuino nomini soli debitam tibi gloriam non ascribas. Quamquam in hoc te gloriæ propriæ non deceat zelatorem, vt tecum pugnantem Dominum non impugnes; & qui hostes exteriores superas, ab interioribus minime supereris. Quid enim prodest Reges in campo proferre, & ab ancilla, vel seruo in domo viliter subiugari?

26 *Hæc scribimus, fili charissime, quia (quod egre gerimus) tantorum victor hostium, a propria carne sic vinceris, vt diuino timore postposito illicitam tibi copulam non tua statuens mulieris, cum multo scandalo, & multorum circumducas adulteram; & incestu cumulans adulterium, grauiter oculos diuinæ maiestatis offendas. O quantam in tua gloria ponis maculam! O quantum sanguini tuo detrahis, quantum honori derogas regiæ maiestatis, quanto te demum exponis discrimini viuens sub sorte misera, captiuatus a muliercula, & velut bos ductus ad victimam trahi ad inferos te permittis! Quid tibi proderunt tuæ victoriæ? quid triumphi? quid sanguis regius? quid potestas? si velut iumentum in tuis fascibus computrescas. Scito quæsumus, & considera, quoniam aduersperascit, & inclinata est a modo tibi dies; currisque cum cæteris ad finem ineuitabilem, quem præhniuit Dominus omni carni. Nec te decet extrema poluere vitæ tuæ, quam nisi exitus honorauerit impollutus, ad regnum attingere nunquam poteris, in quod nihil cotuquinatum * incurrit. Quocirca obtentu veteris amicitia, & paterna compassionis affectu, serenitatem regiam mo-*

nendam duximus & hortandam, quatenus ad cor rediens, te ipsum contra faciem tuam statuas: vt quod inconsulte fecisti, consilio reuocans saniori, mulierem mœcham abijcias, immo nequam: vt tam salubriter, quam pudice in bono compleas dies tuos, & de regno quod obtines temporali, ad regni gloriam venias sempiternam. Datum Viterb. III. non. iulij anno II.

27 Paternis etiam antea literis Regem monuerat, vt adulteram eijceret, diuinumque timorem in eius animo grauissima oratione defigere erat conatus: obtendebat sceleri eum colorem Iacobus, Therasiam coniugem lepra inquinatam, contractumque cum ea matrimonium dissolui flagitabat. Repulit constanter sanctissimus Pontifex nefaria petita; & quamuis Regum omnium vxores lepra infectæ essent, regiæque omnes familiaræ penitus extinguendæ, respondit a Dei vicarium dissoluere non posse, quæ Deus adstrinxisset; ne egregias adeo virtutes ac pia facinora corrumpere monuit, sed effrænes cupiditates fortiter edomaret.

Clemens, &c. Regi Aragonum illustri.

Quos Deus coniunxit, Dei vicarius quomodo separet? Absit a nobis hoc scelus, vt leges Domini violemus, vt hominibus placeamus, creatorem & redemptorē hominum offendamus. Quod si inter te & ipsam matrinoniū nullum esset, istam quam superinducere tibi placuit, aut in vxorē aut in pellicem elegisti: si vxorē habere volebas, quam spuriam confiteris, & hanc in tua gloria ponere maculam minime verebaris, nunquam credere debuisti, quod ad tui culminis tam vile tam ignobile præcipitium impenderemus suffragium dispensando: quod si tibi concubinatum ipsius elegeras, nec colorem habuit, nec saporem regia postulatione: cum sperare non debeas, auctorem fieri turpitudinis Iesu Christi vicarium, omnia turpia detestantem. Si quæris forsitan, quid tibi faciendum incumbat, cum sine corporis tui periculo primæ cohabitare non possis; satis est in promptu responsio: sustine manum Domini: quam fortuitus casus induxit, culpæ non imputes patientis. An credis, si omnes Regiæ per mundi climata constitutæ, leprosa fierent, daremus Regibus ob hanc causam licentiam cum alijs mulieribus contrahendi? Scias pro certo, quod omnes & singuli paterentur repulsam, etsi domus regiæ nulla prole superflite in radice profus arefcerent & in ramis.

28 Eapropter, fili charissime, Deum habens præ oculis; & illum benignissimum Regem Franciæ, cum quo tibi amicitiam copulasti, tibi statuens in exemplum; vide quantum in diebus tuis processeris: vide beneficia, quæ de manu Altissimi percepisti: vide crucem, quam tuis humeris affixisti: vide bellorum discrimina, quibus te multum animose committis; & ne addas incestui adulterium, cum ex hoc & bona quæ agis, tibi reddas sterilita, cum iram Domini in die iudicii thesaurizes. Ne de te dicas, continere non posse: nandum perempta est hæc querela. Quomodo enim iustus & rectus Dominus indiceret omnibus ab illicito coitu continentiam, si vel vnus posset obijcere præceptum impossibile non debere seruari? Sed mos est omnium peccatorum, sicut dicit beatus Ioannes, vt ad sui excusationem erroris non posse ponunt in causa, cum sit nolle tantum in culpa. Iure igitur tuum in hac parte desiderium implere nolumus contra Deum, qui in licitis, & honestis, cum necessitas vel utilitas exigit, nos tibi

tibi reddimus fauorabiles & benignos. *Datum*

Perus. xiii. kal. martij anno 1.

29 Instruxit alijs literis a Pontifex eundem Regem saluberrimis monitis, vt numinis cultum amplificaret, Saracenos omnes e sua ditione excinderet, qui in grauissima exitia regnum possent conijcere: ne funestum Machometi nomen extolli ab ijs pateretur: tenues Valentinae ecclesiae opes augeret: Iudaeos submoueret dignitatibus, ac sceleratum illum iusta poena afficeret, qui post habitam coram ipso de religione concertationem, vt trophaeum errori erigeret, librum composuerat, ac plura illius exemplaria in varia loca transmiserat: ita enim Dei gratiam, ac partos in terris triumphos caelestibus cumulaturum.

Regi Aragonum illustri.

Agit, nec immerito, mater Ecclesia, dum lætante tua magnifica gesta commemorat, dies festos iucunditatis, & lætitiæ cantica replicat; tui zeli feruorem, & strenuitatis merita tam chari, quam deuoti filij quasi recenter quotidie delectabiliter recensendo. Exultat & iubilat in tuorum felicitum connumeratione successuum, per quos contra Saracenos nominis sui blasphemos, & catholicae fidei persecutores infestis, salutem populi Christiani Domini dextera virtuose in tuis manibus, & data tibi ab ipso virtute direxit. Apud bonorum omnium largitorem preces deuote multiplicat, vt in hac zeli rectitudine, in hac fidei puritate te in tempora longiora conseruet. Quod nos eo postulamus auidius, eo instantius imploramus, quo tibi vinculis charitatis solidioris astringimur, ad honorem tuum soliditate sincerioris dilectionis afficimur, & salutem tuam sincerius affectamus.

Hæc quidem nos mouent efficaciter & inducunt, vt serenitatem tuam paternis adeamus commonitionibus, & attentis exhortationibus excitemus aduersus ea, quæ grandia pericula temporaliter etiam tibi & posteris tuis ingerere, tui nominis claritatem inficere, ac Creatorem tuum contra te possent graueri prouocare. Considera igitur, fili, considera, cum te tam experientia cogat aduertere, quam familiaria etiam exempla ignorare non sinant, quam grauibus sit res plena periculis, Saracenorū in terra tua retentio: qui licet ad tempus occultent iniquitatis suæ, necessitate cogente, propositum; illud tamen quam auide, quam ardentem, immo etiam quam inique captata opportunitate reuelant. Profecto nec discreti consilij est, nec tutum tam perfidos, tam plenos nequitia inimicos habere domesticos, vel tenere vicinos non magis, quam nutrire serpentem in gremio, vel ignem in sinu.

30 Quod si te forsitan ad huiusmodi retentionem ipsorum aliqua ex illis proueniens inducit, ne dicamus seducit, vtilitas; tanto præponderet in tuæ magnanimitatis iudicio & recto libramine rationis acerba tui contumelia Creatoris, quam assidue patitur, Saracenis eisdem inter Christicolæ diebus singulis clamore priuato certis horis nomen extollentibus Machometi; quanto proculdubio ferres, & reuera ferre deberes acerbias illatas inter tuos subditos celsitudini tuæ iniurias, quam inter eos qui tuæ non essent ditioni subiecti. O quam debet esse detestabile, quam amarum, tibi præcipue, qui ab annis teneris illius cultores & cultum infra fines ipsorum totis viribus persequendo, ad eorum exterminium laborasti; nunc ipsum in regnis tuis pati per culturam huiusmodi taliter exaltari! Nonne consideras, quod

per hoc detractorum linguis exponeris, qui quasi verisimiliter assererent, quod in omnibus tuis laboribus, quos nullis vitatis periculis in ipsorum persecutione ab adolescentiæ tuæ initijs pertulisti, non exaltationem fidei, sed tua venabaris commoda, tuis solummodo vtilitatibus intendebas? Porro etiam amicorum alternabantur forte iudicia, si propter vtilitatem pecuniariam sic tuis laudabilibus actibus detrahi, tantum superni Regis opprobrium, tantam Christianitatis infectionem, quam ex eorundem Saracenorū cohabitatione horribili, derestandis horroribus, & horrendis spurcitij non est dubium prouenire, amplius patiaris.

31 Et quidem tu, vel huiusmodi obloquentium detractationi consentiens, vel ipsi tibi contrarius videreris, si Saracenos eisdem in suis partibus persequens, in tuis ipsos sustineas patienter. Hæc si discussa debite meditationis examine in rationis consistorium introducas, ipsos, nec dubium, prout excellentiam tuam decet, profus abijcies, & profugos extra tuæ ditionis terminos effugabis. Ad quod magnificentiam regiam, vt tuæ salutis prouideas, vt tuæ famæ consulas, vt consultius periculis, quæ tibi & ipsis posteris, vt præmittitur, per eos imminere possunt, occurras; & paterno affectu, & omni quo possumus studio, inuitamus: præsertim vt reddas Altissimo votum tuum, quo ad id publice diceris obligatus: sicque oppilentur ora contra te inique loquentium; tuque, prout es & fidei zelator præcipuus, & ad ipsius exaltationem labores tuos dirigere, censearis. Ad quam cum feruenter intendas, regalem prndentiam oportet attendere, quod Ecclesiae status & fidei, earumque negotia ea sunt indissimibili vnione coniuncta, vt altera, reliqua in honore non habita, honorari non possit: nec enim potest fidei derogari, quin nimis Ecclesiae detrahatur: nec ipsius Ecclesiae honori ac libertati detrahi, quin etiam fidei, quantum in detrahente fuerit, derogetur.

32 Ne igitur tu, qui eiusdem fidei vacasti semper, & adhuc vacas studiose negotio, eidem, si Ecclesiae iniuriosus fueris, existas iniurius; decet (& nos excellentiam tuam, quo possumus affectu rogamus) vt ab iniurijs ecclesiarum abstineas, quibus in partibus tuis iniuriari diceris supra modum tam in bouaticis, quam albergis, quam in alijs exactionibus omnino indebitis: & in eo potissime, quod ab illis eorum quæ annorum quadraginta spatio, & interdum a tempore, cuius non existit memoria, possederunt titulum suæ prouisionis contra rationem & legitimas sanctiones exquiris, quem nisi probauerint, possessiones occupas, iuris ordine non seruato. Quæsumus itaque, fili charissime, ac tuæ salutis & honoris obtentu pietatem regiam instantius deprecamur, vt ab earundem ecclesiarum iniurijs omnino desistens, eas, personas ecclesiasticas, iura, & libertates earum manuteneas, protegas & defendas; ipsaque fauorabiliter prosequaris. Cura ecclesiam vero Valentina, donum tibi a Deo tam gratiose concessum, vt concedentis & concessione gratiam gratam, vt decet videaris habere, ipsiusque mensuram de donantis magnitudine metiaris abunde: tuus fauor exuberet, & in ipsam ita liberalitas regiae pietatis abundet, vt eam, cum sit nouella plantatio, nouiter diuina potentia per te de gentium perfidarum manibus eruta, in paupertate arefcere non permittas: *Et infra.*

33 Vt autem, princeps inclyte, zelus tuus er-

Coniunctam in ea regiam cum diuina gloria.

Deprecatur ne ecclesias grauet.

ga defensionem eiusdem orthodoxæ fidei, quam tanquam vir Christianissimus indefesse prosequeris, vndique contra ipsius hostes & æmulos aperte reluceat; in ipsius auxilium contra Iudæos, qui præ cæteris eandem fidem persequentibus, & nomen blasphemantibus Christianum, & illud blasphemant amari, & illam nequissime persequuntur; fauor tuus apertissime inualeat, vt Iudæos de cætero ad aliqua officia non admittens, ipsos in aliquo non extollas: sed in quantum concessa eis a sede Apostolica priuilegia patiuntur, ipsorum refranando malitiam, deprimas & conculces, nec prætereas illorum blasphemias incorrectas, &c.]

34 Alphonfus interea res cū Mauris Granatensibus cōposuit, Murciamq; videndæ illius studio, se contulit. Cui in itinere Hudiel Rex obuius, implorans eius clementiam, agros tantummodo ad sustentandam vitam obtinuit: regium vero nomen in Mahomadem Abenhuti ad Almeriam interfecit fratrem transfusum, tertia tantū vectigalium parte illi attributa: reliqua in Castellæ fiscum inferri iussa. Quæ res non ita fidelibus grata, cum malum penitus excisum non esset, nec superstitione ex ijs locis euulsa. Pro relata vero victoria eximius princeps gratias numini acturus, Soriam Oxonenfis diocesis episcopatu insigniri flagitauit, eamq; ecclesiam ingentibus opibus auxit. Ad eiusdem etiam Regis gratiam Abulensi episcopo dedit imperia Clemens, b vt sedem episcopalem ex vrbe Sydone, quam Alphonfus Saracenis eripuerat, ad Gaditanam insulam traduceret.

35 Nec Hispania modo ex Saracenicis bello feliciter emerit, verum etiam Angliæ res a perduellibus antea depressæ admodum atque afflictæ, sese extulere. Eo miserat c Pontifex, vt supra dictum est, Ottobonum S. Andriani diaconum, Card. legati dignitate auctum: qui cum plura ab aduersarijs initio pateretur, penderetque anticipati animo quid sibi agendum foret, an discessurus, an persistiturus esset; rem ipsius prudentiæ Clemens permisit d. Exerit præterea cœrentis alijs literis animos: consideret breui illam tempestatem discussum iri: *Numquam igitur te scandala terreant magna pondere, vel multa numero, si in te causam non dante consurgant: nam qui ventis in mari imperans, fulgura in pluuiam faciens, & procellam in auram statuens, dabit quietia tempora, sublato turbine & tempestate repressa.* Sed non deerant in Gallijs studiosi relicta Simonis Montisfortis viduæ exulantis in Gallijs ac filiorum viri principes, qui Ludouicum incitabant, vt eorum patrocinium susciperet; ac metuens Clemens, ne Rex Angliam in pristinas conijceret calamitates, ipsum literis Apostolicis admonuit e, ne Montisfortis comitis filiorum matrisque causam æquitate destitutam tueretur; sed potius Anglum Regem contra perduelles defenderet. Motam a patre Simone seditionem ipsius filius Guido alebat: aduersus quem atque alios perduelles anathematis sententiam est iaculatus Pontifex, quam legato f Simoni tit. S. Cæcil. presbytero Card. agenti in Gallijs, qui non diu post Ottoboni pontificatum sub Martini nomine clauum Ecclesiæ tenuit, atque alijs significauit. g

36 Prouinciam etiam eidem iniunxit h, quod paulo superius insinuatum est, vt Richardo in Romanorum Regem electo peremptorium diem pro excipienda in Imperij causa, quæ ipsum inter Alphonsumque Castellæ Regem vertebatur, sententia præfigeret: *Citationem charissimi in Christo filij nostri Richardi in Romanorum Regem electi cum*

omni diligentia facias: nam expedit modis omnibus Imperij negotium terminari, cum multi laborent ad Conradinum proficiendum eidem, qui quantum possit esse discriminis, ipse vides. Dat. Viterbij v. III. id. maji anno II. Extant de eodem in Vallicellano codice a scripte ad Alphonsum Castellæ Regem literæ, quibus admonet tum Richardo, tum ipsi diem publico edicto ad Imperij disceptandam causam constitutam.

Charissimo in Christo filio Alfonso Regi Castellæ & Legionis illustri in Regem Romanorum electo.

In negotio Imperij, in quo tam tu, quam charissimus in Christo filius noster Richardus in Romanorum Regem electus ius per electiones, quas de vobis celebratas asseritis, vendicatis, a felicitis recordationis Urbano Papa prædecessore nostro dudum sub certa forma citatio emanauit, vt tam tu, fili charissime, quam electus ipse coram eodem prædecessore per procuratores idoneos comparere certo termino curaretis: ac demum in huiusmodi termino venerabilis frater noster Martinus Legionensis episcopus, & dilecti filii magistri Ioannes Alfonsi capellanus noster archidiaconus Compostellanus, & Rodolphus de Podio Bonizi comparentes coram prædecessore ipso; prænotato Rege, a quo super ijs sufficiens mandatum habebant, inter alia petierunt, eundem Regem ad fuscipiendum de ipsius prædecessoris manibus Imperij diadema vocari; & iuxta petitiones alias porrectas ab ipsis, & tunc in eorundem prædecessoris & fratrum præsentia repetitas in negotio prædicto procedi, aduersæ partis absentia non obstante. Verum dilectus filius magister Guillelmus Rossensis archidiaconus, & Guillelmus de Corueria capellani nostri, ac Robertus de Baro, qui alias pro eodem electo huiusmodi negotium fuerant profecuti, quibusdam exhibitis pro ipso excusatorijs literis eiusdem electi absentiam; cuius causæ, turbationum videlicet regni Angliæ ac alias dicebant esse notorias; excusantes allegabant multimodis, eo absente ac taliter impedito, non esse in dicto negotio procedendum. Prædictus autem prædecessor his & alijs, quæ fuerunt hinc inde proposita, plenius intellectis, & cum prædictis fratribus plena deliberatione discussis, deliberauit cum eisdem fratribus, tum in dicto negotio processum suum, quoad ea, quæ præmissa citatio continebat, ex præmissis & alijs iustis causis & euidentibus sustinendum, & ideo iuribus partium & ipso negotio in omnibus & per omnia in eo statu, in quo tunc erant, omnino manentibus, tatum vsque ad annum computandum a festo B. Andreæ Apostoli, tunc venturo proxime, prorogauit. Et licet in huiusmodi termino per eundem prædecessorem taliter prorogato, & per ipsum nominatus magister Rodolphus notarius, nuncius, & procurator tuus comparuerit coram nobis; petens instanter, sicut & alias petierat, per nos in negotio ipso procedi; nos tamen, diligentius attendentes, quod etsi finitus esset a dicto prædecessore omnis numerus edictorum, decens est & iuri consonum, quod vnum saltem a nobis emanet edictum; prouidimus non esse ad præsens in præfato negotio procedendum; illudque vsque ad diem veneris post festum Epiphaniæ Domini proxime venturum & immediate sequentem suspendimus: tibi ac prædicto electo diem ipsam duximus, iuxta præscriptum modum in prorogatione dicti termini per præfatum prædecessorem, vt prædicatur, facta, contentum; pro peremptorio termino

Monet vt Iudæos coerceat.

Alphonfi Regis Castellæ res in Mauros. *Marian. l. 13. c. 15.*

a Lib. 2. ep. 163.

b Lib. 1. ep. 203.

c *Vestim Flor. hist. an. sup. Ottobonus in Anglia legatus vexatus ab aduersarijs. d Tom. 2. ep. 205.*

Confirmatus ad constantiam a Pont.

Monet S. Lud. Pontifex ne filiorum Simonis e Môteforti causam tueatur. e Lib. 2. ep. cur. 15. Guido e Môteforti defixus anathemate.

f Lib. ep. 16 g Reg. post eand. ep. b Lib. 2. episc. cur. 5. & tom. 2. ep. 223. Iustus Ottobonus Ricardo diem dicere ad disceptandam Imperij causam.

assignandum. Sed de his iudicialijs actis, quæ in longius tempus sunt extracta a Clemente, dicitur inferius: nunc alia ipsius gesta percurramus.

37 Tuendi ecclesiastici iuris zelo Clemens, cum verteretur quædam controuersia de Melgorij comitatu inter Francorum Regem & episcopum Magalonensem, qui ob regiam potentiam animos desponderat; ipsum ad constantiam excitauit: a Ludouicum vero admonuit b, ne suorum susurros ad aures admitteret, qui iure ad ipsum pertinere comitatum iactabant; significauitque qua tandem ratione ad episcopos fuisse deuolutus. Sed longe maiori incensus zelo est pro obsolescente in quorundam episcoporum moribus sanctitate reuocanda: aduersus quos ecclesiasticum iudicium, vt in Tolosanum c & Rhutenensem d in Gallijs, Quinqueclesiensem e in Vngaria exerceri iussit.

38 Ad subuoluendos dignitate, quam fœderant præfules laborantem vidimus: æquum est vt in asserenda proborum dignitate, curas defigentem intueamur. Diuexabat episcopum Zagabriensem electum Bela Vngariæ Rex, nec suæ ecclesiæ possessionem inire patiebatur, obiecta natalium obscuritate: cui grauissimis sententijs demonstrauit f, seruilis conditionis labem episcopalem dignitatem non inficere, sed ab ea penitus aboleri: atque inanem de generis nobilitate superbientium fastum ita repressit.

Regi Vngariæ illustri.

Rerum prouidus omnium ordinator, omnes homines lege propagando communi, ex similibus nasci feminibus; eodem celo contegi, similique gaudere spiraculo voluit; nudos in mundum ingredi, & nudos egredi, pari ratione decreuit: non a seruo distinguens liberum, non ab egeno diuitem, non a Rege plebeium in omnibus supradictis: sed in terra multiplicatis hominibus, & eorum nonnullis voluntatis indomitæ motus agiles & effrænes libertati propriæ relinquentibus, alijs autem saniore consilio rationis imperio suas subdentibus voluntates, istos illis merito præfici sola persuasit honestas, & necessitas causæ publicæ contulit anteferri: vt qui suis perfectius dominabatur animis, expugnatoribus urbium meliores, exercerent in alios principatum; & repressis improborum excessibus, societatis humanæ fœdera sub iacundæ tranquillitatis præsidio*. Non abnuimus, fili charissime, quin alicubi, Domino permittente, potestatis usurpatio præsumptio thronum aliquibus dederit principalem: sed illa quam præmisimus, recta fuit occasio, immo causa rectissima, quos natura pares produxerat, sublimitatis fastigio & subiectionis obsequio discernendi: quæ diuersitas statuum nihil habuit aduersum, si subiectus se meritis imparem, & prælatus natura se confiteretur & agnosceret æqualem. Sic igitur successiuis temporibus propagata prælatio, splendore morum a patribus acquisita, populorum populari assensu, quem annosa consuetudo firmavit, in posteros deriuata, nobilitati laudabilem, & ab omnibus honorandam dedit originem; & eo prædotauit effectu, vt ex nobilibus nascantur nobiles: & quod natura nescierat, vsus hominum humano generi non mediocriter vile superaddit. Quæ res diuinæ gratiæ non præscribit, quin paruis & magnis, seruis & liberis, pro suæ beneplacito voluntatis illabens, nunc hos, nunc illos erigat, vel deiciat, iuxta sui dispositionem arbitrij, qui non fallitur: licet eius arcana ratio nequeat ab hominibus comprehendi. Et infra.

39 Frustra certas de conditione personæ, cui suam Dominus infundere potest gratiam, & infundit cum sibi placuerit, quia non est personarum acceptor: sed nec ei possent obesse originalis seruitus, etsi de ipsa cõstaret, quam dignitas episcopalis absorbit & elisit. Nec iniuriam lateri tuo faciet pauper affidens a dextris vel sinistris, si non affidentis originem, sed sacerdotij dignitatem attenderit: si reminisci volueris summi Regis, qui commensales & socios, operisque sui vicarios; & quod est amplius, coheredes in regno habere voluit pauperes piscatores. Demum si ad tui culminis gloriam tuæ prouidentia direxeris aciem, quis quæsumus honor est tibi excellentiæ tantæ, Regem aduersus pauperem dimicare, stipulam siccam, persequi, & contra virum simplicem, potentiam tuam ostendere? Leones scimus contra vermiculos non armari, aquilas ad passerem non volare. Et tu vir atque princeps magnificus, tanta subbis instantia ad vnus deiectionem episcopi tui? Quod obijcis, dato per omnia, quod sit verum, imputare non potes, cum seipsum non fecerit, sed a Domino factus fuerit: nec parentes eligere sibi nobiles potuit, nec peccauit, si illos habuit, quos Dominus ei dedit. Et infra: Scire te volumus, quod illius in hærentes vestigijs, quantus scimus & possumus; * defendens christos suos nõ reliquit eis nocere hominem, immo corripuit Reges pro eisdem; omittere non poterimus, quin causam pauperis, qui relictus est Domino, prosequamur, &c. Dat. *Perusij xii. kal. february anno i.* Ita repulit Pontifex Vngarum ab æquitate abhorrentia postulantem: cuius tamen desiderijs alijs iustissimis morem gessit. Inita enim ipsum inter ac filium, cum quo dissensisse vidimus, pacis leges confirmauit, tam ad Belam a quàm ad Stephanum b filium datis literis. Tum donationi a Rege vxori factæ apostolicam auctoritatem adiecit c. De Vngaricis rebus satis: ad Polonicas transeamus.

40 Florentissima de Ruthenis parta victoria, triumphauit hoc anno Polonia a duce Palatino Craconiensi, qui aduersus formidandum hostem Tartarorum auxilijs fretum, progressus; veritusque ne cæterorum odia in se verteret, si aduerso prælio vteretur; nil sine consilio aggressus est toto gerendi belli tempore. Ductabat Suarno Ruthenos, numerosissimo exercitu succinctus: adeo vt e quatuor partibus, tribus Polonos numero superaret. At Poloni, qui Russiam erant ingressi, vt hostiles in suas terras toties editas excursiones vlciscerentur, fulti diuino auxilio contra hostem velschismaticum, vel paganum, diem SS. Geruasij & Protasij suæ genti ob superioribus annis eodem die Romanum cum suis Russis deletum, felicem eleger. Eductæ in campum acies ingentibus animis concurrere, virtusque Polonorum hostium numero superior extitit: perrupti Russorum globi, audaciores cæsi, alij in fugam præcipites effusi, alij in seruitutem abducti: direpta castra, opibusq; maximis spolijsque onusti Poloni in patriam reuerterunt. Attriti adeo ea victoria Russi, vt longo post tempore nullas, vt consuuerant, in Poloniam irruptiones fecerint. Cuius gloria cælesti numini, omnium iudicio, ascripta, quod Longinus his verbis attestatur e: *Omnium autem hominum iudicio triumphus iste tunc de Ruthenis relatus non humanis viribus, cum hostes plus quàm in quadruplo excedentes habuerint; sed sola propitiatione diuina, & suffragijs Ecclesiæ pro gente Polonica sedulius & impensus tunc sacrificijs, precibus, lacrymis & obsecrationibus interpellantis; maxime tamen meritis B. Kingæ*

Seruilis conditionem non inficere episcopalem dignitatem, sed ab ea aboleri.

Contemptam a Christum nobilitatem

* qui

Pacis inter Belam & Stephanum in ite leges corroboratæ. a Lib. 2. ep. 89. b Reg. post eand. ep. c Lib. ep. 90 d Long. h ff Pol. l. 7. hoc art. Cr omer. de reb. Pol. l. 9. Suarno Ruthenorum dux Polonos iuuauit.

Ab ijs celsus.

Adscripta numini victoria. e Longim. ubi sup.

Tuetur Clemens ecclesiasticum. To. 2. ep. 350. Monet S. Ludouicū Melgorij comitatu de stare ad episc. Magalon. Ibid. ep. 351. Incentat nonnullis episcopis iudicium. Lib. 2. ep. 135. 146. To. 2. p. 255. Lib. 2. ep. 47. 148. 49. Ibid. ep. 24. 128. To. 2. ep. 40. ext. at nam in emul. In. Ebul. 98. 98. ubi nata am ob uitate on sper endum naquam gnificat egi Vng. auerent

Boleslai ducis; confortis creditus est prouenisse: cui oranti, & incolumitatem victoriamque Polonorum genti de celo dari interpellanti, duo viri in albis vestimentis asiterunt. Quorum oraculo de futura victoria, Polonis propter suas intercessionem conferenda, certior facta est: & bis sancti Geruasius & Protasius a nonnullis asstimati. Recentem victoriam altera cumulaere: Russiam enim iterum glomerati diripere, Russosque occurrere aulos profligauerunt.

Confecta nouo lustu Russia, sublato e viuis Daniele Rege, qui Romanum, & Leonem principatus successores reliquit. Defecerat is ab Romana ecclesia, a qua regium nomen fuerat e blanditus: illumque apostasia suæ Alexandrum sacerrimis literis arguisse vidimus: quas ex Cracouiensis ecclesia tabulario erutas Longinus^b in hunc annum coniecit. Fregerant Poloni Russorum audaciam: sed Lituani, Ruthenique elatos ob præteritam victoriam ipsorum animos compressere; contractio enim exercitu, se Masonia infunderunt, eamque partem, quæ integra manserat, fedissime vastauerunt: ac præferoces eo successu barbari, Crucigeros equites adorti, magna strage eos fadere.

41 Cum alternis hisce lætis, ac tristibus successibus in septentrionalibus prouincijs Christianorum res fluctuarent, efflorescerent in Italia, in Hispania confirmarentur; eæ in Terra sancta maximum discrimen adierant. Describit Sanutus^c Bendocdaris Sultani varias excursions, ac secundos in expugnandis ijs, qui fidem emrare detrectabant, crudelitatem: *Bendocdar MCCCLXXI. primo iunij venit ante Ptolemaidam, ibique octo diebus immoratus est. Ibi nihil agens ad castrum Montisfortis nona die accessit: & ibi nihil agens ad castrum Saphet se contulit, obtinuitque xxlv. die mensis; & contra deditiois pacta præter castellanum cunctos occidit: obtento enim castro post solis occasum misit admiratum, suadens ut Saracenorum legem suscipiant: alioqui gladio cuncti perirent. At uniuersi duorum fratrum Minorum, qui aderant, monitis tota nocte confortati, martyrium potius elegerunt, quam Christi negare fidem; stuebatque sanguis per montis decliuum quasi aqua riuulus: fuerunt autem vitra sexcentos. Post hos vero fratrem Iacobum de Podio & fratrem Ieremiam, quia ceteros in fide firmauerant, & priorem Templariorum excorari fecerant, deinde fastigari, postremo ad locum veterorum ducti capite casi sunt. Fecit autem Soldanus locum maceria circumdari, quia noctibus super corpora splendebat lux, etiam cernentibus Sarracenis. Interim vero quinta die eiusdem mensis vnus admirabilis discurrit ciuitates, & districtas Tyri & Tripolis & Tortose.*

42 Expugnata arce, cui Saphet nomen inditum, consentit Siffridus^d & equites S. Mariæ Theutonicorum, aliosque Christianos ad duo millia, & amplius; exceptis octo infelicissimis, qui ad Mahometum descinere; ob professam Christi fidem martyrij palmam collegisse. Deplorat eius arcis excidium Clemens in literis ad Richardum^e & S. Angeli in Sicilia, Ottobonum^f & S. Adrianum in Anglia legatos Cardinales diac. quarum postremarum hæc sententia est: *Eccc. fili, Dominus omnium, qui non multos ante iam dies Azotum & Casaream a Saracenis diripi iusto suo iudicio, licet nobis occulto, permiserat; consequenter Sapheti castrum in manus tradi voluit eorundem, dicemus voluit, an permisit? casum nouimus, sed celestis abyssum iudicij penetrare non possumus: & idcirco, quod nescimus metumus; & id plangimus, quod videmus. Ecce nobile domus hospiti-*

talibus Hierosolymitani collegiū annus præteritus centenario fratrum numero mutilatum hostiliter deformauerat. Ecce sequens domus templi tam celebrem tam famosam militiam, datam in manus gladij, quasi prorsus redegit ad nihilum, personarum substitutione nobilitati necessario reparandam: ut de equis & armis & castrorum in frustioribus perditis taceamus, quæ inastimabilis fere pretij subtracta fidelibus & fidei tam crudelibus adiecta hostibus, &c. Dat. Viterbij. vii. kal. nou. an. 11. Addit imperia, vt in Anglia sacram in Sultanum militiam promulget, ac si ciuilibus discordia id non patitur, in Arelateni, Viennensi, & Narbonensi prouincijs crucis simbolo fideles insigniat.

43 Comparandis vero aduersus crudelissimum hostem auxilijs intentus Pontifex Richardum S. Angeli diaconum Cardinalem agitare cum Carolo iussit^a, vt e Sicilia in Syriam expeditionem ornaret: *Habito fratrum consilio, destinauimus & in Angliam, & in Franciam, & Germaniam, & alias nationes nuncios cum literis excitatorijs mittere pro eiusdem Terræ subsidio, discretioni tue per apostolica scripta mandantes, quatenus cum charissimo in Christo filio nostro Carolo illustri Rege Sicilia super ijs conferas, & prudenter indagis quid sibi videretur agendum; quid & ipse possit, & vellet facere, qui vicinior est negotio. & præ ceteris mundi principibus possit ei ceterius subuenire: & tam tuum, quam suum consilium & propositi promptitudinem nobis rescribere non postponas. Dat. Viterbij. xlv. kal. novembris 11. Paratum se ad ferendam Syriam laboranti opem exhibuisse Carolum ex alijs Clementis literis colligitur, quibus S. Regi Francorum, qui tuendæ Syriæ, ac religionis zelo, sacro tum in Saracenos bello vitam deuout^b, significat a Carolo triginta triremes egregie instructas ad maritimam Syriæ oram defendendam submissum iri; rogatque vt duo millia ballistariorum Ptolemaidem mittat: *Ad sustentationem Terra sancta in passagio mensis martij cum legati subsidio elaborones, ita videlicet, quod ballistarij pedites vsque ad duo millia ad ciuitatem transeant. Ac comensent, & nos vna cum dicto Rege Sicilia, dante Domino, procurabimus, quod xxx. galeæ transeant dictam ciuitatem, & adiacentem maritimam contra Soldani potentiam, defensionem, &c. smul**

44 Data sunt ea de causa legato apostolico, qui agebat in Gallijs, impensa^c, vt ad expeditionem maturandam incumberet, atque Alfonso^d Bictauia & Tolosa comes cruceata militia vtroque exoluere iussus, & Venetique, ad classem parandam incitati^d. Alij etiam legati in Angliam, Germania, alijsque regnis ad contrahendas crucifigatas copias vehementius sollicitati^e. E quibus iterum Ottobonus sancti Adriani diaconus Card. in Anglia legatus his literis zelo accensus: *Crucifixi negotium in verbo crucis intra fines tuæ legationis omnibus proponendam tuæ sollicitudinem aduadum commissimus, quod si forsam credidisti intermittere ad tempus, ecce Dominus clamore vicarij non contentus clamat ipse clamore, valido: clamat tamquam tuba terribili, clamat verbis, clamat verberibus, &c. Et infra: Clamat ipse crucis Christi, clamat sanguis Crucifixi, clamat ipse qui denuo crucifigitur: & cum paucos inueniat, & calcatis clamoribus, auditores, credimus non immerito formidandum, ne & ipse clamantes non audiat, speruentes, se spernat, & nouissimè nesciat, nescientes, &c. Et infra: Ceterum ad pacem Angliæ reformandam, ad quam fideliter laborasti, te necessitate*

Alia recēti cumulata.

Lituani fideles profligat. Danielis Regis Russiæ mors.

Asperæ Christianorum res in Syria. a An. 1257 b Longinus ubi sup.

c San. l. 3. p. 12. c. 8.

Ptolemaidis tentata a Saracenis. Saphet ab ijs expugnata.

Christiani martyrio affecti.

d Siffridus. ep. 11. l. 2. hoc ann.

e To. 2. ep. 270. f Ibid. ep. 271.

Deplorat Pontifex acceptam cladem.

tas ista prouocet, Regem suos excitet, moneat aduersarios, omnes pulset, & suarum iniuriarum immemores Redemptoris iniurias persequantur. Dat. Viterbij *viii. kal. nouembris anno 11.*

45 Interea Clemens Syros ad colligendos proterundendo hoste animos admonuit, breui auxilia ipsis affutura: explicita esse in occidente crucis signa, Gallosque sublato iam Manfredi, in Terram sanctam transfuros: plures etiam Germanos proceres, Lucemburgi & Iuliaci comites, episcopum Leodiensem, aliosque nobilitate præcipuos appulsiuros a: *Succensa velut ignis impietas persecutoris Ecclesie crudelissimi Soldani Babylonie, prout nobis epistola vestra series patefacit; Et infra: Ecce, regni Sicilia tam præclaro negotio terminato: excreuerunt Francorum animi, ad Terram sanctam subsidium animati: parant se ad prociuctum itineris incessanter. Ecce de Germania partibus Lucemburgi & Iuliaci comites, Leodiensis episcopus, & barones quamplures crucis signum diuifica suis humeris impreterant. Ecce cruce prædicatur in Anglia, & speratur magnum subsidium ex eadem. Quid igitur facient cum rumores audierint tam infaustos quos utique significauimus eisdem, ut tempora sibi præstituta præueniant, ad dilecti filij nostri Simonis tit. S. Cæcilie presbyteri Cardinalis A.S.L. monita & mandata mare transeant tempestiuum, & periculis obuiant imminentibus; ne neglecta, quod absit, incendia vires sumant. Profecto credimus homines tanti sanguinis tantique zeli, quos parentum exempla prouocant, quos purgat assidua predicatio, quos pellit ipsa necessitas; sic sublatis moræ dispendijs animandos, ut ad eius redimendas iniurias properent, cuius sanguine sunt redempti. Quocirca sinceritatem vestram hortandam duximus, & attente monendam, quatenus recogitantes eum, qui pro nobis tot & tanta sustinuit, non fatigemini deficientibus animis: sed, de celo pariter, & de terra præstolantes auxilium, stetis viriliter contra hostes, sperantes firmiter & absque dubitate tenentes, quod exurget a somno desidia populus cismarinus, qui & vobis feliciter aggregatus, non solum quaesita tuebitur, sed reddere poterit, que dudum amissa fuerunt, cultui Christiano. Dat. Viterbij *11. id. augusti anno 11.* Intendisse adeo curas ad paranda auxilia alijs literis fecit certiores, ut in ea cogitatione defixus noctes infomes duceret. Ita enim patriarchæ Hierosolymitano lugubres querelas fundenti, Pontificisque fidem & auxilium imploranti flebilibus literis rescripsit b: *Nec aures surda, nec pectus saxeam, nec viscera nobis sunt ferrea, ut vel vestris clamoribus clamoribus audientiam negaremus, aut auditis doloribus compassiois affectum. Conscientia teste scribimus, quod catholicos ubique principes excitauimus, & adhuc iugiter excitamus, ut effusi sanguinis in sua redemptionis pretium non immemores Terræ sanctæ succurrant. Et infra: Toto studio laboramus in hoc, noctes insomnes ducimus & ducemus, ut maturum commodum habeatis auxilium. Idcirco vestra manus dissoluta non deficient, nec genua dissoluantur, &c. Dat. Viterbij *11. kal. octob. anno 11.***

46 Dum longinqua parantur auxilia, Niterrensis & Ioannis Ybelini Ioppensis comitum morte, tum Hugonis e Lisignano clade Syriacæ res depressæ sunt, ut refert Sanutus c: *Eo mense nimirum augusti, comes de Neuers Ptolemaide mortuus est, non sine Christianorum iactura & maxime pauperum. Tunc etiam Hugo de Lisignano cum tribus mansionibus & alijs militibus Gallicis, & alijs equitibus ac peditibus versus Tyberiadem processit. Tunc clamor in terra personauit. Turci autem qui*

erant in Saphet, insidias posuerunt iuxta planum Ptolemaide: accidit autem ut propter lucri cupiditatem prima custodia per tres leucas a cæteris abscississet, propter quod Turci, in eos irruentes, turpiter debellauerunt.

47 Nec Syria modo, verum Armenia euastata a Saracenis, atque e duobus Aytoni Regis filijs, alter in acie cæsus, alter vinculis mancipatus: quem tristem casum laudatus Sanutus paucis complectitur a: *Et xxii. augusti similiter vnus fortis admiralus percurrens terram Armeniæ cepit vnum de filijs Regis, alterumque occidit cum populo multo; & huius nouitatis causa fuit via Regis ad Tartaros. Armeniæ excidium, a Bendocdare illatum, paulo fufius Aytonus Regis eiusdem nominis confanguineus subiectis verbis scribit b: Benedecdar Soldanus Aegypti ita exiit fortunatus, quod postea regnum Armeniæ conquassauit. Nam accidit, quod Rex Armenia cum magna gente ierat ad Tartaros, & Soldanus hoc sciens cogitauit inuadere regnum Armeniæ, vnde misit quemdam capitaneum suum locosui, cui tradidit gentem suam. Filij autem Regis Armenia, scientes Saracenorum aduentum, congregatis omnibus, qui poterant arma ferre in consensibus, viriliter pugnam inierunt: finaliter tamen fuit Armeniorum exercitus debellatus, ex duobus filijs Regis alter fuit captus, alius vero occisus in bello. Extant de his consolatoriae Pontificis ad Aytonum literæ c, quibus ad constantiam erigit: Saraceni itaque per regnum Armeniæ discurrentes, ferro totam planitem deuastarunt, & bona infinita inde asportarunt in Christianorum maximum detrimentum. Exinde vero inimicorum potentia multum creuit, & Regis Armenia posse fuit mirabiliter diminutum. At de his iterum nobis inferius agendum erit, cum diffuso tristi nuncio de submittendis Armeniæ auxilijs, & vindicanda illius clade postea agitatum est.*

Armenia euastata a Beudocdare.

a Id. ibid.

Aytoni Regis filij delecti. b Ayton. hist. orient. cap. 33.

c In form. Marin. Ebuli M. S. arc. his. Vatic. pag. 54.

IESV CHRISTI

Annus 1267.

CLEMENTIS IV. PP. VACAT IMP. OCCID. 17.

annus 3.

MICH. PALÆOL. IMP. OR. 7.

1 Percurrit Italiam ingenti fragore, Siciliamque concussit anno redempti orbis millesimo ducentesimo, indictione decima, ingens belli turbo, a Conradino Friderici nepote ex Conrado filio conflatus in Germania, & clanculum a proditoribus in Sicilia, Tuscia, atque Insubria auctus. Discissa enim adhuc ob contraria studia Germania, præferox adolescens, cum decimum sextum ætatis annum tantummodo attigisset, Siciliam, quam hereditario iure debitam sibi contendebat, inuadere meditatus, Italos suorum opera ac Siculos sollicitare ad defectionem cepit, nobilitate præcipuos onerare promissis, suosque instituere vicarios, ut honoribus delatis eos sibi facilius deuinciret: de quo Clemens in literis ad Florentinus datis d ita conuenitur.

2 Clemens, &c. De radice colubri venenosi egressus regalis suis iam inficit statibus partes Tusciæ, viperarum genimina, viros utiq; pestilentes, & tam vestros, quam vacantis Imperij; nec non & charissimi in Christo filij nostri Caroli Regis Siciliae inelyti proditores, suo cõcordes proposito, suæ voluntati conformes; ad diuersas destinat ciuitates: ad viros nobiles, ad villas & castra transmittit; & per exquisita mendacia fimbrias suas magnificans, quosdam

Conradinus in Sicilia. Expeditione meditatur.

Plures ad defectionem in Italia pellicent.

d Reg. 2. ep. 314.

dam precibus, quosdam pretio a via nititur inces-
santer auertere veritatis. Hic est, quem tangimus,
quē notamus, adolescens improvidus Conradinus
Frederici nepos quondam principis Romanorum,
tam a Deo quam ab eius vicario iusto iudicio re-
probat: cuius organa sunt grandiloqua viri repro-
bi Guido Nouellus, Conradus Trincia, & Cōradus
de Capocia cum multis alijs, qui nefandū idolum
in Tuscia moluntur erigere: nec cessant, vt dicitur,
clam & palam stipendiarios Theutonicos, inire
fœdera, coniurationes, & pacta cum illis, qui pari
scelere sunt polluti: quorum aliquis se vicarium
eius dicit, & in eā prolabantur insaniam, vt & eum
publice Regem nominent, & eundem ad id indu-
xerunt, quod sigillo iam vtens regio, Regis Siciliae
sibi nomen vsurpat, &c. *Dat. Viterb. iv. id. april.*

anno III.]

3 Ingressum Italiam Conradinum florentif-
simo succinctum equitatu, ac duce Bauariae & com-
mite Tirolensis stipatum, consentiunt auctores a:
ijs vero abscedentibus in Germaniam, traducto
Veronae trimestri, magna rerum angustia pressum,
dissipato nimirum fere exercitu, Papiam contē-
disse non sine magno discrimine; cum a Medio-
lanensibus deleri facile posset: de quibus ad Rauē-
natem archiepiscopum legatum apostolicum, qui
in Insubriam erat missus, extant literae b. Huius
porro progressus ita Pontifex in literis Otho-
caro Regi Bohemiae missis insinuat. c *Ecce,*
fili charissime, pandere tibi cogimur conatus fa-
tuos adolescentis stolidi Conradini, qui vocatus a
perfidis in Italiam, proficiscens primo venit Ve-
ronam, inde contulit se Papiam, nitens subuer-
tere, prout fertur, opus nobile, quod in diebus no-
stris voluit Dominus operari, charissimum in Chri-
stofilium nostrum Carolum Regem Siciliae illustrem
mirabiliter promouens & sublimans. Sane tua non
credat sublimitas, quod eundem praeualere posse cre-
damus: sed haec tibi scribenda duximus, vt eius scias
stultitiam et suorum insaniam vicinorum ducum Ba-
uariae, qui cum puero pueriliter sentientes, ductum
eum ad Ligures, potiusue seductum in hoc periculo
dimiserunt, quodam sibi custode dimisso, qui ducem
Austriae se appellat. Is erat Fridericus, quem in epi-
stola ad Rodolphū episc. Albanensem ducis Austriae
titulos vsurpasse ait, additque d: Licet nec pas-
sum pedis teneat in ducatu, quem in solidum possidet
filius noster charissimus Bohemiae Rex illustris. Pergit
Clemens in literis ad Othocarum: Ceterum quia
de tua bonitate confidimus, sinceritatem tuam ro-
gandam duximus & hortandam, quatenus hoc quod
parat infidelium machinatio contra matrem suam
sanctam Romanam ecclesiam, tibi displiceant, &c.
Dat. Viterbij III. kal. martij anno III.

4 Inijt e postea Othocarus pacem cum du-
cibus Bauariae: quae res magnum terrorem attulit,
ne Conradini, vti euenit, partes in dies confir-
marentur. Vsurpanti vero regios Siciliae titulos
Clemens diem dixit f, vt aequitate, non armis ius
suum disceptaret: atque Viterbij in ecclesia ca-
thedrali xvi. kal. maij in eum sententiam, ad-
stante circumfusa populi multitudine, promulga-
uit: ac postea festo basilicae SS. Apostolorum Petri
& Pauli die, iterumque vi. g. kal. decembris iussa
pontificia spernentem anathemate perculit h, cœ-
ptisque iussit absistere, incussis grauioribus; minis,
regno Hierosolymitano exutum iri, atque omnes
eius subditos nuncupati ipsi sacramento religione
liberandos. Carolum vero, cuius dignitatem hos-
tes Ecclesiae euertere moliebantur, nouis auxilij
honorum titulis, ac pacis publicae in Etruria.

seruatorem, donec interregnum fuisset, creauit a:
tum publico edicto causas promulgauit, ob quas
ad praeficiendum Tusciae Carolum adductus esset,
ob veteres nimirum confirmataeque discordias,
quibus ea prouincia exagitabatur. Tum Guillel-
mum e Thuringo religiosum Dominicanae familiae
virum auctoritate intruxit b, vt parere Carolo
detractantes censuris percelleret.

5 Collatū potissimum Carolo paciarij munus
a Clemente fuit in Romani Imperij prouincia, vt
Gibellinos, qui in eum coniurabant, edomaret:
quare Guelphis, quorum praecipui Florentini
erant, praecipit, vt ipsi operam explicarent: *Re-*
gem enim eundem, nempe Carolum, e vestigio suam
militiam secuturum, in vestris partibus constituen-
dum duximus vsque ad nostrum beneplacitum pacia-
rium generalem, vt dum vacat Imperium, cuius
tuitio ad eum pertinet, tam vicina patrimonij no-
stri regio peruersorum malitia nequeat lacerari: sed
maiores, mediocres, & minores suis iuribus & sui-
statu honore contenti, discent potius iuste & pie
viuere, quam aliorum spolijs impinguari. Ceterum
nullus timeat quod se faciat partiarium, quem pacia-
rium nominamus: communem etenim eum in omni-
bus volumus esse, qui viam tranquillam eliget &
quietam, & eidem obediet, dum officio tali fungetur,
&c. Dat. Viterbij iv. id. aprilis anno III.

6 Confirmata iterum adulto iam anno ea pa-
ciarij auctoritas Carolo, cum ipse Viterbium ad
Pontificem se contulisset; ac sacramento solemnij
pactus est, euoluto triennio Etruriae administratio-
nem abiturum: & si nondum eo elapso dirempta
esset Imperij controuersia, nouo Regi Romano-
rum ab sede Apostolica confirmato, omnes Tusciae
arces a se restitutum iri; sique dictis non staret,
anathematis & interdicti poenas in se suscepit.
De quibus aurea haec bulla a Carolo edita est: c
In nomine Domini amen, &c. Nos Carolus Dei
gratia Rex Siciliae, ducatus Apuliae, principatus Ca-
puae, Andeganiae, Prouinciae, ac Forcalquerij comes,
praesenti scripto sponte fatemur, & expresse recogno-
scimus coram vobis sanctissimo patre, ac domino,
domino Clemente diuina prouidentia summo Pontifi-
ce, quod vos ad pacem & tranquillitatem in prouin-
cia Tusciae procurandam; ad statum fidelium deuoto-
rum Ecclesiae, ac nostrorum vniuersi roborandum; ad
infidelium & praedictorum ipsius Ecclesiae, nostrumq;
qui se in praedicta prouincia receperat, multa cum ma-
litiis suis conscijs & consortibus in ipsius Ecclesiae,
ac nostrum prauidicium machinantes, conatus per-
uersos, prout expedit, comprimendos; & ob alias di-
uersas causas iustas & utiles, nos in eadem prouincia,
terra tamen ecclesiae Romanae prorsus excepta, pacis
seruatorem de apostolica potestatis plenitudine sta-
tuentes; nobis ibidem paciarij, seu pacis seruatoris of-
ficium, sub certa forma & modo de fratribus vestro-
rum consilio concessistis, prout in varijs vestris aposto-
licis literis confectis exinde plenius continetur; qua-
rum tenores tales sunt.

7 Inseruntur d pontificiae ad Carolum litere,
quibus pluribus describit, vt excitus in Etruriam
Carolus ad Conradini conatus occupandos, a Flo-
rentinis, Lucanis, Pistoriensibus, alijsque popu-
lis delatum magistratum, quem potestatem voc-
cant, acceperit; omnesque ad seruandam pacem
sacramento adegerit, ac gestorum rationem sedi
Apostolicae exposuerit: haec nimirum gesta non-
modo ad tuendam publicam, ac pericula sibi im-
minentia discutienda, verum ad dignitatem Ec-
clesiae asserendam; flagitaritque, vt ea rata ha-
beret. Quibus assensit Clemens, ac paciario crea-

Constat
in Caroli
coniura-
tiones.

Conradi-
ni progres-
sus in Ita-
lia.
a Monac.
Pad. chro.
lib. 3.
Ricordan.
hist. Flor.
cap. 190.
Io. Villan.
lib. 7. c. 23.
Iord. M. S.
vat. bibl.
Procl. Luc.
hist. eccles.
l. 2. c. 34.
b To. 2. ep.
186.
c Ibid. ep.
448.
Sollicita-
tur Rex
Bohemiae
ne cum il-
lius auiu-
eulis fœ-
dus inear.

d Ibid. ep.
450.

e Ibid. ep.
390.

f Lib. 3. ep.
cur. 17.
Fert Pon-
tif. in Con-
radin. sen-
tentiam.
Percellit
anathe-
mate.

g Regno
Hieroso-
lym. alia-
que ditio-
ne exue-
re minatur.
h To. 2.
ep. 403.
i Ibid. ep. 18

to Carolo promulgavit vacantis Imperij iuribus non detractum iri: hanc vero legem adiecit, vt si Imperatorem ab sede Apostolica confirmari accideret, proxime excurrente mense eo munere abiret: quæ lex etiam alijs literis superioribus annexis repetita est. *Clemens, &c. charissimo in Christo filio Carolo illustri Regi Sicilia salutem, & cum te in partibus Tuscia, Romano subiectis Imperio nunc vacanti, pacis constituerimus per nostras sub certa forma literas seruatores, in eisdem tibi paciari seu pacis seruatoris officium committentes; dictum officium, & omnia in eisdem tibi concessa literis, cateraque ad huiusmodi solidationem negotij pertinentia ea te lege volumus tantummodo vsque ad triennium obtinere, quod si forsan Imperatorem vel Regem Romanorum a sede Apostolica approbatum infra prædictum tempus regnare contigerit, aut per sedem eandem prædictum tibi officium interdici, tu amplius eodem officio ultra mensem post interdictum huiusmodi non vtiaris; & si contrarium feceris, eo ipso personam tuam excommunicationis, terram vero interdicti sententijs, quas propter hoc ex nunc ferimus, decernimus subiaccere.* Dat. Viterbij 11. non. iunij Pont. nostri anno III.

8 Nos itaque vobis vestro, vestrorumque successorum, ac eiusdem ecclesia Romana nomine solemniter promittimus, quod de prædicto paciarij, seu pacis seruatoris officio & alijs, que in concessione huiusmodi continentur, post lapsum triennium ex nunc continue computandum, nos non intromitemus in aliquo; sed ea omnia absolute ac libere dimittentes, nec ratione sumptuum in huiusmodi officio, vel ipsius occasione factorum, seu faciendorum, vel damnorum; etiam si que, quod absit, nos per gentem nostram subire contingeret terram, in qua dictum officium vobis est commissum; aut aliquam magnam, vel modicam partem ipsius; retinebimus quoquomodo. Et si forsan infra idem tempus Imperatorem, vel Regem Romanorum a sede Apostolica approbatum regnare contigerit, aut per sedem eandem præfatam nobis officium interdici, nos eodem officio ultra mensem post interdictum huiusmodi non vtemur. Quod si contra præmissa fecerimus, eo ipso in excommunicationis, terra vero nostra interdicti, quas propter hoc promulgastis, sententias incidamus. Expresse insuper consentimus & volumus, quod per hæc, vel horum aliquod conuentionibus, inter vos & nos olim in initis in concessione regni Sicilia nobis facta, in nullo penitus derogetur: sed illa nihilominus in suo perpetuo robore perseverent. Ad quorum obseruationem ita nos per omnia teneri fatemur, sicut ante prædictam concessionem huiusmodi officij tenebamur, & proinde in omnibus promittimus obseruare: in cuius rei testimonium præsentibus literas fieri, & aurea bulla typario nostra maiestatis impressa fecimus communitari. Dat. Viterbij 11. non. iunij x. indictionis regni nostri anno 11. dat. per manum Roberti de Baro Regni Sicilia protonotarij.

Pendebat ex filis sericeis rubri & crocei coloris bulla aurea satis leuis, habens ab altera sui parte imaginem Regis sedentis in solio, ab altera lilia Francia.

9 His pactis Pontificem inter & Carolum in initis, peruasit falsus rumor ad Alonsum Castellanum, discordibus suffragijs Regem Romanorum designatum, traditum Carolo a Clemente Imperium: de quo cum graues querelas fudisset, Pontifex ipsum docuit a, nõ transfusa a se in Carolum Imperij iura, sed adactum necessitate ad discutienda imminencia pericula pacis seruatores in Etruria creasse: quo munere ad sedis Apostolicæ imperium, cum res posceret, discessurus esset. De

Imperij porro controuersia disceptata coram Clemente ageretur inferius: nunc que a Carolo in Etruria huius munitis causa gesta sint, prosequamur. Obtemperasse illi Etruscos referunt Monachus Pat. a Ricordanus, & Io: Villanus, exceptis Senensibus Pisanis, ac Podij Bonizi oppidanis; nec impune rebellionem tulisse: in ipsos enim Carolum mouisse, Senensium agros ferro flammaque vssisse, Podium Bonizi arcem munitissimam subegisse: tum in Pisanos infesta signa sustulisse, succendisse portum, euertisseque turres.

10 Extant Clementis ad Pisanos literæ: quos obiurgat, corripuisse arma contra Carolum, atque ijs ex Caroli aduentu perturbatos se dicentibus, hæc respondit: *Turbatos vos esse scribitis in aduentu, &c.* Et infra: *Sane perturbatum Herodem legitimus & omnem Hierosolymam cum eodem, ortu Saluatoris audito, qui ante acceptum tantæ nouitatis iudicium Pilatum, in re pessimum adiacenti prouincia præsentem, vel volens, vel dissimulans, tolerauit: & vos, quod pudet dicere, Regis vestri catholici nouam viciniam abhorretis, cum Manfredum diaboli filium, in interiorem familiaritatem admissum in animarum vestrarum perniciem, olim duxeritis multipliciter honorandum.*

11 Pisanorum erant æmuli Lucani, ad quorum gratiam Carolus Mutronem munitissimam arcem obsidione cinxit, de qua meminit Pontifex in literis ad Rodolphum episcopum Albanensem: *Rex, inquit b, noster hætenus reuocari non potuit a nobis sepius requisitus, a Lombardis reuocatus, vbi Papiam obsideat: quod eidem quantum potuimus, dissuasimus: & credimus, quod plus eos retrahet defensus sumptuum, quam nostra dissuasio, quamuis sana. Verum vastatis locis pluribus Pisanorum, & damnis inestimabilibus eis datis, et castris pluribus occupatis; castrum, prout dicitur, Mutronis obsedit ad insulam Lucanorum, quod infra paucos dies creditur obtenturus: & habet secum marchiones Malespina, & Pontremulum, &c.* Dat. vi. non. martij an. III. Mutrone positum dolo Carolum, ac Lucanis eam arcem attribuisse Ricordanus refert e: mutua etiam pace Senenses factionis Gibellinæ atque exules Guelphos coniunxit: cuius fœderis leges insertæ sunt literis d apostolicis, quibus adiecta est dies III. kal. iun.

12 At dum Rex Siculus Tusciam ad fidem Ecclesia cogebat, tumultuata est Sicilia. Saraceni enim Luceria tum a Conradino excitati, tum quia iniquiore animo impressum ceruicibus ingum ferebant, absentis Caroli occasione aucupati, rebellionem mouere e. Geminabant terrorem Africani qui ad impugnandam Siciliam inuesti erant: adduxerant enim ipsos Manfrediani exules, qui in Africam profugerant, cum quibus alij proditores consilij ac scelere consentiebant. Idcirco vrst acrius Clemens Carolum f, vt ad eos propulsandos procureretur: tum Hospitalarios equites, quos sacri ordinis instituta pugnare tantummodo contra paganos iubebant, etiam contra veteres Manfredianos proditores, etsi Christianos, strenue dimicare iussit g, eaque instituti religione liberauit. Quamuis vero Pontifex ad comprimendas turbas, auctores censuris feriret h, Senenses a fide deficiuerunt, & Carolus difficillimo implicitus est bello, cū modo in Etruriam discurrere cum exercitu, modo in Siciliam signa reflectere ad nascentes motus sopiendos iterum iterumque cogeretur.

13 Auxere superiora pericula Gualuani Lanccæ & aliorum perfidia, qui Manfredi casu in gratiam cum Ecclesia reuocati, ac soluti cœsuris Con-

a Monac. Pædichron lib. 3. Ricord. hist. Flor. c. 185 Villan. l. 7 cap. 21. In rebelles Carolus bellū mouet. To. 2. ep. 315. Pisanorū querele a Pontifice recuse.

Mutronis arx a Carolo ad editionem compulsa. b Ibid. ep. 450.

c Ricord. hist. Flor. cap. 179.

d Lib. 3. ep. 41. Senenses reducti ad officium.

Saraceni rebellionem in Carolum mouent e Libell. ep. Clem. pag. 53. Africani in auxilium a perduellibus excitati.

f To. 2. ep. 376. g Ibid. ep. 382. h Ibid. ep. 359.

Henricus Vrbs senator in Carolum conuocat.



Adiecta lex de eo deponendo, Rege Rom. a sede Ap. confirmato.

Pollicetur uoluto triennio magi tratu abi urum.

radini partes extulere; tum insignis Henrici fratris Regis Castella proditio: creatus enim primum a populo tumultuaria concione, dein pontificia munificencia Urbis senator, in hostem versus, Caroli odio immani scelere Conradini duces in Urbem induxit. Depingit illum suis coloribus præ cæteris Sicularum rerum auctor anonymus a; vtque ad senatoriam dignitatem euectus sit, quasve irarum causas conceperit in consanguineum Carolum, accurate describit. b

14 *Domnus Fredericus, & domnus Henricus germanus eiusdem, quos inuidencia, quam habebant de magnitudine ac prosperitate fraterna; & abiectos & absentes a propria diu patria fecerat; tunc quidem pro se ac quibusdam militibus de Hispania stipendia recipiebant a Rege Tunisi, qui quotidianis casualoatis & assidua guerra sollicitudine angebatur per alios Saracenos. Hi sane fratres Hispani pro Saracenorum conuersatione diutina actibus Agarenorum imbuti, & sere Christiana religionis oblitæ a Saracenis ipsi vita parum & moribus differebant. Verum domnus Henricus a præfato Tunisi Rege habitus ex sua superstitiosa, superba & proditoria machinatione suspectus; ad seducendum, & concitandum Romanam provinciam & curiam dimissus; ab Ecclesia ac apostolica dignitatis auctoritate magna liberalitatis & gratia immensa dona poposcera; ac sua nobilitate sanctæ matris ecclesie Romanæ ministros adeo videbatur inebriasse repente, vt ei deberet de regno Sardinia prouideri. Et infra.*

15 *Quidam nobilis Romanus ciuis, Angelus Capucianuncupatus, seditionem in Romano populo suscitauit: per quem contra Urbis magnates cæperunt populi * quibusdam viris de qualibet regione septem electis secum adiunctis, sub pacis specie * viribus magistratus est erectus. Hic ex contradita sibi per dictum populum potestate, qua quem vellet, posset eligere senatorem, domnum Henricum præfatum contra plurimum nobilium repugnantiam, & obstaculum etiam Cardinalium aliquorum, qui iam aliquod de ipsius domni Henrici fraudulenta voluntate conceperant, ad Urbis regimen euocauit. Cuius euocationis solemnitas, etsi fuisset ante publicationem a pluribus impugnata, & multorum corda non immerito durius pupuisset; tamen sub quadam fuit gratitudine generaliter ab omnibus acceptata. Venit ergo de Romana curia factus senator ad Urbem; & aliquandiu statuta iustitia sub æquitatis libra omnibus sue potestatis appendens; tandem corde & voluntate peruersus, vita & moribus protinus regulatis abiectis, in arcum repente conuertitur inopinabilis prauitatis. Guelphis quidem Urbis, & amicis Ecclesie ac deuotis in abundantia mellis promissi verbotenus fellitam & venenosum poculum actualiter subministrat.*

16 *Concipit iste similiter odia contra prædictum Regem Sicilia, cui gradu atinebat consanguinitatis; & cum de Sicilia & suorum successuum felicitate inuidet, quarebat opportunitatem, vt eum per viam aliquam posset perenniter exterminare, vel cadere: aut in regni possessione eundem * Regem habere legitimum: & motum sui animi fore iustum * pro eo, quod eidem Regi, quando primum contra Manfredum inops & iam substantia tenuis veniebat, assererat se non modicam pecunie quantitatem de proprio peculio mutuassee, quam dictus Rex ad fortunam veniens pinguorem, sibi, vt bona fide sponderat, reddere contemnebat.*

17 *Enascentem discordiam Clemens extinguere nisus est, atque Henricum conciliare Caro-*

lo studuit. At is in furorem actus, beneficiorum immemor, non modo Conradini partes extulit, verum etiam Romanos suo veneno infecit: palam Conradini signa Romæ explicuit: acta Caroli præterita rescidit. Aduersus quem furentem Pontifex Viterbij iudicarium editum tulit a, in quo inter cætera hæc habentur: *Ex manifestis sequidem indicij & euidentibus argumentis non solum colligimus, sed quodammodo sensibilibus experimur, quod nobilis vir Henricus charissimi in Christo filij nostri Regis Castella illustris germanus, senator Urbis mansuetudinæ regalis oblitus, & generosos ac solitos mores ex assumptione officij corrumpens, contra Ecclesiam matrem suam non leuiter excessisse videtur, dum ipse, ad senatorium munus assumptus, officium contra Ecclesiam ipsam, eiusque deuotos ad ipsam Ecclesie terram, nostro quasi subiectam conspectui, manus quasi occupatrices extendens, & bona fideiui absque discretionem deuasans, &c. Adde atrociam illius in Carolum Ecclesie defensorem gesta, explicuisse nimirum in Vrbe signa Conradini, hostium duces intra portas excepisse, Caroli acta rescidisse, proscripsisseque eius studiosos.*

18 *Quod ad expansa in Vrbe atque erecta Conradini signa queritur Pontifex; eius sceleris etiam auctor cum Henrico extitit perfidus Galuanus, qui cum arma aduersus Ecclesiam pro Manfredi tulisset, fictæ religionis specie admissus in gratiam cum Ecclesia, mutatis rebus Conradini aduentu, ad perfidiam pristinam deflexit: Prædem, inquit Pontif. b, in festo B. Lucæ dictam Urbem patenter ingrediens, signa Conradini de venenosa stirpe quondam Frederici dicta persecutoris Ecclesie, non vitatis Dei contumelia & ipsius opprobrio principis, explicare præsumpsit; ac loca, specialiter Lateranen. ad que ingredienda viri etiam iusti vix digni sunt habiti, pompis lasciuientibus circuire, ac ibidem hospitium recipere non expauit; quacunque potest in offensionem nostram & eiusdem Ecclesie, ac charissimi in Christo filij nostri Caroli Sicilia Regis illustris, sua miserabili, & nefaria proditione pertractans irreuerenter. Illatam sedi Apostolicæ iniuriam vlturus Clemens, præfectis Romani sodaliti, cui inditum nomen de vultu gloriosi Apostolorum principis xli. kal. nouembr. præcepit, vt perfido homini diem indicerent; qui si in contumacia perstaret, grauioribus eum censuris percellere est comminatus. Dat. Viterbij duodecimo kalendas Nouembris anno III.*

19 *Spreuit Galuanus pontificias minas, sed ingenti suo malo: vt enim vir impius demum perfidiæ penas dederit, & carnificis manu Caroli iussu perierit, inferius ex Nangio referemus. Auctus viri improbissimi audacia Henricus; amplissimos dignitate ad capitulum vocat, & armatorum corona circumdat c, Neapolionem & Mathæum Vrsinos extra Urbem captiuos ablegat: Ioannem & Lucam Sabellos in capitoli carceres trudit. Alios etiam, Cardinalium propinquos & amicos, coniecit in vincula, vxores filiasque ipsorum suis domibus eiecit, agros occupauit, basilicam S. Petri ac palatium pontificium inuasit, præfidioque Germanico instruxit. quæ infanda scelera Inter ea perfidus Christianus domnus Henricus, varie excogitans ac tentans omnes nobiles Urbis Guelphos vna hora simul in Capitolio irretiri, ad instar piscium quando plures numero vno tractu retium capiuntur, facit ad se prædictos nobiles proditorie accersiri: cumque nobilium ipsorum alter alterius*

Alc. Villã, cap. 20. Nang in gest. de reb. S. Lud b. Auctor anonym. de reb. Sicul. Nefarij illius ac fratris Fred. mores.

Qua ratio pe a factio nis Henrici publicæ rei ad motus sit. * insurge re: dante * Urbis

Quas o- ditorum, causi præ texterunt Carolum.

* facium * putabat

Romanos ad d. fe- ctionem trahit,

vocationem penitus ignoraret, quamplures intrepidi, sed decepti Capitolium ascendunt. Sunt autem predicti nobiles dominus Neapoleon, Mattheus frater eius de filijs Vrſi, dominus Ioannes de Sabello, Petrus Stephani, & Angelus Malabranca. Hos tamen, qui nihil de excogitata fraude praesenserant, ad vocationem predictam pure ac simpliciter venientes, statim dominus Henricus cepit, captisque iussit in Capitolio prisonari. Quibus in ipso captionis initio nullam motu vel gestu formam turbationis, aut alicuius asperitatis ostendit: immo praconcepta contra eos fraudis patula tenitate verborum sagaciter temperabat virus: & merito, ne propter huiusmodi captorum detentionem tam subito, se ditiosus contra eum tumultus commoveretur in populo. Postquam vero dictos captos verbis assicurat melissuis, perpendens, quod concitata populi corda quieverant, ex eis aliquos, videlicet dominum Neapoleonem & fratrem apud Monticellum, quod est castrum fortissimum prope Tybur, inibi morituros in carcere ad suum beneplacitum destinavit. Et tamen, ut eos de districtu extraheret Vrſis, eosdemque possit libere consuetare, apud Saraciniscum, quod est castrum Conradi de Antiochia nepotis quondam Frederici predicti, iubet exacta custodia in arcto carcere detineri. Verum ex reliquis in Capitolio sic detentis praesibat dominum Ioannem de Sabello, de quo, cum esset homo probata fidei, zelans pacem, & tranquillitatem Vrſis toto mentis affectu, nulla sinistra pateret suspicio, receptis primo ad cautelam pro eo quibusdam fidei iussoribus, & Luca eius filio dato obside pro excambio, a carcere Capitolij relaxavit. Et quia Raynaldus de filijs Vrſi vocatus cum alijs Capitolium non conscendit, interim se in castro Marini non sine audaci promptitudine recepit; tam dictus predo Christianus, contra eundem dominum Raynaldum duxit copiosum exercitum Romanorum, & castrum ipsum dira obsidione circumdat. Cumque ratione nequiret castrum ipsum, quod quamplures de Vrbe strenui milites & pedites tuebantur, sicut firmiter credidit, expugnare; redit ad Vrſem furibundus & fremens. Eisdem iniurias, a perfido homine Ecclesiae inflctas, Regi Carolo Clemens literis recensita; nec destitit ferocientem arguere b vt ad officium reuocaret.

20 Admonuit praeterea ne Gibellinis Etruriae, qui Alfonsi Regis Castellae oratores trucidarent, spoliarentve, faueret: fratrem quippe Henricus immerito odio prosequeretur. Id vero scelus in episcopum Siluensem & socios patrum adeo Clementi atrox visum est, vt hanc sententiam tulerit: Castra, villas, & loca predictorum malefactorum, & alia, in quibus se tempore patrati sceleris receperant, perpetuo municipij vniuersitatis iure priuamus: ita quod deserta taceant habitatione, nullis vquam temporibus habitanda, ipsaque remaneant in perpetuum ecclesiastico supposita interdicto: nec aliquis sacerdos vel clericus in illis permanere praesumat, vel ad ecclesiasticum pertinens ordinem exercere. Habitare quoque praesentibus in locis eisdem nostra taliter animaduersione damnatis in vita vel in morte, nisi dictorum locorum habitationem abiurent, sacramenta ecclesiastica non praesentur. Etiam iura dictarum ecclesiasticarum alijs assignentur ecclesijs, prout dioecesanis locorum, vel alijs, ad quos spectauerit, duxerint ordinandum. Dictos autem sacrilegos, & generaliter omnes, qui ad haec dederunt opem, operam, consilium, vel fauorem, denunciamus excommunicationis sententiae subiaccere; ac nihilominus excommunicamus & anathematizamus eosdem, &c. Gra-

uiores alias in ipsos pœnas exaggerat, eorumque posteros ad quartam progeniem ecclesiasticis honoribus ac sacerdotijs multat. Vt vero ob amissa litis de Imperio cum Richardo controuersae instrumenta, quae Alfonsus Siluensi episc. ad disceptandam coram Clemente causam tradiderat, preemptorius dies constitutus extrahendus fuerit, postea dicitur.

21 Inuexit diuturnum illud interregnum grauiora mala: nec enim modo in Italia Etruria, vt vidimus, Gibellinorum furij laniabatur, verum Insubria etiam eodem correpta furore in suorum sanguine volutabatur. Cuius prouinciæ infelicem statum sanctissimus Pontifex in literis hoc anno viii. id. iulij in archiep. Rauennatem datis ita describit a: *Ab olim sparso pestiferi semine generis in agro partium Lombardia, succreuit ex illo messis odibilis, fructus amaritudinis cum doloris immensitate producens. De statu namque sarbanæ, turbatoris quietis, emulique pacis, progredientes dudum in illa regione viri sanguinum pestilentes, totam terram innumeris repleuerunt angustijs, & varijs discriminibus subiecerunt; tam indigenis quam ceteris earundem partium incolis longo tempore positis in excidium & ruinam, multis a Dei & ecclesiae Rom. deuotione subtraçtis, quam pluribus sub hostili clade peremptis, alijs in exilium traditis; nonnullis, qui solebant florere diuitijs, operis pallio paupertatis; bellicus ibidem furor inualuit, armauit impietas patrem in filium, filium in patrem; & frater proximo non pepercit, veluti singulis in cade propria concitatis, &c.* Subijcit, vt Fredericus, Conradus, & Manfredus, quos aeternae maledictionis alumnos vocat, eas ciuiles discordias magis ac magis auxerint, attriuerintque Insubriam. Ad hæc vero tollenda mala, & Gibellinos Ecclesiae conciliandos archiepiscopus Rauennas in Insubria, Liguria, & Dalmatia legatus creatus est. b

22 Veterem praeterea de Imperio controuersiam statuit Clemens iudicio definire, atque electis ante praefixerat diem ad experiendum iudicio. Et sane Richardus Henricum filium maiorem natu instrumentis omnibus ad probandam suae causae aequitatem munitum miserat: Alfonsus vero Rodolpho partes suas defendendas demandat; qui tamen nullis instrumentis, sed nudis tantum verbis illustrem esse causam suam iustitiam contendebat: quod grauius tulit Clemens, atque alio praefixo die, nimirum festo omnium Sanctorum, Alfonsum imprudentiae perstrinxit c, atque argumenta suae causae instrumentis authenticis confirmata depromere iussit: ad audiendos vero testes Francofurtum in Germania, in Gallijs Parisios, in Italia Bononiam, in Hispania Burgos designauit.

Regi Castellae & Legionis in Romanorum Regem electo.

Licet nos assidue grandium negotiorum multitudo circumstrepit; licet sollicitudines variae peccus nostrum quasi familiariter incurfantes; ipsarumque iugis anxietas ad expedienda, quae imminet, officij nostri debitum multipliciter interpellent; expeditionem tamen negotij, quod de regimine tractatur Imperij, eius & illud prosequendum qualitas eo instantius exigit; ad illam tanto vehementius angimur, tanto amplius anxiamur, quanto grauius intenditur vniuerso fere populo Christiano in ipsius dilatione periculum; quantoque maiora ex eiusdem Imperij ordinatione celeri commoda speraremus. Attendimus si quidem, immo palpamus quotidie innumera &

Deriuat
in poste-
ros poenç.

a Lib. 3.
ep. 56.

Infelix eorum ex mutuis discordijs status.

b Ibid. &
ep. 57.

De dirimenda ipſum inter ac Rich. Imperij controuersia.

c Lib. 3. ep. cur. 4. & Cod. Vall. ſign. lit. C. n. 49. pag. 81.

Clemētis lit. ad Castellae Regem.

immensa discrimina, quæ te ac charissimo in Christo filio nostro Richardo in Romanorum Regem electo asserentibus, ius vobis in ipso Imperio per electiones varias acquisitum eiusdem imperij fluctuario ingerit, dum matri Ecclesiæ Imperialis defensionis suffragium ex huiusmodi fluctuatione subtrahitur; & ab ipsius persecutoribus, non sine fidei Christianæ discrimine, in ipsam securius insultatur; dum iniuriose ipsius iura Imperij violenti diripiunt, & eius subditis se iniurijs impetentibus mutuis, & libere debacchantibus in se ipsos, super ijs solitum secularis iudicij remedium non habetur.

Curæ p̄
tificiæ pro
Imperio.

23 Hæc, fili charissime, aliaque non facile connumeranda pericula, quæ ipsius Imperij tamdiu dilata prouiso subministrat, instanti nos multiplicatione sollicitant, & mentem nostram instantia frequentis sollicitationis infestant, vt ad expediendum finaliter & celeriter dictum negotium plenius studijs intendamus. Nuper vtique in præfixo ad hoc a nobis termino pro memorato electo Richardo dilecto filio nobili viro Henrico ipsius Richardi primogenito, & quibusdam alijs nuntijs & procuratoribus suis; pro te vero dilecto filio magistro Radulpho de Podio Bonizi parentibus coram nobis; cum varia fuissent hinc inde proposita tam in facto consentientia, quam in iure; tandem procuratoribus præfati Richardi electi ad fundandam intentionem suam varia exhibentibus munimenta, & allegantibus, dictum magistrum Radulphum, seu alium pro parte tua non esse ad impediendam petitionem ipsorum aliquatenus admittendum; cum de tuo nequaquam interesse constaret, vt pote cum idem magister solis assertionibus nudis insisteret, nec ad probanda, quæ assererat, literas, vel aliud exhiberet; sæpessatus magister replicans, quod forma citationis emissæ a nobis ipsum tuo nomine ad probandum tunc temporis aliquid non arctabat; præsertim cum alias tempore felicitatis recordationis Alexandri Papæ prædecessoris nostri de iure tuo, quod etiam assererat esse notorium, per decretum electionis tuæ ac alias diuersas literas, vt dicebat, facta fuerit plena fides; nihilominus nobis mandantibus, vt diceret, si vellet amplius de dicto tuo iure docere, dixit se assertiones suas, super quibus etiam articulos certos exhibuit, in Alemannia, Francia, Hispania, & Italia, nec non in nostrâ curia probaturum infra dilationes, tanto & tali negotio congruentes.

24 Nos autem licet mirati fuerimus, te tantæ discretionis principem ad tam arduum negotium nuncium sic nude misisse, videlicet super iure tuo nullam probationis speciem exhibentem, nihilominus tamen in paterna dulcedine tibi deferre volentes, articulos prædictos, nec non & alios quos pars altera similiter obtulit, duximus admittendos; tam tibi quam parti eidem primum diem post festum annuntiationis B. Virginis, primo venturum, terminum peremptorium de fratrum nostrorum consilio præfigentes: in quo cum dictis testium, quos super eisdem articulis produci contingeret, & omnibus alijs actis, rationibus, munimentis, & iuribus vos apostolico conspectui per procuratores idoneos præsentetis. Nos enim ex tunc siue huiusmodi procuratores miseritis, siue non; siue probandæ intentionis vestræ dederitis operam, siue id forsan omiseritis; cum nolimus fieri prædictum negotium, in grandem totius orbis perniciem, immortale; ad ipsius expeditionem finaliter, prout suadebit iustitia, & expedire vide-

bimus, diuina fauente clementia, procedemus.

25 Ne autem ratione producendorum testium vobis detur de cætero petendæ vltioris dilationis occasio; volumus, quod in Alemannia apud Frankeneford, in Francia Parisijs, in Hispania in ciuitate Burgenfi, in Italia Bononiæ, & nihilominus in prædicta curia nostra coram illis, quos ad hoc duxerimus deputandos, in vigilia festi omnium Sanctorum primo venturi, quem peremptorium terminum, * ex tunc productio testium hinc inde incipiat, assignamus; tam tu, quam pars altera ad producendos testes, quos producere volueritis, & videndum iurare quos produci contingeret, studeatis per procuratores idoneos comparere. *Datum Viterbij vii. id. maij.*] Quas etiam literas, mutatis tantummodo congruis verbis, ad Richardum misit a, cui prorogata ad dirimendam causam diei rationem reddidit, Alonsum nimirum procuratorem sine instrumentis litis suæ misisse. Cum vero dictæ ciuitates in Germania, Italia, Gallia, Hispania, designatæ essent, vbi testes, qui in ijs regnis versabantur, audiri possent; Clemens Raymundum Burgos proficisci iussit b, vt testium dicta in Hispania exciperet: atque alijs similem prouinciam in alijs locis contulit c. De termino vero peremptorio constituto, alia ad Alonsum extant literæ d, quibus significat, rem ita decretam a se fuisse, tum quod iustitiæ consentanea esset, tum quod petentibus ab Apostolica sede ipsius oratoribus, vt Imperij diademate cingeretur, ab aduersarijs obiectum esset, non congruam iuri petitionem; ac per saltum promotum iri, si non recepta Colonia corona, a Pontifice ea foret redimitus: quamquam enim huius argumenti vim eius oratores elidere alijs rationibus nitentur, opportunum tamen atque æquitati congruum fuisse, aliam viam dirimendæ causæ inire, ac diem peremptorium statueret.

Charissimo in Christo filio illustri Regi Castella & Legionis in Regem Romanorum electo.

26 Quanto diuinæ gratiæ potioribus donis abundas, quanto regnis pluribus præsidens locum obtines celsiorem; tanto plus tuæ conuenit excellentiæ, quæ assumit negotia ea circumspectione discutere, ea maturitate librare, vt nihil in eis lateat, nil promineat, quod iustitiam non redoleat, quod exactam non sapiat grauitatem. Sane dudum in Regem Romanorum electus, a felicitatis recordationis Urbano Papa prædecessore nostro petisti, quod & ab eas, vt dicitur, prædecessoribus petieras, ad coronam Imperij te vocari: & procuratore tuo petitionem eandem coram nobis semel, & iterum refricante, fuit ex aduerso propositum, quod per saltum promoueri volebas, qui nondum recepta * Colonia regni Romanorum corona, requirebas propere venerandi Imperij diadema. Licet autem, ad obiectionem huiusmodi, vt de alijs taceamus, responsum multipliciter tui dederint sapientes; nos tamen, quos iuris veritas & facti pluralitas non latebant, per aliam viam diuertimus, vt quæ tunc melius consuleremus huiusmodi negotio, prout decuit ordinato, præfiximus terminum peremptorium, quo tuus vel aduersarij tui procuratores se nostro conspectui præsentarent, interim diebus & terminis assignatis suos articulos probaturi. Verum urgente nos stimulo charitatis, qua te, Deo teste, diligimus ex affectu, dilectum filium B. de Maphazan capellanum nostrum, & nostræ conscium voluntatis ad te duximus transmittendum, in cuius ore verba nostra

Diem p̄
fex Alfō-
so in dicit
vt per ora-
torem ius
ad Impe-
rium ex-
ponat.

secrēta posuimus, quæ tibi referet viua voce. *Dat. Viterbij non. iunij anno III.]*

27 Querenti vero Regi, breuem terminum sibi in tanta causa præfixum, subiecit a Pontifex, breuem videri non debere, si ingentia discrimina, quæ ex interregno emergerent, ac grassarentur, regia mente agitare. Nec dissimulauit ipsi Richardum potioribus iuribus ad Imperium niti; quippe qui a Colonienſi archiepiscopo Aquisgrani argentea corona fuisse veteri instituto redimitus: ac pari exemplo olim Innocentium III. post Henrici VI. obitum Philippo & Othone discordibus suffragijs electis, ea maxime de causa Othonem confirmasse Regem Romanorum, quod Aquisgrani insignibus regijs a Colonienſi fuisse exornatus, ac plura e regesto Innocentij testimonia depromptit b. *Charissimo in Christo filio Castella & Legionis in Regem Romanorum electo.*

28 Post claræ memoriæ Henrici quondam Romanorum Imperatoris decessum votis principum, ad quos electio pertinebat, diuisis, quidam eorum nobilem virum Philippum quondam eiusdem Imperatoris fratrem ducem Sueniæ; alij Othonem quondam filium H. ducis Saxonie in Romanorum Reges in magna discordia, & periculosa nominarunt: quorum vterque se fecit in Regem aduersis & in diuersis tam locis, quam temporibus coronari; & ambo per suos solemnes nuncios a felicitis recordationis Innocentio * IV. Papa prædecessore nostro petierunt Imperij diadema. Diu igitur quæstione pendente, & viroque non solum iuribus, sed & viribus contra alterum confligente; idem prædecessor noster multa scripsit super dicto negotio, sicut homo qui multa legerat & suorum prædecessorum scripta reuoluerat, multorumque suffultus fuerat in hac parte consilio sapientum. Ex quibus aliqua, quæ ex eius regestis collegimus, tibi duximus transmittenda, vt ex eis instructus plenius, rectius tuæ consulas celsitudini; & fideliter ponderes, quid circa Imperij petere possis, aut debeas iuris & facti pariter ignorantia relegata. Cū enim esset alter ex dictis nobilibus, Odo scilicet, a Colonienſi archiepiscopo Aquisgrani; alter vero, Philippus videlicet, in loco alio per Tarantasiensem archiepiscopum coronatus; idem Innocentius super diuersis articulis, negotium contingentibus, nunc respondens scribentibus, nunc eisdem præueniens, multas decentes epistolas edidit, tam facti certitudine quam iuris firmitate vallatas. Vnde archiepiscopis, episcopis, & alijs ecclesiarum prælatibus, potestatibus, consulibus, & rectoribus, marchionibus & comitibus, & alijs nobilibus Lombardie sic scribit.

29 Nouit scrutator renum & cordium dominus Iesus Christus, &c. Et infra: *Postquam a nobis vnctio, consecratio, coronatio postulantur, sicut vtraque pars a nobis sæpius postulauit, &c.* Et in eisdem literis de Philippo sic loquitur: *Præterea idem dux nec vbi debuit * coronam & vnctionem accepit: memoratus vero Rex, Otho scilicet, & vbi debuit, videlicet Aquisgrani, & a quo debuit, scilicet a venerabili fratre nostro Colonienſi archiepiscopo, recepti vtrumque.* Quod autem ad Colonienſem archiepiscopum hoc pertineat, idem scribit Treuirensi archiepiscopo, in hunc modum: *Cum venerabilis frater noster Tarantasiensis archiepiscopus quidquid fieri sibi nollet, alijs non debuit irrogare, mirum satis ducimus & moleſtum, quod facem in messem alterius mittere non expauit, & sibi alienum temeritate propria usurpare.* Et infra: *Cum enim*

dubium non existat, coronationem Regum Alemannorum ad venerabilem fratrem Colonienſem archiepiscopum pertinere; nec ipse deliquerit, quare meruerit sua dignitate priuari; cum, si etiam deliquisset, per eundem Tarantasiensem archiepiscopum suo non erat iure priuandus, cuius ipse iurisdictioni minime subiacebat; ipse, maturitate pontificali neglecta, nec considerans, quod debebat; nobilem virum Philippum ducem Sueniæ in Regem temere coronauit, &c. Petitioni vero eiusdem Philippi porrectæ per electores ipsius sic idem prædecessor respondet: *Littera, quæ nobis fuerunt ex parte quorundam vestrum per dilectum filium P. iudicem Placentinum nuper oblata, &c.* Et infra: *Cum autem Imperialis corona sit a Romano Pontifice concedenda, & rite prius electo in principem, & post in Regem legitime coronato, talem secundum antiquam & approbatam consuetudinem libenter ad coronam suscipiendam vocabimus: & ijs de more perfectis, quæ ad coronationem principis exiguntur, eam sibi, fauente Domino, solemniter conferemus.* Idem Innocentius Colonienſi archiepiscopo ita scribit: *Ex vno eodemque negotio te nobis & nos tibi credimus obligatos.* Et infra: *Cum Apostolica sedes illum Imperatorem debeat coronare, qui rite fuerit coronatus in Regem, &c.*

30 Idem vniuersis tam ecclesiasticis, quam secularibus principibus Alemannie: *Quantum ex Imperij diuisione dispendium, &c.* Et infra: *Cum & negotium Imperij ad nos principaliter, & finaliter pertinere noscatur: principaliter quidem, quia per Romanam ecclesiam fuit a Gracia pro ipsius specialiter defensione translatum: finaliter autem, quoniam, etsi ab alio regni coronam recipiat, a nobis tamen coronam Imperij recipit Imperator.* Qualiter autem Othonis coronatio facta fuerit Aquisgrani, idem Innocentius scribit archiepiscopo Moguntinensi, eidemque Sabinensi Episcopo, sic dicens: *Solidata in deuotione sedis Apostolicæ fides tua, &c.* Et infra: *Noueris ergo, immo iam nosti, quod post Henrici quondam Imperatoris decessum, vota se principum diuiserunt, ita quod quidam eorum Othonem Henrici quondam ducis Saxonie filium; quidam vero Philippum quondam fratrem dicti Henrici Imperatoris nominarunt in Regem. Venerabilis autem frater noster Colonienſis archiepiscopus, & alij qui in nominatione predicti Othonis fauorem præstiterant, & assensum, congregato exercitu obsederunt pariter Aquisgranum: & eo capto, predicto Othone in sede posito augustali, dictus archiepiscopus regni coronam imposuit, sicut ad ipsum de iure debet pertinere.* Multa quidem, & alia sumi poterant de regesto, sed hæc sufficere posse credimus ad tuum, & prudentium tuorum consilia dirigenda. Tua vero sublimitas sic deliberet, vt vndique circumspiciens eum dilatum Domini negotium sic disponere intendamus, vt per nos, vel per successores nostros in termino præstituto finem possit accipere Deo gratum, & necessarium toti mundo. *Dat. Viterbij xv. kal. iulij anno III.]*

31 Optabat sanctissimus Pontifex Alfonsus ab affectu Imperio deducere, cū ea etiam de causa Rex domâdis Saracenis vacare omnino nõ posset. Inter cæteros vero, qui cruce contra Saracenos se insinuere, archiepiscopus Toletanus a Clemente ingentibus laudibus decoratus est; & arque ij, qui sub eius signis mererentur, multis priuilegijs indulgentijsque donati: quæ de re v. id Iulias ad ipsum datæ literæ. Nec ita multo post Alfonsus Regem Granatæ proditorem felicissime perdomuit, atque

Non vocandus ad imperiale iudicium nisi qui a Colonienſi archiepiscopo fuerit corona redimitus.

Monet Alfonsum Clemens, vt hæc suis ponderibus libret.

Signa in Saracenos attollit Alfonsus, Archiep. Toletan. castra regia sequitur. L. b. 3. ep. 69.

que

187.

Significat illi Richardum potiore iure iunij.

To. 2. ep. 339.

III.

Præiudicium in Philippo & Othone affert.

nee a quo debuit Antequam Othonem Innoc. ob acceptam Aquisgrani iunctionem.

Rex Granate perdomitus ab Alfonso.
To. 2. ep. 389.
 Gratulatoria de parta victoria Clementis ad Regem Castelliteræ.

que in spem maximam referendæ de alijs barbaris certissimæ victoriæ euectus est, cui Clemens ipsdem literis, quarum paulo ante mentionem fecimus, tanti parti triumphii gloriam est gratulatus: *a De tuis successibus in omnibus & per omnia gratulantes &c.* Et infra: *Quia nobis intimare curasti qualiter, auctore Domino, detestabilis ille proditor, ille subcoelus inimicus, Rex Granate suam ceruicem ferream tuo tandem submitit imperio, & speratur quod reliquie barbarorum rebellium in breuis simile facere compellantur. Benedicamus igitur Deum celi, qui tuo laudabili ministerio Ecclesiam suam respiciens, bella conterit, fidei comprimit aduersarios in Hispania partibus, tam beneuola fauorem victoria, ad partes alias cum in oculis acceptum fuerit, extensurus, &c.* *Dat. Viterbij x. kal. nouembris anno 111.*

Alfonso in sacras reliquias pietas.
Ibid. post ep. 332. & ep. 316.
Ibid. ep. 394.
Lib. 3. ep. 90.
 Soria sede episcopali exornata.

32 Nec armorum modo, sed pietatis etiam gloria florebat Alfonso; poscentique lipfana, Clemens eius desideria religioso pretiosissimoque munere cumulauit a. Simile augustum donum Pontifex ad abbatem S. Agidij, nimirum brachium S. Georgij martyris transmisit b. Cumque de sacris reliquijs mentio inciderit; ad demus ex Clementis literis c ad abbatem monasterij montis maioris Arelatensis diœcesis, factum corpus S. Antonij conditum esse in ecclesia, quæ in oppido eius nominis erecta est, quo populi cœcurrere, ac maxime sacro igne tacti confluere consueuerunt: id vero infelici nostro seculo sanctorum oses Hugonoti impie exussere. Sed ad Alfonso, a quo aberrat oratio, redeamus. Flagitauerat, vt episcopalis sedes ex Sidona, quam ante Saracenis eripuerat, in S. Crucis ecclesiam insulæ Gaditanæ transferretur: quamuis enim Urbanus episcopo Abulensi eam prouinciam demandasset, perducta res ad exitum non fuerat, quod Hispalensis archiepiscopus suam ecclesiam ex eo grauari opponeret, contenderetque illam insulam suæ diœceseos terminis contineri. Clemens igitur Conchenfi & Cordubensi episcopis discutienda rei munus iniunxit, d ac tanti Regis desideria perficere, atque Hispalensem ad concordiam reducere niterentur.

E Sidona ad Gades traducta episcopalis sedes.

Id. ep. 26

Iacobus Rex Aragonum significat Pontifici expeditionem Syriae votū.
Ann. 1266 f. To. 2. ep. 392.

33 Partæ ex triumphatis Saracenis ab Alfonso e gloriæ communicabat Rex Aragonum, cuius virtute Murcia captam vidimus, sed longe pietatis laude erat inferior: Berengaria enim fœdis amoribus irretitus in flagitio volutabatur: vrebatur tamen eum reparandæ Terræ sanctæ religiosa cupiditas: atque obsequium Pontifici deferenti, rescriptis f grauiissime Pontifex sanctissimus g, Crucifixum eius obsequijs non egere, qui ipsum iterum in peruersa conscientia crucifigeret: atque hortatus est, vt se a nefarijs amplexibus diuelleret. ni faceret, Crucifixi gratiam non posse colligere: ac si perstaret in crimine, censurarum terrorem incussit.

Charissimo in Christo filio Iacobo Regi Aragonum illustri.

Respondeo Clem. vt prius Berengariam pellicem abijciat.

Tua serenitatis literas recepimus inter alia continentes, quod ad transfretandum in Terras sanctas subsidium pro vindicanda Crucifixi iniuria te disponere proponebas. Solicitatum fuisse Iacobum Regem a Tartarorum Chami oratoribus, vt expeditionem Syriacam pro recuperando sepulchro Dominico susciperet; ac tum ipsum, tum Palæologum Græcorum Imperatorem illi auxilia pollicitos, refert Surita g: Quod licet cum gaudio recepimus, scire tamen te volumus, quod illius obsequium Crucifixus non recipit, qui incestuoso contubernio se

g Surit. l. 3 annal. c. 74.

commaculans, in se ipsam iterum crucifigit. Ideoque serenitatem tuam, sicut alias, sic & nunc iterato familiariter rogamus, monemus, & hortamur attente, quatenus nobilem mulierem Berengariam, quam in carnale commercium, non absque nota incestus, & salutis tue discrimine admiffisti, a te prorsus abijcias; nec ei ulterius copula misceris carnali: aliter enim complacere non poteris Crucifixo, nec iniurias eius redimere, si ab eius iniurijs ipse nolueris abstinere. Insuper autem scire te volumus, nisi nostris monitis acquieueris, nos te ad dimittendam eandem per censuram ecclesiasticam compulsiuros. Dat. Viterbij xvii. kal. februarij anno 11. Tuliit iniquiore animo pontificias obiurgationes Iacobus, atque illorum instar, qui sua a medico attrahenti vulnera pati non possunt, querelas effudit. Cui Clemens apostolica constantia rescriptis a, desineret scelerate viuere ac lasciuire, nec ferret grauius se paterno amore corripi.

34 Hoc ipso anno, quo Hispania compressis Granatensibus Saracenis triumphauit, Anglia etiam ex immensis calamitatibus, quibus tot annis merfa iacuerat, caput extulit. Antequam tamen pax optatissima adduceretur, a Gilberto Glouerniæ comite non nihil turbatum est; is enim, dum Henricus perduelles Remesiæ edomaret, insigni prodicione Londinum quasi Regi auxilium laturus ingressus, occupauit b; ac legato, nimirum Ottobono Card. qui in arce Londinensi habitabat, vt eam dederet, edixit. At is comitem ad officium frustra adducere conatus, perturbatores regni anathemate deuinxit, Londinum & contigua loca interdicto subiecit, atque ad defendendam contra hostem arcem se comparauit. Interea Eduardus triginta millibus armatorum succinctus, patri suppetias laturus aduolauit: crescenteque in dies exercitu regio, ac Londinum accedente, perduelles in Regis obsequia procubere. Cuius concordia felix nuntius Pontificem ingenti lætitia perfudit: *Perlato, inquit c, noxiter quod pietatis oculo Regem, regnum, caterosque predictos pius & misericors Dominus ex alto respiciens, post confragosæ nubila tempestatis serenitatem illis optata tranquillitatis indulgit, tanto magis exinde gaudemus in Domino, tantoque libentius ad eius solidationem & conseruationem intendimus, &c.* Quod ad pacis initæ cum Glouerniæ comite, qui regiam maiestatem grauiissime laeserat, attinet; redeuntem, vt diximus, excepit Henricus, ac nonnullas cautiones ab eo exegit, quo lubricæ fidei hominem obsequio suo adstringeret: atque ita inter eos conuentum, vt Pontificem, si quo alio opus foret, ad alligandam eius fidem arbitrio constituerent. At Clemens præter decem millium marcharum argenti multam, quam ipsi imposuerat, si iterum comes bellum moueret, aliaque iuramenta nuncupata, hæc edixit d: *Cum super diuersis excessibus, quos præfatus Rex in regiam maiestatem per dilectum filium nobilem virum Gilbertum comitem Glouerniæ, ac suos querebatur fuisse commissos; quosque eandem eis de clementia innata remisit, inter eos sedata discordia securitatem ab eodem comite peteret de guerra sibi in posterum non mouenda; idemque comes se super hoc securitatem prestare paratum, per iuramenta, literas, & fidei iussos sub pœna decem millium marcharum argenti offerret; demum idem Rex, & comes se nostro arbitrio taliter submiterunt, vt si nobis in predictum modum oblata securitas nequaquam sufficiens videretur, liceret nobis infra instans festum Purificationis B. Virginis de alia providere. Hæc vero a Pontifice pacis arbitrio data Glouerniæ comi-*

comiti, ad illius astringendam fidem, imperia : Tradat infra decem dies, postquam per dilectum filium nostrum Ottobonum S. Adriani diaconum Card. A. S. L. super hoc fuerit requisitas, in manibus dilecti filij nobilis viri Henrici, primogeniti eiusdem Richardi in Romanorum regem electi, castrum de Tanabruge Rossensis diocesis, ipsius comitis custodiendum expensis; vel filiam suam primogenitam charissimam in Christo filia nostra A. Regina Anglia illustri; aut, si maluerit idem comes, dilectam in Christo filiam uxori dilecti filij Eduardi primogeniti dicti regis, ab eis in obsidem ob eandem causam triennio tenendam, assignet, &c. Dat. Viterbij III. idibus Ianuarij an. III. Nec Gilbertus modo Glouernia comes, verum etiam Leolinus Vvallia princeps ciuili eo bello irretitus. Ottoboni Cardinalis opera arma abiiecit, atque Regi Henrico conciliatus est. Ob rem bene gestam Clemens legato suo est gratulatus, & composita Anglia Romam venire cupienti rescripsit a: Laborasti satis diu, & te Dominus in tuis laboribus honestauit & humano iudicio iam compleuit eosdem: nisi forsitan Anglicanae gentis mobilitas, quae timetur, iterato surgat in scandala solita leuitate. Tum, quamuis eius presentia Angliae perutilis videretur, concessit, vt in Hispaniam ad lustrandum S. Iacobi templum peregrinaretur.

35 Dum optime administranda vnuersae Ecclesiae Clemens operam dabat, sparsus illum nascentis haereos rumor perculit, delatumque ipsi est, Narbonensem archiepiscopum viro praenobili dixisse, Christi Domini corpus non vere, sed velut in signo tantummodo in augustissimo altaris Sacramento contineri. Quae fama grauissimo Pontificem dolore, quo magis illi antistiti amicitia erat coniunctus, confodit. Vt tamen exquireret veritatem, literas ad eum dedit b, quibus praecipit, vt scriptis verbisque, si talia insana verba fudisset, reuocaret.

Venerabili fratri archiepiscopo Narbonensi.

Familiariter tibi scribimus, illo dumtaxat conscio, qui praesentem exarauit scripturam, ad nostrum nuper peruenisse auditum, quod tu in nostra existens curia, cuidam magno viro tecum de Sacramento altaris conferenti, dixisti corpus domini nostri Iesu Christi sanctissimum essentialiter in altari non esse, sed tantum sicut signatum sub signo; & hanc celebrem esse opinionem Parisijs adiecisti. Repsit autem hic sermo latenter inter aliquos diuulgatus, & ad nos postremo perueniens, scandalizauit nos plurimum: nec facile nobis extitit credere talia te dixisse, quae haeresim continent manifestam, & illius Sacramenti derogant veritati, in quo fides eo negotiatur vtilius, quo sensum superat, intellectum captinat, & suis legibus subijcit rationem. Eapropter tuae fraternitati consulimus, vt non plus sapias quam oporteat; non imponas Parisiensibus, quae non sequuntur: sed fatearis humiliter, & firmiter teneas, quod communiter tenet Ecclesia; quod sancti docent, & praedicant, sub speciebus scilicet panis & vini post sacra verba, iuxta ritum Ecclesiae ore sacerdotis prolata, esse vere & realiter & essentialiter corpus & sanguinem domini nostri Iesu Christi, licet localiter sit in calice; & si forsitan haberes memoriam, cui vel quibus asserueris id, scripto vel verbo reuoces, ne de te male sentiant, qui male iudicant de tam insigni mysterio te sentire. Dat. Viterbij v. kal. nouembris anno III.

36 Exclamauit, acceptis hisce literis, Narbonensis archiepiscopus, impositam sibi ab inimicis teterrimam calumniam: atque apologeticum li-

bellum ad Clementem dedit a, in quo pluribus argumentis mysterij veritatem explicuit, corroborauit, & omnia sua dicta censurae Romanae ecclesiae subiecit.

Ad Papam.

Rem horrendam, summe detestabilem, haeresim manifeste continentem proprio motu sancta vestra paternitas suo deuoto filio decenter scripsit, nos dixisse cuidam magno viro, dum olim essemus in Romana curia, conferendo cum eodem, adijcien- tibus nobis Parisijs celebrem esse opinionem, corpus Christi non essentialiter & vere esse in altari, sed sicut signatum sub signo, prout repsit postmodum latenter sermo * ad vestram audientiam peruenit. Quod si memores essemus nos dixisse, aut forsitan lingua labente dixissemus, studeremus reuocare, quod nequaquam cogitauimus: nec os nostrum polluimus errore tanto, vel minore in aliqua facultate testimonio Parisiensium doctorum. Quod si quis vellet in dicti falsi impositione contra nos persistere, promptos nos inueniet in mortem & in vitam ire. Sed Pater sanctissime narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex vestra & nostra tenent: immo verbum iniquum constituerunt aduersum me tam impudenter, quam irreuerenter, non parentes pontificali, quam forte desiderant, dignitati; sed in praefati dicti insaniam stimulati a sathana inciderunt transcendentem, qui Dei virtutem iuxta modum naturalium rerum metientes, audacias ac periculosius veritati contradixerunt, vt magister Lombardus recitat in principio decimae distinctionis quarti sententiarum, asserentes in altari non esse corpus Christi, vel sanguinem; nec substantiam panis & vini in substantiam carnis & sanguinis conuertisse; sed ita Christum dixisse. Hoc est corpus meum: dicitur dicit Apostolus ad Corinthios: Petra autem erat Christus; dixerunt ibi esse corpus tantum in Sacramento, id est in signo, & solum in signo a nobis manducari. Et haec prima haeresis facta est in discipulis Christi dicentis: Nisi manducaueritis carnem & sanguinem, non habebitis vitam; etenim dixerunt: Durus est hic sermo. Quis potest audire? Et abierant retro, instruente Christo illos XII. qui remanserunt, & dicente: Spiritus est, qui viuificat, caro non prodest quidquam. Verba, quae loquor vobis, spiritus & vita sunt; quia sacramentum, quod vobis commendaui, spiritualiter intellectum viuificabit vos. Et infra: Hoc est illud corpus, de quo Eusebius ait: Hoc corpus assumptum ablaturus erat ab oculis, & illaturus syderibus: necesse erat, vt die caena sacramentum corporis & sanguinis consecraret, & commendaret nobis, vt coleretur iugiter per mysterium, quod semel offerebatur in pretium, forma dicta a Domino consecratione verbi caelestis, quod corpus sit consecratum; siue caro Christi interiorem hominem reficit spiritualiter, & saginat.

37 Non tamen lateat Pater sancte, quod vos scire nullatenus dubitamus, quod quatuor modis dicitur sumi. Primo similitudine, vt species panis & vini, & hoc improprie. Secundo materialis caro Christi crucifixi & lanceata, quae prius de Virgine suscepta est; & sic proprie accipitur. Tertio ipsa Ecclesia, vel eius vnitas mystica. Quarto ipsa caro Christi spiritualis. [nimirum non corporeo & visibili modo sensibus obuia] quae vere cibus est. Quam carnem qui manducant spiritualiter, veritatem carnis in sanguini dicuntur sumere, quia ipsam efficientiam, id est ipsam peccatorum remissionem habent, pro qua sic oratur, cum dicitur: Proficiant nobis, quae sumus Domine,

a Exr. ib. post ep. 446. Textit apo logiam af chiepisc.

Pluribus argumentis fidem confirmat.

* , qui Queritur impactam sibi atrocem calumniam.

Haeretico rum de hoc Sacramento errorem exponit.

Corpus Christi multipliciter sumptum.

Gilbertu Glouern. com. Taburgum milite praesidario firmandam dare iubet

Ottoboni egregie gesta in componendis turbis To. 2. ep. 401.

Archiep. Narbon. in crimen haeresis vocatus.

To. 2. ep. 391.

Negasse Christum in Eucharistia nisi velut sub signo consistere.

Parisienfis academie errorem eundem impugnat.

Arguitur Clem. de rei veritate instruitur. Tubetur dicta reuocare.

36

tua sacramenta, quod continent, ut quod nunc spe gerimus, rerum veritate capiamus; id est prædicta efficiētiā, & etiā verū corpus Christi, quod sic sumitur, & quod inuisibile est in altari, ut & dicit Augustinus, visibiliter in cælo, quia in forma humana; sed in altari inuisibiliter, scilicet in forma humana, quod sub speciebus panis & vini operitur. Vbicumque in altari celebretur, integrum est, & non per partes discerptum, ut illi dixerunt, qui retro abiērunt. Verus ergo Deus & verus homo est in hoc Sacramento, quod est corpus Christi plenum gratia & diuina maiestate, rerum veritatem & naturam in se continens, mystica consecratione panis in corpus, & vinum in sanguinem substantialiter conuersum vi verbidiuini, & secreta potestate creaturam mutantis in memoriam dominicæ passionis. *Et infra:* Non ut asseruerunt hæresis primæ falsi Christi discipuli, ut signatum solum in signo, vel sub signo a veritatis tramite, & orthodoxæ fidei catholicæ recedentes per errorem.

Transubstantiationem faciunt.

Cur sub speciebus sacramentalibus sumatur.

38 Ut igitur fides habeat meritum, & non esset horror carnis & sanguinis, nec ridiculum a paganis; nec sub humana specie sumitur, sed sub speciebus sacramentalibus panis, & vini: vnde dicit Hilarius Papa, quod non est quantitas visibilis in hoc existimanda mysterio, sed spiritualis virtus sacramenti; id est, non est ibi in illa repræsentatione, quæ humanis sensibus subijci valeat representari; vera tamen substantia, & quantitas corporis Christi, & virtus Sacramenti spiritualis, videlicet vnies cum corpore mystico; scilicet quod dicit Hugo de S. Victore. Sed de his hæcenus; quia mysterium fidei credi salubriter potest, inuestigari autem curiose salubriter non potest: voluntati eius atque potentia salubre, atque mirabile hoc Sacramentum & super naturam penitus ascribendum.

38 Sed Deus huius seculi operatur in illis diffidentia filijs, qui non rationi voluntatem subiiciunt in sapientia: verba cōtra nos callide coaptare nituntur, non veri, sed placiti rationē sectantes: quos iniqua voluntas, non intelligētis veritas, incitat: dum ad fabulosam calumniam se conuertunt, loquentes mendaciter hypocrisim, quia in verbis eorum pietas, quam amissit conscientia, prædicatur. *Et infra:* Absit ergo Pater sanctissime, quod contra dominicæ fidei professionem, per vipereæ doctrinæ fraudulentiam in aliquo infidelitatis, aut factorum fermentationi, vel sathanæ aditum pandamus, ut a sanctorum patrum vestigio, atque sanctæ matris Ecclesiæ discedamus limitibus, & vestris. Hæc manus nostra rudi calamo conscripsit per vestram summam, præminentemque sapientiam corrigenda in suis sententijs aut verbis. Sanctitatem vestram conferuet Dei Filius in longitudinem dierum. Amen.]

Declamat in calumniatores.

39 Iam cœperat dæmon afflare sceleratis vesanum illum errorem, quem diu ante Berengarius sparserat; de quo fusc Card. Baronius in Annalibus suis agit. Serpebat etiā hæc hæresis in Germania: in Vallicellano enim codice M. S. extat epistola b obiurgatoria, qua Pontifex Bremensem archiepiscopum perstringit, eo errore pestifero imbutum Thidericum Bauarum Hamburgensem canonicum virus spargentem inerte ferre, censurasque in eum distringere, cogereque hæresim palam euomere iubet.

Archiepiscopo Bremensi.

Ille doctor & prædicator egregius, cuius prædicatio mundum docuit vniuersum, presumptuosam eorum audaciam refrænare sollicitus, qui maiestatis indigni & temerarij scrutatores, di-

gne nimirum a gloria opprimuntur, non plus sapere quam oportet sapere; sed sapere ad sobrietatem, salubri doctrina suggestit, ut iuxta sapientis eloquium quisque suæ prudentiæ modum ponat, sicque comedat ex melle inuento, quod sufficit, ne illud euomat saturatus. * Sed sicut nuper fide dignorum relatione didicimus, magister Thidericus Bauarus, ecclesiæ de Hamburg canonicus, non ea quærens, quibus se ad humilitatem erudiat, patientiam seruet, ac morales suos in tranquillitate disponat; sed illa scrutans potius, quibus loquacior appareat, vel doctor hominibus videatur; non sobrie sapit, sed nimia vanitatis ebrietate despiens, cognitionis supernae scientiam, quo plus innodatis ausibus appetit, plus amittit, ausus infra scriptos errores detestabiles prædicare publice, ac docere. Primum videlicet, quod corpus Christi non sit in sacramento altaris, nec vere, nec proprie; sed significatiue. Secundum quod non sumitur corporaliter, sed spiritualiter. Tertium quod aperitur cælum, & descendunt Angeli, & species rapiuntur in cælum, & ibi fit transubstantiatio. Vnde: *Iube hæc perferri, &c.*

40 Et licet super ijs apud te delatus, in synodo publica, in Bremensi ecclesia congregata; & demum per te respondere ad singula requisitus, se velle respondere negauerit, asserens se paratum Romanam curiam propter hoc, si opus esset, adire; tu tamen non veritus, quod tantam magistrum eiusdem approbare videris infamiam, illam compefcere, prout decuit, negligendo, non solum contra eum procedere in aliquo neglexisti; verum & postmodum tractasse diceris, ut reciperetur idem magister in præfata ecclesia in canonicum & in fratrem. Profecto si quæ sunt hæc fidei orthodoxæ contraria; si tui officij debitum, quo te specialiter ad ipsius fidei defensionem obligat, attendisses, si considerasses attentius, quod talia nisi omnino in suis extinguantur initijs, serpunt latius, periculosius dilatantur; proculdubio pūderet te, prædicta sub dissimulationis negligentia transiisse. Ideoque monemus, quatenus eundem magistrum per censuram ecclesiasticam, & omni qua poteris restrictione compellas; congregatis clero & populo in locis, in quibus expedire videris, ipsisque astantibus, & audientibus; præfatos publice detestari errores, & etiam abiurare, & aperte asserere ac prædicare contrarium secundum eiusdem fidei veritatem. Alioquin, vel si forsan post detestationem & prædicationem huiusmodi, eum in errores eosdem relabi contingeret, ipsum captum ad sedem Apostolicam sub fida custodia destinare procures, pro meritis recepturum. Contradictores, &c. Quidquid autem super ijs duxeris faciendum, nobis per tuas patentes literas, harum seriem continentes, studeas celeriter intimare.] Hæc fura sanctissimi Pontificis ad præfocandam in semine nefandissimam hæresim studia. Qui dū Guidonem tit. S. Laurentij in Lucina presbyterum Cardinalem A.S.L. renocauit; questusque est, multa se de ferrate, atque erroribus gentium Germaniæ, ac Daniæ accepisse. Ut vero Guido etiam legationem in Polonia gesserit, rursus paulo inferiori agetur. Addemus modo Poloniam nouo lumine collustratam, ascripta solemniter a Clemente hoc anno in sanctorum numerum Hedvigæ ducta.

41 Actum iam antea ea de re sæpius fuerat, ac Pontificibus rem extrahentibus, quo veritas miraculorum, ac sanctitatis illustrius effloresceret, defa-

a Baron. in Annal. an. 1004. nu. 7. an. 1035. n. 1. &c. an. 1050. n. 2. &c. n. 11. &c. b Cod. Val. bibl. sign. lit. C. n. 49 pag. 102.

defatigati Polonorum oratores erant. Inter quos Salomon a, ob id mærore confectus, dum quiescebat, obiecta ipsi in somnis Hedvige, ab ea re-creatus est, diemque accepit, quo tanta celebritas perficienda foret: qui egregie animatus, ad Pontificis aulam se contulit, remque eo ardore vrsit, vt Clemens, instructo vitæ ac miraculorum B. Hedvigis libello, solempni pompa in cœlitum, numero illam collocarit. Qua de re editum diploma b archiepiscopo Gnesnensi & suffraganeis trāsmisit, in quo post insignia elogia illam cum sanctis veteris testamenti fœmidis Iuditha & Iabel confere-rens, addit.

42 Ipsa est pia memoria sancta Hedvigis, cuius per sanguinis derivationem natalium claritas sic refulsit, quod ab ijs, qui sceptrā gestarunt regnorum, quosque insignes efficit Imperij celsitudo, tamquā propaga generosa professit; radijs nobilitatis plus splendoris adiciens ex se ipsa, quam sibi, vnde originem traxerat, prouenerit ex radice: pro quo si secundum carnem & mundum gloriandum fuerat, merito potuit nullo blandiente mendacio gloriari. Sed cum huiusmodi gloria, plerumque virtutis prospectum euacuat, in elationis precipitet vitium, quos exaltat; vt in eius pectore virtus Christi per gratiam redundaret vberius, non in ea, quæ est carnis nobilitas, sed in suis dumtaxat infirmitatibus gloriam assumebat; aduertens fructibus diuine dilectionis nequaquam deficiui, nec munere supernæ benedictionis illos fraudari, quos salutare infirmitatis acredine a patre contingit beneuolū visitari.

43 Porro dum puerula fuit, vix quicquam puerile gessit in opere: & productioris ætatis tempore succedente, ne aduersario vlla occasio maledicti suppeteret, cum clara memoria Henrico duce Polonia matrimonium duxit legitime contrahendum: in quo, tripartitum bonum coniugij salubriter conseruando, sic prudenter se gessit, quod thori fidem inuiolatam custodiens, & prolem in Dei timore susceptam erudiens, ab ipso duce; cui non precipiti voluptatis affectu, sed discreto semper inbessit iudicio creditur rationis; quousque est assumptus de medio per separationis iniuriam, non diuertit. Licet vt orationi & contemplationi vacarent, deuotius thorum ex pari voto & consensu vnanimi, per multa annorum curricula habuerint sequestratum: cum Creatori suo minus obsequi valeat ad plura distractus animus; & viro placere cupiens mulier, in his, quæ Dei sunt, interdum se- gnior habeatur.

44 Ipso denique duce Christianissimo, prout asseritur, spiritum exhalante, protinus ad illius cuius pulebritudinem sol & luna mirantur, tamquam libera, & a lege viri terrestris soluta familiare consortium amplius aspirauit. Sed cum non inueniatur in terra suaviter viuentium, cœtumque malignantium detestetur, vbi potuit, cum totus mundus in maligno sit positus, reperire? Vbi eum quæsiuit? Vbi illum inuenit, cuius desiderio languit? Et quidem dum difficultatem inueniendi attenderet, & non posset non querere, quem amabat; fluctuabat nimium ipsius animus, & inter perplexitatis scopulos vehementius iactabatur. Et infra: Hinc sancti Spiritus vnctione, cuius est docere de omnibus, taliter erudita, casti amoris suffragante vehiculo, ad monasterium Trebnicensis Cisterciensis ordinis eo celeriter trahitur, quo minus terrenis affectibus aggrauatur. In cuius quidem monialibus intentionis simplicitas & mentis puritas sic placebant, quod cum eis esse diuina clementia credi poterat suas delicias deputasse: & licet, quæ regularis disciplina fuerant, quantum suo licebat statui, præ cunctis monialibus obseruaret; votum

tamen professionis emittere & renunciare proprio renuit, non ob aliud, prout fertur, nisi vt haberet vnde palmam porrigeret inopi, & aperiret munificentie dexteram indigenti. Inuenio itaq; ibi quem quæsierat anima sua, floridum in conscientia sibi protinus lectum parat: & ex suauis contemplatione, tamquam ad eius amplexus admissa, haustu noua capta dulcedinis, ex tunc amarum consuit, quidquid calix propinat aureus Babylonis: designabatur enim, tamquam eius inebriata amore, loqui seu audire de alio quam de ipso.

45 Pergit singulas illius virtutes delibare: inter quas insignis pietatis erat sensus, quo, dum diuinæ rei intererat, delibuta viscebatur: Diuinis, inquit, officijs, & missarum presertim, sic attente vacans solemnij, quod a solis ortu vsque ad meridiem ab ecclesia, dum huiusmodi dicerentur officia, non discessit: non torpore languida, nec acidia, quantum perpendi poterat, malo interim fatigata: nec tamen sessionis, cum huiusmodi solemnia cantarentur, quis eam existimet se dedisse quieti, cum tunc vel staret erecta, vel curuato poplite oraret reflexa. Addit quæ constantia suam voluntatem diuinæ accommodarit, cum filium a Tartaris casum inaudijt: adeo vt vultum mærore non contraxerit, sed martyrio affectum lætas numini grates retulerit. De qua re nos superiori tomo ex Ioanne Longino suo loco differuimus a. Subiungit plura miracula, quæ illius sanctitatem illustrarunt, puerum ad vitam reuocatum, affectos varijs morbis præstinæ valetudini restitutos: ob quæ diuina beneficia ad Hedvigis imploratam opem collata diligenti discussa examine ipsam sanctorum catalogo decreuerit ascribendam; immo verius, vt ait, iam ascriptam renuntiauerit. Deque recolenda illius memoria, singulis annis recurrentibus hæc Polonis præsulibus dat imperia: Fraternalitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus festum ipsius sanctæ idibus octobris; die videlicet, quo de via migravit ad patriam, & de mundanis transcendit finibus ad coronam; attenta deuotione celebrare curetis, ac faciatis per vestras ciuitates & dioceses a Christi fidelibus solemniter celebrari. Vt vero fideles ad sepulchrum illius adeundum alliceret, anni & dierum quadraginta indulgentiam, recurrente die festo, illud veneraturis impertitur. Datum Viterbij v. 11. kalend. aprilis pontificatus nostri anno 111.

46 Dum noua instituta S. Hedvigis celebritate Polonia exultabat, armorum sacrorum strepitu fremebat Bohemia. Rex enim Othocharus cruceatæ militiæ contra Lituanos aliosque barbaros, qui Tartaris coniuncti præteritas calamitates septentrionalibus Christianis intulerant, se deuouit. Cui Clemens apostolica auctoritate eas omnes ipsorum terras, quæ ante Theutonicis religiosis equitibus non erant concessæ, occupandas exposuit b: vt si eas in suam redigeret potestatem, principem strenuum Romanæque ecclesiæ studiosum præficeret.

Regi Bohemia illustri.

In tui magnificentia culminis, mater Ecclesia quamplurimum delectatur, dum intentis & deuotis studijs elaboras, itatum magnificare fidelium, & procurare Christianæ religionis augmentum. Hoc igitur prouidentia sedis Apostolicæ digne considerans, tibi per suas literas olim dicitur concessisse, vt terras, quas de manibus Lituorum & aliorum infidelium; si tamen Tartaris, vel alijs Christiani nominis inimicis s, prout ferebatur, damnabiliter copularant; eriperes, illis dum-

Paupertatis votum non emitte vt inopi succurrat.

Eximio pietatis sensu delibuta intererat diuinæ rei.

a An. Chr. 1241. n. 10

De recolenda illius memoria.

Othocharus in Lituanos bellum suscipit.

b Lib. 3. ep. 139.

Clemens lit. ad Regem Bohem.

Coniunxerant Lituani arma cum Tartaris.

dumtaxat exceptis, quæ ad dilectos filios magistrum, & fratres hospitalis S. Mariæ Theutonicorum, vel ad alios Christi fideles pertinebant; ad manus tuas libere posses, ac licite retinere. Vnde cum, sicut asseris, signo vivificæ crucis assumpto, proponas in breui, fauente diuina clementia, extento potentia tuæ brachio procedere contra illos; ac tandem in finibus locorum, quæ prædictis infidelibus remanere contigerit, magnum constituere præsidium bellatorum, ad infidelium eorumdem locorum populum, saltem per vexationis angustias, ad causam Domini reducendum; nos zelum tuæ deuotionis, qua circa cultum orthodoxæ fidei ampliandum feruere dignosceris; tumque pium in hac parte propositum, vtpote laude dignum, multipliciter in Domino commendantes, & intendentes te profequi fauoris gratia plenioris; regijs supplicationibus inclinati, de fratrum nostrorum consilio, præsentium tibi auctoritate concedimus, vt si terram Letouviæ, de qua prædictæ sedis auctoritate regnum extitit constitutum, præfidente illi claræ memoriæ Mindota, qui post receptum baptismatis sacramentum auctoritate apostolica coronatus in Regem, fuit tandem a quibusdam perditionis filijs crudeliter interfectus [his confirmantur quæ de ipso superius dixi] de manibus inimicorum tuo ministerio eripi Domino præstante contigerit; in illa regni solium, sicut prius, erigere libere valeas, ac illius regimini personam fidelem, & ecclesiæ Romanæ deuotam præficere, prout bono statui fidelium, & augmento catholicæ fidei videris vtilius expedire. Nolumus tamen per hoc prædictis magistro & fratribus hospitalis S. Mariæ Theutonicorum, quoad terras, bona, & iura spectantia ad eosdem, siue ea teneant, siue ab alijs etiam infidelibus teneantur; in aliquo præiudicium generari. Nulli ergo, &c. *Dat. Viterbij XIII. kalend. february anno III.*

47 Detulerat etiam Bohemiæ Rex Clementi operam suam, pro liberando patriarcha Aquileiensi, quem Maynardus Goritiæ comes per summum scelus in vincula abduxerat a; collaudatoque eius studio, sanctissimus Pontifex monuit b, ne fœdere comiti iungeretur: plures enim principes partam gloriam, inita cum hostibus Ecclesiæ coniunctione, corrupisse: *Licet pacem amare nos deceat, si comitem habeat veritatem; quia tamen sub pacis specie pati contraria procuratur, magnitudinem regiâ attentam reddimus, & cautam esse volumus & rogamus, ne cum inimicis Ecclesiæ fœdus ineat, & amicitia his, qui sunt contra Dominum, coniungaris: saluo tamen in omnibus charitatis affectu, quem ipsis & inimicis præcepit Dominus exhiberi; sciens quod huiusmodi fœdera multorum merita demignasse dicuntur, quorum opera Deo placuerant, ob hoc solum a Domino reprobata.* *Dat. Viterbij II. kal. octobris anno III.* Demum Aquileiensem patriarcham post plures a Pontifice adhibitos labores c libertati restitutum, refert chronicon Saliburgense. d

48 Superavit Bohemi Regis, qui finitimos barbaros subijcere Ecclesiæ statuerat; pium ardorem S. Ludouicus Francorum Rex, qui se ad profigendam Saracenicam superstitionem Christo hoc anno addixit vna cum tribus filijs, vt in primo iuuentutis flore pro Christo arma gerere, ac fundere sanguinem discerent. Assumpsit augmentum crucis signum festo Annunciationis dominicæ die, vt Clemens Papa Ottobono Cardinali in Anglia legato significauit e: *Scire te volumus*

*quod in die Annunciationis dominicæ charissimus in Christo filius Ludouicus Rex illustris Franciæ cum tribus filijs suis Philippo, Ioanne, & Petro crucem assumpsit: et cum eo Atrebatensis, Britannia, Flandria, Alegij, & quidam alij comites, barones, milites in magno numero, qui per Dei gratiam de die in diem augentur. Tempus passagij nondum scitur: sed subsidium militum ad Terra sanctæ subsidium interim destinatur. Agitate diu animo eam expeditionem sanctum Ludouicum, & Clementi secretiorum nunciatorum opera se illius suscipienda desiderio teneri significasse, tradit Nangius a: ac Pontificem re diu deliberata assensisse. Inualuerant enim viribus & animis adeo Saraceni, totque ac tam validis excursionibus & prælijs lacescebant Christianos; tot arces oppidaque; deleuerant, vt amplius violentos illorum impetus, quæ supererant, reliquæ sustinere non possent, ni præfenti ac potentissimo auxilio fulcirentur. Consentit Nangio Gaufridus e Bello loco b, qui sancto Regi a confessionibus erat, quique Gregorij Papæ X. iussu c præclara eius gesta, vt suo loco dicitur, conscripsit. Cuius auctoritas verba adducenda ad historiam insignem illustrandam visa sunt: *Audiens, inquit, Rex sanctus, quod penitus esset fraudatus a spe intrandæ religionis; audiens nihilominus tot calamitates, tot desolationes, & tot crebra pericula Terra sanctæ; aspirauit aggredi circa finem dierum suorum aliquid arduum propter Deum, a quo de facili impediri non posset. Concepit igitur cum deuotione pium propositum transfretandi, vt, quantum diuina gratia sibi daret, contra periculum Terra sanctæ, quod proximum videbatur, consilium & auxilium apponeret salutare. Et tunc mirantibus cunctis cepit, quantum poterat, expensas restringere domus suæ. Noluit tamen subito aggredi tantum opus ex motu proprio cordis sui: vnde per secretum nuncium & discretum humiliter & deuote consuluit super hoc felicitis recordationis dominum Clementem summum Pontificem. Qui tamquam vir prudens in principio reformidans, diuque deliberans, tandem benigne consensit, ac pium propositum approbauit. Misit insuper ob hoc ad petitionem ipsius Regis legatum in Franciam, videlicet dominum Simonem tit. S. Cecilia presbyterum Cardinalem.**

Crucem a igitur assumpturus, conuocauit Parisijs prælatorum, principum, baronum, ac militum, ceterorumque hominum multitudinem copiosam. Quibus congregatis in vnum, domino legato præfente, ipsemet Rex catholicus coram cunctis, qui aderant, exhortationem fecit efficacem & plurimum gloriosam; animans eos ad vlciscendam iniuriam Saluatoris, in Terra sancta tanto tempore sibi factam; & ad propriam Christianorum hereditatem recuperandam, quæ tamdiu peccatis nostris exigentibus erat ab infidelibus occupata. Hæc & multa alia ad hanc materiam pertinentia, pius Rex gratiosissime perorauit. Finito postmodum domini legati sermone, ipse Rex primus cum deuotione multa crucem assumpsit, & tres filij eius post ipsum; nec non comitum & baronum & militum multitudo, tam ij cum quibus ipse Rex pius fuerat super hoc secreto collocutus, quam alij, quorum corda tetigerat solus Deus.

49 Extulit magnis laudibus Pontifex sancti Regis zelum, quo ad instaurandam rem Christianam, ac numinis hostes proterendos ardebat; incenditque magis hisce literis. a

Regi Francorum illustri.

In spiritu pietatis mentem tuam ad Christum, fili charissime, conscendisse percepimus; nam dum

Letouiam armis comparadam illi attribuit.

Mindota Rex ab hostibus fidei cæsus fuerat.

Crucifero rûm iuribus consuetur.

a Chron. Salisburg. apud Cas. dist. 10.6. pag. 1268. b To. 2. ep. 381.

Oth ocharû Pont. derterræ a iungendo cum hostibus Eccl. fœdere.

c Clem. 10. 2. ep. 389. & lib. 3. ep. cur. 29.

d Chron. Salisb. apud Cas. antiq. loc. ubi sup. S. Ludouicus cum tribus filijs expeditionem in Syriam vouer. e To. 2. ep. 320.

Plurim. princip. filius est plo cruc. indatum.

a Nang. reb. gal. S. L. ind.

b Gaufr. e Bello. vii. S. L. cap. 37. c Greg. lib. 1. c.

d Cap.

e Clem. 10. 2. ep. 389. & lib. 3. ep. cur. 29.

e Clem. ep. 37.

in terris corpore militas, cælestem militiam, ad quam suspiras, animo contemplaris. Hic profecto labores complecteris, ut ibi quietis perpetuitate læteris. Hic etiam indefessum te pugilem exhibes, ut ibi percepto gloria præmio veluti magnificus triumphator exultes. Tu quidem olim Terræ sanctæ pressuras oculo clementis propitiationis aduertens, illam crucis assumpto signaculo personaliter visitasti, & inibi tam in te, quam tuis grauissima personarum, & rerum dispendia pertulisti. Nunc autem ipsam solito durius affligi conspiciens, quam manus Agarenorum impia vsque ad intima lacerat & eneruat, motus erga ipsam internæ compassionis affectu; & ad vindicandam Redemptoris iniuriam, qui terram eandem in proprium sibi patrimonium prælegit, tamquam princeps victoriosus exurgens, ut miseraris illius regionis oppressa, cuius miserendi tempus aduenisse speratur; huiusmodi crucis signaculum cum tribus liberis tuis, & copiosa tuorum fidelium tam baronum quam militum, & aliorum multitudine resumpsisti, personaliter illuc in breui, dante Domino, profecturus. Super quo laudes, & gratias Altissimo, qui hoc tibi dignoscitur inspirasse, referimus; eiusque clementiam, ut votum tuum pio dignetur favore prosequi, suppliciter exoramus, &c. *Dat. Viterbij III. non maij anno III. J*

50 Excitauit exemplo suo S. Ludouicus Theobaldum generum, Regem Nauarræ, ut testatur Clemens in literis ad Tartarorum principem datis (de quo paulo infra) tum fratrem suum Alfonso Pictauæ & Tolosæ comitem, qui crucis signo accepto Terræ sanctæ reparandæ se deuotum; quem Clemens his verbis ad consilium perducendum accendit a: *Sicut vir strenuus & magnificus votum crucis prosequere*. Tum salubri consilio imbuit, ut ab alienis bonis occupandis temperaret: *Præsertim tamen terris tuis exordire visitatis, & tuis factis plenius emendatis: immolantium enim ex iniquo vota reprobat Altissimus; nec prodest corporis exercitium, dum premit animam mole sua peccatum*. Tantis principibus plures alij opibus & nobilitate florētissimi Galli, ut Robertus comes Atrebatum, Guido comes Flandriæ, Ioannes filius comitis Britannia, qui filiam Regis Angliæ uxorem duxerat, quorum supra Clemens etiam mentionem fecit, teste Nangio b, se coniunxerunt.

51 Ad prouehenda pia tanti Regis consilia, indicendamque religiosam militiam, Clemens Simonem tit. S. Cæciliæ presbyterum Card. gestæ legationis in cōficienda re Sicula gloria celebrem, Apostolicæ sedis legati dignitate auctum misit, ut sacram expeditionem indiceret: literisque apostolicis Gallos ad Regis sui pulcherrimum exemplum sectandum prouocauit c. Commissæ Simoni legationis diplomatis hæc sententia est, quo plura crucem suscepturis priuilegia ac indulgentiarum præmia spondentur.

*Simoni tit. S. Cæciliæ presbytero Cardinali
Apostolica sedis legato.*

Feruens dudum, & peccatis exigentibus modernis temporibus grauius solito persecutionis Saracenicæ immanitas inualescens, terram illam sanctam, in qua Christum cæli Regem virgo puerpera genuit, quasi totaliter occupauit: & Christianum populum, in Crucifixi obsequio laborantem, tantis rerum damnis & discriminibus impetijt personarum, quod ipsi ad defectum vltimum iam pene deducti, vires ad resistendum necessarias non supererant, nisi per misericordem virtu-

tem Domini, qui sperantes in se non deserit, adiuentur. Hæc profecto periculosa incommoda, festinatum subsidium exposcentia, quibus afficitur terra ipsa, diris affligunt puncturis intima cordis nostri; necessitatem nobis inducentia, ut cessantibus dilationibus, quas regionis illius miserabilis conditio & aduersa omnino reuinit, summo perire procuremus, quod eidem terræ; immo potius Iesu Christo, in cuius opprobrium, & iniuriam horrendis ipsam abominationibus polluant ut despectam filij tenebrarum; opportuna subuentio tribuatur.

52 Sane in succurrendi prædictæ terræ proposito, quod habemus, charissimus in Christo filius noster Rex Francorum illustris (in quo indeficientem constantiam murum & inconsuissimam parietem in defensionem suam contra quoslibet impetum semper deuotio, ac religio reperit Christiana) propriam nostro conformans desiderio voluntate, auditis singultuosis suspirijs terræ illius de imminentibus eidem intolerabilibus angustijs & pressuris; circa illam misericordia multa motus, tanquam strenuus Christi pugil, ac magnificus Christianæ fidei propugnator, ad liberationem ipsius terræ animum erigens; mente deuota suscepit viuifice crucis signum, & ad vota properans persoluenda, disponit in proximo cum ingenti comitum, baronum, nobilium, & aliorum multitudine, præuio salutis angelo, transfretare: ac exuberantis sui feruorem affectus demonstrans ex operibus euidenter, primogenitum & duos ex alijs natis suis crucis voluit charactere insigniri; proli non parcens propria, nec illam periculis & laboribus dubitans exponere, ut extremæ se præfatæ terræ necessitati possit copiosius subuenire: ubi non est dubium Creatorem nostrum proprio non parentem Filio humani salutem generis dignanter fuisse, nec minus misericorditer operatum. In quo ipsum Regem eo speramus acceptius Deo seruitium exhibere, quo idem velut carbō ignitus mortuos carbones accendens, & velut cortina cortinas trahens ad prosequendum hoc salubre negotium, plures animat, & inuitat. Ad quod, eius sectando vestigia, proculdubio inducantur; dum tantum principem pro æterni Patris contumelia vindicanda non solum in persona laborare propria, sed & sobolem suam tam inelytam, tamque adhuc ætare teneram affectu (quo genitores in filiorum afflictionibus plus interdum cruciari assolent quam etiam in seipsis) deposito, & dilectioni Dei, cui super omnia placere satagit eius totaliter debitis obsequijs postposito, tot diuersis hac occasione ineuitabiliter incumbentibus, mandare periculis intuentur.

53 Nos autem in hoc sic pio, & necessario Christi, & Christianorum negotio non intendentes inueniri desides, vel remissi, pro terra succursu prædictæ per diuersas orbis partes prædicari mandauimus verbum Crucis; sperantes quod per fortitudinis prædicti Regis robur, cruce signatis alijs, & cruce signandis sibi assistentibus; ac illo, cuius factum agitur, & pro cuius fide certatur, specialiter manum ad hoc su auxilij porrigente; terra eadem a vehementibus, quibus opprimitur, tribulationibus respirabit, & expectatæ diutius releuationis beneficium consequetur. Et quoniam ad huiusmodi laudandum negotium, quod memoratus Rex pro diuini timore hominis, & amore suscepit magnanimiter promouendum, sumptus ferè innumerabiles requiruntur; nos, optantes illi ad hoc opportune subuentionis au-

De adducta in discrimen Christiana re.

Clementis in S. Ludouic, encomia.

S. Regis zelum Pontifex promouet.

Triennale ad alendum militem decimam artauit.

xilium non deesse, decimam trium annorum omnium reddituum, & proventuum ecclesiasticorum in toto regno Franciæ (illis, qui ad loca quæuis hospitalis S. Ioannis, & domorum militiæ templi Ierofolymitani, ac S. Mariæ Theutonicorum; siue ad ecclesiasticas personas, signo crucis assumpto, in primo generali passagio in prædictæ terræ personaliter subsidium profecturas; quas ab huiusmodi præstatione decimæ a tempore susceptæ crucis ipsius haberi volumus excusatas; pertinent, dumtaxat exceptis) in subuentionem prælibati negotij Regi præfato per nostras sub certa forma literas iussimus exhiberi. Nec ad vlciscendum iniuriosam Saluatoris offensam, & eripiendum de infidelium perfidorum manibus hereditatem Domini, de bonis, quæ obtinent assumptæ in eius sortem personæ, necessaria conferre subsidia difficultatem debent ingerere, vel reputare molestum; cum hæc bona constet potissime de illius patrimonio provenire.

54 Considerantes igitur, quod instantis ardui adeo, & necessarij expeditio negotij prouidentia magnæ persona indiget, quam experientia reddiderit comprobata; te, cuius ministerio negotium regni Siciliæ, dum pro ipso legationis fungebaris officio, feliciter extitit consummatum; tamquam illum, de cuius industria & circumspectione inter cæteros fratres nostros Romanæ videlicet ecclesiæ Cardinales, certam habemus fiduciam; ad exequendum prædicandæ crucis, ac exigendæ decimæ in regno ipso negotia specialiter deputamus, Quare mandamus, quatenus laborem tuis robustis in hac parte impostum humeris, onera perseueranter & constanter deferre grandia consuetis, in animi promptitudine suscipiens sufferendum; de diuina gratia & apostolico, vbi & quando expedierit, in præmissis tibi affuturo, fauore consilus; circa commissa tuæ diligentia huiusmodi negotia, eorumque promotionem sollicitudinem, ac solertiam, prout opportunum fuerit, adhibeas studiosam. Verum vt in hoc eo vtilius te valeas exercere, quo plenior ad id a nobis assecutus fueris potestatem; tibi in prædicto regno Franciæ plenæ legationis officium de fratrum nostrorum consilio præsentium auctoritate denuo committimus, vt ibidem euellas & destruas, dissipas & disperdas, ædifices & plantes, sicut videris expedire; concessa tibi contraditores, & rebelles quoslibet per censuras ecclesiasticas, appellatione postposita, compellendi, libera facultate, &c. *Dat. Viterbij III. non. maij anno III.*

55 Significauit etiam sancto Regi a vestigalium ecclesiasticorum decimas ad instruendum belli sacri apparatus attributas. Ingrata ea res admodum fuit Gallicano clero, suorum commodorum, quam rei Christianæ tuendæ cupidori: vtq; oneri subduceret humeros, ad sedem Apostolicam decreuit b oratores, qui insulsa oratione expugnata ab infidelibus Hierosolymæ, afflictaque orientalis ecclesiæ causam in crebras exactiones decimarum detorsere. Repulit oratorum dicta Clemens, atque subiectis argumentis refregit, c

Decanis & capitulis.

Remensis ecclesiæ, & suffraganeorum ipsius, & nunciorum vestrorum adiecta relatio de varijs exactionibus, quas ecclesiæ Gallicanæ querimini cum iugo diutina seruitutis indictas, in grauem nimis; quamuis nec ratione sussultam, nec veritate munitam, obstrepere querelam; quosdam casus aduersos, quos ex ipsis exactionibus

emeruisse parum prouida nec veridica præsumptione supponitis, satis effranate, nec minus infrunite etiam repetentes; dum Ierusalem anathemate pollutam propter exactionem decimæ stare coram Crucifixi hostibus nequiuisse dictarum literarum tenor asseruit; & ipsarum actor nimis inconsulte, quasi similia comminans, orientalem ecclesiam propter exactiones huiusmodi ab obedientia ecclesiæ Rom. subtraçam, quasi veritatis omnino expert & inscius affirmavit; supplicationem tandem, vt charissimo in Christo filio nostro Ludouico Regi Francorum illustri decima in Terræ sanctæ subsidium minime concedatur, sub verborum, licet satis reuelato velamine, in epistolæ calce supponens.

56 Sane non est laudandum supplicantis ingenium: profecto nec supplicationis superiori saltem porrigendæ fama laudabilis, per quam audientis animus vel irritari posset opprobrijs, vel minis obductis quantumlibet commoueri. Verum quia nescit ab amore charitas etiam læsa recedere, vt ille aperte indicat, qui & onerosos consolatores suos ad subuersionem sui meriti conuerteritur, & tamen se illorum amicam veraciter confitetur; nos etiam post exprobrata nobis Christianitatis opprobria, & post audita, sed benigne contempta, verba tumentia, seruantes ad vos solidæ charitatis amorem; paterne vobis decreuimus respondendum, vt ostendentes vestri causæ erroris, & vos more patrio corrigentes, ad veritatis semitas ab inuio reducamus. Et quidem vellemus vos afflictionum & percussionum, quas Dominus habitantibus in valle miseræ mundi huius infligi patitur, causas varias plenius attendisse: nec enim afflictio quælibet peccatum in eo, qui affligitur, præsupponit: nam & iustus interdum affligitur, non pro diluenda culpa præterita, sed pro vitanda futura; sicut & vas electionis de seipso faretur, dum se colaphizari carnis stimulis asserit, ne per reuelationum magnitudinem extollatur. Quamquam vero in afflictione iusti, nec præcedens, cum non subsit, culpa diluitur, nec subsecutura timetur: sed, sicut perhibet Veritas in cæco nato, id agitur, vt fiant Dei opera manifesta; & nihilominus afflicti, velut in beato Iob, virtus eluceat, ac meritum ipsius cumulus, sicut ex multiplicata eiusdem sancti remuneratione perpenditur, augeatur. Hæc si literarum earundem artifex prudentius discussisset, nequaquam ad Israelis nostri exprobrationem tam temerarius proflire tentasset: cuius conceptum reprobum, quo videtur inaniter concepisse, ac imprudenter asserere, quod secum trahat subuentione decimæ anathema; his diebus virtus Altissimi negotium regni Siciliæ, pro magna parte in decimæ subuentione deductum, tam dignanter, tam celeriter, non sine multa exaltatione totius Gallicæ nationis, expediens; apertissime reprobat.

57 De prædicta quoque orientali ecclesiæ substitisset eiusdem artificis inuestiua consultus, vt causam separationis ipsius ab ecclesiæ Rom. non fingeret, quam nec veritas habuit, nec in aliquibus vnquam tractatibus, etiam orientalium, in querelam duxit assertio, nec deducere potuisset: præsertim cum antiqua & authentica scripta testantur, occasionem separationis huiusmodi quendam Constantinopolitanæ sedis antistitem, [is erat Photius] præstitisse, qui iuste apostolico iudicio patriarchatus dignitate priuatus, post subductum de medio substitutum ipsius S. Iгна-

Simon Card. cõfessæ rei Siculæ gloria clarus.

Legationis & decimæ exigendæ munus illi de mandatu.

Lib. 3. ep. 33.

Clerus Gallic. Trienniali decimæ impostam fert iniquus. b Cod. M. S. Vallie. sign. lit. C n. 49. pag. 106.

Oratores ad sed. Ap ad rem di scutiendâ mittit e. l. id.

Grego ad cler Gallic lit. Inept rum Præter eccles clader exad decim deriu

Argum impru tia Ci men.

Arg per bel con tos

Recu ta S exta exad decim inueb anath resilla

Origi eccles schim lapsi cau addit

Eori nas graui bus dit.

[S. Ignatium scilicet] multa exhibens pœnitentiæ ac deuotionis indicia, & emendationem vitæ prærendens, obtinuit per Apostolicam sedem [præerat ei tum temporis Ioannes VIII.] gratiose restitui, vel potius reassumi ad patriarchatus honorem: sed tandem ingratus ad gratiam, & iniuriam reputans, quam pertulerat in priuatione iustitiam; damnatas hæreses fuscitans, & schismata excitans, Constantinopolitano eius temporis Imperatore seducto [nimirum Basilio Macedone] prædictam separationem, cuius non causam pro causa confingitis, procurauit. Seruitutis insuper & tributum vocabula, quæ incompetenter earundem literarum toties textura repetit, prudentius silentio patientia præcessisset. Nec enim temporalis subuentio, in nullo cum seruitute communicans, seruituti debuit nominari: nec appellari debuit sub nominis abusione tributum, quod de bonis ecclesiasticis in illius peculiare negotium, qui suo sanguine fundauit Ecclesiam; seu alias interdum exigente necessitate, vel suadente utilitate, deliberatione prouida potestatis apostolicæ plenitudo dispensat; per hæc didragma capitacionis a possessionibus exigens, nec possessionibus sarcinam tributariæ pensationis imponens, cui nec digne importunitas exactoris imponitur; nec debitorum solutionem denegantium debitam, & propter hoc excommunicationum sententias & irregularitatis incurantium notam; contumax pertinacia, vel pertinax contumacia rationabiliter imputatur. Quæ namque fabri culpa, si cultello incisor abutitur; vel si forsan in illum ultro perire festinans, & indiscretus impingit? Numquid importunitatem huiusmodi compescere sedes eadem Apostolica requisita contempsit? An sententijs iisdem inuolutis, & satisfacere uolentibus absolutionis beneficium, vel alterius accommodatæ prouisionis remedium denegauit? Porro iuste in se culpam quis aggrauat, quam iniuste in alium intorquere festinat. Hæc ex uestris collecta literis, breui satis epilogo comprehensa, transcurrimus; non indigne transeuntes ad alia, quæ præter earundem literarum seriem procuratores uestri de uestro speciali, ut dixerunt, mandato, ad quod implendum se suis iuramentis obligauerant, coram nobis & nostris fratribus imprudenter effundere, immo potius impudenter euomere præsumperunt.

58 Primo quidem quod uobis elegeratis potius excommunicationum sustinere sententias, quam nostris circa huiusmodi obedire mandatis; adijcientes secundo ad prædicti confirmationem erroris, iam apud uos infixam & immobilem transisse sententiam, quod non cessaret exactio tributorum, donec cessaret deuotio subditorum. O miserabilis, nedum mirabilis in personis tam grauibus temerariæ præsumptionis audacia, quæ salutis prope prodiga, & in eius detrimentum armata, obedientiæ, quæ cunctis uictimis est præstantior, anathema præponit; & abbreviatam adeo manum iudicis generalis vicarij Iesu Christi, ut non post contemptas suas sententias habeat ultra quid faciat, qui tamen & contemptores huiusmodi priuare potest habitis beneficijs, & inhabiles reddere ad habenda: deponere, degradare, & exequi quod statuit, inuocato brachio seculari: ut si cessat subditorum deuotio, non dormitet coercitio contemptorum. Quamquam illa terrere plus debeat executio contumaces, quam in cælis ille prosequitur, qui ligatum apud se re-

putat, qui a suo vicario, exigente iustitia, ligatur in terris. Figmentis denique indebitæ remurmurationis explosis, si unusquisque uestrum sui pectoris penetrabile passibus intentæ meditationis introeat, & negotij qualitatem imminuentis attendat, proculdubio causæ uindictæ pœnitentiæ ac pudoris occurrent. Nonne pudere debet pariter & tædere, quod ad impediendum commune religionis Christianæ ac fidei orthodoxæ negotium, sic uestri prorupere conatus; ut terræ prædictæ, quasi totaliter manibus inimicorum expositæ, tantæ opportunitatis tempore; prædicto uidelicet Christianissimo Rege, cum multorum magnatum & aliorum regni Franciæ, diuersarumque partium multitudine, se ad illius præparante subsidium? manus auxiliij subtrahatur: cum decuisset uos potius auxiliatricem liberalitatis offerendo dexteram, celeris oblationis promptitudine, in hoc laicos præuenisse?

59 Attendite, attendite qualiter clericalis ordinis nostri temporis professores, nomini conformem, si cum iuxta debitum professionis huiusmodi pars Domini censeantur, partem etiam modicam in bonis, quæ de patrimonio ipsius percipiunt, denegare nituntur eidem. Profecto Regis saltem memorati consideratio debuerat uobis in ijs silentium indixisse, ut considerantes attentius, qualiter ipse ob uindictam sui Redemptoris opprobria, sua effudit, cum in ipsum onus quasi totius sui exercitus refundatur; postponit regnum, se, ac suos exponit; ori uestro custodiam & ostium circumstantiæ labijs poneretis, ne de cuiuscumque subuentio concessionibus sibi ad hoc faciendæ murmur erumperet, aut querimonia resonaret: præsertim cum ex eo nimirum uos conscientia deberet arguere, quod laicis onera gratia ultro sponte subeuntibus pro tam necessario crucifixi obsequio, uos inuitati, contracti subire leuia etiam recusatis. &c.] interiectis in eandem sententiam nonnullis, rescissisque omnibus eorum prouocationibus, imperatas pro instauranda re Syriaca decimas soluere iubet. *Dat. Viterbij VIII. kal. octobris anno III.* Instructus a est ad decimas, collocandas in sanctissimo opere, in quo de fide amplificanda tuendaque agebatur, exigendas Simon Card. in Gallijs legatus summa auctoritate: omniaque priuilegia, quibus plerique, ne eas persoluerent, se tuebantur, abrogata.

60 Agunt de eodem legato Simone tit. S. Cæciliæ presbytero Card. auctores: e quibus Gaufridus b refert rem dignam memoria: S. Ludouicum cum eodem legato agitaſſe de blasphemæ crimine abolendo, ordinumque regni conuentu habito, sanctissimam legem de eo excindendo tulisse, cuius auctoris uerba, utpote quæ S. Regis zelum illustrent, adducemus: *Præcipue circa cultum diuinum & exaltationem fidei Christianæ eius intentio uersabatur: nam plurimum anxietate & compatiabatur cor eius super pestem illam generalem, quæ ab antiquo noxia occupauerat specialiter regnum suum; uidelicet uitium iurationum turpium, & blasphemiarum in Dominum, & in sanctos ipsius. Zelo igitur diuino permotus, & solenter cogitans qualiter hæc execrabilis noxia posset ad honorem Dei de regno suo radicitus extirpari; habito prius consilio diligenti cum domino Simone S. Cæciliæ presbytero Card. tunc A. S. L. in Francia, auctoritate ipsius legati & sua conuocati sunt Parisijs maiores de regno, tam principes quam prelati, ut super hoc damnabili uitio refræuando, uel potius destruendo*

Exprobrat in S. Rege iuua do laicis inferiores.

Debuisse egregia, illius exempli imitari.

a Lib. 3. ep. 32.

b Gaufridus a bello loc. in uita S. Lud. c. 32. Nang. in gest. S. Lud. Agitat cū legato Ap. S. Ludouici de pietate restituenda.

Episcopo-rū & procerum cōuentus agio.

Negat ecclesias ob exactio-nes decimæ in seruitutem redigi.

Arguit a-pertam rebellionē comminatos.

Eorū minas alijs grauioribus reuocant.

apponeretur consilium & remedium salutare. Igitur a domino legato facto super hac materia sermone solemniter plurimum effiace, Rex catholicus, zelo sancto succensus, ore proprio fecit super hoc exhortationem deuotam, & rationibus validis & apertis subnixam. Igitur de communi consilio, & assensu edidit pius Rex generale statutum, quod per totum regnum seruari & promulgari voluit. Extat illud decretum apud Ionuillam a verbis Gallicis, apud Nangium b vero Latinis conceptum, in quo plures optimæ leges ad regnum egregie temperandum, ac diuinam gloriam asserendam adiunctæ: quarum præcipuas ad pietatem spectantes afferemus. In primis vt iudices integritatem seruarent, hæc sanxit.

61 Iurabunt donum, seu munus quodcumque a quacumque persona per se vel per alium non recipere in pecunia, argento, vel auro, vel rebus alijs quibuscumque mobilibus, vel immobilibus, vel semouentibus, vel beneficijs personalibus siue perpetuis; præter esculenta & poculenta, quorum valor in vna hebdomada summam decem solidorum Parisiensium non excedat: & quod dicta bona, seu beneficia dari vxoribus, liberis, fratribus & sororibus, nepotibus vel consanguineis, vel consiliarijs, seu domesticis suis minime procurabunt: immo bona fide diligentiam adhibebunt, ne vxores eorum, vel alia persona proxime nominata, dona vel munera recipiant. Quod si fecerint, ex quo sciuerint, eos ad restitutionem bona fide compellent, sub debito iuramento. Et infra ad magistratum subditorumque mores componendos, franda blasphemorum ora, tollendos e republica ludos, & impudicitiâ coerendam, hæc constituit.

62 Volumus & precipimus, quod balliui nostri & alij, qui sub ipsis quodcumque officium tenent; nec non & omnes, qui vadia nostra recipiunt, ac vniuersi subditi nostri abstineant ab omni verbo, quod vergat in contumeliam & contemptum Dei, vel Matris sue, vel sanctorum ipsius: a ludo etiam cum taxillis, siue aleis; & a fornicatione & tabernis. Scholas etiam deciorum prohibemus omnino, ita vt tenentes eas districte puniantur: fabrica vero deciorum prohibeatur vbiq; in regno nostro. Expellantur publice meretrices tam de campis, quam de villis. Quicumq; domum publicæ meretrici locauerit, meretricesque in sua domo receperit, quantum valet pensio domus vno anno bailliuo loci vel præposito soluere teneatur. Nullus recipiatur ad moram in taberna faciendam, nisi sit transiens vel viator, vel in ipsa villa non habeat aliquam mansionem.

63 Addunt Gaufridus & Nangius laudandum seueritatis regis, non multo post a promulgato illo edicto, in quodam ciue prædiuite blasphemis contumaciter exemptum statutum: Post c edictum huiusmodi publicatum quidam cuius Parisiensis conditio nis mediocris, inboneste valde iurando, blasphemauit in Deum; quem Rex iustus absque misericordia cauterizari præcepit in labijs ferro candenti in peccati sui memoriam sempiternam, & ad aliorum exemplum. Super quo cum multi secundum seculum sapientes propter hoc contra Regem verbis maledicis murmurarent, audiens sæpe Rex magnus, & sciens esse scriptum: Beati eritis, cum maledixerint vobis homines; iuxta illud: Maledicent illi, & tu benedices; dixit verbum catholicum, videlicet quod desiderabat potius simile cauterium sibi in labijs esse factum, & quoad viueret talem indecentiam sustinere, dummodo huiusmodi pernitiosum vitium de regno suo penitus tolleretur. Præterea cum tunc temporis ipse dominus Rex quoddam opus fieri præcipisset,

quod communi utilitati conferre non modicum videbatur; super quo Parisiis a beneficia habentibus multas benedictiones habebat, dixit quod maiorem mercedem a Domino expectabat pro maledictionibus, quas occasione illius cauterij incurrerat, quam pro benedictionibus, quas habebat pro illo beneficio generali. Igitur Rex noster per Regem Iosiam congrue & merito designatur, in cuius laudem scriptum est, prout præmissimus, quod tulit abominaciones impietatis, & gubernauit ad Dominum cor suum, & in diebus peccatorum corroborauit pietatem in cultum diuinum. Hactenus de sancto Rege, qui dum aliena regna Christo comparare meditaretur, etiã Galliam vera pietate imbuere non prætermisit. Iam ad institutam de expeditione sacra, cuius ille erat auctor maximus, orationem redeamus.

64 Non petita tantum ex Gallijs, verum ex alijs regnis occidentalibus auxilia; Ottobonum enim in Anglia legatum Londini sacræ expeditionem pro reparanda Terra sancta promulgasse, Vvestmonasteriensis tradit a; ac tum inter alios Thealdum archidiaconum Leodiensem, qui postea sub Gregorij X. nomine Dei Ecclesiã rexit, assumpta cruce traiecit: sua que cõtulit Longinus b historiẽ Guidonem Cisterciensis ordinis tit. S. Laurentij in Lucina presbyterum Card. Apostolicæ sedis in Polonia legatum (illum nos antea c Dania euocatum vidimus) habito præsulum concilio, capeffendæ crucis pro Christiano non ine tuendo, propulsandisque Saracenis edictum denuntiasse: hortatum Polonos, vt vires opesque conferrent: amplissimas proposuisse indulgẽrias, quas qui lucrari vellent, in arcas in ecclesijs expositas stipem pro sacri belli sumptibus in pendendam, inferebant: quod pariter in ceteris regnis ac prouincijs occidentalibus factum videtur.

65 Ad coniungendos vero mutuo fœdere Venetos ac Genuenses, ne res Syriaca grauiores iacturas pateretur, atque expeditio sacra feliciter confici posset, Pontificem ac S. Ludouicum summam operam contulisse, refert diarium Venetum c: ij enim populi maritimo se bello infectabantur. Quod ita describit Santtus: d Eodem anno xv. augusti Lucas de Grimaldis cum xxv. galeis Ianuensium portum cepit Ptolemaidæ: nec sinebat intrare aut exire nauigium, quod ipsi non caperent, & Tyrum conducerent; combusseruntque duas Pisano-rum naues. Sed xxviii. die eiusdem mensis applicuerunt ad portum xxviii. galea Venetorum: Ianuenses vero, vt illorum cognouerunt aduentum, primum quam potuerunt de portu exeuntes versus Tyrum arripere iter. Veneti vero illos continuo infecti sunt, & captis ex eis quinque galeis Ptolemaidam rediere. In crastino autem redeuntes Tyrum, recessisse inuenerunt, & aliquandiu infecti sunt. At quamuis Põtifex & S. Ludouicus ipsos redigere in concordiam niterentur, necdum exasperata odia lenire potuerunt. Andreas vero Dãdulus e Genuenses, pacis oblatas leges repudiasse, pertrinitur hisce verbis: xiv. ducis anno etc. Et infra: Nunc etiam legati Papæ, & Ludouici Regis Francia, & Caroli Regis Siciliae Venetijs accedentes, a duce requirunt, vt Terræ sanctæ compatibles, ad quam idem Ludouicus iam proficisci ac creuerat, ambasciatores pro tractanda cum Ianuensibus pace seu tregua secum mittat. Quorum requisitioni assensientis dux, Ioannem Dandulo, Marcum Quirino, & Federicum Iustiniano, de sua intentione informatos, cum ius mandauit Ianuam. Sed Ianuensis elati requisitionem Papæ & Regum despiciunt, & ambasciatores Venetorum conuenienter recepti ad propria

Apud Ionu. in his. S. Ludou. p. 2. b Nang. de reb. gest. S. Lud. hoc ann. Prohibet a iudicib⁹ munera accipi.

S. Regis leges in blasphemias & lufores.

Meretrices vnde cumque efficiendæ.

Statutum in blasphemio seueritatis exemplum.

c Ionuill. apud Gaufrid. e bello loc. in vit. S. Lud. post cap. 32. Maledicta in ipsum propterea iacta spernit S. Rex.

Memoranda illius vox.

Alia in sancta dignissima.

Synac. expeditio in plur. regni. mulg. a v. Flor. Ab O. bono C. din. Angl. b L. ad 1167. A. G. Card. Polonia.

Ad Venetos & mouens reuoc. dos. cord. nauat. opera. c. D. net. M. d. S. l. 3. cap. 8. Mutu. le. c. attend.

S. me. de. ecc. con. d. c.

And. Ven. cap. 32. S. Rex. Al. mar. S. P. pro. c. illa.

pria redierunt. Subiicit auctor de Regis Hierosolymitani morte, additque: *Post Hugonem Ierusalem & Cypri Regem Vgo de Liffignano consanguineus succedit;* quibus Iordanus cōsentanea tradit a. Sed ad Clementem pro restituendis regni Hierosolymitani rebus defudantem, redeamus.

66 Non occidentem modo aduersus Saracenos commouebat, verum totum etiam orientem concitare nitebatur. Palæologo enim Imperatori Græcorum, qui ob clades Armenis inflictas a Saracenis magno se mœrore perfunctum Clementi significarat, rescripsit b; si ex animo Christianum nomen in Armenia ab infidelibus deleri lugeret, profliret in arma, coniungeret se Ludouico Francorum Regi; qui tribus cum filijs crucem induerat, vt diutius bellum sacrum geri posset, nec Christianus miles ducem desideraret, dum œcumbentē aliquo, alius ductandis copijs succederet; si timeret sibi suisque a Latinis, posse Imperium suum in tuto collocare, si Rom. ecclesiæ Græcam coniunxisset.

Viro magnifico Palæologo Imperatori Græcorum illustri viam agnoscere veritatis.

Si pressuris compateris Terræ sanctæ, si charissimi in Christo filij nostri illustri Regis Armenia, vt scribis, damna deploras, tuum in hac parte cōmendamus affectum: quem propensius vtique laudaremus, si affectui responderet effectus. Ecce siquidem si ex animo crucis persequeris inimicos, tempus imminet, satis proposito tuo congruum. Iam quidem charissimus in Christo filius noster Ludouicus illustris Rex Franciæ se cum filio primogenito & duobus alijs sequentibus crucis caractere insigniuit cum multis comitibus & baronibus, militibus & plebeijs. Et ne tantum negotium perfunctorie profequi videatur, illud duxit longo præsidio fulciendum, tres filios iam adultos, sed multum iuuenes secum ducens, vt si diuina forsitan ordinatio ex eis aliquem a præsentis peregrinatione subtraxerit, supersint alij, qui velint & valeant rem incœptam feliciter cursu prospero continuare. Sane totum occidentalem populum excitamus, qui tam nostris ordinationibus quam Francorum exemplis prouocatus ad opus simile se accingunt. Si ipsi ex vno latere impugnantibus Agarenos, tu ex altero certare volueris contra ipsos e propinquo, iam poterunt inimici crucis & fidei sectæ suæ pestiferæ præstolari ruinam.

67 Quod si dicis te timere Latinorum incursum, si terram quam possides ducto tecum exercitu nudam relinqueres, & quasi penitus immunitam, non est longe quaerenda responsio: nam in te est timorem huiusmodi a radice præcidere, si ad Rom. Ecclesiæ rediens vnitatem, eius consilij salutaribus acquiescens; proferendis, rigore iustitiæ temperato, mandatis humiliter obedire volueris. Nec tuæ potest excusationi proficere quod scripsisti, prælatis scilicet & clero non tibi vel populo tuo impingendum, si nobis obedientia debeat, quod tu in prælatis & clerum longe maiorem, quam deceat, obtines potestatem: quibus & contra Deum & omnem iustitiam in errore huiusmodi credere non deberes, sed eosdem tanquam schismaticos euitare, si coercere non valeres, &c. *Dat. Viterbij xvi. kal. iunij anno 1111.* His Clemens sollicitabat schismaticum principem, vt ad Ecclesiæ sinum rediret: sed de his paulo inferius agendum, ne cœptum de bello sacro sermone abruptamus.

68 Adductam in extremum discrimen Armeniam, ac grauissimis cladibus ab infidelibus hisce temporibus attritam, aliæ etiam Clementis literæ docent, quibus Armenia Regem Pontificis fidem, ac Latinorum auxilia implorantem citissimi auxilij expectatione excitabat a, ac mœrentem solari nitebatur.

Regi Armeria.

Iniuncta nos excitat seruitutis officium, doctrina nos admonet Apostolica, vt ex paternæ compassionis affectu infirmemur cum infirmantibus, & cum scandalizatis vramur. Quod in tuis calamitatibus, fili charissime, nuper, plusquam vellemus, experti (saluo tamen in omnibus diuinæ beneplacito voluntatis, cui nos decet nostram in omnibus conformare) casu liberorum tuorum, & excidio tuæ gentis ac depopulatione regionis auditis in multa cordis amaritudine, regiæ maiestati compati, damnaque tua, totiusque populi Christiani aeternam recto iudicio deputantes, flendum credimus esse cum flentibus; consolationis diuinæ expectantes beneuolum solatium, qui post tempestatem tranquillum facit, & post mœrorem & lacrymas exultationem infundit. Scimus quidem, quod & tota profiteretur Ecclesia, te transmarinum Latinum populum ex varijs nationibus inibi congregatum diuersis pro tempore tuis liberasse præsidij, te ciuitatis Antiochenæ ciuibus in suis necessitatibus assistisse, te crucis hostibus totis viribus restitisse, te cæteris omnibus nationibus Francorum amicitias prætulisse, te sedis Apostolicæ preces & monita seu mandata in omnireuerentia suscepisse. Quis igitur præstolari non debeat, eius tibi misericordiam affuturam, qui super te tot & tâta flagella multiplicans tuam voluit examinare constantiam, vt eo purior ex eas de fornace, quo flamma fueris acerbior purgatus? &c. [imminentis Latinorum auxilij, qui crucem in signum deuotæ Christo vitæ susceperis, spe atque expectatione mœrentem excitat, atque erigit.] Leua ergo ad cælum oculos, & auxilium imminens patienter expecta, particulari subsidio interim destinato, quo terra valeat sustentare. Nec te tuosue terreat male solida Babylonici Soldani superbia, quam ad tempus ascendere permisit Dominus, vt elatum allidat grauis: & populum fidelem humiliari voluit, vt gloriosius exaltaret. Demum apocriphos tuos benigne recepimus, & tuæ deuotionis munera gratiarum actione profequimur, tuis petitionibus, quantum licuit & deceuit, exauditis. *Dat. Viterbij xvi. kal. iunij anno 1111.*

69 Dum constabantur in occidente copia, vt laboranti Armenia succurreretur, ne interim Armenus sub Babylonici Soldani potentia ac furore fatisceret, Clemens patriarcham Hierosolymitanum & Palæstinæ proceres excitauit, vt quibus possent auxilijs Aytonum Regem Armenia fulcirent, nec defendendæ Antiochiæ deessent: b *Cum charissimus filius noster Rex illustris Armenia, Domino permittente, qui quos recipit filios, corrigit & castigat, per Babylonici furorem exercitus attritus grauiter fuerit & oppressus; & sit eo dignus in suis necessitatibus adiuuandus, quo ad nostram deuotionem se reddidit hætenus promptiorem; vestram deuotionem hortandam duximus, attentius absecrantes, quatenus salua terrarum vestrarum custodia omne consilium & auxilium, quod poteritis, impendatis eidem, ad terram suam, si opus fuerit; & tam ei quam dilecto filio principi Antiocheno ad ciuitatem Antiochenam contra inimicos Christi defendendam.*

Q 3 dam.

Armenia Regē ab infidel. de presum solatur Clemens.

a To. 2 ep. 328. ext. etiam in formular. Marin. E. buli pag. 54. & 289

Necatus alter filius alter capus ac ditio va. flata.

Diuinæ misericordiam spe erigi iubetur.

Ob prestita catho. licis officia ipsi nō defutura.

Auxiliares aliquas copias transmitti. Maiores postea sequuturas.

b Ibid. ep. 326. Patriarcha Hierosol. iussus crucis sign. copias ad Armen. & Antioch. defendendas contrahere.

1. Iord. M. S. Vatic. signat n. 1960. Armeni a Sarac. magnis cladibus attriti.

2. To. 2. ep. 327. Palæolog. conceptu ex ijs doctorem significat Pontifici.

Pontificis ad Palæolog. resp. sum.

Exemplo S. Ludouici ad arma capessenda excitat

Ho duce occidentē ad bellū accingi.

Si Latinos metuere deat ad ecclesiæ coniunctionem.

Imperia esse potest schismaticos præules coercere.

Antiochia
& Sarac.
oppugna-
ta.

A Rege
Armenie
defensa.

in Scer. in
annal. a-
pud Canis
70.1. antiq.
leat. p. 385
b Bern. in
chron. Rō.
Pont.
c Ioan.
Vill. l. 7.
cap. 18.
d Long.
hist. Pol. l.
7. hoc an.
a Siff. ep.
lib. 2. an.
1269.
f Mon. Pad
chron. l. 3.
g Sanut. l.
3. p. 12. c. 8

dama. Dat. Viterbij xvi. kal. iulij anno III. Cum præcipiat Pontifex, vt principi Antiocheno promptissima auxilia suppeditentur, atque ad defendendam Antiochiam aduolent, constat Antiochiam hoc tempore a Saracenis oppugnatam fuisse: cumque Armeniæ Rex, ad Latinorum, eblandienda auxilia, inter cætera Latinis exhibita officia proponeret, se Antiochiæ ab hoste opprimendæ auxilio opportuno non defuisse: a Saracenis diuturna obsidione cinctam, pluribusque impressionibus hostilibus tentatam apparet. Et quidem Henricus Stero ^a, Bernardus ^b, Villanus ^c, Dlugoschus ^d, alijque hoc anno captam tradunt: cum tamen florentissimæ vrbis patriarchalis sedis dignitate insignitæ excidium alij, vt Sifridus ^e, monachus Patavinus, ^f Sanutus, in sequentem annum referant; cui postremæ sententiæ fauet hæc ratio, nullam illius cladis mentionem reperiri in literis pontificijs sequētis anni, in quo de illius infelici expugnatione rursus cum Sanuto nobis sermo erit; nunc illatos hoc anno coniungamus crudeles Bendocdaris impetus ad excindendas reliquias Christianorum, & inexpiabile illius odiū, quæ ita describit Sanutus; *g* *Secundo die maij Bendocdar venit ante Ptolemaidam: & dum eorum nonnulli insignia portant Hospitalis & Templi vsq; ad quingentos pauperes, qui pro lucro ad herbas & huiusmodi venerant, incautos interimunt: ferturque quod sel cuiusque extraxerint, & pellem capitis excoriarerint vsque ad aures. In crastino Soldanus retraxit se vsque Sabet: & xvii die mensis ante Ptolemaidam rediens, turrem viridariorum, arbores, vites, & quacumque potuit demoliri iussit.*

70 Perhorrescit certe animus, ac diuinæ prouidentia Christianorum crimina felicibus adeo Saracenorum successibus plecentis consilia adorat, extulisse se adeo ipsorum res ijs temporibus, atque ita triumphasse de nomine Christiano; cum non modo Galli, Angli, Germani, Poloni, Syri, Armeni, in eos ad arma procurerent; verum, etiam Tartari egregie Christianam religionem affecti, ac non orientis modo, sed totius orbis quoque partis maximæ domitores, in eos conspirarent. Elchani enim Apuchæ seu Abagæ bellicosissime illius gentis principi significanti, se Christum crucifixum adorare, ac vna cum socero ad excindendos Saracenos, se Christo deuouisse; exultanti que Manfredum a Carolo prostratum fuisse (tantæ enim victoriæ fama vniuersum orbem peragrata) gratulatus esse: docuit Ludouicum Galliarum & Theobaldum Nauarræ reges, totiusque occidentis populos sacræ expeditionem mouere: certiores se prius ipsos sacri eius consilij facturum.

Viro illustri & magnifico principi in gente nobili Tartarorum Elchani Apacha in presenti gratiam Creatoris, & in futuro gloriam obtinere.

Nuper virum nobilem tuæ magnitudinis nuncium benigne recepimus, & ab eo sub tuo nomine quasdam recepimus literas; & quæ nobis per interpretem exponere voluit, intelleximus diligenter. Sane licet literas, quas exhibuit, nullus de his, qui erant in nostra curia, legere nobis sciuit; nec tu, sicut alias feceras, in lingua Latina scripseras nobis; solis verbis illius, qui eas attulit, oportuit nos intendere, & iuxta qualitatem illorum tuæ magnificentia respondere. In primis igitur gratias agimus Deo nostro, bonorum omnium largitori, quod tui cordis illuminauit oculos; & eundem agnoscens, &

eius Filium vnigenitum pro salute humani generis Crucifixum humiliter adorares, & crucis suæ vexillum reuerenter honorares. Ecce gaudes, vt asseris, de victoria, quam habuimus in regno Sicilia, cuius Manfredus, naturalis filius Frederici quondam Imperatoris Rom. temerarius occupator, per manum validam charissimi in Christo filij nostri Caroli, cui regnum idem concessimus, in bello campestri regno cecidit priuatus & vitam cum perfidorum Christianorum & Saracenorum multitudine copiosa. Ecce Reges Franciæ & Nauarræ cum multis comitibus & baronibus & militibus & alijs infinitis, Terræ sanctæ negotium assumentes, crucis insigniti caractere, contra crucis & fidei inimicos se viriliter præparant, & potenter; iamque de regionibus alijs multi magni & parui eorum prouocantur exemplo, vt Christi nomen totis exalcent viribus, vt potentiam Saracenorum, sectam etiam & nomen extinguant.

71 Verum super his quæ scripsisti, quod videlicet similiter cum tuo socero adiuuare Latinos intendis, gratias tibi referimus copiosas. Quo tamen nostri proponant venire itinere, rescribere tibi non possumus, Regibus inconsultis; sed eisdem significabimus tuum & soceri tui consilium, vt melius deliberare valeant, quid eis videatur agendum, & super his per certum nuncium, tuam magnificentiam possimus reddere certiore. Sta igitur, princeps magne, in salubri proposito; nam sperare debes in Domino, quod si bene ei serueris, tuum firmabit solium, & multipliciter exaltabit. Sua est potentia, suum est regnum, in manu eius sunt omnia corda Regum: quos vult humiliat, & quos vult exaltat; eius nutu vniuersa reguntur, nec est qui valeat eius resistere voluntati. *Dat. Viterbij anno III.]* Vel desciscuisse postea Abagham ad idolorum cultum, vel ad concilianda sibi facilius in Saracenos occidentalium auxilia falso iactasse se Christum colere ex Aytono ^a & Sanuto ^b colligitur; quorum primi hæc verba sunt: *Abagan fuit prudens & dominium suum prospere gubernauit, & fuit in omnibus fortunatus, præter in duobus, quia noluit effici Christianus, sicut extiterat pater suus: immo colebat idola & fidem dabat presbyteris idololatriæ.* Secundum est, assiduis cum septentrionalibus Tartaris bellis fuisse implicitum, vt in Saracenos vertere armorum molem non potuerit. Fauisse vero Christianis memorant: vnde in Perfide, Assyria, Media, Parthia religio propagata est. Nunc a Tartaris ad Græcos veniamus.

72 Missi fuerant antea ab Urbano IV. nonnulli Minoritæ apocrisarij, qui vna cum Palæologo de reuocanda ad Romanæ obsequium Græcæ ecclesiæ agerent: sed mandatæ sibi auctoritatis limites transgressi, ad nonnullas pactones iniquiores descenderant: at eas rescidit Clemens atque orthodoxæ fidei formulam transmisit Palæologo ^c; quo vero consilio, ita in literis a ad Dominicanæ familiæ magistrum aperit: *Quia ex quibusdam indicijs, quæ per legatos & literas insinuant, Græci nimirum, ad salubrem videntur reditum anhelare; nos probare si ex Deo sit Spiritus cupientes, sua professione fidei, quam miserunt, accepta, quam in multis erroneam & in multis inuenimus diminutam, nuper eis in scriptis misimus, quæ cum tota Latina ecclesia firmiter credimus & simpliciter confitemur.* Cæterum, collocata in luce fidei veritate, Pontifex Palæologum hortatus est, vt remotis ambagibus, sinceroque animo ecclesiarum coniunctionem redintegraret.

Apucha
Tartaror.
Imper. in
Saracenos
arma cū
Christianis
coniu-
gere me-
ditatur.
b To. 2. sp.
367.

Oratorē
ad sedem
Ap. mititē

Significat
Christum
colere.

De pro-
strato
fredo
fisse
tiam.

Vna
socero
tinis
lia
in Sar-

Refp-
Tarta-
Pontif-
inco-
tis Re-
non
de be-
certum
nuntia-
dare.

a Ay-
litt. m.
c. 32.
b Sanu-
3. p. 11.

Nun-
Apo-
Græci
circum-
scripti.
Religi-
eori.

c To-
333.
dub. 3.
cur. 1.

Manta-
erone-
Græci
dita
profes-

Palæologo illustri Imperatori Græcorum gratiam, per quam gloriam obtineat in futuro.

Magnitudinis tuæ literas, ac viros prouidos, & discretos latores earum, apocrifarios tui culminis, ad nostram venientes præsentiam serena facie, sed & animo læto recepimus: & eis super omnibus, quæ proponere voluerunt coram nobis & fratribus nostris, audientia benigna concessa, fideles adhibuimus interpretes, qui nostrum eis, & suum nobis in omnibus & per omnia panderent intellectum. Ipsum quoque litterarum uestrarum initium, quod ex Psalmis assumptas spiritalis & nobilis citharædi, cordis tui gaudium manifestans; ex eo iusta ratione conceptum, quod in domum Domini te sperabas iturum; illuc etiam tribus Domini, Latinorum videlicet, & Græcorum pariter ascensuras; acceptum nobis plurimum cum gaudio accepimus exultationis ingentis. Hoc est enim quod & nos totis visceribus concupiscimus, quod & in ipsis missarum solemnibus a Domino petimus incessanter, vt suam videlicet Ecclesiam toto orbe terrarum adunare dignetur. Hoc est quod videre summo opere cupimus, vt ipsius ruinas impleat, scissuras reparet, muros ædificet, & sanctorum custodia muniat Angelorum. Non sunt enim nobis incognita damna populi Christiani, quæ iam dudum Latinorum & Græcorum dissensio peperit annosa pariter, & damnosa: dum diuisos inter se populos, & in sua se aduersis mutuo debilitando conatibus conuersos viscera, frequentius & liberius furor hostilis inuasit, qui eisdem glutino veræ charitatis vnitis obesse minime potuisset.

73 Sane olim ad felicitatis recordationis Urbani Papam prædecessorem nostrum cum tuis literis solemnibus nuncios destinans, tuum modo cõsimili per eisdem nuncios & literas pium desiderium explicando, inter cætera postulasti, vt ad tuam præsentiam apocrifarios suos mitteret seu legatos pacis homines, & pacificos Christi discipulos; non gaudentes in vanitate verborum, neque bono pacis mundanam sapientiam præponentes. Qui, tuis votis annuens in hac parte, viros electos de fratribus Minorum ordine; viros vtique pauperes in hoc mundo, in fide diuites, in lege Domini plenus eruditos; fratres scilicet Simonem de Aluernia, Petrum de Moras, Petrum de Crista, & Bonifacium de Iporegia, cum suis sub certa forma literis ad te misit. Licet autem idem prædecessor noster celsitudinis tuæ literas supradictas cum magno gaudio recepisset, & in ipsis contenta literis sigillatim inspecta pietatis penderet speciem obtinere; ad contentum tamen in eis ordinem, sicut non debuit, sic nec voluit se arcere. Tu quidem eorumdem Latinorum & Græcorum concordiam, dissolutis inimicitijs, in charitate mutua prius decreueras solidandam: & tunc demum videbatur tibi commodior de dogmatibus fidei, & rituum diuersitate tractatus, & ad huiusmodi probationem ordinis ex scripturis authenticis argumenta multa compegeras, ad probandum, quod bonorum sit omnium charitas fundamentum. Ipse vero tuis non obuians argumentis, nec præconia charitatis attenuans, quam sedes Apostolica illibatam seruat ad filios etiam indeuotos; sed fidei primum & solidum fundamentum attendens, sine qua Deo est impossibile placere; non iniuste de consonantia fidei tractatum censuit præmittendum. Absit enim, vt Rom. ecclesiam, quæ nec rugam ha-

bens nec maculam, illam tenet hodie, quam semper hætenus tenuit, fidei veritatem, filios etiam se auertentes ab ea odio prosequi fateamur: cum proculdubio eadem mater Ecclesia iustis & peccatoribus, obedientibus & rebellibus exhibens piæ charitatis affectum, ad salutem omnium, quibus potest modis intendat: nec ideo minus diligere sit censenda, quod interdum, exigente iustitia, peccatorum confringit cornua, qui salutaribus monitis obtemperare contemnunt. Sicut nec recto iudicio dici potest medicus odiosus, qui curandis vulneribus ferrum & ignem adhiberet, quæ lenioris antidoti medicamine non curantur. Stetit itaque cum fide charitas apud ipsam: sed qui fidem contaminant, necessario deserunt charitatem, ad quam nullus est eis reditus, nisi prius, quam non receperant, vel receptam abiecerant, fidei veritatem agnoscant: cum sit illa fons viuus charitatis, cui nullus communicat alienus. *Et infra.*

74 In eis etenim quæ sunt fidei, & veritatem respiciunt, sine qua salus esse non potest, explicite, non sub inuolucro est agendum; ideoque vt in lucem omnia veniant, nec verborum ambagibus intentionis nostræ puritas inuoluatur, tenore præsentium duximus declarandum, quid tibi a prælatis, & cæteris sub tua ditone degentibus faciendum incumbat, vt ad finem eiusdem sacrosanctæ Rom. ecclesiæ matris tuæ, sano fretus consilio, redeas reuerenter. Quod si faciendum, Domino decreueris inspirante, ipsa mater pijsima, filio redenti sinum largissimæ pietatis aperiens, in tuos læta properabit amplexus. Ecce ergo quod corde firmiter credimus, & quod ore simpliciter profiteamur, tibi plane proponimus & exponimus: nec in velamenti ænigmatum dogmata nostra tegimus, sed omnino verbis explicitis & apertis notam esse volumus vniuersis professionem fidei, quam tenemus. Quam a te, clero & populo prædictis exigimus, vt eandem tu & ipsi profiteamini, si ad nostram, vt desideramus, volueris redire vnitatem. Ea insuper, quæ circa eiusdem ecclesiæ Rom. primatum, de cuius veritate nonnulla præfata scripturæ series continebat, a te ac ipsis clero & populo recipi & acceptari volumus, plenius & apertius explicantes.

75 Et quidem credimus sanctam Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, vnum Deum omnipotentem, totamque deitatem coessentialem, consubstantialem, coæternam, & coomnipotentem; vnius voluntatis, potestatis, & maiestatis; creatorem omnium creaturarum, a quo omnia, & per quem omnia, in quo omnia, quæ sunt in celo & in terra, visibilia & inuisibilia, corporalia & spiritualia. Credimus singulamque in sancta Trinitate personam vnum verum Deum, plenum, & perfectum. Credimus ipsum Filium Dei, verbum Dei æternaliter natum de Patre consubstantialem, coomnipotentem, & æqualem per omnia Patri in diuinitate: temporaliter natum de Spiritu sancto ex Maria semper virgine cum anima rationali, dug habentem natiuitates, vnam ex Patre æternam, alteram ex matre temporalem: Deum verum & hominem verum: proprium in vtraque natura, atque perfectum: non adoptiuum, neque fantasmaticum; sed vnum & vnicum Filium Dei in duabus & ex duabus, diuina scilicet & humana, naturis: sed in vnius personæ singularitate impassibilem & immortalem diuinitate; sed in humanitate pro nobis,

Paterno sedis Ap. in Græcos studio

Proposita a Clem. Palæologo tuenda fidei forma.

De Trinitate, ac diuina essentia.

De Christo, & duabus in illo naturis.

De alijs illius mysterijs.

Missi apocrifarij a Palæologo ad Clementem.

Literarum illius anacephalosis.

De nuncijs ab Urb. IV. ad eum legatis.

Habitus a Palæologo tractatus.

bis, & pro salute nostra passum vera carnis passione, mortuū, & sepultum, & descendisse ad inferos, ac tertia die resurrexisse a mortuis, vera carnis resurrectione: die quadragesimo post resurrectionem cum carne, in qua resurrexit, & animam ascendisse in cælum, & sedere ad dexteram Patris, inde venturum iudicare viuos & mortuos, & redditurum vnicuique secundum opera sua, siue bona fuerint siue mala. Credimus etiam Spiritum sanctum, plenum, & perfectum, verumque Deum, ex Patre & Filio procedentem: coæqualem, & coessentialem, & coomnipotentem, & coeternum per omnia Patri & Filio. Credimus hanc sanctam Trinitatem non tres Deos, sed vnum Deum omnipotentem, æternum, inuisibilem & incommutabilem. Credimus sanctam catholicam & Apostolicam vnam esse veram Ecclesiam, in qua vnum datur baptismum, & vera omniū remissio peccatorum. Credimus etiam veram resurrectionem eiusdem carnis, quam nunc gestamus: & vitam æternam. Credimus etiam noui & veteris testamenti, legis, ac prophetarum, & Apostolorum vnum esse auctorem Deum ac dominum omnipotentem.

76 Hæc est vera fides catholica, & hanc super dictis articulis tenet & prædicat sacrosancta Rom. ecclesia. Sed & propter diuersos errores, a quibusdam ex ignorantia, & ab alijs ex malitia introductos, dicit & prædicat eos, qui post baptismum in peccata labuntur, non rebaptizandos: sed per veram pœnitentiam suorum posse consequi veniam peccatorum. Quod si vere pœnitentes in charitate decesserint, antequam dignæ pœnitentiæ fructibus de commissis satisfecerint & omissis, eorum animas pœnis purgatorijs post mortem purgari; & ad pœnas huiusmodi releuandas prodesse eis fidelium viuorum suffragia, missarum, scilicet sacrificia, orationes & eleemosynas, & alia pietatis officia, quæ a fidelibus pro alijs fidelibus fieri consueuerunt secundum Ecclesiæ instituta. Illorum igitur animas, qui post sacrum baptismum susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt; illas etiam, quæ post peccati contractam maculam, vel in suis manentes corporibus, vel eisdem exutæ, prout superius dictum est, sunt purgatæ, in cælum mox recipi. Illorum autem animas, qui in mortali peccato, vel cum solo originali decedunt, mox in infernum descendere, pœnis tamen disparibus puniendas, eadem sancta Rom. ecclesia credit & firmiter asseuerat: & quod nihilominus in die iudicij omnes homines ante tribunal Christi cum suis corporibus comparebunt, reddituri de factis proprijs rationem.

77 Tenet etiam & docet eadem Romana ecclesia septem esse ecclesiastica sacramenta, vnum scilicet Baptisma, de quo dictum est supra. Aliud est sacramentum Confirmationis, quod per manus impositionem episcopi conferunt chrismando renatos. Aliud est Pœnitentia. Aliud est Eucharistia. Aliud est sacramentum Ordinis. Aliud est Matrimonium. Aliud est Extrema vntio, quæ secundum doctrinam B. Iacobi infirmantibus exhibetur. Sacramentum Eucharistiæ ex azymo conficit eadem Rom. ecclesia, tenens & docens, quod in ipso sacramento panis vere transubstantiatur in corpus, & vinum in sanguinem Domini nostri Iesu Christi. De matrimonio tenet, quod nec vnus vir simul plures vxores, nec vna mulier simul habere permittitur plures viros. Soluta vero lege matrimonij per mortem alterutrius coniugum, secundas & tertias & deinceps nuptias suc-

cessiue licitas esse dicit, si impedimentum canonicum ex causa alia non obstat.

78 Ipsa quoque sacrosancta Rom. ecclesia summum & plenum primatum, & principatum super vniuersam catholicam Ecclesiam obtinens; quem se ab ipso Domino in beato Petro Apostolorum principe seu vertice, cuius Romanus Pontifex est successor, cum potestatis plenitudine recepisse, veraciter & humiliter recognoscit; sicut præceteris tenetur fidei veritatem defendere, sic & si quæ de fide subortæ fuerint quæstiones, suo debet iudicio diffinire. Ad quam potestatem grauatius quilibet in negotijs ad forum ecclesiasticum pertinentibus appellare. Sed & in omnibus causis ad examen ecclesiasticum spectantibus ad ipsius potestatem recurri iudicium, & eidem omnes Ecclesiæ sunt subiectæ, ipsarumque prælati & obedientiam & reuerentiam sibi debent: apud quam sic potestatis plenitudo consistit, quod ecclesias cæteras ad sollicitudinis partem admittit; quarum multas, & patriarchales præcipue, diuersis priuilegijs eadem Romana ecclesia honorauit: sua tamen prærogatiua, tam in generalibus concilijs, quam in quibuscumque alijs semper salua.

79 Porro præscriptam purissimam, certissimam, & solidissimam orthodoxæ fidei veritatem, euangelicæ doctrinæ consonam, a sanctis patribus traditam, & Romanorum Pontificum in suis synodis diffinitione firmatam; sicut nec decet, sic nec volumus nouæ discussioni, ac diffinitioni subiaccere, ipsam quasi per hoc quomodolibet contra fas & licitum in dubium reuocando. Ideoque licet in præfata scriptura de conuocatione concilij ageretur; licet tu per tuas præfatas literas concilium in terra tua conuocari petieris; nos tamen nullo modo proponimus concilium ad discussionem, seu diffinitionem huiusmodi conuocare: non quod cuiusquam faciem vereamur, vel eandem sacrosanctam Romanam ecclesiam Græcorum superari prudentia timeamus; sed quia prorsus indecens foret: immo nec licet, nec expedit in dubium reuocari præmissam veræ fidei puritatem, tot sacræ paginæ auctoritatibus, tot sanctorum roboratam sententijs, tot Romanorum Pontificum stabili diffinitione firmatam; pro cuius defensione, si necesse foret, parati essemus subire martyrium, & morti etiam exponere corpus nostrum. Quam ideo ad præsens nequaquam auctoritatibus, quarum tamen satis nobis copia pro voto suppeteret, munire curauimus; sed in simplicitate veridica, sic pure, sic explicite tam prædictis tuis adhibendam nuncijs, quam tibi decreuimus destinandam; quia vel notam prolixitatis nimis diffusus epistolæ textus incurreret, si auctoritatum multitudinem, quibus eadem roboratur veritas, contineret; vel si notam vitare volens, huiusmodi tam prolixam tot articulorum materiam breui sermone perstringeret, de defectu forsitan, qui proculdubio nimis foret in tanto notabilis & periculosus negotio, notaretur. Et quia prouida deliberatione concepimus apocrisarios aliquos in lege Dei peritos, ad tuam præsentiam destinare, cum quibus tu, ac prædicti clerus & populus super præmissis conferre poteritis; & sicut speramus, ipsi vobis sufficienter, diuina eis id donante clementia, respondebunt; sed nihilominus, si quid tuum tuorumque animos concutit; si quid turbat, vt eorum aliquid, quæ supra ascriptimus veremini, vt petimus, profiteri, aliquos de peritioribus, quos in prædictis repereris clero vel populo, ad nostram mitte præ-

De Spiritu sancto.

De unitate diuinitatis. De Ecclesia catholica.

De Baptismo non repetendo.

De Purgatorio.

De inferno.

De iudicio.

De septem sacramentis.

De Eucharistia.

De Matrimonio.

De primatu Rom. ecclesie.

Negotium Clem. conuocandi concilium ad ea obsequenda.

Quæ ratione adductus sit.

Cur mandos fidei articulos exposuerit.

Si que debia patitur, inter oratores, quibus illustranda sint.

sentiam: nosque, qui iuxta eiusdem principis Apofolorum sententiam, parati sumus omni poscendi nos de ea, quæ in nobis est, fide & spe reddere rationem; illos, quos mihiis, charitatiue tractabimus, & patienter quicquid proponere voluerint, audiemus: & tam plene, donante Domino, satisfaciemus eisdem, quod, anoto cuiuslibet dubitationis serupulo, fidei veritatem agnoscent, & in agnita salubriter gloriantes, ad te cum gloria remeabunt. Ipsi quoque apocrifarijs tuis, cum de promissa professione fidei eis, vt præmittitur, copiam fecimus, clemēter obtulimus benigne ipsis satisfacere, si super ea in aliquo dubitarent.

Ideoq̄ excellentiam tuam monemus, rogamus, & hortamur in domino Iesu Christo, per asperionem sui pretiosi sanguinis obsecrantes, quatenus diligenter attendens, quantum tibi accrescet ad meritum, quantum accedet ad gloriam & exaltationem tuam non inis ampliandam, si datum tibi desuper fuerit, vt oues, quæ perierunt, tuæ diligentie studio ad caulam Domini reducantur; si tuis fiat laboribus, vt vnum sit ouile, vnusque pastor, Latinorum & Græcorum populis tuis temporibus in vnitatem præmissæ orthodoxæ fidei adunatis; sic studeas habilitare materiam, sic animos tuum tuorumque disponere, quod in prædictorum apocrifariorum nostrorum aduentu, te ac præmissis clero & populo præscriptam, humiliter suscipientibus, & fideliter profitentibus fidei veritatem, facilis sit ad reliqua, Domino faciente, processus. Quod si postquam taliter supra positam, tu idemque clerus, & populus veritatem fidei susceperitis, & professi fueritis, & ad obedientiam, vt præmissimus, eiusdem veneritis matris vestræ; concilium per sedem ipsam ad locum, qui ad hoc eidem sedi videatur idoneus, conuocari petieritis, ad charitatis vinculum inter Latinos & Græcos fœdere perpetuo roborandam; legatos super hoc ad nos poteritis destinare, quibus faciente Domino responsum dabitur, quorum desiderium satiari poterit & debet. Ad præmissa igitur tam salutiferæ vnionis salutare commercium efficaciter sollicitudo tuæ sublimitatis intendat: & vt animarum & corporum discrimina, quæ ingerit inueterata dissensio, præcendantur, præmissa, quæ paterna monitione requirimus, implere festinet; scitura quod occasione tractatus huiusmodi nec ijs, qui a tuâ magnificentia se grauatos esse querantur, sicut nec debemus, in sua iustitia deesse proponimus; nec a prosecutione tanti negotij per alias vias, quas ad animarum salutem Dominus ministraverit, desistemus. *Dat. Viterbij. 14. non. martij.*

80 Cum ergo in aximo seruore Romanæ coniungendæ Græcæ ecclesiæ arderet sanctissimus Pontifex, alijs literis, ad Græcorum patriarcham datis, monuit a, vt ad tantam rem incuberet, e qua summa ad Christum gloria, ad animas salus, ad rempublicam felicitas redundaret; atque operam suam in festinando, reducendoque Palæologo collocaret.

*Clemens & C. Dilectio in Christo fratri. .
patriarchæ Græcorum spiritum
gratiæ salutaris.*

Ne tam vtile, tam pium negotium per verba inefficacia vltius deducatur, viam ad accelerationem huiusmodi, nobis admodum votiui, negotij de cōsilio fratrum nostrorum cōpediosam, vt speramus, elegimus: quam ideo præsentibus non diximus inferendam, quia eam magnifico viro Michaeli Palæologo Imperatori Græcorum illustri, nostris literis plenius explicamus. Ideoque fraternita-

tem tuam rogamus, monemus, & hortamur atente in Domino Iesu Christo, per asperionem sui preciosi sanguinis obsecrantes, quatenus præmissum affectum, quem eadem tuâ litera prætendebant, per efficacem operis euentiam exhibens, ad celere executionem illorum, quæ in prædictis nostris literis paterne requirimus, in humilitatis spiritu te ipsum promptum & propitium offeras; & tam præfatum Græcorum Imperatorem, quam alios, quo poteris studio solertibus exhortationibus inducas: vt cum Altissimi dextera tam gloriosum opus vtilitatis tanta perfecerit, tu in hoc te vtilem extitisse cooperatorem ipsius; sub spe nihilominus diuinæ gratiæ, ac fauoris apostolici, quem tibi ex hoc accreuisse digne laaberis, possis non immerito gloriari. *Dat. Viterbij. VI. non. martij.*

81 Transmissurus Constantinopolim apocrifarios, vt erat pollicitus, Pontifex Dominicanæ familiae magistro dedit imperia, vt religiosos viros ad id munus obcūdum deligeret, in quibus has virtutum dotes desiderauit: *Qui testamenti scientia polleant vtriusque, & ingenio nihilominus præditi naturalis: nec sint in gestibus incompediti, nec in responsione præcipites, sed exacta potius grauitate laudandi, sciunt in tempore proferre sermōnem, & eorum iactantiam, quorum scientia multum est teruis, equanimiter tolerare.* Et infra: *Scire te volumus, nobis sufficere si illos, quos tecum habes, vel intra fines Italia ad hoc videris idoneos, illos elegeris: non enim Græci disputationi se offerunt, sed paratos dicunt ostensam sibi recipere veritatem: suntque apud nos rationes eorum, quibus suum errorem fulciunt, baculis arundineis innitentes.* *Dat. Viterbij. v. id. iunij anno 1111.*

82 Experiebatur Clemens, quantas parent Ecclesiæ viri religiosi vtilitates, cum ipsos ad tractandas res tanti ponderis adhiberet: atque ideo ad admittendam iusta eorum petita, facillimum se exhibuit. Ita enim diuinum officium Vaberti opera ad meliorem formam redactam & in solemnibus Prædicatorum comitijs approbatam, vt vbique terrarum eo vterentur, confirmant a. Nec minus in alios religiosos viros apostolicam beneficentiam explicuit: monasterij namque Cassinensis omnes prerogatiuas a Paschale II. collatas corroborant b: præscriptam ab Urbano IV. cuius diploma præ manibus habui, religiose disciplinæ formulam sacrae equestris familiae, cui B. Mariæ Virginis gloriosæ nomen inditum, in solemnibus conuentu a religiosis equitibus nonnullis in dubijs illustratam, raram firmamque esse iussit c. Concessam ministro maiori ordinis S. Trinitatis redemptionis captiuorum Compendij ecclesiam, maximisque opibus a S. Ludouico auctam, apostolica etiam auctoritate ijs confirmant d: atque etiam instituta sacra eius familiae a delegatis ab Urbano IV. emendata, ac illustrata pontificia firmitate communiuit. e

83 His adiungimus Clementem propagandæ pietatis studio, cū Romani sodalitijs S. Mariæ Confalonis nuncupati socij, ea se inter cæteras lege adstrinxissent, vt ter in anno crimina confessionis sacramentum expiant, ac dominicum corpus exciperent; sua auctoritate pium decretum confirmasse f, præmiaque indulgentiarum sodalibus proposuisse: *Sedis Apostolicæ filios laudamus, quod, sicut nuper accepimus, nonnulli Romanorum eorumdem deuotis animis ordinarunt, vt ter in anno suis debeant sacerdotibus consistere, & totidem vicibus sumere corpus Domini reuerenter.* *Talis itaq; di-*

Moner Pō
tif. vt ver-
ba man-
det operi.

To. 2. ep.
333.

Religiō
viri a Cle-
mente be-
nificijs af-
fecti.

a Lib. 3.
ep. 55.

b Lib. ep. 67

c Lib. ep.
123.

d Ep. 101.

e Ep. 102.

ext. 172.

Bullar in

Clem. IV.

f Serua-

tur ea de

re diploma

a sodali-

bis.

Pia lex a

socijs S.

Mariæ Cō-

falons lu-

cto de luca

mētis ter

in anno

pascepica

dis.

Suscepta a
Gracis ea
fide ad cō-
firmandā
contin-
tionem
celebratū
iri concil-
lium.

Patriar-
chā Græc.
solicite
Pontifex
vt eccle-
siarum re-
dintegrā-
de con-
iunctioni
operā det.
a Eod. l. 3.
p. cur. 2.

Clemēns
lit. ad pa-
triarchā
Græc.

spositio digno meruit patrocinio, dignisque sustentari suffragijs, ut eo plurimorum cordibus applicetur, quo fructus inde præsumitur maioris gratiæ provenire. O beata confessio, mater veniæ, post naufragium tabula salutaris, quæ cadentem resurgere facit, & ducit ad portum de ipsis fluctibus delictorum. O gustus suavissimus spiritualium epularum, quibus nullus satiari potuit, nec pati de satietate fastidium: sed eorum existit unusquisque tanto capacior, quanto ex his fecundius degustabit. Hæc quidem sumuntur, & sumentem possident & assumunt, pellunt formidinem, securitatem adiungunt &, extinctis vitijs, divina munera largiuntur.

Proposita
fodalibus
indulgentiæ.

84 Intendens igitur, ut prædicti Christi fideles ad eundem vivendi modum eo ferventius accendantur, quo senserint & hæc dona suscipere potiora; uniuersis civibus Romanis, & in Urbis districtu specialiter constitutis, & pœnitentibus ac modo prædicto confessis, ac digne recipientibus dominicum Sacramentum, singulis vicibus, quibus illud acceperint tam præsentibus quam futuris; de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, centum dies de iniunctis sibi pœnitentijs misericorditer relaxamus. Dat. Viterbij pontificatus nostri anno III. Quod diploma e suo exemplari peruetusto exscriptum est. His primum laicorum sodalitiū, cui vulgo confraternitas nomen est, initijs assurrexit: aliorumque priorum opera effloruit. Dicebatur confraternitas commendatarum Virgini, in cuius collegij insignibus Deiparæ pallio suo sodales tegentes effigies expressa erat, ac societas Confalonis nuncupata ob vexillum huiusmodi imagine insignitum, quod religioso agmini solemnī pompa incedenti præferri soleret: atque huius exemplo condita alia pia sodalitia, & a summis Pontificibus accendendæ pietatis ergo approbata, ac propagata fuerunt.

Parisius
Camaldulensis
pietate
infiguis.
a Sur. 10. 3
di. XI. iun.
& Ferrar.
ead. die &
alij.

85 Ex piæ inductæ consuetudinis occasione, addemus religiosum virū Parisium a nomine Bononia oriundū, post exactos centum & VII. vel VI. annos, quorum longe maiorem partem in Camaldulensi familia, illustri omnium virtutū exemplo, duxerat; hoc anno ad meliorem vitam euolasse, pluribusque miraculis in vita ac post mortem inclaruisse. Cuius corpus, Tarvisij in tēplo sancti onialium Camaldulensium ipsius nomini sacro conditum, magna religione colitur, mihi que superioribus annis ostensum fuit.

IESV CHRISTI

Annus 1268.

CLEMENTIS IV. PP. VACAT IMP. OCCID. 18.
annus 4. MICH. PALÆOL. IMP. OR. 8.

LVxit annus millesimus ducentessimus sexagesimus octauus indictione vndecima inopinam Clementis Pontificis optimi mortem. Vidit tamen prius ipse Ecclesiæ perduelles Conradinum, Henricum, aliosque; Caroli armis victricibus consumptos; quorum potentia cum magis ac magis aucta Ecclesiam oppressura timeretur, momento euanuit. Ut discant principes numquam tuto oppugnari Ecclesiam petra illi mystica innixam, ad quam tot Reges ac tyranni superba capita illisere. Sed antequam lugubres temerarium principum exitus in historiæ luce collocentur, prosperos ac fallaces illorum successus percurramus.

Ecclesia
non tuto
oppugnata.

2 Creatus iam antea in Etruria, ut dictum est,

Carolus publicæ pacis seruator, iterumque a Clemente in eo munere confirmatus a, populos in officio continebat, & Conradino, ne in provinciam penetraret, iter præcludebat; cum ad ipsum ex Etruria diuellendum Saraceni Luceriæ in Apulia, superiori anno paulo repressi, furorem in vicinos effundere cœperunt; & Conradus Capicius, ac Fridericus Alfonsi Regis Castellæ atque Henrici Urbis senatoris infidifrater, cum aliquot turmis Tuneto in Sicilia insulam applicuere, populosque ad defectionem sollicitarunt. Sparisse Capicium plures literas, in quibus Regis Conradini proregem se vocitabat, hæc verborum forma cœceptas, ad populos subornandos refert Sicularum rerum auctor b: *Ecce Rex noster cito veniet in celebri magna potentia maiestate, in manu potenti & brachio excelso nimis. Veniet tamquam verus dominus novus Rex, & naturalis successor ad hereditatem tui regiminis: & patrimonij gentem, quam unanimitè opprimunt exteri, & gregem non sua possessionis, quo possessore violentus abutitur; liberare disposuit, & te erectam in antiquis felicitum progenitorum suorum libertatibus confouere.*

3 Delinito hisce lenocinijs insulanos ad eos descivisse, exceptis insignibus vrbibus Panormo, Messana, Syracusis, memoratus auctor addit: ac tum Fulconem e Podio Richardi, patria Provinciam Caroli præfectum cogisse copias in rebelles: Siculos vero, qui in ipsius castris versabantur, insignem prodicionem molitos, detulisse nimirum clam Conradini signa, confertoque prælio, mox effusa fuga Gallos deseruisse; dein, elatis adulterinis signis, frontem conuertisse in Fulconem: qua coniuratione animaduersa, is vna cum suis sese e periculo fuga subduxit. Perturbata ita Sicilia, ac novis alijs motibus recrudescens, Clemens Carolum ex Etruria in Siculum regnum iter maturare iussit c, ut populos fluctuantes præsentia sua confirmaret: *Cur tibi scribamus vt Regi, qui regnum videris contemnere, non videmus. Laceratur quidem continue tamquam acephalum, Saracenis & perfidis Christianis expositum; & a tuis primitus exhaustum furibus, diripitur nunc ab alijs, & locusta residuum bruchus comedit: nec in eo deerunt vastatores, quamdiu caruerit defensore. Sane si illud amittis, non credas, quod Ecclesia labores repetat & expensas pro eo denuo acquirendo: sed ad tuos redire poteris comitatus, & regali contentus nomine, rerum exitum expectare; vel diuinum forte miraculum, si de tuis præsumis meritis, vt ipse negotia tua gerere teneatur, tuum te sequente consilium, & eam, quam æstimas te habere, providentiam aliorum sententijs præferente. Porro fixum in corde nostro iam fuerat de hac materia tibi non scribere, sed compulsi nos instantia venerabilis fratris nostri Radulphi Albanensis episcopi, &c. Dat. Viterbij v. kal. aprilis anno IV.*

Ad hæc imperia Carolus signa conuertit in Siculum regnum, ad cuius efferendas partes Pontifex in Saracenos sacrum bellum, propositis indulgentijs & dato crucis symbolo indixit c: Sicilia vterioris citeriorisue inuasores anathemate solemnī ritu perculit. d Denique Conradinum Insularum infestantem, meditantemque in Etruriam & Neapolitanum regnum irrumpere, ob sprete apostolica monita regno Hierosolymitano, ad eum materna successione spectante, excidisse pronunciauit: ac ni cœptis absterget, obtinendi vnquam Imperij, vel alicuius regni iurium multam intendit: de qua re subiectum edictum promulgatum. e

Pactum
Etruriam
instat
Caroli
a Clem.
2. ep. 37
476.
Saraceni
Luceriæ
in eum
bellum
Frederic
& Capicius
in Sicilia
uecti.
b Anon.
rer. Sic.
aut. M.
Spartia
commo
uendos
pulos
rx.

Insigne
vrbis
Caroli
de coar
tes.

Insigne
Sicularum
proditum

c Tot.
460. et
Monet.
Caroli
vt red
e Tufes
in Sicilia

Saraceni
in Saraceni
bellum
indictum
c Lib. 4.
434.
d Lib. 4.
ep. ead.
e Cent.
Sicularum
regni
indictum
sularum
cullig.

e Lib. 4.
cur. 3.

*Clemens, &c. ad certitudinem presentium
& memoriam futurorum.*

4 DUDUM ad Apostolicæ sedis perlato notitiâ, quod Conradinus nepos quondam Friderici olim Romanorum Imperatoris inconsultæ nimis, & temerariæ ambitionis spiritu concitatus, non solum ad obtinendum Romanum conabatur Imperium; sed sibi regnum Siciliae intitulare non veritus, sub eiusdem regni titulo sibi nomen regium adscribebat; quodque cum aliquibus inimicis Ecclesiæ disrutarum Italiae partium scelestas iniens factiones suas, per ciuitates & loca varia sub præmissa intitulatione typario regie maiestatis impressas literas destinando, turbare pacem ecclesiasticam, ac populum commouere in nostrum, & ipsius Ecclesiæ, ac charissimi in Christo filij nostri Caroli Regis Siciliae illustris discrimen, & præiudicium nitebatur; nos in festo dedicationis basilicæ beatorum apostolorum Petri & Pauli, pontificatus nostri anno secundo, in hac maiori ecclesia Viterbiensi, præsentem tunc multitudinem copiosam fidelium, de fratrum nostrorum consilio eidem Conradino districtè præcepimus, vt a præmissis penitus abstinere; districtius inhibentes, ne similia vterius præsumeret, aut quomodolibet vsurparet. Prohibuimus etiam vniuersis, & singulis, ne prædicto Conradino sicut Regi Siciliae scriberent, nec ab ipso literas velut a Rege, aut sub præmissis intitulatione, denominatione, seu impressione reciperent; neque in eum vt in Siciliae Regem intenderent, nec eum armis, vel sine armis, facto vel verbo, aut alias quomodolibet ad turbandum ecclesiæ Romanæ pacem, vel contra prædictum regem Siciliae præstarent ei auxilium, consilium, vel fauorem.

5 Specialiter marchionibus, comitibus, baronibus, comitatibus, & vniuersitatibus castrorum, villarum & quorumcumque locorum Italiae prohibuimus expresse, ne ipsius Conradini dominio vel regimini sese supponerent, aut eum, vel pro ipso, siue in fauorem ipsius alium in potestatem admitterent, vel rectorem, quocumque nomine conseretur, vel ei, siue alij pro ipso, aut in fauorem ipsius in se, terras, seu districtus suos dominium, vel aliquod posse concederent, nec societatem, coniurationem, aut fœdus inirent cum illo, seu alio in suum auxilium, vel fauorem. Illos vero qui secus quacumque machinatione facerent, cuiuscumque forent præminentie, dignitatis, aut status, excommunicationis sententiam, quam ex tunc in eos tulimus, incurrere volumus ipso facto.

6 Prælatibus quoque omnibus prædiximus, quod si contra præmissa venirent, ecclesiasticis eos dignitatibus, prout suaderet iustitia, & reliquos clericos non prælatos beneficijs, si qua forsitan haberent, priuaremus, & redderemus inhabiles ad habenda. Laicis etiam omnibus, ac præcipue temporali iurisdictioni Ecclesiæ præfatæ subiectis aperte denunciamus, quod si huiusmodi nostram inhibitionem negligerent obseruare, priuaremus eos feudis quibuslibet, quæ ab ecclesijs aut personis ecclesiasticis obtinerent: ac vassallos, si quos haberent, a fidelitatis absolueremus iuramento, si quo tenerentur eisdem; & personas eorum citra mortis, & mutilationis periculum, ac bona ipsorum, ita vt ea posset quilibet occupare; licenter exponere curaremus. Ciuitates vero, communitates, & vniuersitates quaslibet, quæ præfatam prohibitionem nostram violare quocumque dolo, ingenio, arte, vel machinatione

tentarent; volumus interdicti sententiæ subiacere.

7 Cumque præfatus Conradinus præcepta, inhibitiones, & comminationes huiusmodi præsumptuose contemnens, & nequaquam abstinens a præmissis, suos in Tuscia diceretur vicarios ordinasse; ac Siciliae se Regem intitulans literis veterit sub intitulatione, ac impressione prædictis, vt terram in dicti regis præiudicium commoueret, scandala suscitaret, Ecclesiæ turbaret pacem; pro Siciliae Rege se gerens, velut Rex Siciliae dicti regni partiretur officia, officiales institueret, milites sollicitaret, aliquos promissionibus alliceret, nonnullis priuilegia indulgeret, quampluribus etiam dona in eodem regno concederet; sicut literarum & priuilegiorum huiusmodi, quæ ad manus nostras deuenerant, nos certos reddidit de prædictis inspectio; nos vniuersas & singulas inhibitiones, denuntiationes, comminationes, & sententias memoratas de prædictorum fratrum consilio in die cænæ Domini, pontificatus nostri anno tertio, in hac eadem Viterbiensi ecclesia, præsentem tunc multitudinem copiosam fidelium, innouantes; omnes illos, qui contra easdem inhibitiones, denuntiationes, & comminationes temere veniendo, in præfatam sententiam inciderunt; ac specialiter incolas castri sancti Miniati Lucanæ diocesis, qui spretis prædictis nostris inhibitionibus, & denuntiationibus, eiusdem Conradini fautores & nuntios receperunt; denunciavimus prælibatas sententias incurrisse: ipsos nihilominus tunc de nouo excommunicationis, & castrum prædictum interdicti sententijs supponentes, & prædicentes aperte nos aduersus eos (nisi memoratos fautores & nuncios infra quindecim dies post instans tunc festum resurrectionis dominicæ de prædicto castro eijcerent ipsos, nunquam receptaturi, seu recepturi postmodum; & a nominati Conradini fauore omnino desisterent) grauius spiritualiter, & temporaliter, prout fore putaremus expediens, processuros.

8 Memorato quoque Conradino iterato de ipsorum fratrum consilio districtè præcepimus, vt a præmissis omnino abstinens similia nullo vnquam tempore attentaret: alioquin ipsum ex tunc excommunicationis sententia innodantes, citauimus eum peremptorie, quod infra festum beatorum apostolorum Petri & Pauli, tunc primo venturum; quod pro peremptorie sibi termino assignauimus; per se, vel per procuratorem idoneum cum pleno & sufficienti mandato, apostolico se conspectui præstaret, responsurus super prædictis excessibus; & nostris, ac eiusdem Ecclesiæ beneplacitis pariturus: alioquin ex tunc, ipsius, non obstante absentia, procederemus grauius contra eum, prout videremus expediens, ac iustitia postuleret.

9 Et quia eiusdem Conradini præsumptuosam temeritatem, fautorumque suorum manifestis indicijs reuelata malitia, ipsos nobis, tam ex causis præmissis, quam ex alijs de turbatione status Italiae reddebant manifesta ratione suspectos; nos de ipsorum fratrum consilio in festo Ascensionis dominicæ transacto nouissime, in hac eadem Viterbiensi ecclesia, multitudine præsentem fidelium, eidem Conradino ingressum Italiae curauimus inhibere districtius: eo tamen saluo, quod si ad nostram præsentiam infra terminum, quem ad hoc sibi duxeramus, vt præmittitur, præfigendum, personaliter & pacifice venire vellet, mandatis apostolicis pariturus; & super hoc nos præcertificare cura-

Vt Conradinus iussu apostolice infregit rit.

Commo- uerit in- Carolum, Etruscos, & Siculos,

Ob id cef- suras obie- ctas con- traxisse, pronuntia- tus sit,

Vt iudiciū ipsi inten- derit Pōr.

Anathe- matis in Conradinum forma. Ve affe- rarit Imperium. Regium nomen Si- culum oc- euparit. Turbarit Ecclesiæ pacem. Carolo bellum in- ferre mol- ius sit. Quid eo accepto egerit Pō- nifex. Imperia Apostoli- ca sole- ni ritu ipsi data.

Veniti pro- ceteris Itali- eum eo co- itionem inire.

Quæ intē- taz ipsi ponaz.

Quæ sen- tentibus eum ipso ecclesi- sticis in- culciz.

essaret tempore opportuno; ita studeremus pro-
videre negotio, quod sibi securus, ac nostris &
Ecclesiæ fidelibus non suspectus ad sedem eandem
pateret accessus. Quod si aliter contra manda-
tum nostrum, & sedis ipsius Lombardiam, vel
alias partes Italia intrare; aut capitaneum, aut
militiam, seu aliam quamcumque gentem illuc
destinare presumeret; nos tam ipsum Conradinum
quam omnes illos, qui cum eo venirent taliter,
vel pro ipso; necnon & omnes illos, qui eum, aut
venientes pro eo reciperent, seu ad ipsorum ad-
uentum, vel transitum eis per se vel per alium da-
rent auxilium, consilium vel fauorem publicum,
vel occultum; ex tunc excommunicationis sen-
tentia duximus innodandos.

10 Demum vero in festo dedicationis basilice
principis Apostolorum, pro eo quod idem Con-
radinus præfatas nostras inhibitiones, commina-
tiones, & sententias contemnendo, non solum a
prædictis sibi tam solemniter, tam manifeste, ac
seriose prohibitis abstinere contempsit; se falso,
ac temere gerendo pro Rege Sicilia; vtendo sigil-
lo, intitulatione, ac denominatione præmissis; &
cum persecutoribus Ecclesiæ, ac Regis Sicilia
prædictorum se in diuersis mundi partibus, in eo-
rundem Ecclesiæ ac Regis præiudicium, & paci-
fici status Italia turbationem, varijs factionibus
implicando; verum etiam Veronensem civitatem
cum militia elapso dudum dictæ citationis termi-
no intrare præsumpsit, se ultra velle progredi
comminans, & ad regni eiusdem inuasionem in-
tendere nimis præsumptuose proclamans, alias
contra inhibitiones, comminationes, & sententias
prædictas temere veniendo; nos de fratrum eorun-
dem consilio Conradinum eundem in hac eadem
ecclesia denunciauimus latam in eum per nos, vt
præmittitur, excommunicationis sententiam in-
curriffe: de nouo nihilominus ex eisdem causis
excommunicantes eundem, ac omnes & singulos,
si qui se ad præstandum ei super præmissis Imperio
sive regno auxilium, consilium, vel fauorem vin-
culo iuramenti adstrinxerunt, denuntiantes iura-
mento huiusmodi non teneri; & ab obseruatione
ipsius eos nihilominus absoluentes. Et si forsan
in huiusmodi propositi, seu obligationis profes-
sione peristerent, eos ex tunc excommunicationis
sententia duximus innodandos.

11 Memorato insuper Conradino expresse
ac districte mandauimus, vt infra mensem, ex
tunc computandum, de Verona & tota Italia cum
omni sua gente omaino discederet: nec de Imperio,
vel Italia, & specialiter de regno Sicilia, aut
aliqua parte ipsius (in quo eum, sicut per senten-
tiam felicitis recordationis Innocentij Papa præ-
decessoris nostri contra eundem auum ipsius la-
tam in concilio Lugdunensi euidenter constat; &
nos etiam tunc declarauimus aperte, ius aliquod
non habere) se de cætero per se vel per alium
intromitteret aliquatenus, aut aliquid in his, quæ
ad prædicta Imperium sive regnum pertinent,
contra easdem inhibitiones nostras præsumeret
quomodolibet attentare. Alioquin ipsum regno
Hierosolymitano, & omni iure, si quod habebat
in eo, apostolica ex tunc auctoritate priuauimus:
& vassallos eius, vbilibet constitutos, ab omni iu-
ramento fidelitatis absoluiimus, si quo tenebantur
eidem.

12 Omnes vero & singulos, qui eidem Con-
radino in prædictis præstarent auxilium, consi-
lium, vel fauorem; & specialiter Ludouicum du-
cem Bauaria; comitem Tirol; Bosum de Dona-

ria, Manfredum Malet, qui se comitem camera-
rium nominabat, & Conradum Trinza; quos
notorium erat ipsi Conradino in prædictis assi-
stere, ipsumque fouere; ceterosque marchiones,
comites, barones, & alios cuiuscumque forent di-
gnitatis, aut status, qui eius nuncios, seu lite-
ras contra prædictas inhibitiones nostras venien-
do, temerario ausu receperant; seu alias præsti-
terant eidem auxilium, consilium, vel fauorem;
excommunicationis: ciuitates vero, castra, &
cætera loca, quæ prædictas nostras inhibitiones
contra ipsas veniendo contempserant, interdicti
deklarauimus sententijs subiaccere: ac nihilominus
de nouo ex eisdem causis; exigente proculdubio
aucta eorum ex tanti temporis continuatione,
perfidia; similibus sententijs duximus innodandos.
Specialiter autem terram memorati Ludouici du-
cis Bauaria; nisi dux ipse infra duos menses, ex-
inde computandos, prorsus a Conradino eiusdem
in præmissis fauore desisteret, ecclesiastico ex
tunc supposuimus interdictio. Omnes vero mar-
chiones, comites, barones, & alios quoslibet, cu-
iuscumque forent dignitatis aut status, qui eun-
dem Conradinum, aut eius capitaneum, vel mili-
tiam, seu quamcumque aliam gentem, pro ipso de
cætero in aliqua parte Italia contra easdem no-
stras sententias, inhibitiones seu comminationes
reciperent; omnibus priuilegijs, indulgentijs, &
gratijs quibuscumque ab Apostolica sede obten-
tis ex tunc apostolica auctoritate priuantes; ipsos
manere decreuimus omni officio, & honore pri-
uatos: ita quod nullus eorum in potestatem, capi-
taneum, seu rectorem, aut ad alia quæcumque of-
ficia, vel honores posset assumi: & si aliqui eo-
rum forent assumpti, sententiæ latæ per ipsos iudi-
ces, & instrumenta confecta, si tabelliones essent;
vel si alia quæcumque officia gererent, omnia que
per ipsos, vel eorum auctoritate, seu ministerio
in iudicio, vel extra iudicium fieri, seu geri contin-
geret; carere omni robore firmitatis, ac nullius
penitus decreuimus esse momenti: & nihilominus
personas eorum, citra mortis & mutilationis pe-
riculum, nec non & bona mobilia exposuimus
impune ab omnibus ac libere capienda: alijs
etiam ciuitatibus, & locis Italia, quæ dictos Con-
radinum, vel capitaneum, seu gentem suam con-
tra præfatas nostras inhibitiones, comminationes,
& sententias deinceps reciperent, commi-
nantes aperte, nos ad similes priuationum pœnas,
prout foret expediens, processuros.

13 Verum præfatus Conradinus, vt ad nihi-
lum deueniat velut aqua decurrens, ad sententias,
monitiones, & comminationes nostras, sicut apsis
sorda suas prorsus aures obturans, nec præmissis
inhibitionibus acquieuit, nec expauit sententias,
nec monitionibus paruit, nec peruersitatis suæ
propositum comminationibus immutauit; sed in
præcipitium præcepit ruens, & præmissis excessi-
bus, illos pro viribus continuando, insistit; & quos
potuit nihilominus nouos adiecit. Siquidem con-
tra prædictas inhibitiones, monitiones, commi-
nationes, & sententias ingressus Italiam cum ar-
matis Papiam venire præsumpsit; & in tantam
furoris prorupit audaciam, quod aliquas partes
Imperij, necnon & deuotorum Ecclesiæ in Lom-
bardia terras aggredi temeraria præsumptionis
conamine attentauit: licet in ipsis sui conatus
initijs, & temeritatis suæ iam pro parte stipendia,
& arrhas confusionis extrema, quam proculdubio
furibundus insequitur, exinde reportarit.

14 Nos itaque memoratum Conradinum de-

Venerit
ingredi
Italiam.

Violatis
ijs impe-
rijs Con-
radinus
Veronam
accessit.

Deuincit
se propte
rea ana-
themate.

Iustus Ve-
rona atq;
Italia ex-
cedere.

Siciliam
non inua-
dere.

Imperij
terris ab-
stinere.

Intetate
ni pareat,
mittendi
regni He-
ros pœne.

Incessu
eius fauo-
ribus.

Ludou-
ici du-
cis Bau-
aria;
Procen-
italiam.

Populi
urbium
obiecti.

Conrad-
inus in
omnia
post. tra-
gredium.

Papiam
accedit.

Occupat
nonnullas
Imperij
terras.

nunciante ex causis præmissis in excommunicationis, & alias latas in eum sententias incidisse; de nouo nihilominus ex eisdem causis de fratrum ipsorum consilio excommunicamus eundem. Denunciamus insuper eum regno Ierosolymitano, & omni iure, si quod habebat in illo, apostolica auctoritate priuatum; & uassallos eius constitutos vbi libet ab omni iuramento fidelitatis, si quo tenebantur ei, penitus absolutos, & terram eius ecclesiastico supponimus interdicto.

15 Insuper præsentem hac fidelium multitudinem dictum Conradinum aperte monemus, sibi que districte præcipimus, vt infra mensem ex nunc computandum, quem pro peremptorio sibi termino assignamus, humiliter ad nostra & Ecclesiæ mandata redire procuret: alioquin ex tunc ipsum de prædictorum fratrum consilio reddimus omni tempore ineligibilem, & prorsus inhabilem ad regnum quodlibet, vel Imperium obtinendum: & nihilominus omnibus feudis, & iuribus quibuscunque, si qua forsitan a quibuslibet tenet ecclesijs, priuamus eundem. Porro supradictas inhibitiones, comminationes, & sententias innoquantes, omnes & singulos, qui contra eas quocumque modo uenerint, & specialiter prædictos Ludouicum ducem Bauariæ, comitem Tirolis, Bosum de Douana, Manfredum Malet, Conradum Trinza, qui ab ipsius non destitit favore; Fridericum præterea charissimum in Christo filium nostri Regis Castellæ germanum, qui, præfato Conradino fauendo, insulam Siciliæ, terram memorati Caroli Siciliæ Regis inuasit, cum omnibus complicibus suis; necnon Vvilelmum de Parisijs, cæterosque, qui se contra eundem Siciliæ Regem cum Saracenis Luceriæ erexerunt; ac omnes alios, qui citra Farum quamcumque terram eiusdem Regis Siciliæ inuasurunt, omnesque complices, & in hoc fautores eorum; item Guidonem Nouelli, Galuanum, & Fridericum Lanceam, Conradum de Antiochia, & Ioannem de Marerio, pro eo quod eundem Conradino fauent aperte, & dictum Regem pro viribus impugnare conantur; cæterosque cuiuscumque sint præminentia, dignitatis, aut status, qui contra præmissas inhibitiones, monitiones, comminationes, vel sententias venire temere præsumperunt; denunciamus in præmissas excommunicationis, & alias contra fautores eiusdem Conradini latas sententias incidisse: ac de nouo ex eisdem causis excommunicamus eosdem.

16 Ciuitates insuper, castra, & loca omnia, quæ Conradinum, aut eius capitaneum, vel militiam, seu quamcumque aliam gentem pro ipso receperunt hæctenus, vel alias prædictas nostras inhibitiones, monitiones, comminationes, & sententias contempserunt, veniendo temere contra eas; & specialiter prædictum S. Miniati castrum, ac ciuitatem Grosseti, quæ non est dubium dicto Conradino fauer; declaramus interdicti sententiæ subiacere, ipsorumque castris, & ciuitatis incolas eiusdem Conradini fautores excommunicationis vinculo innodamus. Ciuitates etiam, castra, & loca, quæ de cætero ipsum Conradinum, capitaneum, militiam, & quamlibet gentem suam recipere præsumperint, ex nunc simili supponimus interdicto, contra ea spiritualiter, & temporaliter grauius processuri, prout facti suadebit qualitas, & uiderimus expedire. Prædictas uero excommunicationis sententias prohibemus absque speciali mandato nostro, nisi forsitan in mortis articulo, relaxari: quo casu nisi

absolutionis beneficium obtinentes infra duos menses, postquam restituti fuerint sanitati, de loco interdicto, si forsitan inibi fuerint, recedentes nostro se conspectui curauerint præsentare; satisfacturi de suis excessibus, pro quibus huiusmodi sententias incurrerunt, & nostris beneplacitis parituri; eo ipso in eisdem sententias relabatur, &c. Actum in palatio nostro Viterbiensi in die cæne Domini, pont. nostri anno 1v.] Distinxit alias anathematis interdictique sententias in alios sceleris participes, Pisanos a, Papienses b, Senenses c, Veronenses d, Firmanos e, Castellanos f: qui ad Conradini partes confluerant.

17 Spreuissæ pontificia edicta Conradinum, singularum rerum auctor anonymus refert g: quamquam enim impar viribus erat, Gibellinorum tam in studijs fretum inani uictoriæ spe sibi lenocinatum: *Sedula*, inquit, *consideratione attendens, quod ad inuadendum regnum, & Gallicos in regno morantes pro illorum comitiua Theutonicorum, qui sequebantur ipsum, non possent etiam triplicata sufficere; considerauit tamen, quod Gibellinorum usquequaque subsidijs, quæ tam a ciuitatibus & locis prouinciarum ipsarum, quarum contra Regem Carolum uidebatur pariter agi negotium; quam etiam a personis particularibus, quas vel uicinorum inuidia, vel temporalium bonorum cupido concitabat, ad arma sumenda oblata, & destinata demum sibi fuerant in uno eodemque exercitu contra Regem unanimitè adunatis; poterat cum Gallicis, qualibet succumbendi sublata formidine, uictori se pugnare. Vnde contra monitiones mandati, & inhibitiones tandem expressas Romane sedis Antistitis cum anathemate excommunicationis sententiam mente inueni, temere in hac parte, contempsit.*

18 Perrumpere recto itinere interiora Italiæ non est ausus, cum, vt ait S. Antoninus h, Bottonenses, Rhegini, Mutinenses, & alij, qui cum Pontifice & Carolo sentiebant, Apennini insiderent iuga, & transitu arcere Germanos paratissimi essent; sed Papiæ diuertit ad Ligures exceptuq; est a marchione Carratano: ac dein, Pisanorum consensu classe Pisas applicuit: de cuius in eam urbem ingressu extant pontificiæ pridie id. aprilis datæ literæ. Cæterum auctos inde admodum hostium Ecclesiæ animos refert monachus Patauinus: *i De isto lubrico cursu Conradini homines mirabantur: multi quoque eius egressum, & progressum in reprehensionem Regis Caroli miris laudibus extollabant: sed Deus omnipotens, qui usque ad tertiam & quartam generationem uisitauit iniquitatem patrum in filijs imitantibus malos patres, aliter, quam putabant homines, de adolescentulo disponebat.*

19 Ingressus ita arte potius quam viribus Etruriam Conradinus, ob Caroli absentiam auctus animis, primum furorem in Lucensem agrum ad gratiam Pisanorum effudit l. At Pontifex, ad tuendos Ecclesiæ studiosos Guelfos legatum apostolicum misit m, qui illius conatus feliciter sustinuit. Dispar fuit prudentia Caroli in Etruria præfectus; qui dum ad intercludendum iter Conradino Aretium properaret, prope Lateranum pontem ab Vbertinis, Senensibus, alijsque Gibellinis ex insidijs profligatus est: nec eo aduerso casu Tusciæ comes & Florentini ab Ecclesiæ studijs, quamuis in Apulia multorum secuti sint defectiones, a fide descierunt.

20 Fracta ita Caroli exercitu, tutum iter ingressus Conradinus magno perduellium Ecclesiæ tripudio Senis exceptus, diebusque aliquot commoratus, Romam, vt Henrico senatori iungeret

Federati Conradini istiana themate. a 1b. ep. 4. & 13. b ep. 5. & 15. c ep. 6. & 14. d ep. 7. e ep. 9. f ep. 10. Contempserunt e Conradino censuræ ecclesiasticæ. g Sicul. rer. anonym. auth. M S

Progressus illius lubrici. h S. Ant. 3. par. tit. 20. c. l. S. 8. Ricordi. hist. Flor. 170. fo. 17. Vil. l. 7. c. 23. M. S. Palæbro. l. 3. Paul. Luc. hist. eccl. l. 22. c. 34. lod. M. S. Vat. bibl. Monach. Pad. ubi sep. Formidanda tum, cū disti. mulas diuina iustitia. Lucensis ager euastatus. Vill. ind. 7. cap. 23. m. Cle. 10. 2. p. 521. 513. Caroli præf. eius ex insidijs deletus.

Conradinus Senas accedit.

Desiguitur anathemate. Regni Hierosolymitanus expulsi.

Postulatur iudicio.

Ni pareat Ecclesiæ, denuntiatur non futurum ad regnum, vel Imperium idoneum.

Quibus penis denunciati præcipui ipsius sequaces. Fredericus Regis Castellæ frater.

Loca quæ fauent Conradino esse satis pericula.

Infracta eorum Pont. & aliorum.

copias, perrexit: ac superbia elatus in conspectu Viterbij, vbi Clemens versabatur; vt ipsi insultaret, explicare acies non perhorruit. Offudit sese illico plurimorum oculis animisque terror: qui ad Clementem, de salute pene actum arbitrati, procurrere. Quibus, vt ait S. Antoninus 2, *Papa vir sanctus orationibus & ieiunijs deditus, constans & intrepidus ait: Non oportet timere, quia omnis conatus eius vt fumus euanesceat; quod & secutum est.* Addunt nonnulli, Clementem e mœnibus Conradinum Sueuum & Fridericum Austriacum in armis magnifice se ostentantes dixisse, ipsos sicut victimas ad mortem duci, siue humana prudentia iuuenum temeritatem & Caroli militare scientiam, artesque perpenderet; siue illi e cœlo præsciuisset: *Hic de palatio suo, inquit Iordanus, vbi erat Viterbij videns transeuntem Conradini militiam, quasi prophetando ait dolendum super tali puero, qui taliter seductus ducetur ad victimam.* Inconsulta & vesana temeritas illum principem agebat, vt ea armorum ostentatione illuderet Pontificiæ maiestati, quæ tot censurarum fulmina in ipsum ac sequaces erat iaculata.

21 Præuiderat Clemens imminentis Conradini conatus, atque ad eos excipiendos ac propulsandos Viterbium præsidio militari instruxerat; exciueratque fidißimos & obsequentißimos Ecclesiæ clientes: adeo, vt increbuerit rumor, tantas copias collegisse, vt Romanos perduelles ad officium armis reuocaret. Fuerat ij ab Henrico fenatore proditore insigni subornati: nec modo Conradini signa anno superiori in Vrbe explicari erant passi; verum illius oratores etiam hoc anno magnifice exceperunt: de quibus rebus sanctissimus Pontifex in lata aduersum eos sententia grauissime conqueritur. c

Clemens &c. ad notitiam presentium & memoriam futurorum.

Quanto filijs matris liberalitate maiorum incrementa munerum prouenerunt, tanto grauius & indecentius veritatis iudicio cernitur, si per eos honori compensetur opprobrium, & pro beneficijs rependantur offensa, a quorum gratijs manũ mater prouida non subduxit; quin immo nouas liberaliter adiecit, & munit robore confirmationis antiquas. Inter alia quoque, nec mirum, grandis, & miranda causa nobis turbationis emerfit, ac doloris perfodit aculeo mœtem nostram, quod; cum Conradinum dan nati stipitis surculum, hostem Ecclesiæ manifestum, omnesque fautores, consiliarios, & adiutores ipsius excommunicationis sententia publice duximus innodandos; quod ad cunctorum fidelium, maxime Romanorum, potuit notitiam peruenire; Galuanus Lancea maledictionis filius ab olim viam damnationis ingressus, eiusdem Conradini vexillis explicitis, & erectis Vrbe ingrediens, vsque Lateranum a Romanis pomposo fastu sibi occurrentibus, obuiam habita comitiua, peruenit multiplicis honoris exhibitione præuentus: cuius ijdem Romani debuerant aduentum, ne contagione macularentur ipsius, potius aspernari. Et quidem, cum tam detestabilis, & horrendus excessus nobis, & fratribus nostris odibilis innotuisset; tam senator quam ciues ipsi non vt decuit pœnitentes erroris, sed excedendo lasciuus patrans grauiora prioribus; præfatam Galuanum ad eorum ludos, vt ipsis illaderet, venientem non solum pari, sed maiori fastu sicut accepimus, receperunt & munificentius honorarunt. *Et infra.*

22 Verum ipsi Romani prædictis insolentij

non contenti, quosdam alios eiusdem nuncios Conradini suas, vt audiimus, literas deferentes honorifice recipere postmodum, ac eis in Capitolio congregare consilium non vitarunt; solemani eis audientia præstita super his, quæ proponere voluerunt. Hæc quidem propositio, sicut est verisimile, illusione non caruit: nam ille quondam Fredericus coluber tortuosus, de cuius venenosa radice Conradinus iam prodisse videtur in regulum, cuiusque doctrinam eius ministri doibis fictionibus imitantur; adulationibus, promissionibus, & fellitis versutijis fideles euertere nitentur, & in agro mentium illorum conditionis zizaniam seminabat: & munitus sathanæ furentis astutia sæpe mouebat in Vrbe dissidium, sponsam Christi ponere satagens in ruinam, cuius sanguinẽ, illius satiatus angustijs, ad eius exterminium sitiebat. Non autem credimus, quod enormes iniurias, irreparabilia damna, cuiuslibet æstimationem excedentia pretij, & atroces offensas, quæ dictus Fredericus Romanis hostiliter intulit, prout angustæ obsidionis opprobrium, & multorum mœniorum, castrorum, ac turri memorialis subuersio representat; præter innumerata scelera, quibus ad iram contra se, ac posteritatem suam Dominum prouocauit; illa propositio contineret: nam & proponentes forte minus audacter pulpitu, conscendissent, & audientium animi non tantum suscepissent iucunditate sermonem.

23 Est & alia turbationis causa doloris similis, & angustia non minoris: nam quamuis interdum inter Ecclesiam & Romanos ex aliquibus casibus contigerit exoriri discordiam, & etiam guerrarum scandala suscitari; tamen extitit inauditum, quod ad capitale persecutorem Ecclesiæ Vrbe incorrupta cõstantia declinaret: quin immo, ad pacem deuote suspirans, ad matris vbera celeri & filiali reditu properabat, vt in breui conuersa non videretur ad iniqua diuertisse. Absit enim, quod talis filia tanta respergeretur infamia, vt etsi non actu, vel proposito, præsumptione saltem posset notari cumine matricida.

24 Nos igitur, quibus vniversalis Ecclesiæ regimen est, Domino disponente, commissum; quique matris gestantes vbera, patris tenemur exercere verbera circa filios delinquentes, vt virga paternæ correctionis ab inuio retrahat, quos mundi vana conditio nonnumquam præcipitio studio deceptionis exponit; nolentes confusionem ipsius Ecclesiæ conuiuentibus oculis pertransire, ne reorum culpas nostras facere videamur; tam nobilem virum Henricum natum claræ memoriæ Ferdinandi Regis Castellæ, senatorem Vrbe, & Guidonem de Montefilitro eius in Vrbe vicarium; quam cæteros officiales eorum, & omnes, qui voluntarij dictis Galuano & alijs Conradini nuntijs occurrerunt, vel receperunt eosdem; excommunicationis, quas in fautores eiusdem Conradini, & eos specialiter, qui nuncios ipsius literas recipere, promulgauimus, hætenus denunciamus sententias incurrisse: & nihilominus tam eosdem ciues Romanos, quam quoslibet alios a iuramento Henrico, si quo eidem tenentur, quamdiu idem Henricus in huiusmodi peruersitate persistit, absoluiimus, & manere decernimus absolutos. Monemus insuper memoratum Henricum, vt infra mensem post instans festum resurrectionis dominicæ humiliter ad nostra, & eiusdem Ecclesiæ mandata redeat; domosque nostras ecclesiæ S. Petri de Vrbe, & alia bona nostra & ipsius ecclesiæ Romanæ, quæ occu-

In Viterbij conspectu insultat Clementi. Pontificis de temerario adulescente oraculũ. a S. Ant. 3 p. tit. 20. c. 1. S. 9. Prot. Luc. hist. eccl. l. 22. c. 36. b Iord. M. S. Vatic. bibl. sign. n. 1960.

Viterbiũ aduersus illius imperus fortissimo munit præsidio. Romani adherent hosti.

et ib. 4. ep. cur. 4.

Pontificiẽ de Romanis querela.

Galuanũ præferentem Conradini vexilla magnifice exceptum.

Admiratio Conradini ostendit res.

Expressio Clementis in Ecclesiâ videtur.

Henricus senatus Guidonis Montefilitro defectus nis aduersus.

Percepturæ themis.

Romanis sacra Henrici præligione berati.

Alia Henrici facta ra. quibuslibet ab illis.

occupata detinet, libere, ac in pace dimittat; ab omni quoque offensa dilectorum filiorum nostrorum Ioannis S. Nicolai in carcere Tulliano, Matthei S. Mariæ in porticu diaconorum Cardinalium, & magistri Iordani eiusdem Cardinalis Ioannis fratris capellani nostri, cantoris Carnotensis abstinere procuret, de præmissis suis excessibus & offensis præfatis Cardinalibus, & epellano illatis satisfactorius plenarie, ac nostris & eiusdem Ecclesiæ beneplacitis pariturus; alioquin ex tunc grauius contra ipsum spiritualiter & temporaliter, prout expedire viderimus, procedemus; prænunciantes eidem senatori & ciuibus nos tulisse dudum sententias interdicti, quas & hodie duximus innouandas in omnes ciuitates, terras & loca, quæ dictum Conradinum, aut eius mansadum recipiant; quibus Vrbs præfata, si quod absit, alterrum fecerit, subiacebit. Et si, quod Deus auertat, in illas inciderit, coget nos excessus insolitus insolitam pœnam exequi, ac interdictum huiusmodi facere firmiter obseruari, &c.] multat Urbem sacrorum vsu ob perduellionem, *Adum in palatio nostro Viterbiensi in die cœna Domini pontificatus nostri anno xv.*

25 Pellicere mâuetudine ad officium studuit Henricum Pontifex a, proposita illi veniæ spe: at singulari illo clementiæ exemplo Henricus flecti nõ potuit; sed vt ex longo Saracënorum in Africa vsu in eorũ mores descuerat, quemadmodum Sicularum rerũ auctor anonymus refert, atrox facinus aggressus, ac Romæ militarem licentiã, qua in captis vrbibus victores impij vtũtur, exercere; perfringere ædium sacrorum ostia, expilare thesauros diuino cultui cõsecratos, ac tyrannũ præferocem agere aggressus est, de quo hæc memoratus anonymus scribit: *b Qui in Vrbe commorans, se non contentus in viros ecclesiasticos & ecclesiæ Romanæ deuotos manus immaniter immittere violentas, ad thesauros innumeros, quos conseruabant ecclesiæ, sceleratas manus execrabiliter extendere non pauescit. Sunt enim Romæ diuturni mores, quibus non solum Romani, qui aliquas pecuniarum summas modo quolibet congregant, vel habent res pretiosas, quas propter latrones hostiumque incursum in domibus proprijs conseruare formidant; sed quamplures exteri vicini libentius petentes Romam sacris in monasterijs & ecclesijs magna, & multa deponunt pecunia, quæ per longum tempus non requiruntur a dominis, considerato quod in locis ipsi cum integritate ac tutela conseruauerunt deposita conseruari. Ad hæc itaque diripienda deposita contra ipsarum ecclesiarum priuilegia libertatum prædictus domnus Henricus anxius instat conatibus, totoque incenditur mentis ardore: sicque prædo seuerus, Deum, Ecclesiã, & homines non verens offendere, loca depositorum huiusmodi quadam audet promptitudine temeritatis inuadere. Hic confringit sacrilegus ostia: hic sacristias violat sceleratus: hic sur violentus aperit catenas clericorum: inde pecuniam: inde argentea vasa & aurea: inde sacras vestes, & quæque pretiosa diripit, & asportat procul. Prob dolor! Lateranensem, S. Pauli, S. Sabæ, S. Basilij Auentini, S. Sabina & aliorum monasteriorum & ecclesiarum loca dolent & lugent suis disturbata depositis; & altis clamoribus conquerendo, pro voce dant gemitum, & per illum doloris ingentia suspiria & singultus: orant ecclesiastici viri, & has voces, sub incendio lugubris infelicitatis emittunt: O infelix vrbs vrbium Roma, tot sanctorum patrum glorificis ditata reliquijs, tantaque gentium alienarum frequentia in tuis venerabilibus sanctuarijs honorata: facta es modo opprobrium & subsannatio-*

nis illuso gentibus, quæ circumstant. Venerant, inquam, gentes in hanc sanctorum hereditatem, quæ in cordis insipientia, Deum in sanctis suis non cogitant: & dum diuina templa polluere non formidant, ecclesiarum pecunias, & loca desolauerunt ipsarũ. Ergo suppliciter nos peculiaris Christi, & Ecclesiæ suæ populus, grex Dominicus & pascha, boni pastoris oves, & tu Deus vltionum dominus, hanc tuam & Ecclesiæ tuæ temporibus nostris vlciscaris iniuriam. In conspectu tuo sic gemitus compeditorum introeat, sicque oppressorum clamor ad sedem maiestatis tuæ ascendat, vt iniquitates istas, quas fidelis populus tuus patitur a gentibus, quæ te non nouerunt, prouida clementia tuæ propitiationis aboleat, & misericordia tua pietatis absorbeat.

26 Vt tot malis alijsque imminentibus mederetur Pontifex, senatoris munus ab Henrico in Carolum transfundendum decreuerat, illique auctoritatem contulerat a, vt ni Henricus recurrente festo ascensionis dominicæ Ecclesiæ conciliaretur, administrationem Urbis capesseret infra proximum festum omnium sanctorum, atque interea de ea re cum ijs ageret, quorum operam sibi perutilem fore putaret; sed potiri eo magistratus nisi post Henricum & Conradinum prælio victos non potuit. Cum vero sacramento solemniter obstrictus esset Carolus, vt ex quo tempore Sicilia obtinisset, eam dignitatem, incussis admissisque grauissimis pœnis, amplius non affectaret; illa religione ita solutus est, vt euoluto decennio, ad quod tempus potiri ea dignitate voluit, constitutus pœnis, ni eam dimitteret, inuolueretur: quod sanxisse Clemens professus est, vt Urbem seditio-nibus laniatam pristinae paci restitueret, sibi que & Cardinalibus præclusus per summum, nefas aditus pateret; quæ apostolicæ literæ tertio idus aprilis exarata patefaciunt b; nonnullos etiam e Romana nobilitate præcipuos, qui in Vrbe superuerant, alios enim Henricus pepulerat, vel honoribus submouerat, hortatus est c, vt ad patriæ recuperandam atque asserendam dignitatem assurgerent.

Ioanni Annibaldo proconsuli Romanorum.

27 Ab antiquis retro temporibus vrbs Romana, contumaces sibi subiciens nationes, & Regum plurium baltheis dissolutis, in superbiam posita seculorum, apostolica demum honorata præsentia, & eorumdem sanguine consecrata, illum excellentiæ gradum attingit, vt in contemplationis duplicis, Sacerdotij scilicet & Imperij collocata fastigio, corporali spatio minor, orbe maior dignitate cuiuslibet, non tam iure quam suis viribus antea præfuisset. Ex tunc tamen titulo meliori prælata, pontificalis honorem cathedræ diuinæ beneplacito voluntatis obtinuit, & Imperialis excellentiæ gloriam, quam demeruerat, non amisit. Non hoc sane illius temporis debatur hominibus, sanguinis effusoribus innocens: sed ille, in cuius oculis munda sunt omnia, fidelem populum & catholicum in eadem per tempora nascitura prouiderat, qui sanctorum honoraret reliquias, subiectionis debitæ reuerentiam successoribus Apostolorum impenderet, dotaret & ditaret ecclesiã, & ministros enutriet earum: per terras suæ ditioni subiectas cultum diuini nominis ampliaret. Quod probauit felicissimus rerum exitus ex illius ordinatione procedens, qui in sua dispositione non fallitur, dum tales multo tempore gestauit Roma filios, tales educauit alienos, qui præmissis & alijs pietatis operibus ingiter insistentes, orbis climata boni-

Indictum
facro-
ri iusti-
tium in
Vrbe.
a To. 2. ep.
464.
Direpta
ab Henri-
co prodito-
re sacra-
ria.

b Anony-
de reb. Si-
cul. anst.

Parata
ab eodem
facilegia.

a To. 2. ep.
468.
Transfert
in Carolũ
Pont. sena-
toris digni-
tatem.
Promissa
Henrico,
si ponit-
uerit sce-
leris, ve-
niæ spes.

Carolo se-
natoris di-
gnitas ad
decenniũ
collata.

b Lib. 4. ep.
475.

c To. 2. ep.
484.

Ad Anni-
baldũ pro-
consulem
ea de re
lit.
Egredia
vrbs elo-
gia.

Diuina est
ca eam
protiden-
tia.

tatis suæ radijs illustrarint. Hinc est siquidem, quod non leuiter nos conturbat, non mediocri nostrum & fratrum nostrorum animos pungit doloris aculeus, quod in vrbe tam clari nominis obscuratum videtur aurum, & color optimus immutatus, dum in ipsa mutatis legibus & iuris fœdere dissipato, spoliatur ecclesiæ, rapiuntur deposita, male tractantur clerici, carceri mancipantur: quæ quamuis sapientibus displicere credamus, magnam tamen in sua gloria ponunt maculam, qui peccatis alienis communicant, dum ea fieri patiuntur. Quid enim superest, nisi vt ipsa Veronica cum Apostolorum capitibus transportetur; & Vrbs toto spoliata thesauro, confusionis induta diploide habeat in æternum quod lugeat, & a tantis dilapsa diuitijs, non adiciat in perpetuum vt resurgat? Ecce tibi & alijs Vrbs nobilibus Vrbs ipsa relinquatur. Contestamur omnibus, fusum pro cunctis sanguinem Crucifixi: proponimus sanctorum pignora inibi constituta, quorum sedes ausu sacrilego inuaduntur, quorum violatur securitas, quorum ministriviler conculcantur. Requirit hoc Dominus ab omnibus, qui dissimulant, & qui eius iniurias non defendunt. Quocirca nobilitatem tuam rogandam duximus & monendam, ac per aspersiorem dominici sanguinis adiurandam, quatenus ante mentis reducens oculos tam honores quam commoda, quæ domus tua per Romanam recepit Ecclesiam, talibus eius occurras opprobrijs, tantis periculis obuies. Alioquin cum non sit arctior solito manus Domini, per viam aliam laborabit, & tu semper inexcusabilis remanebis. *Dat. Viterbij v. non. maij an. iv.* Hactenus Clemens; qui iisdem verbis ad Petrum & Iacobum proconsules scripsit: eosque vt ad defendendam Rom. ecclesiam confurgerent, permouere conatus est.

28 Cecidere irrita Pontificis monita, ac sprete eius querimonie, siue inflectere hos proconsules non posset, siue ij Henrici & Conradini potentie opponere sese nequirent. Cæterum fuit Conradinus tanta pompa ab Henrico senatore exceptus, vt apparatus magnificentia, triumphantium Imperatorum factum pene æquaret, atque in Capitolium perductus sit. de quo hæc Stero b: *Chunradus diu a Longobardis & Appulis expetitus, priori anno Italiam ingressus, adherentibus & fauentibus sibi plurimis ciuitatibus, Romam ingreditur: ubi gloriose tanquam Imperator cum magno tripudio suscipitur, domino Papa tunc apud Viterbium existente.* Similia tradunt Bernardus c de eius in Urbem aduentu, Ricordanus Malespina d, Villanus e, & S. Antoninus f: quibus monachus Patavinus g, Ptolemæus Lucensis h, ac Iordanus consentiunt.

29 Confluxere Romam ex tota Italia studio partium incensi plures Ecclesiæ perduelles, conflatique maximis copijs, die xv i i. augusti i tanto terrore ac potentia in Apuliam mouit Conradinus, vt omnium existimatione certissimam victoriam relaturus videretur: sed diuina vitio sacrilegos ad supplicij locum dissimulatè accedere pariebatur. Et quidem Henricus, qui rerum gestarum gloria antea maxime floruerat, ex quo sacras ædes distregit, contraque fas omne deposita rapuit, adeo pristina felicitate est destitutus, vt quidquid moliretur, omnia ipsius consilia infelicissimos exitus haberent: quamuis arridere initio viderentur. Præclara ipsis rei gerendæ affulserat occasio, quod Carolus in comprimendis Nuceria Saracenis, alijsque proditoribus distineretur; sed mox accepta hostium irruptione,

Nuceria obsidionem soluit, aduersique exercitus in Palentina planitie castra defixere.

30 Dirimebat acies fluuius, ac pontem, qui vtramque ripam iungebat, defendebant Galli Prouinciales: quem cum Henricus senator, qui primum Conradini agmen ductabat, perrumpere frustra aliquandiu nisus esset, maxima cum suorum parte fluminis vadum superauit: atque a tergo Prouinciales aggressus, fregit. Præcipui e nobilitate cæsi, atque inter eos mareschalcus Henricus Cusentinus, qui regia arma induerat, hostium gladijs concisus occubuit, cum maiori in eum impetu vndique irruerent; cæteri se in fugam præcipientes effudere, quos Henricus est insecutus. Profligata prima acie, Conradinus succinctus Germano milite in secundum Caroli agmen incurrit; cumq; vagus, ac palabundus miles præda illectus iam excurreret per castra; tertium enim Caroli agmen nõ videbatur, arrepta occasione Carolus in Conradinum impetum fecit, Gallicæ nobilitatis flore cinctus, ac Germanos deleuit, fuditque. Conradinus e periculo effusissima fuga auolauit. Interea dispergere se Caroli miles ad capienda spolia ardebat: sed Carolus illum continuit; Henricus enim adhuc vincendus supererat: instructaque acie gradum fixit. Redibat ab insequendis Prouincialibus Henricus triumphanti similis: qui vbi res mutatas, conuersamque prælij aleam vidit, mox stipare ac densare agmina cepit: adeo vt difficile admodum perrumpendus videretur. Tunc Erardus Valeriacus bello exercitatissimus, qui diuina prouidentia cum pluribus alijs e Terra sancta redierat, Siciliamque ante apulerat, Carolum monuit, astu magis & consilio quam viribus Henricum debellandum; acceptisque aliquot equitum turmis, fugam simulare cepit: ac tum deceptus Henricus eos fugere sui metu compulsos ratus, in Erardum effusus equorum habenis inuectus est: suisq; ita dispersis, in eos penetrauit facile Carolus: cum alij conuersa frôte, atque in vnum conglobati, cum Hærico fortissime dimicarent. Atque ita cum Henricus castros suos dissipatosq; intueretur, in fugam se proripuit. Hæc plures historici a, qui nonnulla alia fusius afferunt, a nobis tædij vitandi gratia prætermissa.

31 Tantam victoriam non humana potentia, sed diuina ope partam ab omnibus creditum est: cum victus longe numero ac viribus victorem superasset; tum quod Clemens, vt ait Ioannes Villanus b, eam cælitus accepisset: dum enim Viterbij ad populum concionabatur, quasi in diuinam eccliam abreptus, aliquandiu hæsit; tum inclamare cepit: *Procurrite: capite hostes Ecclesia, qui fusi, ac fugati sunt.* Nec vllus reportatæ victoriæ nuncius venisse ad eum poterat, cum plusquam centum milliariibus a loco, in quo pugna erat, distaret, eaque præcedenti frangente se die, nimirum S. Bartholomæi perugilio, relata esset: quocirca ab omnibus, qui in aula pontificia erant, creditum diuino lumine Pontificem, qui vitæ erat sanctissimæ, collustratum hæc dixisse: vnde auctor etiam qui Parisio appendicem adiecit, etsi huore in Pontifices Romanos imbutus, a commendanda ipsius sanctitate, referendoq; hoc ipsius oraculo temperare non potuit c: *Iste Papa ita vigilijs, ieiunijs, & orationibus, ac alijs bonis operibus erat intentus, quod multas tribulationes, quas tunc sustinebat Ecclesia, Deus suis meritis creditur extraxisse. Quin etiam, cum multi factum Regis Caroli pro desperato haberent, tum propter multitudinem exercitus Conradini, tum pro-*

Queritur
Clem. om
nia in ma
lum ver
sa.

Spoliari
ecclesiæ

Violari de
posita &
clerū op
primi.

Thesauros
diripi.

Adhorta
tio ad An
nibal. &
patrios
vt Urbem
defendat.

Reg. post
and. ep.
Nil profi
ciunt mo
nita Ponti
ficia.

Conradi
nus triumpha
tium a Ro
manis adm
mittitur

Stero in
annal. a
pud Ganif
antiq. lib.
30. l. p. 299
& Ricord.
Malesp. c.
192.

Io. Vill.
lib. 7. c. 25
& Bern. in
chro. Rom.
Ponr.

S. Anton.
p. 3. l. 20
& 1. 59.
g Monac.
Pad. chro.
lib. 3.

Procl. Luc
hist. eccl. l.
22. c. 37.

Jord. M. S.
Var. bibl.
p. Procl. Luc
in annal.
hoc au. &
hist. eccl. l.
22. c. 37.

Jord. M. S.
Var. bibl.
fig. n. 1960
Sicilia ci
tatiorem
inuadit.

Diuina in
eundè &
Henricum
senatorè
vltio
Carolus
Nuceria
obsidionè
soluit.

Prælij
istoria.

Henrici
senator
primi C
roli agm
na prod
gat.

Conrad
nus feci
dam C
roli acie
perripi
Ab extr
ma Car
acie, du
collig
spolia,
letur, i
gaq; su
constit

Incurr
Carolus
in rede
tem He
ricum.

Henrici
delat
Erard
leriaci
lus.

Dum
simul
Henrici
acies a
rolo pe
rumpit
a Ric
lib. 30.
c. 191

Jord. M.
Var. bibl.
fig. n. 1960
Nang.
v. 10. l. 30

& p
alij
Victori
Numer
ab om
bus ad
pra.

h. 10. p.
L. 7. c. 31

Cleme
ris de
parta
culum.

De
pug

c. P
cinuat
an. 1260
Jord. M.
Var. bibl.
fig. n. 1960
De ip
vitz
ctuate
signe

monit

pter totius pene regni Sicilia rebellionem; in publico sermone rei euentum prædixit.

32 Paucis post diebus latissima reportati triumpho de Ecclesiæ hostibus fama se diffudit: atque Carolus Rex ex agro Palentino, in quo victoriam gloriosissimam, quamuis non paucorum sanguine, compararat, laureatas hæc literas ad Clementem dedit.

Sanctissimo in Christo patri & domino suo Clementi diuina providentia sacrosanctæ Romanæ & vniuersalis Ecclesiæ summo Pontifici Carolus Dei gratia Rex Sicilia, ducatus Apulia, principatus Capua, Andegauie, Folcarquerijque comes, cum omni reuerentia & honore deuota pedum oscula beatorum.

Expectatam diutius & desideratam a cunctis fidelibus orbis terrarum latitiam vobis, clementissime Pater, & sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ matri meæ, tanquam suauitatis incensum humiliter offerens, supplico vt surgens pater, & comedens de venatione filij sui, exoluat gratias debitas Altissimo, & tam pater quam mater suis deinceps laboribus acquiescat. Noueritis igitur quod manu Domini, quæ mei tutrix est & patrona iustitiæ, meos feliciter & salubriter dirigente processus, postquam Conradinus eiusque sequaces regni mei finibus appropinquant, quærentes foramina, per quæ possent latenter ingredi, se; coniungere Saracenis; ego ipse de passu in passum per tres dies, totidemque noctes sequens & prosequens, tandem percepto, quod dicti hostes per Tecli partes ingressi, sperabant per Marsicana rura descendere, & peruenire Sulmonam; quodque inter Sculculæ & Charchij montes, in quadam planitie sua infelicia castra defixerant; die mercurij, in octaua videlicet assumptionis B. Virginis, de cuius potissimo sperabam auxilio, de pratis Ouimili secus lacum Fucini, & villa Anecni aciebus instructis, diuina me gratia comitante, procedens; demum ad quandam collem prope Albam, qui per duo parua miliaria distabat ab hostibus, ex quo campus Palentinus se explicat, iter meum prosequendo, perueni: & hostium exinde castra prospiciens, quia gens mea & equi potissime erant præ labore nimio fatigati, deliberaui & iussi, castra metari in eodem colle exercitum Christianum. Hostes vero videntes vexilla mea, castrorum suorum appropinquando terminis, dictique exercitus formidantes aggressum, de castris suis in campum, cum omnes eorum copiarum exirent, aspicientes gentem nostram ad prælium præparatam, in magna confusione meis prius eos clamantibus, ad loca, de quibus exierant, sunt reuersi. Sequenti autem die iouis, orto iam sole, hostes de locis ipsis recedentes, cœperunt profecti ultra flumen, quod inter vtrumque decurrebat exercitum, in faustis eorum auspicijs iter suum. Quod ego diligenter aduertens, statim prædicti campi Palentini planitiem, aciebus distinctis & ordinatis ad prælium, in diuini nominis virtute descendi, procedens maturis gressibus, ex aduerso: & cum crederem eos vltimius progressuros, ipsa castra sua super ripam fluminis prope villam Portium, suis tamen aciebus nullatenus dissolutis, præter spem meam & meorum omnium posuerunt: & intuentes quod & meus similiter castra metabatur exercitus, demum flumen subito cum magno impetu traiecerunt. Ego vero de diuino præsidio vestrarumque orationum confusus auxilio, inuocato Christi nomine, irruui celeriter & viriliter in eosdē. Postquam

fuit acerrime vtriusque pugnatum, maiore parte hostium in ore gladij trucidata, reliqui licet pauci sustinere nostri molem exercitus non valentes, se fugæ præsidio commiserunt: quos mei, festinus gressibus insequentes, pro magna parte per montes & nemora peremerunt.

33 Facta est itaque hostium tanta strages, quod illa, quæ in campo Beneuentano de alijs Ecclesiæ persecutoribus facta fuit, huius respectu valde modica reputatur. De Conradino autem & Henrico senatore Urbis, vtrum in bello conciderint, an per fugam euaserint, nulla in confectio præsentium, quæ statim post victoriam scriptæ sunt, haberi potuit certitudo: verum equus, cui dictus senator infidebat, a meis, cum sine sessore fugeret, captus fuit. Latetur ergo mater Ecclesiæ, & pro tanto triumpho, cælitus ei per suorum pugilum ministerium clementer indulto, in iubilo superne laudis assurgat: quoniam iam dedisse videtur omnipotens Deus sinem suis vexationibus; iamque de avidis suorum persecutorum faucibus liberasse. *Dat. in campo Palentino xxiii. die aug. xi. indict. anno iv.*

34 Vberimas numini grates Clemens retulit, Ecclesiæ suæ ferocissimos hostes attriuisse: alioque etiam ad concinendas Deo laudes, quod literæ ad Malatestam de Verulo datæ a testantur, concitauit, felicemque nuntium late circumtulit. Cæterum Conradinus atque Henricus in potestatem Caroli ceciderunt: Pontifex enim in literis xviii. octobris ad Card. episcopum Ostiensem scriptis, significauit Conradinum, Fridericum ducem Austria, Galuanum & Galiottum eius filium, atque Henricum olim senatorem in vincula coniectos: *Scire te volumus, quod, sicut prædicti filij nostri * I. sanctiorum Cosma & Damiani diac. Card. & aliorum multorum fide dignorum literas accepimus, charissimus in Christo filius noster Carolus illustris Rex Sicilia Conradinum & ducem Austria, Galuanum & Galiottum eius filium, cum Henrico quondam Senatore Urbis, & Conrado de Antiochia tenet carceri mancipatos, &c. Dat. Viterbij xviii. kal. octob. anno iv.*

Captus igitur hostibus Carolus, atque in vincula coniectis, præcipuos ex vniuersis regni ciuitatibus exciuit, vt quid in captiuos consulendum esset, inter se agerent: ij vero tanquam læsæ maiestatis reos plectendos capite censuerunt. At non sine plurimum repugnantia, vt narrat Iordanus c: *Conradinum, inquit, & ducem Austria, Gerardum quoque comitem de Pisis de consilio sapientum, nonnullis tamen contradicentibus, in platea Neapoli capite truncari voluit.* Cæsus igitur est Neapoli Conradinus, in quo Sueuorum principum familia excisa est: obiectaque illi a præcone forensi ait Nangius d ingentia mala, quæ ipsius parentes, atque Ecclesiæ intulissent. Cæterum qui eius mortem funestam, ac Friderici, filiorumque lugubres exitus perpenderit, dubitare non poterit, diuinum Numen, vt illatas sponse suæ Ecclesiæ iniurias vlcisceretur, in illam familiam tyrannorum altricem iras effudisse. Porro Conradinum & socios apud sacerdotem crimina expiasse testatur hæc verba Nangius e: *Antequam eos feriret victoris gladij, iuxta quædam capellulam missam pro animabus suis, secundum morem Christianæ religionis, proprijs auribus audierunt: indulto etiam sibi spatio crimina confitendi.* Quibus Siffridus f consentanea historiæ suæ consignauit: *Capitalem, inquit, sententiam acceperunt; prius tamen confessione facta.*

De stragis magnitudine.

Relate Numinis a Clemēte gratia.

ibid. ep. 532.

* Iordani Conradinus & præcipui ducis in fuga intercepti.

Damnati capitis sententia.

ibid. M. S. bibl. v. at fig. n. 1690

d Nang. in gest. S. Lud. Diuina iustitia in extingueda Friderici persecutoris Ecclesiæ stirpe.

e Nang. ubi sup.

f Siffrid. in ep. 10. 2.

Peperit sibi ea seueritate Carolus non modo illius ætatis hominum, sed etiam futurorum, seculorum inuidiam, & odia collegit; grauissimeque, vt asserunt Ricordanus a & Ioannes Villanus b, a Pontifice increpitus est: tantum abest, quod aliqui commenti sunt, qui tanto Pontifici, ac re ipsa clementissimo crudelitatis maculam aspergere voluerunt, atque illi hoc famosum dictum impegere: *Vita Conradini mors Caroli: mors Conradini vita superstitem non fuisse*, cum ferro Conradinus periit, ijque ipsius necem ad annum sequentem reiecerunt. At mitius egit Rex cum Henrico senatore, siue quod ipsi consanguinitate esset coniunctior; siue quod abbas Cassinensis, qui fugientem interceperat, ea lege Carolo tradidisset, vt ab illius cæde temperaret, ne pœnam aliquam ex sacris canonibus incurreret; quare ipsum arctissimo carceri mancipare contentus fuit: qui vinculis Castellæ Regis precibus multus post annis solutus fuit. Senatoris vero dignitatem, quam gesserat Henricus, paulo post adeptam victoriam Carolus recepit, vt refert monachus Patauinus c: quem triumphatoris magnifici cultu Romam ingressum ait, atque a populo magnis applausibus exceptum: constitutoq; alio, qui suas in Vrbe vices gereret, in Apuliam rediisse.

35 Pari felicitate ipsius duces contra rebelles Siculos rem peregere. Tota ea insula, exceptis Panormo ac Messana, in Caputhis siue Conradi de Antiochia, qui a Frederico Imp. genus ducebat, obsequia procubuerat. Sed cum Galli instructa magnifice classe victoriæ partem gloria elati appulissent, populi ac nobiles ad Caroli partes inclinare cœperunt, cinctusque obsidione Conradus captus est; erutisque primum ei oculis, sædissimo postea suspensio damnatus. Insula vero percussa metu, breui iugum Caroli accepit. Fœdatam tamen nimio hostili fuso sanguine victoriam referunt auctores, idque Clementi ingratum exitisse: *Post hæc, inquit Iordanus d, ad recuperandas rebellantes terras Rex Carolus conuertit animum, idque agit non sine multa sanguinis effusione: quod Clementi Papa non placuit; fuit enim vir benignus generaliter habitus*. Eadem tradit Prolemæus Lucensis e, qui maxime in Sicilia & Aprutio sæuissimè Carolum in perduelles ait. Cumulatus is error alio grauiore est: insolescenti enim ob præteritas victorias militi, atque administris licentia habenas effudit. Ijitaque diuites per calumnias circumuentos exuebant opibus, pauperes vectigalium causa atterebant, ecclesiastica inuadebant iura, maritorum thoris comparabant infidias, rapiebant virgines, solutas opprimebant. Quorum scelerum fama percussus sanctissimus Pontifex, literas ad Carolum scripsit, quibus infelicem regni statum ipsius oculis obiecit f: monuitque quanto hæc periculo impune patrari sineret.

Regi Sicilia illustri.

36 Frequenter ante tuæ considerationis oculos ponentes nunc verbo, nunc literis statum miserabilem regni tui, sperabamus, quod ad reformationem illius, quod amare deplorat & conqueritur, se ministrorum tuorum non solum deformari malitia, verum etiam pene penitus dissipari; opportuna promptitudinis remedium adhiberes, tuæ in hoc & subditorum tuorum indemnitati prouidens, ac nihilominus periculis, in quæ ijdem tui ministri te ac regnum præfatum, quasi scienter ingerunt, prudenter occurrens. Cum autem sciamus, adhuc huiusmodi non cessasse malitiam;

sed eam inualefcere potius, validorum clamorum frequentia inualefcientium iugiter oppressio-num, quas inibi quotidie tui officiales inculcant & aggrauant, euidentia manifestet; nec nostra, penes tuam excellentiam cessabit instantia, quominus te ad soliditatem status tui, quam in ijs specialiter quærimus, & ipsius regni ordinatio verifimiliter pollicetur, & ad releuandas eiusdem regni pressuras, prout nostrum decet officium, inuitemus. Verum si forte ideo minus in histe monita nostra mouent, quia nos ad ea moueri vana relatione quorumlibet, aut æmulorum suggestionibus forsitan arbitraris; regiæ serenitati consulimus, & sano consilio suademus, ac nihilominus tuæ utilitatis obtentu magnificentiam tuam requirimus & hortamur, quatenus a religioso viro fratre A. de Rupe domorum ordinis militiæ templi Hierosolymitani, præceptore in Francia; quem nuper venientem de regno prædicto potuit in multis oculata fides, in pluribus vero fama communis, ne infamia dicamus instruere; quemque non dubitas tuæ prosperitatis & famæ sedulum zelatorem, de horribili desolatione regni eiusdem diligentius perconteris. Miramur quidem, si tuis sæpe non insonet auribus, quantus est ibi afflictorum gemitus, ululatus & clamor: quot & quanta ecclesiarum, & personarum ecclesiasticarum grauamina: quot oppressiones non solum solutarum, sed & coniugarum & virginum: quot pauperum spoliationes: quot diuitum concussiones: quot iniuriæ: quot calumniæ omnium: quot postremo depredationes vndique ac rapinæ. Profecto, fili, hæc nimis periculose dissimulas, nec sine multa indecentia & tui detrimento nominis patris, prædictos officiales & familiares eorum, in præfatos tuos subditos sic lasciuiendo sæuire, vt eis abundantibus de subditorum ipsorum iniurijs, tu per ipsos tuis fraudatus viribus, & odiosas reddaris omnibus; & propter ipsorum excessus, ea etiam in sua interdum conuertentium commoda, quæ in tuam deberent utilitatem cedere, non solum vraris infamia, sed & paupertatis incommoditate premaris.]

37 Non occurrissè Carolum his malis, vel ea postea recruduissè visuri sumus: vnde tandem exasperati Siculi cruentam rebellionem mouere. Sed de his postea: nunc adiungemus correptum etiam a Clemente Carolum fuisse, pendente controuersia de Prouinciæ comitatu sacramentum fidei a Prouincialibus exegisse. In quo Carolus sanctissimo fratri, qui maiorem natu filiam Berengarij comitis vxorem duxerat, iusque suum, vt vidimus, ea de causa persequi intermiserat, vt frater Siciliam sibi subijceret; haud leuem iniuriam pro acceptis beneficijs reposuit. Significauit vero Fræcorum Regiæ Pontifex a damnari a se, quæ Sicilia Rex tentasset. Sustinuit præterea b Magalonensis episcopi partes contra Aragonium Regem. Tum S. Ludouicum, cuius ministri episcoporum dignitatē infrangebant, ad eorum comprimendam audaciam excitauit c: *Credit mundus, & nos dudum probauimus, quod ex certa scientia nullum opprimis, nullum grauas: sed non omnia scire potes, quæ aguntur in finibus regni tui; nec factis ipsis auditis, quò pondere, quæ mensura sint facta, sine recta nosce, valde indagine. Et idcirco multa plerumque transeunt incorrecta, vel quia ad magnitudinis tuæ præsentiam, obsistentibus æmulis, veritas non permittitur ingredi; vel ingressa non inuenit, per quem tibi, qui eam diligis, valeat aperiri. Hæc constantius scribimus, quæ interdum oculis nostris vidimus, & eundem*

a Ricord.
ubi sup.
b Villan.
ubi sup.

Henricus
exfenator
carceri
perpetuo
addictus.

c Mon. Pad.
chron. l. 3.
Carolus
senatoriæ
dignitatē
capessit.

Sicilia in-
sula ad
eius obse-
quia reuo-
cata.

Conradi
de Antio-
chia sup-
plicium.

Sæuitum
in alios.

d Iord. M.
S. vatic.
bibl.
Aegerrime
fert
Pontifex
nimium
sanguinē
fundi.

e Procl. Luc.
bibl. eccl.
l. 23. c. 38.

f Ex. in
M. S. Vall.
sign. li. C.
n. 49. pag.
19. & a-
pud Suris.
indic. l. 2.
sub ann.
1282.

Grauiora
Pontificis
monita
ad Carolum.

dem defectum in nostra curia sapius experimur: & ex nobis intelligimus quæ sunt proximi, te & alios principes, ad condignam sollicitudinem potius excitantes, quam in eis omissionem aut negligentiam arguentes; cum nos nullo possimus ingenio huic morbo plenum antidotum reperire: nec præcise damnamus in alijs, quod in nobis usquequaque non cernimus emendatum, &c. Dat. Viterbij xvi. kal. iulij anno vi.

Incitatus eodem zelo Pontifex Lusitani cleri patrocinium suscepit: Alfonso enim Rex acerbam adeo tyrannidē exercebat, vt plures insignes præfules, interdita sacris Lusitania, profugere coacti sint. Nec hi modo indigne habiti, verū obtriti iniustis oneribus ac regiorum administratorum licentia populi: qui apud Clementem graues querelas effudere. Is vero ne muneri apostolico deesse, lenia prius admouens remedia, Alfonso hortatus est, vt susceptam maculam detergeret, atque ad æterni Numinis, a quo pœnæ ac præmia Regibus expectanda sunt, gratiam virtutibus colligendam, se compararet.

Illustri Regi Portugalia.

38 Olim ad nos diuersi peruenerunt articuli, super quibus communitatibus ciuitatum, & vniuersitatibus aliorum locorum regni tui dicebantur a te tuisque officialibus, contra consuetudines antiquas a tuis obseruatas prædecessoribus & tuo nihilominus iuramento firmatas, multiplicia grauamina & iniuriæ irrogari. Et licet permissas nobis earundem communitatum literas tua super ijs non solum pretendi excusatio, sed asseri de tuo laudabili regimine commendatio videatur; quia tamen a multis huiusmodi assertio exacta præsumitur, & non tam ex libera voluntate, quam ex timore mittentium processisse; nos attendentes quod huiusmodi elogia veritatis substantiam non immutant, aliqua de prædictis grauaminibus narrare decreuimus, tibi que circa ea nostrum animum aperire. Fertur enim quod loca ad communitates ipsas præstantia, & ad priuatos, interdum pro arbitrij tui occupans libertate, illa tuis commodis applicas: & faciens in eis domos aliquando, quandoque macella construi, prohibes venalia vendi alibi quam ibidem, in graue communitatum ipsarum, & aliorum, ad quos eadem loca pertinent, maxime cum nulla eis exinde satisfactio proueniat, præiudicium & discrimen. Mercatores quoque ac alios incollas dicti regni grauibus minis & terroribus, ac interdum etiam captione personarum, ad concedendum tibi mutuum inuitos pro tua diceris compellere voluntate; ipsos alias inuictis, & indebitis exactionibus multipliciter aggrauando. Nonnunquam viduas, statim viris earum viam vniuersæ carnis ingressis; ipsarum quoque, nec non coniugatarum filias, vt cum personis vilibus, nonnullis hominibus tuis, & alijs matrimoniâ contrahant; maiores insuper de ciuitatibus dicti regni, vt impudicas mulieres, seu alias, quæ de Saracenis aut Iudejs traxerunt originem, sibi matrimonialiter copulent; passim non tam inducis voluntarios quam compellis, vt fertur, inuitos.

39 Illud insuper satis graue prætermittere nolimus, videlicet quod aliquando clericos per dicefanos, vel eorum vicarios ad præsentationem patronorum in ecclesijs institutos, & alios quibus sunt eadem ecclesiæ commendatæ, ecclesijs ipsis destituis; faciens capi nonnunquam præsentatores huiusmodi, & bonis proprijs spoliari; nec audent propter potentiam regiam in foro ecclesiastico suam iustitiam prosequi: quod

cedere noscitur in derogationem & præiudicium ecclesiasticæ libertatis. Sunt & alia quamplura, quæ longum esset narrare præsentibus, & de quibus tua conscientia certificare poterit temetipsum. Vnde cum zelum Dei tamquam deuotionis inclytæ principem te non solum desideremus, sed & speremus habere; præsertim cum pro Crucifixi seruitio signum crucis assumpseris, sisque illius titulo præsignitus [de Alfonso ad Syriæ res instaurandas cruce signato iterum inferius nobis agendum erit, vbisermo de ea occurret] regalem excellentiam requirimus, & paterno rogamus affectu, quatenus circa præmissa nequaquam, cum id regiæ celsitudinis statum non deceat, necessitatem correctionis expectes: sed per te ipsum, quod & tibi erit decentius, & Deo, ac nobis acceptius, sic mente deuota provideas, quod ipsum Deum, ad cuius te præparas gratiam promerendam, in talibus non offendas; sicque te constituas in horum emendatione promptum, sollicitum, & paratum, quod clarens nitore munditiæ, securus ad illius accedas obsequium, a quo premiū perennis retributionis expectas: tibi que ipsi tâto magis propitius in tuis processibus habeatur, quanto in præmissorum correctione te humiliorum inuenit, & ad prosequenda in ijs & alijs sua beneplacita promptiorem. Dat. Viterbij 2. kal. aug. an. xv.]

40 Cæterum ad redintegrandam in Lusitania rem ecclesiasticam missus est Apostolicæ sedis nuncius Folquinus canonicus Narbonensis, plurimaque instructus a ad munus gerendum auctoritate; tum etiam querelas aduersus Alfonso Regem ab archiepiscopo Bracharensi alijsque episcopis, tum a populis, vrbibus, ac prouincijs excipere iussus, eumque ad sarcinenda illata iniuste damna Apostolica auctoritate adigere. Cum vero discessisset e Lusitania Bracharensis archiepiscopus vt ad apostolicum asyllum confugeret, suamque atque ecclesiæ causam in aula pontificia ageret; concessissent similiter in voluntarium exilium alij, qui fuerant ab Rege, eiusque ministris iniquis læcessiti; vt eos patriæ ac dignitatibus Clemens restitueret, atque ab omni mali suspitione liberaret, præscripsit b Lusitano qua forma immunes mali, atque in tuto futuros, sacramento polliceretur.

41 Alfonso Dei gratia Rex Portugalia vniuersis presentes literas inspecturis salutem. Noueritis quod licet venerabilis pater Martinus Bracharensis archiepiscopus regnum nostrum exiuerit; asserens a nobis, vasallus, & hominibus nostris se ac suam, & alias ecclesias, & clerum prouincia sua grauatos; & sedem Apostolicam adiens, ibi contra nos, ac eosdem vasallos & homines nostros querimoniam super grauibus & diuersis articulis deposuisse dicatur; propter quæ contra eum, & persecutores huiusmodi negotij, religiosos & clericos, eorumque familias dicimur forsan concepissemus rancorem; nos tamen tam ipsi archiepiscopo, quam negotij eiusdem persecutoribus, & familijs supradictis omnem rancorem ad plenum remittimus: & archiepiscopo, persecutoribus, ac familijs eisdem, & rebus ipsorum pro nobis, & pro omnibus de regno nostro, & de dominio nostro, plenam securitatem damus redeundi ad prædictum regnum, & ibidem morandi secure: nec non & omnia sua negotia, & quæcumque ad ipsos spectant, libere faciendi, & de dicto regno exeundi, & ad ipsum redeundi, quotiens sibi putauerint expedire, nullum propterea periculum formidantes; ipsis nihilominus ex abundanti treguam pro nobis, & pro omnibus de

Laudat Pontifex symboli crucis professa religio militiæ, accepisse. Hortatur ad diuinâ sibi gratiâ conciliandam.

a Lib. 4. ep. 61. 62. 64. 66.

Bracharensis archiepiscopus præfules e Lusitania Regis iniustitiam coacti abscedere. b Lib. ep. 65 Ad eos restitutos incumbit Pont. Exigenda a Rege de ijs non exagitantis sacramenti forma.

In Lusitania oppressa ecclesiastica libertas.

Alfonso Rex a Clemente corripitur.

Publicam rem & priuata bona sibi arrogare.

Extorque te a mercatoribus varijs coloribus pecunias.

Violenta coniungere inter subditos matrimonia.

Clericos suis iuribus exuere.

ipso regno, & de dominio nostro usque ad quindecim annos bona fide, & sine malo ingenio concedentes. Restitutus a est sacrorum vsus Lusitania, ac censura ab episcopis Lusitanis inculsæ ad semestre soluta. Caterum id malum iterum recruduisse, dicitur inferius: nunc quid Clemens ad dirimendam de Imperio ceptam, totque productam annis Alfonso inter Castellæ Regem ac Richardum electos extremo hoc sui pontificatus anno egerit, aggrediamur.

42. Constituerat, vt supra dictum est, sanctissimus Pontifex, diem ad causam grauissimam, in qua de Romano Imperio agebatur, definiendam: ex qua dirimenda populorum quies, Germaniæ pax, ecclesiæ Rom. quæ Conradini, atque Henrici olim senatoris contumacia & perfidia concussa fluctuabat, libertas pendebant. Nonnullis etiam prudentiæ laude præstantibus viris in Germania, Italia, Gallijs, & Hispania prouinciis demandarat, vt in designatis locis testium dicta exciperent: sed nulli ipsi testes ex neutra parte sese obtulerant. Cumque præfixus dies peremptorius immineret, Alfonso a Clemente contendit, vt illum differret in annum alterum, cum Siluensis episcopus, cui negotium commiserat, a prædonibus occisus esset, omniaque eius instrumenta periissent; orator alter aduersa valetudine implicitus, in oppido, cui Podij Bonizi nomen erat, longa obsidione circumclusus fuisset. Rei æquitate adductus Pontifex terminum produxit. b

Clemens, &c. Regi Castellæ ac Legionis illustri in Romanorum Regem electo.

Magister Guillelmus exacto termino [scilicet peremptorio] in primo die post Annunciationis festum præfixo, se nomine Richardi in Romanorum Regem electi, coram nobis & fratribus præsentans; & petitionem repetens frequenter, ipsius electi nomine iteratam; petebat instanter, prædictum negotium finaliter absque vltiori dilatione decidi; ad hoc rationibus vtens varijs, & diuersas persuasiones inducens. Ex aduerso vero dilecti filij magistri Ioannes archidiaconus Compostellanensis, Ioannes Legionensis, & Petrus Salamantinus decani, capellani nostri, procuratores tui proponere curauerunt, quod cum magister Radulphus [nimirum de Podio Bonizi] qui supra dictum recepit terminum, & apud se tam prædictas nostras literas, quam omnem aliam instructionem ipsius negotij, ad productionem testium pertinentem habebat; infirmitate grauissima occupatus, & postmodum in castro Podij Bonizi, non solum eiusdem infirmitatis incommodis, sed etiam subita & longa obsidione detentus, te super huiusmodi processu, per nos cum ipso in eodem negotio habito instruere, sic euidenti necessitate vetante, nequiverit; tibi contumacia, vel negligentia de testibus, vel alijs monumentis in termino non productis imputari non poterat, nec debebat: præsertim cum bonæ memoriæ Siluensis episcopus, qui citra eundem terminum, pro parte tua cum nonnullis instrumentis, ad fundandam intentionem tuam spectantibus, ad sedem Apostolicam accedebat; in Tuscia in manus quorundam nefandissimorum incidens, ab eis fuerit immaniter interemptus, prædictis instrumentis, quæ secum deferebat, amissis. Propter quod iidem procuratores asserentes, impedimenta proximo allegata esse notoria; & dilationem sufficientem ad probandum præmissos, per te oblatos, articulos concedendam fore multipliciter allegantes;

ipsum sibi tuo concedi nomine instantissime petierunt, memorato magistro Guillelmo multa in contrarium replicante. Omnibus pro vtraque parte propositis, cum eisdem fratribus plena deliberatione discussis; licet desiderij nostri suasio, & iustitiæ rigor in deliberationis nostræ scrutinio confligentes, deliberantium iudicium alternant; cum Ecclesiæ, Imperij, ac principum prædictorum nobis admodum votiuæ tranquillitas, verisimiliter ex ipsius Imperij ordinatione speranda, viam omnino præcludi quibuslibet dilationibus suaderet; iustitiæ vero auctoritas proculdubio non contemnenda suggereret, quod cum terminus alias, vt præmittitur, ad probandum articulos iam admissos, cum causæ cognitione * cōsensus, per casus fortuitos & inopinatos euentus frustratus debito fuisset effectu; non erat ad probationem eorundem articulorum noua, saltem de bono & æquo dilatio deneganda, quantumcumque inuiti protractionem eiusdem negotij patiamur; eligentes tamen in tanto negotio potius obtemperare iustitiæ, quam cum alicuius præiudicio annuere votis nostris, dilationem nomine tuo petitam decreuimus concedendam: & tam tibi quam præfato Richardo electo a kal. iunij proxime futuri, vsque ad vnum annum de fratrum consilio peremptorium terminum, in quo cum dictis testium producendorum super alterius partis articulis, & omnibus alijs actis, monumentis, & iuribus, per procuratores idoneos apostolico vos conspectui præsentetis; duximus præfigendum: insuper statuentes, vt in prædictis prouincijs, videlicet in Alemannia apud Frankensford, in Francia Parisijs, in Hispania in ciuitate Burgensi, in Italia Bononiensi; ac etiam in prædicta curia nostra, coram illis, quos ad hoc duxerimus deputandos, octauo die ante festum natiuitatis Dominicæ, primo venturum; quem peremptorium terminum, vt ex tunc productio testium vtrinque incipiat, assignamus; tam tu quam altera pars ad producendum testes, quos producere volueritis, & videndum iurare, quos produci contingeret, per procuratores curetis idoneos comparere: scituri pro certo, quod elapso eiusdem anni termino, cum nostræ intentionis sit & plenis desideremus affectibus, dispendijs, quæ vndique de ipsius Imperij fluctuatione insurgunt, occurrere; ac Ecclesiæ, Imperij, & principum prædictorum tranquillo statui prouidere; non obstantem cuiusdam vestræ absentia, seu si ad probandam intentionem suam alteruter non intendat, quod ad finalem decisionem huiusmodi negotij, sine diffusioris moræ periculo, prout permiserit iustitia, & vtilitas suaserit, diuina fauente gratia procedemus. *Dat. xv. kal. iunij.*]

43. Dum ita enascentibus nouis difficultatibus, quas repentini casus ingerebant, Romanus Pontifex sententiam de adiudicando alteri electorum Imperio differret, Germaniæ principes tot moras iniquiore animo ferentes, grauissime conuesti sunt, sibi ab Alfonso, ac Richardo electis illusum esse, qui ita nullo certo rectore Imperium fluctuare paterentur; nec leuiter in sedem Apostolicam commoti, nondum sententiam tulisse, consilia de tertio eligendo agitarunt: Regemque Bohemiæ interpellarunt, vt omnes mutuo consensu comitia noua, de eligendo nouo Romanorum Rege celebrarent. At ille, qui sedi Apostolicæ addictissimus erat, missis oratoribus, ne eam in tanta re offenderet, quid sibi agendum esset, consulendam censuit. Cui Clemens rescibens sedis

De controuersia Imperij inter Alfonso & Richardum.

b Lib. 4.º ep. cur. 16.º ex sat. etiam in cod. V. al. sign. lit. C. n. 49 p. 19

Urget Richardus rem decidi.

Alfonso differri ob existem qui acciderat oratoribus casum.

* confictus

Ex iustis causis productus peremptorium terminum

Principes electores ferunt in tam in 10 annos controuersiam

sedis Apostolicæ integritatem atque sollicitudinem in ea tractanda re proposuit, ut illius iudicium subire electi recusassent, remque potius armis decernere statuissent: qua cura Alexandri atque Urbani missis legatis in concordiam ipsos adducere studuissent: ut præfixis ipsis peremptorius terminus fuisset: *Dilecti*, inquit, *filij magistri Ioannes archidiaconus Clamocensis, & Augustinus subdiaconus noster Pragensis canonicus, tui capellani ac nuncijs, nobis tue serenitatis literis, Apostolicæ sedis affectum ad progenitores tuos, tuamque magnitudinem continuatum ab olim grata recognitione fatentibus; ac asserentibus consians tue deuotionis sincera propositum, ad beneplacita ipsius sedis & nostræ; ipsisque nuntijs, præcipue super quibusdam articulis fidem adhiberi petentibus; ex parte tua inter cætera retulerunt, quod nonnulli principes Alemannia, ad quos Regis Romanorum in Imperatore postmodum promouendi, spectat electio, per charissimos in Christo filios nostros, Alfonsum Regem Castelle ac Legionis illustrem, & Richardum in Romanorum Regem electos; nec non Romanam ecclesiam, in eo quod alterutrus illorum electionem confirmare, vel utramque si iustitia suadebit, infirmare distulit, sibi conquirentes illis; die statuto ad electionem de tertio celebrandam, te ut eodem die cum ipsis ad id conuenias citauerunt, varijs nihilominus ad hoc suggestionibus inducetes. Vnde dicti nuncijs, nobis humiliter supplicarunt, ut quid tibi sit super tanto negotio faciendum, in quo, ut dicebant, contra nostrum beneplacitum procedere tanquam deuotionis filius non intendis; nostris tibi exponere literis curaremus.*

44 Sane, fili charissime, gaudenter accepimus te affectionem, quam semper ad personam tuam & progenitores ipsos eadem gessit Ecclesia, tam humili confessione fateri; & excellentia tue quamplurimum congaudemus, quod ad propria salutem animæ, ad tui commodi & honoris augmentum, ad regalis exaltationem nominis, indefesso proposito ipsius matris Ecclesiæ honorem prosequi, eius & nostris obedire mandatis, ac ea promouere solícite deuota & prompta intentione disponis. Verum de prædictorum querela & conatu principum, intendentium ad electionem tertiam, dum inter memoratos electos super duabus celebratis de ipsis quæstio agitur, promouendam; de præmissa etiam tua circa id dubitatione non sufficimus admirari. Nullum enim fere angulum ipsius latere debet Imperij, quod de prædictis electis, huiusmodi electionibus in discordia celebratis, & electis ipsis non curantibus subire iudicium; sed proprijs se velle inniti viribus expresse dicentibus; eadem Ecclesia sel. recordationis Alexandri & Urbani Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum temporibus attente considerans, & amare deplorans immensa pericula, que de huiusmodi fluctuatione Imperij, non solum ipsi Ecclesiæ, principibus, totique Imperio prædictis; sed & vniuerso commisso eidem Ecclesiæ populo, tam quoad animas, quam quoad corpora & bona etiam imminebant; licet partes ab initio ad suum subeundum iudicium, sicut nec decuisset nemine prouocante, tam subito non arderit; tamen ad reformanda inter eas pacis fœdera, & negotium non solum pro earumdem utilitate partium, sed Ecclesiæ totius Imperij principum & populi prædictorum in concordia terminandum; varias vias excogitans ac celerem ipsius ordinationem Imperij, multipliciter & solícite laborauit. Et demum memorati Regis Castelle procuratoribus ipsum Regem; præfati post vero Richardi specialibus ad hoc nuncijs eundem Richardum petentibus, inter cætera, tempore dicti prædecesso-

ris Urbani ad recipiendum de ipsius prædecessoris manibus eiusdem Imperij diadema vocari, & esset consuetam in talibus iustitiam exhiberi; dictus prædecessor eorumdem electorum concordiam, & pacificam ipsius ordinationem Imperij, tanquam toti mundo perutilem, sibi que ac Ecclesiæ prædictæ valde votiuam, multo affectu desiderans; deliberauit sic huius petitioni exhibenda iustitia, quam earumdem partium instantia exigebat, annuere, quod tractatus concordie, ad quam semper eiusdem Ecclesiæ suspirauit intentio, nequaquam inter illos negligere censeretur. Sicque ad ipsos electos speciales nuntios, viros quidem magnæ auctoritatis, discretos, & prouidos capellanos suos, qui eos ad pacis unitatem inducerent, de fratrum suorum consilio destinauit. Et ne quid diesse ipsorum prædecessoris & Ecclesiæ sollicitudini ad accelerandam expeditionem eiusdem negotij putaretur; eosdem electos peremptorie fecit ad certum terminum, & sub certa forma citari. Sed eodem pendente termino, turbatione valida in regno Angliæ insurgente, contigit eundem Richardum electum, sicut satis credimus esse notorium, taliter impediri, quod nemine pro ipso in dicto termino comparente, in eodem negotio nullus processus est habitus: sed idem terminus, omnibus in suo statu manentibus, iustitia exigente dilatus.

45 Pergit exponere, ut cum Urbani consilia de controuersia dirimenda, ipso Richardo a rebellibus in vinculis detento, mors importuna turbasset, ipse gubernaculis Ecclesiæ admotus, ad eam decidendam, studium diligentiamque conuerterit: sed repentini ac improuisi casus, Siluensi episcopo trucidato & Rodulpho de castro Podij Bonizi Castellæ Regis procuratore morbo oppresso, atque oppido, in quo versabatur, a Carolo longa obsidione circumfesso, curas apostolicas retardarint: nec propter improuisos rerum exitus debere principes electores nouis suffragijs tertium euehere; cum ea iniuria in ipsorum dedecus, electorum Regum dignitatem, maiestatemque Romani Pontificis redundaret: in eo demum statu rem consistere, ut ad kal. iunias insequentis anni terminus reiectus fuerit: se pontificia auctoritate vetare, ne huiusmodi electionem moliantur: rescindere ac conuellerent omnia, quæ male essent meditati: cæterum se egregium Regis Bohemiæ animum collaudare, qui in tanta re, sede Apostolica inconsulta, nil tentandum censuisset: ipsius esse dignitatis, ut cum suffragia sua ab vno ad alium traduxisset, vtrumque non deserere, sed Apostolicæ sedis iudicium præstolari. Tum subdit Pontifex.

46 Tecum igitur, fili, attenta meditatione considera, quid in his possit eidem patri Ecclesiæ imputari. Nunquid quod dicti principes memoratos electos in discordia elegerunt? An quod idem electus, quod sibi per electiones huiusmodi acquisitum reputant, non omittunt? Vel quod eadem Ecclesia, tantorum maxime principum, iura præcipiti non præcipitauit iudicio, seu peruerso forsitan non subuertit? An quod casibus fortuitis, quibus non potest diligentia humana resistere, non occurrit? Profecto licet eadem Ecclesia electionis tunc instantis præueniendo tempora, electores eosdem ad concordiam sedulis monitionibus inuitarit; naturalem tamen ad dissentendum facilitatem hominum in eis non potuit impedire. Nec electos ardescere decuit, immo nec licuit, ad cedendum; sicut nec ipsorum peruertere aut præcipitare iustitiam: nec prohibere seu etiam præuidere potuit casus varios postmodum incidentes. Hac si memorati principes, qui de tertia electione, ut supra exprimitur, satis inconsulte cogitare dicuntur,

Suadetur Otacharone ob improuisos casus tertium eligat.

End. cod. Vallic. pag. 20.

De nouo Rege Romanorum eligendo agitur.

Regem Bohemiz de celebrandis comitijs interpretant.

Consulit sedem Ap. Ochocharus.

Apologia Pontifici, qui tanta controuersiam tor diceptat annis non diemere.

Significat Pontifex irritam tertij fore electionē.

tur, consultius attendissent, puderet eos super iura Imperij eiusdem inter electos ipsos, quos constat eosdem principes elegisse, pendente iudicio; non sine nimio variationis opprobrio, & inconstantia nota; in vanum talia cogitare: cum scire debeant, quod si ydem, non terminato iudicio, ad illa præsumptuosus, quod vix credere possumus, conatibus prosilierent: & ipso iure foret, & nos nihilominus decerneremus, & nimirum ex nunc decreuimus, quid quid sic præsumptum fuerit, irritum & inane: tam tibi quam ipsis nihilominus inibentes, ne contra huiusmodi decreti nostri tenorem id attentetis: firma spe ac fide tenentes indubia, quod id semper eadem egit Ecclesia, id etiam nos & hætenus gessimus & adhuc puro gestamus in pectore, quod idem negotium, sine ipsorum electorum & principum eos eligentium quavis iniuria, expeditionem celerem ad totius eiusdem pacem Imperij sortiatur. Nec intentionis Ecclesia ipsius, aut nostræ unquam extitit vel existit, ius eligendi, quod tibi & eisdem principibus competere non negamus, quoquo modo minuere aut tibi vel ipsis circa illud, aut eius libertatem in aliquo derogare. Quin potius in votis gerimus, & cordi nobis est admodum, sic illud vobis conseruare integrum penitus & illæsum, quod siue alterutram prædictarum electionum confirmari, siue utramque cassari, iustitia cogente, contingat; idem ius perinde omnino * imminutum habeatis & liberum, sicut tibi & illis, vestrisque prædecessoribus competisse dignoscitur ab antiquo. Præmissa quoque, si excellentia tuæ prudentia debito discussisset examine, tua etiam dubitatio; quæ tamen filialis deuotionis signa prætendens, ad paternum, sicut decuit, deuote recurrendo consilium, in eo potissime grata peruenit, quod gaudemus & volumus te in tuis beneplacitis ad nos cum omni securitate recurrere; quicquid. Si quidem ignorare non debes, quod cum in utrumque ditorum electorum tua vota, licet successiue, direxeris, illorum saltem alterutrum velut efficax tibi tertio consentiendo in alterum reuocare non licet: sed est potius, dum de illorum iuribus pendet discussio, ab electione tertij, & propter iuris exigentiam, & propter etiam decentiam, omnimodis abstinendum, &c. addit preces, ne se ab ijs, qui tertium creari vellēt, flecti pateretur: quin potius delata sapius sedi Apostolicæ studia explicaret. Dat. Viterbij VII. id. nouembris pontificatus nostri anno IV.

Othocharus Rex Bohem. virtutib. insignis.

Præclara eius in Lituanos gesta.

Lib. 3. ep. 139.

Ibid. ep. 140. Ep. 141. ep. 142.

Ep. 144.

47 Is porro Bohemiæ Rex Othocharus erat, quem Crantzius Odoacrem vocat; magnis sane virtutibus decoratus princeps fuit, quem Clemens alijs literis sapius extulisse reperitur: tum vero maxime ob egregium zelum, quem in laceffendis bello infidelibus Lituanis, alijsque religionis nostræ hostibus explicuisset: quorum etiam terras ipsius ditioni subijciendas decreuit a, permittitque vt si Lituaniam edomaret, regiam dignitatem in ea ab sede Apostolica institutam, atque in Mindota a suis crudeliter occiso extinctam reuocaret, vt pro suo imperio de ijs terris statueret b, quas bello subegisset: ac ne in suscepto consilio ipsius zelus deseruesceret, alijs literis incitauit c. Olomucensi vero episcopo in rebus sacris futuras obnoxias eas omnes terras sanxit Pontifex, quas Bohemus sibi bello peperisset. Ne vero dum strenuus princeps debellandis barbaris incumbat, discordia aliqua ipsum inter ac Theutonicos equites, quibus plures barbarorum terræ subigendæ attributæ fuerant, emergerent, initas antea ipsos inter ac Bohemum conuentiones apostolica auctoritate communiuit; eaque de re ad eosdem religiosos equites scripsit d. Significanti etiam Otho-

charo iungendi cum Carolo fœderis desiderio teneri, Pontifex illius consilium collaudauit a.

48 Collustrauit per hæc tempora ingentibus miraculis Christianæ religionis dignitatem diuinum Numen in septentrionalibus ijs regionibus opera sacri pignoris B. Augustini Nidrosiensis olim episcopi: vnde eius ecclesiæ cleri precibus adductus sanctissimus Pontifex, Bergensi episcopo & Tutrensi atque Holmensi Cisterciensis familiae abbatibus provinciam commisit b, vt religiosum examen de beati viri præclare gestis ac miraculis, quod Innocentij iussu antea inchoatum, atque intermissum postea fuerat, perficerent, quo solemni ritu in sanctorum albo poneretur.

Episcopo Bergensi & dilectis filijs Tutrensi Cisterciensis, & Holmensi S. Benedicti ordinis abbatibus Nidrosiensis diocesis.

Insinuantibus venerabili fratre nostro archiepiscopo, & dilecto filio capitulo Nidrosiensibus accepimus, quod gloriosus in maiestate sua Dominus, qui facit mirabilia magna solus, pro merito laudabilium claritate; quibus piæ memoriæ Augustinus Nidrosiensis archiepiscopus, cuius corpus in Nidrosiensis ecclesia requiescit, fulgere comperitur; tantam miraculorum multitudinem dignatus est hætenus, ac dignatur assidue operari vt sit pium, & conueniens, quod ipsius inter sanctos cæteros Christi fideles inuocare debeant suffragia mente humili & deuota. Et licet felicis recordationis Innocentius papa prædecessor noster dudum quondam . . . Tutrensi Cisterciensis & . . . Holmensi S. Benedicti ordinis abbatibus prædecessoribus vestris, filij abbates, suas literas destinauit, vt de vita ipsius & miraculis, qui sanctorum ascribi catalogo cum instantia petebatur, diligenter ac solcite inquirentes, quæ inuenirent ipsi prædecessori per suas literas fideliter intimarent; ac postmodum aliæ diuersæ literæ ad diuersos inquisitores alios, vt super inquisitione huiusmodi secundum formam abbatibus memoratis traditâ procederent, a sede Apostolica emanarint; varijs tamen impedimentis, & obstaculis interim occurrentibus, inquisitionis ipsius negotium remansit vsque ad hæc tempora imperfectum. Quare archiepiscopus & capitulum memoratis nobis humiliter supplicarunt, vt super hoc, ne is quem diuina honorat dignatio, sine veneratione in populo congrua relinquatur, paterna prouidere sollicitudine dignemur. Nos igitur de circumspectionis vestræ industria confidentes, discretionis vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus, si quod de prædecessoris nostri prædicti, & alijs varijs commissionibus; necnon impedimentis huiusmodi proponitur, veritate fulcitur, & tanta super hoc sit publicæ famæ solemnitas, quod vobis inquirendum de ipsius vita, conuersatione, ac miraculis merito videatur super præmissis inquirere iuxta interrogatoria, quæ vobis sub bulla nostra mittimus: ac nobis rescribere procuretis, secundum prædictarum nominati prædecessoris ad præfatos abbates directarum continentiam literarum, alioquin in negotio inquisitionis eiusdem procedere penitus omittatis. Quod si non omnes &c. tu frater episcopo cum eorum altero, &c. Dat. Viterbij VI. kal. octob. anno IV.]

49 Non minori gloria sacris S. Eduardi Regis reliquijs effulsit Anglia: ad quas decorandas Henricus Angliæ Rex feretrum ex auro conflari, atque egregio artis lenocinio elaborari iussit. Ornare voluit numen translationis illius pompam insignibus duobus miraculis: Benedictus enim clerici-

470. 2. 476. Augustinus arch. Nidrosiensis miraculis clarus.

Lib. 4. ep. 71.

De eo sanctorum album ferendogitatum

Inquiretur de miraculis

D. ep. flar. tyr. qui Ap. Pau. qui acc. 4 B. Ob. 2. 7. Ve. S. Ed. Reg. arm. S. Lu. coitu. re. 4 To. 138.

cus Vvintonia oriundus, ac Ioannes laicus, qui ex Hibernia accesserat, sanctissimi Regis, cui se ardentibus animis commendarat, apud Deum precibus pristinae sanitati sunt restituti: quibus diuinum Numen prodigijs populorum religionem in sanctorum suorum cultum accendebat.

Inflammata etiam adeo in Italia Christiana plebis ad colendas beati Ianuarij reliquias vndique confluebat, vt Clemens quo populorum aduentantium commodis consuleret, missis archiepiscopo & clero Neapolitano literis a festum illius diem, qui XIII. kalend. octobris celebrabatur, ad VII. id. maij traduxerit.

Præterea ad alendam Gallorum in B. Quintinum pietatem vniuersis Christi fidelibus paræcijs ecclesiarum, quæ in Petragoricensi diocesi in illius sancti honorem excitatae essent, concessit b, vt in festo illius, si in festi omnium sanctorum peruigilium feria secunda, vel tertia, vel quinta incurret, carnibus vescerentur.

50 Cæptæ de sanctorum veneratione orationi adiungimus, repressam a Clemente Græcum hominem, qui Isabella Francorum Regis sorori piensissimae scæminæ quasdam reliquias, quas S. Pauli Apostoli caput esse iactabat, contulerat; Isabellamque monitam, certissima traditione constare, pretiosissimum illum thesaurum Romæ asseruari: deponeret conscientiam erroneam, ac ne populis scandalum iniiceret, daret legato fictitias eas reliquias ad se deferendas, ne si in alias manus incidere, occasio erroris inde pullularet.

Isabella c Francorum Regis germana.

Scias, filia, Apostolorum capita Romæ indubitanter haberi, quæ felicitis recordationis Gregorius Papa nonus prædecessor noster, de Sanctis sanctorum suis manibus extrahens, Romano populo patenter exhibuit, & in locum suum restituit cum debita reuerentia, præsentibus & scientibus vniuersis. Quod si forsitan caput B. Pauli Apostoli apud te esse putas, deponere conscientiam, ne fallaris, nec ponas scandalum matri tuæ Romanæ ecclesiæ, quæ deceptionem huiusmodi non posset æquanimitè tolerare. Si vero Græci aliquo tempore se illud habere dixerunt, ne mireris: nam odio Latinos habentes facile sibi formauerunt mendacium, qui de fide mentiri catholica, quod est maius, minime dubitarunt. Bene igitur facies, si quod habes, dilecto filio nostro Simoni S. Cæciliæ presbytero Cardinali, Apostolicæ sedis legato nomine nostro reddideris, nobis per eundem mittendum: ne si ad alias manus deueniret, possit inde cum erroris periculo scædalum suscitari. *Dat. Viterbij xiv. kal. maij anno iv.* Fieri etiam potuit, vt S. Pauli episcopi Constantinopolitani sub Constantio Cucusi martyrio affecti caput esset, cuius reliquiæ in ecclesia a Macedonio eius persecutore extructa recondita fuere: falsusque rumor postea apud populum increbuit, S. Pauli reliquias ibi asseruari, de quo plura Baronius d. At de his hæc tenus: nunc ad comparatam in Syria ab occidentalibus expeditionem conuertimur.

51 Ornabat sacri belli apparatus S. Ludouicus, qui subeundis omnibus pro Christo laboribus regia constantia se deuouerat, sollicitauitque Venetos, vt vires maritimas cum ipso aduersus impios coniungerent. At ij veriti, ne res mercatoriam in Ægypto iacturam aliquam pateretur, tanta gloria participes esse, sese excusarunt. Cum Pontifex Genuenses a impellere studuit, vt classem S. Ludouici offerrent: *Scire vos volumus, quod Veneti nuncijs filij nostri charissimi illustris Fran-*

corum Regis dederunt responsum, quod cum eis nullam poterant conventionem facere, timentes ne Soldanus Babilonia quidquid habebant in Alexandria, occuparet. Vnde consulumus, & monemus, quod curetis ad eundem Regem solemnem nuncios destinari, vt vobiscum passagium suum faciat: & exponatis vos et tam liberaliter, quod obsequium vestrum debeat acceptare. Dat. Viterbij xv. kal. octobris anno iv.

52 Nec Gallia modo in arma sacra S. Ludouici zelo coorta erat, verum Clementis studio Anglia etiam, Castella, Lusitania, & Aragonia indicti Saracenis bellifremitu circumsonabant. In Anglia quidem ab Ottobono A. S. L. Eduardus atque Edmundus Henrici filij cruce insigniti; de quibus hæc auctor adiectæ Parisio appendicis b: *Ottobonus legatus Lonani concilium conuocauit, in quo multa statuit ad reformationem ecclesiæ Anglicanæ. Et non multo post cruce signauit apud Northampton filios Regis Eduardum & Edmundum, & comitè Glouerniæ cum multis alijs Anglica regionis.* Quibus haud dissimilia Vvestmonasteriensis tradit c: additque ad illud concilium non Angliæ modo, sed Scotiæ quoque, Hiberniæ, & Vvalliæ episcopos confluisse. Reuocatum potro a Pontifice ex Anglia Ottobonus nouis obiectum laboribus, atque in Hispanias missum videtur, cum ad ipsum pontificiæ literæ extent x. kal. iulias datæ d, vt Castellæ Regem ad reparandas Terræ sanctæ res incenderet & confirmaret: ipseque Regem Aragoniæ ad subsidium eidem Terræ sanctæ conferendum sollicitauit e: neque ad inflammandos quo ardebat zelo cæteros Reges studia prætermisit. Eodem zelo accensus Lusitaniæ Rex, Christi militiæ, suscepto crucis symbolo, se addixit; cui, & alijs ipsius signa secuturis præmia indulgentiarum contulit Pontifex f; decimas Lusitanas ad sustinendos bellicos sumptus attribuit g, ac plura alia subsidia comparauit h. Auxit etiam auctoritate religiosos viros i, vt eos, qui crucem capessuerant, censuris soluerent, ac pro concione populam ad Christi defendendam gloriam incitarent l, cruceque insignirent. At proh dolor! ij conatus irrii cecidere.

53 Adhibuisse summum studium Pontifex, vt Genuenses ac Venetos vetustis odijs imbutos conciliaret, ac pariter vna cum Pontifice Reges cruce signatos, quorum antesignanus erat S. Ludouicus, operam in missis oratoribus coniunxisse, refert Andreas Dandalus m: *Nec tamen pertinaciam odiorum Pontificis ac tantorum Regum auctoritate molliri potuisse, verba auctoris sunt, & vltimo ducis anno a Papa & Regibus per nuntios requisitus, Raynerius scilicet Venetorum dux, Ioannem Dandolo de S. Moysè, Nicolaum Quirino, & Andream Barbarico pro tractanda pace, vel tregua cum Ianuensibus Viterbium, ubi Papa residebat, ambasciatores misit: qui post longos tractatus de pace habitos & non completos, duce iam mortuo, redierunt.* Præcipitata ita est in exitium dissidentibus inuicem his populis Syria, cuius clades hoc anno illatas a Sultano Bendocdare his verbis describit Sanutus n: *Bendocdar vii. die martij cepit Iassam proditiose, & tempore treguarum multos ex pauperibus occidit: alijs dedit conductum, multis primo expoliatis. xv. vero die aprilis cepit castrum de Belfort; & xxii. eiusdem mensis venit Ptolemaidam Hugo Rex Cypri. Tunc Soldanus venit Trpolim, & destruxit viridaria: deinde processit contra Antiochiam, & xxix. maij ciuitatem absque ulla belli tumultu cepit: & post captionem vsque ad xv. millia personarum*

Solicitati Genuenses vt parent classem.

Angliæ principes cruce signati.

b Continuat or Paris. ann. 1269.

c Vvest. Flor. hist. an. 1268. Excitati Hispan. Reges ad Syriam tuendam. d To. 2. ep. 510.

e Ibid. ep. 425.

f Alfonso in belli sacri & gloriæ societatem acceditur. fl. lib. 4. ep. 51. g Ib. ep. 52. h Ep. 54. i Ep. 56. l Ep. 57.

m Andr. Dond. hist. l. 10. c. 7.

n Sanut. l. 3. p. 12. c. 9. lord. M. S. Vat. bibl. signat. nu. 1960. Aytton. hist. orient. c. 32. Mon. Pad. chr. l. 3.

Translatæ ingenti pō pa.

S. Ianuarij festus dies ob confluentium multitudinem in vernū tempus translatus a Lib. 3. ep. 221.

b Lib. 4. ep. 42.

B. Quintinus in magno cultu a Gallis habitus. Græcus in postor incertas reliquias S. Pauli Ap. caput esse iactat.

Tradit Isabellæ sorori Regis Francorum. c To. 2. ep. 477.

Clementis studium ad discutiendum errorem.

D. Pauli ep. Constant. Mar. ty. reliquiæ pro Apost. Pauli reliquijs olim acceptæ. d Bar. an. Chr. 381. n. 79.

Veneri excusati, se arma cum S. Ludouico coniungere. e To. 2. ep. 538.

narum interfec̄ta sunt, & ultra centum millia ca-
pitata sunt: & facta est ciuitas tam famosa quasi
solitudo deserti. Cepit quoque portum Præbonelli
iuxta introitū Armeniæ. De Antiochia a Saracenis
excisa consentiunt Sanuto alij historici, e quibus
nonnulli tradunt patriarcham Antiochenum or-
dinis Prædicatorum, Christianum nomine, a barba-
ris ad aram indutum sacris vestibus trucidatum.
Expugnanda vero Antiochia occasionem aucupa-
tum Sultanum addit Aytonus a, cum Abaga
Tartarorum in Perside Rex grauioribus bellis cum
Tartaris septentrionalibus distractus submittere
opportuna Antiochiæ, quæ ipsius vetricalis erat,
auxilia non potuisset.

54 Luxit etiam Ecclesia, importunā sanctissimi
Pontificis mortē, quem Deus hoc anno ex hac
vita eripuit, siue ne tot orientis malis obrueretur,
siue vt victis in Italia crudelissimis Ecclesiæ
hostibus, in celo triumphum ageret. De cuius
obitu hæc Bernardus Guido b: Clemens Papa IV.
vir totius prudentiæ præ cunctis generosis homini-
bus, obiit Viterbij, in vigilia B. Ananæ apostoli cum
pace Ecclesiæ concessa ex illo latere, de Conradino
profligato casoque loquitur; fuitque sepultus in
ecclesia fratrum Prædicatorum in Viterbio anno Do-
mini millesimo ducentesimo sexagesimo octauo: vacauit
sedes annis duobus, mensibus novem. Sed de interpon-
tificio iterum inferius. Quod vero ad tempus sedis
attinet, hæc Baronius asserit c: Clemens IV. crea-
tur IX. februarij, consecratur VIII. kal. martij, se-
dit annis III. mensibus IX. diebus XXV. Ipsum
hoc anno e viuis ereptum omnes auctores confir-
mant, vt eos adducere superuacaneum sit; si No-
uatores exceperis, qui vt nullo rerum defectu ac
iudicio centurias suas consarcinare solent, Cle-
mentis obitum ad annum MCLXX. contulerunt.

Ceterū præter id, quod superius a nobis insinuatū
est, sublata illius precibus & ieiunijs ingētia mala,
quibus Ecclesia premebatur; singulares illius dotes
attingit Iordanus his verbis d: Fuit vir benignus
generaliter habitus, cantor delicatus, in concionando
non habens socium, sibi austerus, ceteris pius. Com-
mendat eadem illius elogia Prolemæus Lucensis, e
quæ ex veteri historico ita describit: Generalis
clericus fuit, videlicet iurista summus, prædicator
egregius, cantor pulcherrimus sine pari: carnes diu
non comedit, asperrimo lecto est usus, nec vestibus
lineis ad carnem utebatur; & sic sanctissimam vi-
tam duxit: nec inuenitur exaltasse parentes Deo di-
catus. Nec piget hic Longini verba f annexere:
Ultima decembris die vir vite sanctissima Clemens
Papa quartus insignis iurista & prædicator egregius
diu carnibus abstinens, asperrimo lecto, vestibus ve-
ro lineis ad carnem nunquam in papatu utens, Vi-
terbij moritur. Quod ad locum sepulturæ attinet;
pro ipsius condendis exuijs cōtentio aliqua fuit,
cum maximam sanctitatis suæ opinionem concitasset.
de quo hæc S. Antoninus g: Sepultus est autem
gloriosus Pontifex Viterbij, ubi tunc curia residebat,
in ecclesia fratrum Prædicatorum, ubi ipsemet sibi ele-
giam cathedralem ad voluntatem quorundam. Post-
modum dicente iustitia per successorem Pontificem
restitutum est corpus fratribus ipsis, & ante capel-
lam maiorem in latere honorifice, vt patet, colloca-
tum.

55 Sanctissimi Pontificis funeri Salomeæ vir-
ginis sanctissimæ Gallatiæ, seu Haliciensis Reginæ,
Boleslai Pudici Cracouiæ ducis sororis, funus cō-
iungemus. Nupsit illa Colomano, vt ait Lon-
ginus a, Halicensi Regi: sed obtritis delictijs con-

sentiente sponso, virginitatis florem integrum
seruarat: quo sublato, vt maiori libertate cele-
stium contemplationi se dederet, S. Claræ religio-
sa instituta amplexa, cum duos ac triginta annos
in asperrimo vitæ genere, cōtinuo cilicio perdomi-
tis carnis illecebris, duxisset; pie obiit magna sancti-
tatis existimatione illustris: quæ etiam pluribus mi-
raculis effulset, vt Longinus subiectis verbis refert:

Decima nouembris die Salomea virgo illustris Gala-
tiæ seu Haliciensis Regina, soror germana Boleslai
Pudici Cracouiæ ducis; quæ sponso suo Colomano
Galatiæ, seu Halicensi Rege, cum quo, omni carnis
illecebra profligata, in virginitate & summa conti-
nentia conuixerat, obeunte, religionem & ordinem
S. Claræ professæ in Zauebosten monasterium se con-
tulerat; & Zauebosten monasterio ad Lapidem S.
Mariæ, alias Skalam prope Cracouiam translato, in
obseruantia regulari, & rigore vitæ, virginum Do-
mino annis duo de triginta, numquam a carne cili-
cium amouens, seruierat, abbatissa officium gerens in
Zauebosten & in Lapide S. Mariæ monasterijs; mori-
tur. Quæ licet diebus septem iacuisse insepulta
pro fetore, qui cadaueribus inesse cōsuevit, suauis odor
sanctimonialis, corpus suum frequentantes, afflabat.
Quarto demum idus nouembris in eodem monasterio
de Lapide sepultum, anno sequenti IV. kal. iulij Cra-
couiam transfuectum in ecclesia S. Francisci fratrum
Minorum in chori medio honore congruo huma-
tum. Sed nec tum quidem, quamuis ex aestuante sole,
ex cadauere poterat a quoquam illud comitari: im-
fator sentiri: sed & quadam ex sanctimonialibus
cenobij præfati, Marthæ nomine, virgo religiosa &
grandæua, pro constanti astruebat veritate, etiam
tunc ex corpore suo & suauitatem, fragrantiam-
que odoris, & sillicidium olei manasse: quo multi
agrorum peruncti integram se sanitatem recepisse,
testati sunt. Animam eius benedictam, celos in ma-
gno fulgore petentem, in visione vidit frater Bogu-
slaus ordinis Minorum, vir deuotus & religiosus, &
angelicum cœtum canentem suauitate inenarrabili
carmen: Fronduit, floruit Aaron virgula. Quæ in
carnem posita frequentibus suspirijs, lacrymis, & ob-
secrationibus caelestem splendorem cognatumq; deside-
rabat, illic degendi normam, piorumq; conueniensi-
ens. Tradunt eadem Michouias b, & Chromerus, c
ac sacro oleo corpus virginis sadasse testantur.

Non dispari ac felici obitu Agnes mar-
chionissa Misnensis extremum diem clausit: cui
Germani scriptores d tradunt, obiectum per vi-
sum Angelum in scypho aureo vinum amarum
propinasse, atque illa potus amaritudinem con-
querente, Angelum subiecisse acerbam fore eius
mortem; non ipsam tamen a Numine destituen-
dam: nec multo post ipsam e vita discessisse.

56 Sublati etiam hoc anno e vita nonnulli in-
signes dignitate viri alij: inter quos Svvantopel-
kus (de quo sapius nobis sermo fuit) Pomeraniæ
dux, relicto ac diuiso quatuor filijs principatu,
salubribus eos monitis erudiuit, vt ab inferen-
do equitibus Theutonicis bello sibi tempera-
rent, Polonosque principes omni amoris & be-
neuolentiæ significatione complecterentur. Porro
nobiles Pomeranos, ad retinendum in vno ca-
pite gentis splendorem, vt ceteri maiori natu pa-
rerent conuenisse, ne scissæ ita Pomeraniæ dignitas
ac potentia obsolesceret.

a Ayt. hist
orient. c. 32

b Bern. in
chr. Rom.
Pont.
Clemen-
tis obitus

c Baron. in
schædis.

d Ford. M.
S. Vatic.
bibl. sign.
n. 1960.
e Prot. Luc
bibl. eccl.
422. c. 38.

f Long. hist
Pol. lib. 1.

g S. Anton
3. p. tit. 20
c. 1. S. 11.

h Sepul-
tæ locus.
Salomea
eū Rege
Colonia
no virgini-
tatem con-
lit.
i Long. hist
Pol. l. 7.
hoc ann.

Et exte-
rio sancti-
monialis
effec̄ta.
Vita de-
cir aspe-
ritant.

Felix et
obitus.

b Micho-
ver. Pol.
c. 57.
c Corro-
l. 9. &
d Audin-
Aronij
de Lang-
T. hury
Aud. ad
dit. ad
Lamont.
Agnes
Misnensis
Marchio-
niæ pa-
mors.
Svvan-
topelkus
mortens
Pomerani-
niā inter-
filios diti-
dit.
Pomerani-
principa-
tum diti-
di veram

IESV CHRISTI

Annus 1269.

SED. VAC. annus I.

VACAT IMP. OCCID. 19. MICH. PALÆOL. IMP. OR. 9.

I Acebat in luctu Romana ecclesia, summo pastore viduata, anno Christi millesimo sexagesimo nono, indictione duodecima; atque ob continua Cardinalium, in cōtraria studia tendentium, dissidia in periculum adducebatur; cum illius mœror debellatis virtute Caroli Sicilia Regis in Apulia infensissimis Christianæ fidei hostibus nonnihil recreatus est. Perfida gentis caput Nuceria erat, validissimis munita propugnaculis: nec modo superstitionis sentina, verum & rebellionis fomes. Illam Rex obsidione cinctam, & vndique circumclusam, ne hostis excurreret, dura adeo fame attriuit, vt victoris arbitrio se dedere infideles compulsi fuerint. Pepercit iræ Carolus ac victoriæ temperavit: eos tamen nequissimos Christianos, qui Saracenos ad facinus in pulerant, gladio peremit: alios vero venia donatos in plura loca ita dispersit, vt ipsorum vires penitus infregerit; omnemque in posterum rebellandi occasionem ademerit. Quæ res non singularis modo pro stabilienda publica pace, elidendisque omnino futuris inde periculis; sed pro misera gente ad Christi cultum traducenda, prudentiæ fuit. Plures enim ex ijs, vt monachus Patainus testatur a, cum iam suorum praua societate non corrupperunt, ad hauriendam euangelij lucem oculos extulere. His cōsentanea tradit Bernardus b: qui addit Saracenos ita perdomitos, vt ad clementiam a Rege obtinendam iniectis collo funibus, se ad illius pedes prosternerent, suaque ei vexilla perferrent: quos ipse, vt in seruili conditione viuerent, vita donauit.

2 Nec multo post partam eam victoriam alio triumpho cumulauit. Guido enim Nouellus comes Germanicis copijs ac Senensibus, Pisanorumque auxilijs ingentibus fretus, cum, ardens vindictæ cupiditate ob vastatum anno superiori Podium Bonizi, exercitum in collem vallis Elsæ mouisset; eo accepto Ioannes Bertardus Gallus Regis Caroli in Etruria vicarius Francorum copijs, Florentinis, alijsque Guelphis stipatus militari arte, quamuis numero & robore hosti impar, occurrit obuia, ac Gibellinos magna clade deuicit. Qua de re hæc Ptolemæus Lucensis tradit historiæ c: Eodē vero anno dictus Ioannes cum sua militia, quam habebat, vadit apud collem vallis Elsæ contra Gibellinos, & Senenses; inter quos fuit comes Guido Nouellus cum militia Theutonica: & cum eisdem pugnat. Et cum iam diu atrociter pugna certassent, succubuit pars Gibellina, omnibus quasi Theutonicis in bello casis, & alijs multis. Et ex tunc in Tuscia defecit pars Gibellina, & pars Guelpha regnat, Rege Carolo eidem assistente.

3 In eo bello Prouenzanus Syluanus Senensium dux, vir præpotens, exemplum cæteris dedisse fertur d quam fallacia sint ariolorum responsa. Cum enim dæmon de belli euentu consultus subiecisset, Prouenzanus caput cæteris sublimis extititum; ille, sibi gloriosissimam victoriam præfagiens, temere in medios Guelphorum globos penetrauit, & captus capite truncari iussus est, quod infixum haltæ per exercitum circumlatum. Ita scelustum hominem elusit diabolus: vel diuina prouidentia a dæmone dicta, ad vindicandum scelus in alium sensum detorta, exitum

Annal. Eccl. Tom. XIV.

verum adipisci permisit. Cæterum excisæ adeo fuere eo prælio Senensium vires, vt paulo post Florentini Guelphos, Senenses exules in urbem induxerint, eiectionisque Gibellinis firmum fœdus percusserint: denique in mutuam amicitiam eadæ ciuitates coaluerint, quæ bellum inexpiabili odio tamdiu gesserant. Nec Senenses modo, verum Pisani, vt Patainus monachus refert a, qui Carolo pertinacissime resisterant, regiæ potentiæ impares, ob continuas hostium excursiones, quibus vndique erant circumfusi, se Carolo subdidere. Atque ita ex diuturnis bellis, quibus attrita fuerat, Italia felicissime emerfit.

4 Proferre etiam latius in Græcia imperium, meditatam Carolum, atque Achaie & Peloponnesi principatum posteris affinitate peperisse, refert Ptolemæus Lucensis b: Anno Domini MCLXIX. ecclesia Romana vacante, & Imperio similiter, Rex Carolus, videns se in dominio præualere, iam incipit versus orientem suam potentiam dilatare. Vnde matrimonium pro filio suo Philippo contrahit cum filia principis Achaie: ex quo matrimonio principatum acquirit. Tum constituto in Tuscia suo vicario domino Ioanne Bertaldi, & parte sua in dicta provincia præualente, militiam mittit de Apulia contra Paleologum, quia Imperium Constantinopolitanum non iusto titulo occupauerat, vt supra est dictum: cui aliquando bene cessit cum ipso, aliquando male.

5 Dum vario euentu dimicaret cum Græcis schismaticis Carolus, ipsius frater Ludouicus Francorum Rex, longe virtutibus superior, Francos in sacrum bellum concitabat. Adiectæ Parisio appendicis auctor refert S. Regem nunciorum opera Eduardum ex Anglia exciuisse, venientemque arctis amplexibus constrictum permouisse, vt se comitem laborum pro Terra sancta recuperanda ipsi adiungeret. Quam historiam ipsius auctoris verbis narrare visum est: Hoc anno, inquit, sanctus Ludouicus Rex Francia nuncios speciales direxerat Eduardum filio Regis Angliæ, rogans, vt ad eius colloquium festinaret. Non segnius Eduardus maturat iter: & ad Regem Francorum transfretare curauit. Quem Rex vultu suscipit hilari, & amicabiliter amplexum arctius osculabatur, manifestans causam, pro qua eum aduocauerat. Dixit nempe se in votis habere terram sanctam repetere, eumque desiderare comitem ad debellandam barbaricâ rabiem paganorum. Quod cum audisset Eduardus ita respondit: Nostis, domine mi Rex, quod substantia Anglicana fere defecit omnino propter bellum inter Regem & proceres: & mea substantia est nimis tenuis ad tantum negotium in presentia talis domini peragendum. Cui mox Rex Francia sic respondit: Triginta, inquit, millia marcharum bonæ legalisque monete tibi accommodabo, vel certe gratis dabo: tantum meis desiderijs acquiesce. Erat Eduardus reuera vir grandis stature, magnæ probitatis & audaciæ: fortis insuper supra modum. Rex quoque Francia reputauit se felicem, si talem comitem obtinere mereretur. Eduardus igitur non minus cupiens tantam protectionem, quam ipse Rex Francia, annuit votis suis. Et confestim impignorat Francorum Regi Guasconiam, accipiens ab eo pecuniam necessariam pro itinere Terra sanctæ: reuersusque est in Angliam, vt a patre suo Rege licentiam impetraret. Moxque patrem senem pietas commouit in lacrymas: iusto tamen desiderio acquieuit, & benedictionem filio suo gratanter impendit, permittens quotquot eum sequi vellent in peregrinationem disponere se ad iter. Hac occasione cruce signatus est, vt præmittitur, a legato.

Quam tri-
sti exitu
cæteris ca-
pite emi-
nere suc-
cesserit.

a Mon. Pad
ubi sup.
Senenses
ac Pisani
Carolo
cōciliati.

b Ptol. Luc
hist. eccl. l.
22. c. 40.
Philippus
Caroli fi-
lius Acha-
iæ princi-
pis filium
uxorem
ducit.
Inde prin-
cipatum
dotalem
obtinet.
Eduardus
solicitatus
a S. Lud.
ad profes-
sionem
Asiat.

Henricus
Angliæ
Rex filio
crucis in-
duendæ
potestare
dat.

Nuceria
obsidione
cincta.

Inopia cō-
meatur
compulsa
ad dedi-
tionem.

Caroli fe-
licitas in
Christia,
pos.

Saraceni
subieci
seruiciti.

Plures ad
baptisimū
graducti,
a Monac.
Pataino.
13. & alij
b Bern. in
e. v. Rom
Pont.
Veni ser-
uicitiā
flagitanti

Guido No-
uellus Gr-
bellinis si-
patus
Guelphos
bello ap-
petit.
A Bertar-
do Gallo
delectus.

a Ptol. Luc
lib. 22.

Lo. Vill.
7. c. 31.
& alij.

Senensium
dicas dæ-
monis va-
nicio
præfatis
veneritas

Constitutiones
Iacobus
Rex Aragon.
in Syriam
naui gare parat
Sancti. l. 3. p. 12. c. 9
Lord. M. S.
Vat. sign.
n. 1960.

8 Feruebat a eodem zelo Aragonia, atque ipse Rex se militiæ sacræ aduersus Saracenos transmarinos magno terrore accingebat; cum iam præmissa suorum parte, conscenso mari tempestate exorta repulsus est. Qua de re hæc Sanutus monumentis tradit: *Eodem anno Rex Aragonum ad Terræ sanctæ veniebat succursum, & quarta die valida tempestate exorta pene naufragium passus cum parte stoli redijt; pars vero altera, in qua erant duo eius filij illegitimi, putans Regem processisse, ad Ptolemaidam vsque peruenit. Rex autem pericula maris ac corporis perhorrescens, amplius transfretare noluit. Accidit autem, ut infans Regis prædicti præfatum immediate bellum cerneret, velletque Christianis in auxilium proficisci: fuit tamen illi propter Turcorum multitudinem dissuasum.* Ita irrita cecidit Aragonum in Syriam expeditio; ac præcipue, vt aiunt, meretricis artibus, cuius amoribus Iacobus orat irretitus, ignaue sumpta ex tempestate quærat passus occasione. De quo hæc Bernardus scribit: *c Iacobus Rex Aragonum cū regio apparatu & multitudine pugnatorum mare ingreditur in subsidium Terræ sanctæ: & præmissa parte suorum, ipse reijcitur, ut dictum fuit, consilio mulieris: quem re vera Dominus in suum noluit holocaustum.* Ita Clementis quarti dictum d verissimum repertum est, cum Iacobo, gloriantem se arma sua Crucifixi obsequio consecrasse, respondit Christum eius obsequio non egere, qui ipsum impudicis voluptatibus in suo corpore crucifigeret. Ad fulciendas vero facilius labentes res Syriacas proceres finitimæ Cypri Regem Hugonem ad solium Hierosolymitanum euocarunt, correptaque ab eo Tyri hoc anno insignia regia fuerunt, exigua, vt refert Sanutus, e pompa: *xxiv. die mensis septembris, cum parua, quantum extimo, solemnitate vel cordis letitia, Hugo Rex Cypri Ierusalem diadema cepit in ciuitate Tyri.* At Hugoni postea Maria, Regi Hierosolymitanorū stirpe fata, iudiciū intendit de ereptis sibi hereditarijs iuribus: quæ cum contra Sultanum tueri non posset, in Carolum Regem Siciliae bellica gloria, & viribus florentissimum transfudit; de quo inferius suis locis. Nunc de comparatis subsidijs dicere pergamus.

7 Sustinere legati apostolici munus in Regum Christianorum castris e Clementis decreto debebat Rodolphus episcopus Albanensis symbolo crucis pontificijs manibus insignitus, vt ruenti Hierosolymitano regno succurreret: sed cum Rodolphus nondum prouinciam, in qua legati partes obiturus erat, ingressus esset, vacante sede Cardinales illi iniunctam prouinciam confirmarunt. f

Miseratione diuina episcopi, presbyteri, & diaconi sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinales; venerabili fratri Rodolpho episcopo Albanensi A. S. L. salutem in Domino.

Gustato frequenter amaritudinis calice super dilatatis oppressionibus Terræ sanctæ, quam sauciat & lacerat manus Agarenorum impia, madefieri semper auida sanguine Christiano; eius deploramus angustias, & per affectum compassionis intimæ secum sui doloris tormenta patimur. Dolemus itaque & incolarū ipsius terræ cruciatu continuo; quibus vix defensionis tutela relinquitur, seu quietis remedium indulgetur; sed potissime circa opprobrium Redemptoris afficimur, cuius hereditatem nationes peruersæ diripiunt, diris affligunt molestijs, & hostili feritate conculcant. Talibus quidem Romana ecclesia mater diutius ibidem vexata molestijs, sollicitudinibus anxia, &

studijs operosa pro iuuanda prædicta terra labores subiit varios; & quantum sibi extitit ex alto permillum, manus & mentem ab eius auxilio non retraxit. Specialiter autem modernis temporibus felicitis recordationis dominus Clemens Papa IV. qui profequi negotium ipsam efficaciter intendebat, primo venerabili fratri nostro Simoni tit. S. Cæciliæ presbytero Card. etiam in regno Franciæ A. S. L. nonnulla, quæ ipsi negotio erant opportuna, commisit: & postmodum vos ad partes Galliæ, ob felicem promotionem ipsius negotij, cum plenæ legationis officio destinavit: committens vobis nihilominus, habita super hoc deliberatione solemnem cum fratribus suis, eorumque intellectis in hac parte consilij, idem legationis officium in partibus transmarinis; vosque, de suis manibus crucis recepto signaculo, profecuturi commissum vobis officium in Franciam processituri. Cum autem appropinquet tēpus passagij generalis, & legati præsentia sit in eisdem partibus multipliciter opportuna; maxime, vt Christianus exercitus, prout in tam arduo negotio conuenit, & alias fieri consuevit, spiritualibus præsijs adiungetur; expedit vt legationis officium in dictis partibus transmarinis, iuxta datam vobis a Deo gratiam, exequi valeatis. Decentius enim & expeditius esse conspiciamus, quod per vos prosecutionem recipiat partium earundem legatio, cui, sicut præmittitur, semel extitit iam commissa, quam si de nouo per nos alij committatur. Et ne apud aliquos reuocetur in dubium, an pro eo quod viuentis memorato summo Pontifice non fuistis terminos legationis partium prædictarum ingressi; nec de commissione legationis ipsius habuistis ab eadem sede literas speciales, seu alia qualibet ratione dictum officium expirarit, vel quod apud vos non resideat ipsum exercendi potestas; nos in tantæ necessitatis articulo ac populo Christiano auxilijs, desiderijs, promptisque conatibus intendentes subuenire salubriter, quantum possumus & debemus, non derogando in aliquo commissioni prædictæ iam, vt supra exprimitur, per eundem summum Pontificem vobis factæ; sed omnem in ijs materiam dubitationis, & scrupulum a fidelium mentibus amputare, prout expedit affectando; ad plenam vestræ potestatis euidentiam, præsertim cum ad præsens eadem sede vacante alius non supersit, qui valeat in huiusmodi articulo, prout ipsius exigit necessitas, prouidere; vobis in dictis partibus transmarinis plenam legationem, vt euellatis & destruat, dissipatis & disperdat, adificetis & plantetis, sicut videbitis expedire, auctoritate præsentium duximus committendum: fraternitatem vestram rogantes, hortantes, & obsecrantes in Domino Iesu Christo, quatenus onus prædictum fiducialiter humeris vestris impositum ad laudem diuini nominis, augmentum catholicæ fidei, salutem vestram & prædictæ terræ, ac aliorum Christi fidelium, qui se illius terræ constituerunt & constituunt defensores, suscipientes; humiliter illud, constanti animo, & benigna patientia, prout vobis ex legationis officio competit, profequi studeatis. Speramus enim in illo, cuius auxiliatrix dextera clementer adest agentibus causam eius, quod ipse, qui personam vestram prouidentiam munere, scientiarum magnitudine, circumspeditionis & industriæ gratia, multisque virtutibus consignuit, prædictis humeris vestris fortitudinis robur adijciet virtutem, misericorditer faciendo vobiscum, vt præfatum negotium, quod ad suam profequi-

Rev. vbi
sup. Suri.
lib. 3. c. 74.
Pellicis
suasu piū
consilium
abijcit.
Clementis
IV. de
eo oraculum.
d To. 2. ep.
292.

Sancti.
3. p. 12. c. 9
Hugo Rex
sceptum
Hierosol.
Cyprio
coniungit

Rodolphus
Card. epif
Albanens.
Ex form.
Marin. E.
bul. 10. I.
M. S. par.
pag. 91. ep.
785.



A Cle
te
legat
Ori

Non
prom
vacat
sede
grel

Da
Gry
19
in

Cle
tur
mun
Card
lib

Da
Rex
Apost
trouer
cum p
laris
mittit

mini gloriam felicitatis opratæ, suscipiat incrementa, sed. *Profectum sequenti anno Rodolphum episcopum Albanensem vna cum S. Ludouico & crucesignatis copijs in Africam, visuri sumus. Dum vero ita occidens sacri belli apparatus fremebat, in aere concurrere armatæ acies visæ sunt: ad quod prodigium multorum animus emarcuit. Id vero ostentum sapius in Polonia hoc anno obiectum narrat Longinus a: *Duo exercitus armati & equestres aciebus hostilibus & infestis inter se concurrere, & durum certamen gerere conspecti sunt: quod ne perniciem rei publicæ Polonorum portenderet, a deuotis, & religiosi viris Deo omnipotenti supplicationes, & obsecrationes habita sunt.* Hæc Longinus, ijs similia, quæ in Machabæorum libris ostensa, & a magno Gregorio enarrata, cum Longobardi Italiam inuasit essent, referuntur. Eiusmodi enim ostentis prænuntiare populis calamitates Numen consuevit, vt ad molendam lacrymis & precibus diuinam iram sese comparent; quemadmodum cecinit Psalmographus b: *Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant a facie arcus: vt liberentur dilecti tui.* Nec minora prodigia sequenti anno populos exterruisse tradit auctor: in Silesia nimirum Odram & Nissam fluuios tribus diebus cruenta aqua fluxisse, atque in eadem regione æstiuo tempore cælum sanguine pluuisse.*

9 In Dania exorta iam diu ante erat controuersia inter Christophorum Regem, & Iacobum archiepiscopum Lundensem primatem Sueciæ, Petrum episcopum Roskildensem, nonnullosque alios de iure ecclesiastico; quæ magis, Erico ad paternum solum euestro, sub Margaritæ matris Reginæ tutela exarsit; adeo vt ij præfules & clerici, regis potentia metu perculsi, e Dania ad sedem Apostolicam perfugerint: obiurgatus vero Ericus a Clemente IV. violati iuris ecclesiastici vna cum Regina Margarita sedis eiusdem imperijs parere Christiana demissione in animum induxit, ac Nicolaum regij in Dania sigilli præfectum misit, instruxitque auctoritate, vt pontificia vel alterius, cui a sede Apostolica arbitri partes forent demandatæ, sententiæ staret, vt e regijs literis patebit.

Sanctissimo patri ac domino . . . sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ summo Pontifici Ericus Dei gratia Danorum Sclauorumque Rex, & dux Estonia; ac Margareta Regina mater eius, cum omni humilitate & obedientia deuota pedum oscula beatorum.

Nouerit sanctitas vestra, quod tam nos simul, quam nos Rex prædictus diuersa mandata dedimus exhibitoribus præsentium magistro Nicolao cællario nostro, & Petro Aurisensi archidiacono circa diuersa nostra negotia: & specialiter in causis & negotijs, quæ inter nos & quosdam prælatos & personas ecclesiasticas, videlicet reuerendos patres dominos Iacobum Lundensem archiepiscopum, Petrum Roskildensem episcopum, Sacerum præpositum Lundensem, magistrum R. canonicum Ripensem, & David rectorem ecclesiæ de Ruthe Roskildensis diocesis vertuntur. Quæ omnia rata & firma habemus, nec de illis aliquod intendimus reuocare: sed adijciendo damus eidem cancellario & archidiacono, & cuilibet illorum in solidum potestatem paciscendi, componendi, compromittendi, cum pœna & sine pœna, prout viderint expedire; & ordinationem subeundi, siue submittendi se nomine nostro præcise ordinationi dicto laudo & arbitrio vestro, seu cuiuscumque alterius, cui vos prædicta negotia, seu aliquod ex eis du-

xeritis committenda; & faciendi eodem nomine in præmissis & circa præmissa quidquid opportunum fuerit de consuetudine vel de iure, seu ipsi vel eorum alter putauerint expedire, etiam si mandatum exigatur speciale: ratum nos promittentes habituros & firmum quidquid per eos, vel eorum alterum actum, gestum, procuratum, seu etiam acceptatum fuerit in præmissis, vel aliquo præmissorum. In cuius rei testimonium præsentis literas sigillis nostris fecimus roborari. *Datum & actum Nyburgh anno Domini mclxxviii. iv. non. aprilis.*

10 Prætermisum est in literarum inscriptione pontificium nomen, cum noui pastoris expectatione orbis penderet: diuturnum vero interpontificium controuersiam hanc produxit, quæ demum Gregorio X. Ecclesiæ gubernaculis adnoto, sedata est. Anno enim huius seculi septuagesimo secundo, cum Iacobus Lundenfis archiepiscopus Vrbeueteri in pontificia aula ageret, literis publicis professus est se cõtrouersiam ius ecclesiasticum ecclesiasticorum virorum arbitrio permittere: qui si inter se dissentirent, res ad summum Pontificem referretur: quod vero ad rem profanam spectaret, communes amicos, tum a se, tum a Rege diligendos, qui litem dirimerent: cæterum sedem Lundensem se repetiturum, si Ericus rescripto tum regio, tum aliorum viginti Dania procerum chirographo munito sua, ac suorum incolumitati cauerit: cum ijs vero, qui sacerdotia, dum a Lundenfi se de aberat, inuasit, ex æquo acturum. His Lundenfis archiepiscopi pactionibus assensit Ericus, adiecta hac in literis verborum forma: *Nos igitur Ericus Dei gratia Danorum Sclauorumque Rex, & dux Estonia huic supradictæ compositioni consentimus, & eam promittimus obseruare. In cuius rei testimonium præsentibus literis sigillum nostrum duximus apponendum. Datum apud Nikeping anno Domini mclxxiii. in die Matthei Apostoli.* Ereptus est paulo post e viujs Iacobus archiepiscopus Lundenfis Sueciæ primas, vt e Petri episcopi Roskildensis literis Syoburch x. kal. iunij, anno a partu Virginis mclxxiv, exaratis constat. Huius vero causa, quæ cum Iacobo archiepiscopo erat coniuncta, ex æquo dirempta est; omnesque acceptæ iniuriæ Regi ab eodem Petro remissæ fuere: de quo subiectæ literæ promulgatæ.

Vniuersis Christi fidelibus præsens scriptum cernentibus Petrus miseratione diuina Roskildensis episcopus in vero salutari salutem.

11 Nouerint tam præsentibus quam futuri, quod anno Domini mclxxiv. mense maij omnia, & singula, quæ inter gloriosum principem dominum nostrum Ericum Dei gratia Danorum Sclauorumque Regem, & reuerendam matrem eius, dominam nostram Reginam ex parte vna; & nos & ecclesiam nostram Roskildensem ex altera, tam in curia Romana, quam in regno Daciæ a tẽpore felicis memoria Regis quondam Christophori vsque modo mouebantur, sedata sunt amicabiliter & sopita, ac finaliter terminata. Propter quod nos prædictos Regem & Reginam illustres super prædictis omnibus & singulis causis & quæstionibus inter nos huc vsque motis, ex parte nostra & ecclesiæ nostræ, omnino dimittimus excusatos: & hoc per præsentibus literas publice protestamur. In cuius rei testimonium, & euidentiam pleniorum sigillum nostrum præsentibus duximus apponendum. *Dat. Rustandis anno Domini supradicto, die Ascensionis Domini.*

IESV CHRISTI

Annus 1270.

SED. VAC. VACAT IMP. OCCID. 20.
annus 27. MICHAELIS PALÆOL. IMP. OR. 10.

Palæologus
Græcorū
cum Rō.
ecclesia
cōtrouer-
sas S. Lud
permittit.

EXterritus Palæologus anno Christi septua-
gesimo supra millesimum ducentessimum,
indictione teritiadecima, ingenti bellico appara-
tu S. Ludouici Francorum Regis, ipsiusque fratris
Caroli Regis Siciliae, qui Imperium proferre in
Græciam cōperat, potentia, ne coniunctis armis
Balduinum, Græcorum schismatis odio, Constan-
tinopoll restituerent; S. Ludouico ad eirandum
Græcorum schisma paratissimum se obtulit. Quip-
pe nouerat zelo orthodoxæ fidei propagandæ ar-
dere eumque omnium controuerfiarum, quæ in
redintegranda ecclesiarum coniunctione occurre-
rent, arbitram delegit; meminitque Pachymerius a
de oratoribus ea de causa misis. At Rex sanctus,
qui vt ceteros principes reliquis virtutibus, ita
demissione Christiana, atque in sedem Apostoli-
cam obseruantia vincebat, id munus sibi arrogare
recusauit; responditque Græcorum Imperatori,
preces suas ad sedem Apostolicam, vt in Eccle-
siæ gremium admitteretur, adhibiturum. Opra-
bat enim (quod antea vidimus agitatam) vt Pa-
læologus nouo astrictus fœdere Græcorum arma
in Saracenos conuerteret. Tum eius oratores ad
Cardinalium collegium dimisit. Quibus exceptis
senatus sacer S. Ludouico amplissimas grates ob-
nauatam operam in reuocandis ad Ecclesiæ obse-
quium schismaticis egit b.

a Pachym
hisp. Græc.
lib. 5.

Is rem to-
tam ad
Cardina-
les refert.

b Ex. eor.
hic in form
Mas. Ebul
pag. 91.

Miseratione diuina episcopi, presbyteri, & diaconi
S. R. E. Cardinales, Ludouico illu-
stri Regi Francia, &c.

2 Licet necessarium non credamus, vos de-
ingenti utilitate tanti negotij admonere, vel exci-
tare ad eius promotionem regiæ pietatis affectum,
cum illum seruere nouerimus circa ista; quia tamen
ad felicem eiusdem negotij consummationem, per
quam inueterati schismatis semina omnino tollantur,
& redintegretur corpus Ecclesiæ, per illud tanto
membro, eorumdem videlicet Græcorum Imperio,
tam longis & desolatis temporibus mutilatum;
præcordijs totis afficimur, & ad eam plenam
desiderijs suspiramus; serenitatem regiam
monemus, rogamus, & hortamur in Domino,
in remissionem vobis peccaminum suadentes,
quatenus utilitates innumeras, & præcipue
animarum salutem, ex huiusmodi negotio, Deo
auspice prouenturas, pia meditatione pensantes;
nec non attendentes sollicitè, quod circa illud,
quamquam frequenti repetitione tentatum, pro eo
quod, sicut euentus indicat, dicti Græci non in
veritatis simplicitate in illo procedere, sed tempus
deducere in cautelis & simultatibus intendebant,
frustrata longæ deductionis ambagibus sæpessatæ
sedis intentio ad optatum exitum non peruenit;
memorato legato, sicut per easdem nostras literas
directas ad ipsum videre poteritis, dicti negotij
executio ad vestræ petitionis instantiam mandatur,
si annuere Domino forsitan appareat dictos
Græcos efficaciter velle procedere in præmissis,
vestræ cooperationis suffragium in directione
& prosecutione ipsius negotij exhibentes, ad eirandum
consuetæ simultatis insidias, & idem negotium
securitatibus & cautelis accommodis roborandum;
diuinæ retributionis intuitu, & ob re-

Actæ illi a
Cardinali-
bus gratiæ

Certior fit
de præterit
tis Græco-
rum iudi-
ficationibus.

Caveat si-
bi ab eorū
aribus.

nerentiam sedis eiusdem sic sollicitè intendatis,
quod vitatis scissuræ antiquatæ dispendijs, & fidei,
charitatis, & obedientiæ vnitate Latinis & Græ-
cis memoratis vnitis; eandem Ecclesiam suis re-
dintegratam partibus, & solida membrorum suo-
rum restitutione firmatam, in ijs verisimiliter ti-
mere non oporteat vltorius recidium, vestraque
deuotio illi exinde reddatur acceptior: & cuius in
veritate res geritur, quique labores vestros, quos
pro seruitio sibi tam grato & accepto subibitis, in
retributione in futurum inestimabili munificentia
compenfabit. *Dat. Viterbij id. maij anno Domini
mccclxx. Apostolica sede vacante.*

3 Perducendæ igitur in opus orientalis ecclesiæ
cōiunctionis, quam Græci vrgebant, cupidi Cardina-
les, Rodolphum A. S. L. in S. Ludouici castris
certiorem factum de omnibus, quæ sub Urbano
IV. & Clemente IV. ab apostolicis apocrisarijs
gesta essent cum Græcis, auctoritate ad rem cum
ijs componendam instruxerunt.

Miseratione diuina episcopi, presbyteri, &
diaconi sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinales
venerabili fratri episcopo Albanensi A. S. L.

Inter cetera, quæ in excellenti & Christianissi-
mo Domino principe domino Ludouico Rege Fræ-
corū illustri dignis in Domino laudibus attollenda
restiti iudicij censura dijudicat, singularem ipsius
zelum ad incrementa fidei orthodoxæ considera-
tionis oculis intuentes, in vocem exultationis &
confessionis erumpimus; & exultantes in Domino,
ac eius beneficia confitentes, ipsi super hoc vitu-
lum labiorum exoluimus, a quo dicto Regi credi-
mus pia miseratione concessum, vt & alias affluen-
ter charitatis vbera in opera pietatis effundat; &
pro defensione ipsius fidei, quasi abnegans semet-
ipsum, ad id se, suos, & sua promptitudine spon-
tanea exponendo, sic illius specialem se exhibeat
defensorem & in eius dilatactione ministrum, quod
laudabilem euidentia operum sagit eidem fidei
non solum filios ab initio alienos venire, sed & per
erroris deuium alienatos ab ipsa suæ sollicitudinis
studio ad eius reducere vnitatem, sicut Terræ san-
ctæ negotium auspicijs, Deo auctore, felicibus per
eundem tam potenter assumptum, & porrectum
nobis ex ipsius parte super Græcorum recon-
ciliatione petitio liquido protestantur. Nuper
siquidem nobis præfatus Rex, religiosis viris fra-
tribus Eustachio de Atretrato & Lamberto de
Cultura ordinis fratrum Minorum suis nuncijs, &
literis ad nostram præsentiam destinatis, exposuit,
quod magnificus vir Palæologus eorumdem Græco-
rum Imperator illustris per apocrisarios & lite-
ras eidem Regi exposuit, quod ipse, clerus, & po-
pulus suæ ditioni subiecti, desiderantes ad obe-
dientiam ecclesiæ Romanæ redire, ipsique in eius-
dem fidei professione vniri; varios super hoc nun-
cios & literas ad sedem Apostolicam destinantes,
quorum etiam aliqui in via detenti non peruen-
erant ad eandem; & frequenter, ac humiliter ad
hec postularant admitti, nec adhuc eorum circa id
fuerat desiderijs satisfactum; & apud eundem Re-
gem super hoc multiplicatis nuncijs & literis insti-
tit, deposcens instanter, vt ipse Rex in tam pio &
utili negotio, arbitri partes assumens, ad ipsius
consummationem sollicita intenderet pietate. Ipse
namque Imperator, vt suis verbis, prout nobis
referuntur, vtamur, se velle Regem eundem ar-
bitrum in hoc continere asserens, promittebat
quicquid idem Rex super hoc diceret, se plene ac
inviolabiliter obseruaturum. Et vt circa hoc suum
magis ostenderet dictus Imperator affectum; præ-
di-

Ex. in
Dema
ta leg
Apoli
uinc
Græc
conci
Eccle

Collat
S. Lu
Cardi
bus d
gia

De
Car
Græ
ab
Cle
dei
fion
edan

In
fidei
Ges
sac
iudic
se n
sunt

dictum Regem adiurabat per asperionem sanguinis Iesu Christi, quod nequaquam assumere onus huiusmodi recusaret: & si fecus faceret, ad summum iudicem, ut ipse Rex in extremo iudicio coram eo de hoc rationem redderet, appellabat. Propter quod memoratus Rex solitum proficiens ad eiusdem fidei augmenta propositum, & ad præfatam Romanam ecclesiam consueta non omittens deuotionis affectum; sed prudenter attendens, ac humiliter cognoscens, quod suum non erat tale in eodem negotio, quod specialiter pertinere dignoscitur ad eiusdem sedis examen, etiam ad ipsius Imperatoris instantiam officium usurpare; consulte respondit, quod in eodem negotio, huiusmodi partes nequaquam assumeret; sed pro ipsius salubri consummatione apud eandem sedem, ad quam id pertinet, libenter instaret. Ne itaque negotium, cuius expeditio, si eam concederet Altissimus, tot animarum discriminibus obuiat, eisque viam aperit ad salutem, in prosecutione defectum aliquem patiatur, a nobis; quibus eadem nunc sede vacante, cum alius, qui hoc possit tempore vacationis huius non superstit, spectat in talibus prouidere; humiliter per eosdem nuncios suos postulauit, ut negotij executionem eiusdem sollicitudini vestra committere curaremus. [Nonnullisque interiectis, quibus Cardinali Radulpho exponunt omnia, quæ ab apostolicis apocrisijs, ab Urbano IV. & Clemente IV. missis, cum Palæologo & Græcis fuere agitata, subiiciunt.]

4 Quocirca debita meditatione pensantes tam salubre negotium, tam vtiliter, tamque perpenso consilio, & exacta maturitate dispositum non immutatione, sed prosecutione potius indigere; instantia memorati Regis Francorum, in votia admodum expeditione ipsius negotij nostris desiderijs concurrenti, consensu prompto concurrimus; & præmissa vobis ad plenioris instructionis auxilium seriosius exponentes, executionem prædicti negotij fraternitati vestra præsentium tenore committimus, ut in ipso iuxta præmissarum eiusdem domini Papæ Clementis literarum tenorem; quem vobis sub sigillis nostris de verbo ad verbum sine immutatione aliqua destinamus; secundum datam vobis a Deo prudentiam procedentes, Imperatorem, clerum, & populum memoratos ad eiusdem fidei orthodoxæ professionem & acceptandam, & recipiendum ipsius ecclesiæ Romanæ primatum iuxta subscriptam formam, idoneis securitatibus & cautelis adhibitis, admittatis. Volumus siquidem quod in concilio de Græcis generaliter congregando, memoratus Imperator, patriarcha Græcorum, archiepiscopi, episcopi, archimandrita, abbates, & alij ecclesiarum prælati, clerus & populus supradicti eandem fidei veritatem & primatum ecclesiæ Romanæ, iuxta seriem in præmissis literis eiusdem domini Papæ Clementis expressam; plene ac seriose lectam, & expositam fideliter, explicite, ac aperte hoc modo recognoscant, acceptent, & profiteantur, præstito iuramento.

5 Ego . . Græcorum Imperator suprascriptam fidei veritatem, prout plene lecta est & fideliter exposita, veram, sanctam, catholicam, & orthodoxam fidem esse cognosco: eam accepto, & corde ac ore profiteor, ipsamque, prout eam veraciter tenet, fideliter docet, & prædicat sacrosanctam Romanam ecclesiam, me inuiclabilitate seruaturum & in ea omni tempore perseueraturum; nec ab ea ullo vnquam tempore recessurum quoquo modo, deuaturum, vel discrepaturum promitta. Primatum quoque ipsius sacrosan-

Et Rom. ecclesia, prout in promissa serie continetur, ad ipsius Ecclesiæ obedientiam spontaneus veniens, fateor, recognosco, accepto, ac sponte suscipio: & me omnia præmissa tam circa fidei veritatem, quam circa eiusdem ecclesiæ Romanæ primatum, & ipsorum recognitionem, acceptationem, susceptionem, obseruationem, præstito corporaliter iuramento, promitto & confirmo. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei euangelia. Quod si contra hæc aliquid sentire, confiteri, aut alias agere præsumpsero, me schismaticum & anathematizatum eo ipso recognosco, ac seueritati sacrorum canonum subiaccere. Huic autem præscripto de mea recognitione, acceptatione, professione, susceptione, promissione, ac iuramenti præstatione sponte mea facto, lecto & perlecto sponte subscripsi, & sigillum meum apponi feci.

Porro a prælati erunt prædicta & alia exigenda, videlicet ut & manulem obedientiam & reuerentiam exhibeant, & se ab illa nullo vnquam tempore recessuros præstito iuramento promittant: & nihilominus in eorum promissione veniat, quod nec contra suam professionem aliquid publice prædicare, aut occulte suadere præsumant: adijciendis nihilominus vestra sollicitudine in omnibus professionibus, quas fieri continget, alijs idoneis securitatibus & cautelis, quas vobis facti circumstantiæ suggerent exigendas. Cæterum ad faciliorem & pleniorum consummationem prædictorum expedire putamus, ut per singula loca insignia illarum partium personas idoneas destinetis, [missos quidem ea de causa per omnia Græciæ loca insignia viros religiosos refert Surita a in suis indicibus] per quas professiones similes in locis eisdem cum solemnitate, ac obseruatione simili admittantur. De huiusmodi autem professionibus sicut publica instrumenta, multiplicanda in varia omnino similia, & sigillanda sigillis autenticarum personarum, quas contigerit esse præfentes, ut aliqua penes vos retinere, nonnulla possitis deponere, si & prout videritis expedire; & alia per diuersos nuncios propter inopinatos casuum fortuitorum euentus ad sedem Apostolicam, ut in eius consuetudine archiuo, cum cautela & diligentia omnimode remittatis. Et ut quanto solemnius & salubrius est negotium, tanto in eo studiosius & diligentius procedatur, vestris volumus cura & studio prouideri, ut in cathedralibus & alijs solemnibus ecclesijs & monasterijs locorum, in quibus professiones eadem* in libris autenticis redigantur in scriptis; ut in futurum consuerent rei gestæ memoriam, & ipsius recentem posteris notitiam repræsentent, diligentem conseruandæ. Dat. Viterbij id. maij anno Domini mclxx. *Apost. sede vacante.*

Exarata hæc litera videntur, antequam mare ad debellandos Saracenos conscenderet. Cuius professionem describens Nangius b, ait S. Regem nauibus iam in portu aquarum mortuarum instructis, vna cum filijs, ac proceribus ad S. Dionysium patronum suum e veteri Regum more accessisse; multisque precibus beatis martyribus Dionysio, Rustico, & Eleutherio porrectis, ex altari S. Dionysij, ad quem Vulcastini comitatus quem Francorum Reges fiduciario titulo ab ea ecclesia accepere, vexillum signiferi iure, ut Vulcastini comites suscipere erant soliti, cum pera & baculo peregrinationis extulisse. Tum de singulari eius animi Christiana demissione erga viros religiosos hæc prodit: *Ad capitulum monachorum illius ecclesiæ perueniens, ipsorum pro se & filijs suis orationum suffragia petiturus, tam humiliter cum*

Que sunt a clero Grego exigenda.

a Sur. ind. l. hoc ann.

Edenda a prælati fidei professionis in publicas tabulas re ferri iussa.

* sicut

b Nang. de gestis S. Lud. S. Ludouici regno discessuri ad sanctos supplicatio.

Vexillum accipit.

Decernit Cardd. vt Greci præscriptam ab Urb. & Clem. fidei professionem edant.

Proposita Græcis fidei creuenti formula.

Singularis
in tanto
Rege de-
missio.

ipſis in capitulo reſedit, quod nec locum ubi pueri ſoliti ſunt ſedere, ut de loco abbatis & ceterorum monachorum taceam; ſed gradum inferiorem de ſex gradibus, per quos ad abbatis ſedem aſcenditur, ſibi elegit: totumque regnum Franciæ martyris Dionyſij protectioni deputans, cum lacrymarum fluminibus ita nobilium quã populi circumſtantis, prius ſancti Clauui, & Corona benedictione percepta, ab eccleſia eſt egreſſus. Subdit, inito itinere Hieroſolymitano, ſequenti die vxorẽ Margaritam in Vicenarum nemore, in ſuſpiria & lacrymas ſolutam, reliquiſſe.

6 Cum iam nauim conſcendurus eſſet, ad filios Philippum, Ioannem, & Petrum conuerſus, ac maiorem natu præcipue compellans, læto vultu grauiſſima hæc præcepta dedit, quæ vitæ auctor apud Surium refert: *Vide fili, ut ego iam grandæuus ſecundo hoc iter capeſſam, quando iam etiam Regina mater tua prouecta ætate eſt, & nos regnum noſtrum, fauente Deo, abſque ulla perturbatione obtinemus; diuitijs, delicijs, & honoribus quantum ſas eſt affluentes. Vide, inquam, ut Chriſti & Eccleſiæ eius cauſa non parcam ſenectuti meæ, nec me ſequetur deſolatio matris tuæ: delicias & honores contemnã, opesque meas pro Chriſto impendam. Vide ut te & fratres tuos & ſororem primogenitam mecum ducam, ſimul etiam quartum filium ducturus ſi aliquanto maturiori eſſet ætate. Hæc vero idcirco te audire volui, ut cum poſt obitum meum ad regnum pertigeris, pro Chriſto & Eccleſiâ atque fide tuenda nulli rei parcas; non vxori, non liberis, non regno. Volui enim & tibi & fratribus tuis de me ipſo præbere exemplum, ut ſi res poſtulet, vos ſimiliter faciatis. Ingreſſus mare kalendis martij, atque alto inuectus cum eſſet, tempeſtate claiſis iactata eſt: ac maxima cum difficultate ad Calaritanum Sardinia portum appulit, ut feſſum procella militem reficeret. Vbi parum humaniter exceptus eſt, cum incolæ cibos niſi maximo pretio diſtraherent; vnde efferati plerique eum locum euertere vindictæ cupiditate ardebant: quos ſanctus Rex repreſſit.*

7 Dum in eo portu conſiſtebat, Rex Nauarra, Alſonſus Piſtauia & Guido b Flandriæ comites, Ioannes maior natu comitis Britannia, alijque proceres applicuerunt; ac militare conſilium agitarunt, quo dirigere curſum ſatius videretur. Decretum eſt primum Tunetum aggredi, cum ex eius portu ſauiffimi piratæ toto mari excurrerent, & Chriſtiani in terram ſanctam contendentibus grauiſſima damna inſligere ſolerent. Impellebat S. Ludouicum alia ratio, ut Tunetanum Regem ad ſuſcipiendum baptiſmum adduceret: miſerat enim ille in Gallias plures oratores, Regique ſignificarat gerere ſe in votis Chriſtiana ſacra amplecti, ſi honeſta ſe daret occaſio; atque periculum, quod ſibi a Saracenis imminebat, declinare poſſet. Sed de his Gaufridum e Bello loco differentem audiamus: *Nacta, inquit, opportunitate, iter cum ſuis aggrediens, & ſtatuto tempore ad portum aquarum mortuarum perueniens, multa tædia atque morſitias ibidem perpeſſus eſt propter deceptionem nauitarum, & defectum nauium, quæ ſtatuto tempore & promiſſo non fuerant præparata: ita quod nauem aſcendit multo tardius quam credebat, cunctis d nauibus quæ ad iſſe poterant commode ante Sardiniam, ſicut condictum fuerat, congregatis. Et venientibus cunctis maioribus exercitus coram Rege, habitum eſt cõmune conſilium, & confirmatum, quod prius irent ad expugnandum regnũ Tunicij, antequam in Terram ſanctam ſive in Aegyptum tranſirent. Rationes autem, quæ dominum Regem ad*

hoc plurimum induxerant, ad præſens, ſicut credimus, expedit assignare propter admirationem & murmuratiõnem multorum, quibus potius videbatur quod reſto itinere ad ſuccurſum Terræ ſanctæ tranſire debuifſet. Siquidem a antequam dominus Rex hanc crucem ultimam aſſumpſiſſet, multos nuncios receperat a Rege Tunicij: & ſimiliter Rex noſter plures nuncios miſerat ad eundem. Dabatur enim ſibi a fide dignis intelligi, quod dictus Rex Tunicij bonam voluntatem ad fidẽ Chriſtianam haberet, & valde de facili poſſet fieri Chriſtianus: dũmodo occaſionem honorabilem inueniret, & quod ſaluo honore ſuo & abſq; metu Saracenorum ſuorum hoc complere valeret. Vnde Rex catholicus cum multo deſiderio quandoque dicebat: O ſi poſſe videre, quod fierem tanti filioſi compater & patrinus! Et ob hoc ſub ſpe iſta aliquãdo voluit ſe tranſferre verſus partes Carcaſſonæ & Narbonæ, quaſi terram ſuã viſitaturus; ut ſi dicto Regi Dominus inſpiraret perficere quod propoſuerat de ſuſcipiendo baptiſmo, hæc pio operi propinquo eſſe poſſet.

8 Hic non ſilendum arbitror, quod cum in ipſo anno, quo pius Rex debuit ultimo tranſfretare, Rex Tunicij miſiſſet ad eum ſolemnes nuntios; & in feſto B. Dionyſij Rex faceret quemdam Iudæum famoſum in ipſa eccleſia dicti B. Dionyſij ſolemniſter baptizari, ita quod Rex ipſe cum multis magnatibus ipſum de ſacro fonte leuaret; voluit quod dicti nunciij Regiſ Tunicij ſolemniſſimè illius baptiſmatis intereſſent. Quibus Rex vocatis ex magno affectu dixit: *Dicite ex parte mea domino veſtro Regi, quod ego tam vehementer ſalutem animæ ipſius deſidero, quod vellem eſſe in carcere Saracenorum omnibus diebus vitæ meæ, ibidem claritatem ſolis non viſurus de cætero, dummodo Rex veſter & gens ſua ex vero corde fierent Chriſtiani. O vere fidelis ſermo & omni acceptione dignus! O verbum plane catholicum, perfectione fidei & charitatis reſeruum! Deſiderabat quoque deuotiſſime Rex catholicus, ut Chriſtiana fides, quæ tempore B. Auguſtini & aliorum orthodoxorum doctorum in Africa, & maxime apud Carthaginem, tam ab antiquo eleganter floruerat, noſtris temporibus reſtoreſceret, & dilataretur ad honorem & gloriam Ieſu Chriſti.*

9 Cogitauit itaque, quod ſi tantus exercitus, tamque famoſus apud Tunicium ſubito applicaret, dictus Rex Tunicij vix poſſet apud Saracenos ſuos tam rationabilem occaſionem habere ſuſcipiendi baptiſmum: videlicet ut per hoc poſſet mortem euadere tam ſui ipſius, quam eorum qui ſecum vellent fieri Chriſtiani: & ſic etiam regnum ſuum ſibi pacifice remaneret. Præterea Regi dabatur intelligi, quod ſi omnino prædictus Rex nollet fieri Chriſtianus, ciuitas Tunicij erat valde facilis ad capiendum; & per conſequens tota terra. Suggerebatur inſuper Regi, quod ciuitas illa plena erat argento & auro, ac diuitijs inſinitis; ut pote quæ a multis retro temporibus a nullo fuerat expugnata. Vnde ſperabatur, quod ſi, Deo volente, dicta ciuitas a Chriſtiano exercitu, caperetur, ex theſauris ibidem inuentis poſſet acquisitioni & reſtaurationi Terræ ſanctæ multum efficaciter ſubueniri. Caterum cum de terra Tunicij venire ſoleret magnum ſubſidium ſoldano Babylo-niſis in equitaturis, quam in armis & bellatoribus in grauamen & nocumentum plurimum Terræ ſanctæ; crediderunt barones noſtri, quod ſi peſtiſſimæ radix illa Tunicij poſſet penitus extirpari, ex hoc Terræ ſanctæ & toti Chriſtianitati utilitas maxima proueniret. Cum igitur ſcriptum ſit, quod ubi vnum propter alterum, ibi tantum alterum vnum, cum via apud Tunicium proprie aggreſſa fuerit ad honorem Chriſtiani nominis ampliandum; & ſpecialiter

a Sur. in
uir. S. Lud
30. 4. d. c.
35. aug.
Salubria
ab ipſo fi-
lijs data
monita.

Tempeſta
re iactatur

Appellie
in Sardi-
niam.
Suorum
in Sardos
iſtas mul-
cet.

b Meyer.
annal. l. 5.
hoc anno
in Marga-
reta Con-
ſtantinop.

De Tuncetano
regno inua-
cãdo in
cõſilium.

Quæ cauſe
ſe S. Regẽ
permoue-
runt.

c Gaufr. e
Bello loco
in vita S.
Lud. c. 39.

d Id. ibid.
ſup. 40.

a. 11.

Præ-
rat
tan-
ſcrip-
bapti-
deſi-
deſi-

Q
ard
zelo
do
liu
uer-

Con-
de e-

E. T
exp
tione
chriſ-
ampli-
tio
re vi-

ad Terrasanc̄ta utilitatem, & faciliorem succursum; non videtur via apud Tunicium contraria voto crucis, sed potius vna & eadem: utpote quoddam adminiculum & preparatio ad Terram sanctam citius & commodius restaurandam. Propter has & quasdam alias rationes viam apud Tunicium aggressi sunt. Quod si aliter de via illa successit, quam a fidelibus speraretur, peccatis nostris, atque nobis occulto Dei iudicio debemus potius imputare.

10 Velis igitur factis, in Africam classis inuehitur: excensioneque facta, Carthago alterius celebratissimæ Carthaginis ruinis imposita, leui conatu in Christianorum potestatem redigitur. Inde ad cingendum obsidione Tunetum, quindecim miliaribus distitum, Christianus exercitus incumbit. Tentauit barbarus varijs artibus cruce signatorum impetus eludere; emisitque in primis duos Cathalanos nobiles, qui Regi denuntiarent omnes Christianos, quorum maxima vis erat, in carceres retrusisse, omnesque trucidatum, si bello peteretur: si vero cruce signatus exercitus Tunetano regno faceretur, redditurum libertati. Dein submissi sunt Saraceni, qui fingent se Christiana sacra expetere: quibus cum Joannes de Accon fidem temere adhibuisset, illi impetum in ipsum ac socios fecere, summaque perfidia nonnullos cecidere: vnde postea maiori prudentia in admittendis per fugis cautione vti dixerunt. Contraxit ingentes copias barbarus, ac leuib; velitationibus nostros laceffere cœperunt, qui g. nerose ipsorum impetus propulsa uere: tardius tamen circa Tuneti expugnationem actum est, cum Rex sanctus in urbem non affilire decreuisset, nisi Rex Carolus frater vna cum validissima, quam compararat, classe peruenisset. Interea ex aquæ dulcis inopia, comeatuum corruptione, aerisque intemperie, contagio exercitum Christianum inuasit: ac primum in ignobiles grassari: deinde proceres infecit. Augebant malum Saraceni, qui quoties ventus validior afflaret, magnum equorum numerum in altos arenæ montes adducebant, eosque agitabant, vt sparsa equorum pedibus arena elata, atque impulsu vento nostrorum castra aspergeret, vnde aerem non leuiter inquinari contingebat, vt refert Ioannes Villanus b. B nobilitate primus Ioannes Tristannus Niuernensis comes S. Ludouici filius, morbo correptus, e viuis discessit: adeptus id nomen erat ex patris calamitate, cum eo anno quo ab Ægyptijs sanctus Rex in seruitutem abductus fuerat, in vitales auras editus fuisset. Dein Radulphus Cardinalis legatus episcopus Albanensis, de quo nos plura antea, occubuit: quodque ingentem lucum omnibus attulit, ipse S. Ludouicus lethali morbo correptus est. De hac Tunetana expeditione, a S. Ludouico suscepta; ac lue in nostrorum castris grassata, meminit Pachymerius d; eamque ob relicta inhumata corpora auctam obseruat, dum aita Palæologo Imperatore carthophylacem Beccum & archidiaconum Meliteniorem (viros nimirum catholicos) ad Regem Francorum missos, vt Carolum fratrem Regem Sicilia ab inferendo Constantino poli bello auerteret: sancto vero Rege (quem recti obseruantissimum fuisse schismaticus auctor testatur) morbo oppresso, consilia, ob qua venerant, discussa: ea porro de orientali ecclesia, interprete ipso S. Ludouico, ad sedis Apostolicæ obsequium reuocanda fuisse, e superioribus Cardinalium literis colligi posse videtur. Cæterum pijsimus Rex tam præclari operis præmia in cœ-

lo breui relaturus, diuina prouidentia suam accommodans voluntatem, in diuinis laudibus totum morbi tempus consumebat, vt Nauarra Rex, qui aderat, ad Tusculanum episcopum Cardinalem postea scripsit. Cui alij fide dignissimi viri, qui aderant, vt Guillelmus Carnotensis; & Gaufridus e Bello loco consentiunt, e quorum postremo historiae veritatem petemus.

11 Post modicum autem, inquit, in dictis castris ipsemet pie ac præclare recordationis Rex, Deo dilectus & hominibus gratosus; post tot laudabilia fidei & charitatis opera; post tot laboriosos agones, quos pro fide & Ecclesia dilatatione fideliter ac feruenter & indefesso animo tolerauit; disponente Domino, qui labores illius voluit feliciter consummare, & ipsi bonorum laborum suorum fructum retribuere gloriosum; febre continua infirmatus lecto decubuit. Et inualecente morbo, omnia ecclesiastica sacramenta Christianissime & deuotissime suscepit, sana mente & integro intellectu: ita quod cum ipsi sacramentum extreme vñtionis exhiberemus, & dicerentur septem psalmi cum litanis; ipse in psalmis versus dicebat; & in litanis, sanctos nominans, eorum suffragia deuotissime inuocabat. Cum autem iam signis euidenter appropinquaret ad finem, de nullo erat sollicitus, nisi de ijs, quæ ad solum Deum & exaltationem fidei Christianiæ proprie pertinebant: ita quod, cum iam non nisi submisso & cum grauamine loqui posset, nobis adstantibus & ad verba eius aures adhibentibus, vir Deo plenus & vere catholicus dicebat: Pro Deo studeamus quomodo fides catholica possit apud Tunicium predicari, & plantari. O quis esset idoneus vt mitteretur ibi ad predicandum! Et nominabat quemdam fratrem ordinis Predicatorum, qui alias illuc iuerat, & Regi Tunici notus erat.

12 Ecce qualiter verus Dei cultor, & fidei Christiana constans zelator beatam vitam suam in confessione vera fidei consummavit. Cum autem virtus corporis eius atque sermonis paulatim deficeret, non cessabat tamen sanctorum sibi deuorum, sicut eniti loquendo poterat, suffragia postulare: maxime autem beati Dionysii, specialis patroni regni sui; vnde in statu illo cum quodam surro ipsam pluries replicantem audiuius finem illius orationis, quæ de B. Dionysio canitur, scilicet: Tribue nobis quæsumus Domine prospera mundi pro amore tuo despice, & nulla eius aduersa formidare. Et hæc verba multoties iterabat. Similiter principium orationis de S. Iacobo Apostolo: Esto Domine plebis tue sanctificator & custos; pluries replicabat: & de alijs sanctis deuotam memoriã faciebat. Ad extremam igitur horam veniens Christi seruus, super stratum cinere respersum in modum crucis recubans, felicem spiritum reddidit Creatori: ea scilicet hora, qua Dei Filius pro mundi vita in cruce moriens expirauit.

13 Sane super obitu tam Christiano, tamque felici & piæ est flere, & piæ est gaudere. Fium quidem & congruum est flere pro iactura & desolatione vniuersalis matris Ecclesiæ, cuius erat deuotissimus cultor & indefessus defensor. Specialiter autem plangendum & dolendum toti Francorum regno, cui merito tanto & tam excellenti principi erat singulariter gloriandum. Sed nihilominus, si rationem vis doloris admittat, gaudendum potius quam dolendum tum propter modum Christianissimum mortis eius: tum quia de ipso certa ab omnibus, vitam ipsius gloriosam & actus sanctissimos agnoscentibus, spes habetur, quod iam de temporalis regni cura sit translatus ad celestis regni iucundam curiam, quæ curæ terrestris extat penitus alie-

Si exiens consilio non respõderit, cui res adscribenda sit.

Carthago primo impetu capta. Gaufric. 42. 43. in vit. S. Lud. & Iord. M. S. vat. bibl. sign. n. 1960. Variæ barbarorum fraudes.

Commeatum inopia contra in castris exorta. Barbarorum artes ad malum sugendū.

b. Is. Vill. l. 7. c. 37. Crebra nostrorū funera. Ioannis Tristanni. Et Radulphi Card. A. S. L. e. Albert. Argent. in an. 1273. S. Ludouici ægritudine. Pachym. hist. Græc. lib. 5. Accedunt ad ipsum in Tunetana castris Græcorū oratores. Curis tractatus intermissus.

a Gaufr. e Bello loc. in vit. S. Lud. c. 44.

Pie ecclesiastica sacramenta excipit S. Ludou.

Inincipiti mortis discrimine pro fide amplificanda æstuat

Suos Deo ardentissimi commendat.

na : ubi cum electis Dei regnans in perpetuum beata requie perfruitur sine fine. Migravit autem ad Dominum in crastino B. Bartholomæi Apostoli circanannam anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo . a Hætenus Gaufridus e Bello loco, qui etiam tradit sanctum Regem, cognita quasi cælitus imminente morte, successoribus sceptri Gallici saluberrima documenta b testamenti vice proposuisse: ac sermone Gallico, antequam morbo hoc lethali implicitus foret, in charta descripsisse: quæ Latinis hisce verbis donata adducit .

14 *Fili charissime, Philippum regni heredem alloquitur, in primis te doceo, quod Dominum Deum tuum diligas ex toto corde tuo, & ex tota virtute tua: nam sine hoc non est salus. Fili debes te custodire ab omnibus, quæ Deo noueris displicere; videlicet ab omni mortali peccato: ita quod prius deberes te permittere omni genere martyrij cruciari, quam aliquod mortale peccatum committere. Præterea si Dominus tibi aliquam tribulationem habere permiserit, benigne & cum gratiarum actione debes suslinere, cogitans quod ad bonum tuum proueniat, & quod hoc forsitan bene meruisti. Insuper si Dominus tibi prosperitatem quamcumque contulerit, debes ei humiliter regratiari, cauens ne inde fias deterior siue per vanam gloriam, siue quocumque alio modo: quia non debes Deum impugnare vel offendere de donis suis. Item moneo te frequenter confiteri: & quod discretos & honestos tibi eligas confessores, qui te sciant docere, a quibus tibi sit cauendum, & quæ te facere sit necesse. Et tu ad confessores tuos te habeas tam modeste, quod ipsi & amice te, & secure reprehendere audeant. Libenter etiam & deuote audias officium Ecclesiæ: & quamdiu eris in ecclesiâ, caue ne vage circumspicias, nec vana loquaris: sed ora Dominum deuote siue ore, siue cordis meditatione: & specialiter amplius intendas deuotioni in secreto missæ circa horam consecrationis corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi.*

15 *Cor habeas pietatis ad pauperes, miseros, & afflictos: & secundum posse tuum eis subuenias, & eos consoleris. Si habueris aliquam cordis desolationem, dic eam confessori tuo, vel alicui probo viro: & tunc eam lenius feres. Diligas habere semper tecum societatem honorum suorum religiosorum, siue secularium; & habe frequenter colloquium cum eis: & caue societatem prauorum. Audi libenter sermones tam in aperto, quam in secreto: & libenter tibi procures indulgentias matris nostræ sanctæ Ecclesiæ. In proximis semper diligas bonum, & odias malum. Noli pati dici coram te verbum allecetiuum ad peccatum, nec verbum detractorium de alio: maxime autem nullum verbum blasphemiam de Deo, siue de sanctis patiaris dici ab aliquo: quin vindictam de eo fieri facias. De omnibus beneficijs tuis tibi a Deo collatis sic gratias agas illi, vt sis dignus maior accipere. Erga subditos tuos ita iuste te habeas, quod lineam iustitiæ teneas, non declinans ad dexteram neque ad sinistram: & semper plus te teneas ex parte pauperis, quam diuitis, donec sis certus de veritate. Si quis autem contra te querelam habuerit, stes potius pro causa aduersary tui, donec confict tibi de veritate: & sic illi qui sunt de consilio tuo citius stabunt pro iustitia. Si pro certo intelligas, quod teneas aliquid de alieno, siue ab antecessoribus tuis, siue a tempore tuo, statim restitue. Si res obsecura est, veritatem inquiri facias per discretos.*

16 *Sis diligens, quod omnes subditi tui iustitia & pace seruentur: maxime autem persona ecclesiastica, ac religiosa. Dicitur de Rege Philippo auo*

nostro, quod quidam de consiliarijs suis dixit ei, quod clerici multa damna inferebant ei, iura ipsius usurpando; & mirabantur multi quod ita tolebat. Cui Rex respondit: Bene credo quod dicis: sed quando cogito beneficia, quæ mihi Dominus contulit, melius volo pati, quam inter me & Ecclesiam scandalum suscitare. Ama igitur, o fili, personas ecclesiasticas: serua pacem earum quantum poteris. Libenter subueni pauperibus religiosis in suis necessitatibus: & maxime illis per quos Deus magis honoratur in terra. Honora parentes tuos, & reuerenter serua mandata eorum. Beneficia ecclesiastica personis idoneis dona de consilio spiritualium virorum: & eis qui non habent aliud beneficium.

17 *Caue ne absque maximo consilio guerram primus moueas contra aliquem Christianum: & si oporteat fieri, fac cauere ne innocentes, & ecclesiæ, ac res earum sine merito puniantur: & quam citius poteris pacifica de guerris & contentionibus tuis, & de guerris quæ sunt inter subditos tuos: sicut fecit B. Martinus, qui bonam virtutum suarum consummationem exultauit, si pacem inter discordantes restituisset. Sis sollicitus, quod habeas fideles prepositos & bailliuos, & inquire diligenter quomodo se gerant: similiter de illis de hospitio tuo. Sis deuotus & obediens matri nostræ Romanæ ecclesiæ, & summo Pontifici tamquam patri spirituali. Labora quod omne peccatum de terra tua remoueatur: maxime autem blasphemiam, & hæreses. Memoriter recognosce, & regratiare Deo super omnibus beneficijs suis. Attende quod expensæ domus tuæ cum moderate fiant.*

In fine obsecro te, o fili, quod si decedam ante te, quod tu fideliter animam meam iuuari facias in missis & orationibus; & mittas per sanctas congregationes regni nostri ad orationum suffragia impetranda pro me; & quod in omnibus bonis, quæ facturus es, participationem habeam specialem. O fili charissime, in fine do tibi omnem benedictionem, quam pius pater potest donare filio. Et tota Trinitas, & omnes sancti custodiant te ab omni malo. Et aet tibi Dominus gratiam faciendi suam voluntatem taliter, quod seruiatur & honoretur per te: ita quod post hanc vitam nos simul perueniamus ad ipsum videndum, amandum, & laudandum sine fine. Amen.

18 *Præclarissima etiam alia documenta a scripsit Rex sanctissimus ad Isabellam filiam, Reginam Nauarræ, quibus ad transfundendum omnem in Deum amorem; ac potius ferenda alacriter exquisitissima supplicia, quam lethale crimen committendum; reuerentiam erga sacra, sapius expiandam exhomologesi conscientiam, aliaque pietatis sectanda opera horrabatur. In quibus omnibus cū sanctitatis Christianissimi Regis splendor emicet ad miraculum, nonnulla alia ad eam illustriori luce collocandam attexere placuit. Vtque in primis prætereamus Albigensium hæresim eius virtute & zelo excisam, Græcos schismaticos ipsius armorum terrore, ad eiusdem arbitrium Romanæ ecclesiæ se subicere paratos obtulisse: præditum ingentibus adeo animis fuisse, vt in Asiam & Africam aduersus infideles bellum traxerit; qua laude a Pachymerio b Græco auctore celebratur: eiusdem auscipijs atque ope Romanam ecclesiam a Manfredi & Saracenorum Nuceriæ tyrannide fuisse vindicatam: auctum adeo eius prudentia Gallicum nomen, armisque floruisse, vt Siciliam, deinde Pannoniam stirpis Gallicæ principes tenuerint: proueram adeo rem literariam, vt Sorbonica academia suum illi de-*

Felix eius obitus. Documēt. ta postēri. testamētū vice reli. cta. a Gaufr. cap. 14. & Exiant apud eund. c. 15. Nōg. de gestis S. Lud. Sur. in vit. eius sancti. 25 die aug. Gaguin. hist. Fræc. in S. Lud. & alios. De ferendis aduers. sis.

Expianda conscientia.

Fundē dis. inter diu. na preci. bus.

Exercenda misericordia.

Comple. tendis religio. sis.

Blasphemis infestandis.

Admini. stranda iustitia.

Restituen. dis alienis.

Fouendis ecclesiasticis.

Acuta & pia Philippi Augusti sententia.

Insigne de bellis mouendi monitū.

Excitandis libere.

Comme. dat filio. sacris sal. fragijs p. sū mou. rum leu.

Filiam. præceptis saluberrimis instruit. a Ex. in Gall. in m. tis ad lo. uillam.

Insignis Lud. elogia. b Pachy. hist. Græc. lib. 5.

deus debeat, cum is regijs studijs Ioannem Sorbonum, tanti auctorem operis, arctissime complexus sit a; ex initis ab eo tractatibus regni Francorum fluxisse amplitudinem, vt Tolosæ Prouinciæque comitatus ad coronam Gallicam temporum decursu fuerint reuocati; tantus Rex (quod ceteras laudes maxime exornabat) eo ad dore fidei flagrabat, vt Christianum nomen regio longe anteferet. Quia in ré egregiam narrationunculam ex Gaufrido decerpemus.

Ad laudem, inquit b, deuotionis fidei ipsius pertinet, quod cum semel esset apud Poissiaci castrum, quibusdam familiaribus suis gaudens & glorians dixit, quod maius bonum & digniorem honorem, quem vnquam habuerit in hoc mundo, fecerat sibi Dominus in castro illo predicto. Mirantibus qui aderant, de quo honore hoc diceret, cum de ciuitate Rbemensis, vbi regni coronam & sacram susceperat vnctionem; hæc dixisse eum potius aestimarent; subridendo respondit, quod in castro illo sacri baptismi gratiam susceperat, quod super omnes honores seu dignitates mundi maius donum & dignitatem incomparabilem reputabat. Vnde etiam cum secretas literas alicui familiari mittebat, & ex causa aliqua volebat suppressere nomen Regis, Ludouicum de Poissiaci, siue domum Poissiaci*; potius eligens a loco baptismatis denominari, quam ab aliqua sua ciuitate famosa. Præterea pulcherrimum hoc ei elogium idem auctor tribuit c: Ego, quamuis insufficiens, dicti domini Regis confessor extiti per viginti annos, vel circa; & confessionem eius generalem audiui toties, quod vices numerare vix scirem. Ad honorem igitur Dei dico, quod ipse per totam vitam suam nunquam aliquod peccatum mortale commisit scienter, quod ego auderem iudicare mortale. In quo S. Ludouicum Blancæ Reginae matris saluberrima monita, quibus mortem prius quam peccato lethali se obstringeret, imprecabatur, altissime in pectus demissile constat: Nec a omitendum, quod postquam de transmarinis partibus est reuersus, semper duos voluit confessores, vnum de ordine fratrum Minorum, & alium de ordine Predicatorum; vt si vnum habere non posset, alium paratum haberet, & vt per hoc amorem ad vtrumque ordinem ostenderet & seruaret. Consueuisset sexta quaque feria recurrente expiare sacra exhomologesi conscientiam, & dein sacerdotis manu catenulis ferreis diuerberari, refert idem auctor; macerasse sapinus cilicio teneram carnem ad recollendam dominicam passionem: liberalem in pauperes, seque ad leproforum etiam pedes ablundos abiecisse. De rerum vero caelestium contemplatione, ac singulari in fundendis precibus pietatis sensu hæc tradit f:

19 Omnes horas canonicas, & etiam de B. Virgine cum cantu quotidie audire volebat; etiam si eas in itinere equitando audire contingeret, nihilominus eas inter se & capellanus suum tam de die, quam de B. Virgine submisit dicebat. Insuper officium mortuorum quotidie cum nouem lectionibus, etiam in festis quantumcumque solemnibus, dicebat cum capellano suo. Raro accidebat, quin quotidie duas missas audiret: & frequenter tres, vel quatuor. Cum autem audiuisset, quod nobilitum aliqui murmurabant super hoc, quod tot missas, tot sermones audiret; respondit, quod si in duplo tempore poneret in ludendo ad aleas, & currendo per silvas pro venationibus & aucupijs, nemo super bis loqueretur. Aliquanto tempore in consuetudinem duxit circa mediam noctem surgere ad matutinas, a capellanis suis & clericis in capella cantandas; vt post matulinum re-

diens ante lectum suum quietum spatium orandi haberet. Tunc, sicut familiariter dicebat, non habebat timorem, quod si tunc Dominus ei aliquam deuotionem immitteret, impedimentum a superuenientibus pateretur: & tunc tamdiu in oratione permanere volebat, quantum durauerant in ecclesia matutina. Sed cum ipsum nihilominus oporteret propter instantia negotia ad primam surgere satis nane, & ex his vigilijs corpus eius & caput maxime non modicum debilitari & grauari poterat; acquieuit confusio & precibus discretorum: videlicet, quod ad matutinas surgeret tali bona, quod post modicum spatium primam, & missas & horas ceteras continue posset audire. Dum horæ cantarentur, nolebat cuius colloquio impediri, nisi urgeret aliqua utilitas: & tunc breuiter & succincte.

20 Sicut autem in laudem Regis Iosia premissimus, quod fecit phafe, quale ante non fuerit, nec quisquam de Regibus fecit tale; sic iste solemnitates precipuas anni nō solum Pascha, sed & ceteras festiuitates deuotas faciebat venerabiliter & studiosissime celebrari, conuocans ad hoc plures in anno clericos electos & gratiose cantantes; & maxime de bonis pueris, qui in sancta congregatione Parisiis morabantur; quibus in recessu denarios erogabat, illisque pro magna parte anni in studio sustentabantur. Lacrymarum gratiam plurimum affectabat, & super hoc defectu confessori suo pie & humiliter conquerebatur, familiariter ei dicens, quod quando in litania dicebatur vt fontem lacrymarum nobis dones; deuote dicebat: O Domine fontem lacrymarum non audeo postulare, sed modica lacrymarum stibla mihi sufficerent ad cordis mei ariditatem & duritiam irrigandam. Aliquando etiam confessori suo familiariter recognouit, quod quandoque Dominus in oratione aliquas lacrymas sibi dedit: quas cum sentiret per genas suauiter ad os influere, non solum cordi, sed gustui suo dulcissime sapiabant. Congregationes religiosorum frequenter ac deuotissime visitabat: & ab eis pro se & amicis suis viuis ac defunctis orationū & missarum suffragia humiliter & flexis genibus in capitulo si pulabatur. Fidelissimus erat ad orandum & faciendam orari pro familiaribus suis, seruis suis, & amicis defunctis.

21 His consentanea tradit Guillelmus Carnotensis a, qui admirandam S. Regis pietatem emicare solitam, cum sexta feria hebdomadæ sanctæ, cum ad crucem adorandam pie procumberet, ita describit: Silere non debeo qua pius Rex die sancta parasæues annis singulis agere consuevit. Post matutinas siquidem ante diem coram ipso more debito decantatas; post orationem breuem cum silentio ad cameram suam veniens, ibique solus remansens cum vno capellano suo; totum ex ordine psalterium cum omni attentione, & deuotione perlegendo complebat: nec lectum intrans aut dormiens, post paululum circa solis ortū nudus pedes, in humili habitu, paucis eum ex suis comitantibus, per lutosas et lapidasas vias ciuitatem, aut villam, in qua erat, perambulans, intrabat ecclesias & orabat: elemosynario subsequente, & elemosynas omnibus pauperibus effundente: & ipse etiam Rex multos denarios propria manu dabat. Deinde fatigatus supra modum ad domum rediens, post paululum sermonem publicum, in quo tota dominica passionis recitabatur series, congregato populo deuotissime audiebat; postmodum dominicum officium cum omni deuotione celebrari solemniter faciebat. Verum quam reuerenter & humiliter ad crucem adorandam venire consuevit, non facile explicarem; nam a sede, vel loco suo veniens, nudus pedes, discooperto capite, & collo nudato, in

Pie eius cure in festis magna pōpa celebrandis.

Singularis in tanto Rege Christiano demissio.

a Guill. Carnotens. in vita S. Lud.

Quā pie passionē dominicā recoleret.

semicijis & humili habitu, quasi pauperrimus, a longe procedens; genibus suis flexis, liberis suis ipsum simili habitu subsequens, crucē dominicā sic humiliter adorabat, quod astantes & aspernantes plurimos ad compunctionis & deuotionis lacrymas excitabat.

22 Quo vero ardore ecclesiasticum ius tueretur, edita ab eo lapsa ante biennio pragmatica sanctio illustre monumentum est. Qua obseruantia Christi vicarium prosequeretur, quo zelo regia auctoritate fidei censors ad excindendos hæreticos fulciret; quamuis plura a nobis iam ante suis locis exempla illustria adducta sint, hæc tamen ex eodem Guillelmo a adiungimus: *Quam reuerenter & humiliter erga sacrosanctam Rom. ecclesiam semper se habuit; quam deuote & obedienter rescripta, & mandata Apostolica consuetus erat suscipere; quam obedienter & efficaciter, sicut verus filius obedientiæ adimplere; norunt illi, qui ei familiarius adhaerebant. Ipse enim negotia matris Ecclesiæ plus quā propria reputans, ea totis affectibus promouere curabat. Inquisitores etiam hæreticorum pro negotio fidei & Ecclesiæ laborantes, quandocumque recurrebant ad ipsum, recipiebat dulciter & benigne, diligēter eos audiens & celeriter expediens cum omni gratia & fauore; postpositis alijs, quantumcumque arduis negotijs: asserens negotium fidei debere omnibus alijs anteponi. Præclarissima hæc exempla reliquit Rex optimus posteris Regibus: quæ si imitentur, vt ait Ionuillaus b, magnum gloriæ decus collecturi sint: si spernant, infamiam sibi parituri. Quod vero ad exequias spectat, atque ingentia patrata miracula, sequenti anno agemus. Nunc ad ea, quæ in castris in Africa ad Tunetum gesta sint, reuertamur.*

23 Peruulgata S. Regis morte, acerbissimos fectus Christianus exercitus effudit: audacia vero, & animi creuere barbaris: qui ocyus compressi aduentu Caroli Sicilia Regis fuere. Quam enim victoriam S. Rex non retulerat, volente diuino Numine ipsius patientiam exornare, vt pulchriorem triumphum in calo ageret; fratri peperit. Atque etiam precibus suis, vt credi par est, a Deo obtinuit, vt vis morbi, quæ in castris serpebat, remitteret; ac lapsa plurimo imbre frangeretur. Recepti Siculi Regis aduentu Christiani, ac plurimum aliorum procerum; tum Philippo S. Ludouici filio Francorum Rege salutato, Tunetum arctiori obsidione cinctum est; hostisque, cum aliquando innumera multitudine erupisset, repressus a Francis. Tum Carolus, vt militari arte valebat, conferto prælio simulata fuga eos elicit: quos postea, conuersa fronte maxima strage fudit. Quo tempore magna barbarorum multitudo, quæ fossas ingentes excauerat, vt in eas Christianos incautos alliceret, in eas, omnem aliam cogitationem metu adimente, proruit. In quam id propheticum c intorqueri potuit: *Incidit in foueam quam fecit.* Poterat Tunetum expugnari: sed agente maxime Carolo, alijsque Regibus, percussam cum barbaro fœdus his legibus, quas Iordanus subiectis verbis assert d: *Promisit Rex Tunioj, quod omnes Christiani in regno suo capti dimitterentur; & quod, monasterijs ad honorē Christi in omnibus ciuitatibus regni illius cōstitutis, fides Christi per Minores & Prædicatores libere prædicari valeat, & etiam per quoscumque alios; & quod baptizari volentes nullo modo prohiberentur. Factusque est tributarius Regi Carolo: nam paratis machinis, & alijs necessarijs, per terram & per aquam Tunicum oppugnare disponebat.* Hanc etiam conditionem adijcit monachus Patauinus f, vt cum bellum Saracenicum

teneret in Terra sancta, tribus millibus militū stipēdia daret. Cum vero iussus esset Tunetanus Rex Carolo Sicilia Regi beneficiarius esse; ac tributū, quod alij Friderici Imperatoris tempore pendere solebant, persolvere; inde conflata ipsi inuidia est, quasi auaritia ductus vincere respuisset: cum si captum vi Tunetum esset, præda cum alijs principibus diuidi debuisset. Id vero maxime damnauit Eduardus Angliæ Regis filius, qui post acceptas datasque pacis leges cum classe suorum apulerat, vt Vvestmonasteriensis a narrat.

24 Sperari potuerat ex Soldani manibus Terram sanctam liberandam, si cum Eduardo ingens ille cruce signatorum exercitus in Syriam vela cōuertisset: quem quidem cæleste numen ob non perfectum votum percussisse visum est. Cum enim Siciliam peteret, exorta tempestate classis magna pars fluctibus hausta est: ac maxima ex parte thesaurus a Tunetano Rege acceptus mari perijt, quo tempore adiectæ Parisio appendicis auctor ait b, (quamuis male in annum sequentem rem confert) Anglorum naues intactas quidem grauisime, sed incolumes seruatas: atque Eduardum, animaduersa diuina vindicta, nouo perficiendæ Hierosolymitanæ professionis voto se adstrinxisse quamdiu superstes foret, etiam si ab alijs defereretur; & cum paucis in Acconem vela tetendisse, & feliciter ad seruandam urbem, vt diximus, applicuisse. Quam rem confirmat Vvestmonasteriensis c his verbis: *Rex & natu maiores, periculum euadentes, ad portum difficillime peruenerunt: alij in nauibus perierunt cum pecunia barbarorum, nauibus Eduardi inter alias positus miraculose saluatus. Ad has enim Angelus Domini percutiendas non peruenit merito, quia pecuniam barbarorum non cupiuit, sed terram aspersam sanguine Iesu Christi, quantum in se fuit, restituere voluit Christianis.* Perijisse naufragio ad quatuor hominum millia, octodecim maioris aluei naues ad prælium instructas, cum multis alijs minoris aluei, atque opibus innumeris tradunt. Quibus congrunt, quæ a monacho d Patauino mandata historix: *Postquam, inquit, fuerunt pacis fœdera celebrata, exercitus in Siciliam remeauit. Sed, vento uehementi contrario existente, in portu Trapani naues plurimæ sunt confractæ, in quibus magna militum multitudo est submersa: hisque verbis finem operi imposuit. Nec malorum is finis extitit; ea enim funera nouis Theobaldi Regis Nauarræ, qui aduersa valetudine tentatus, Tuneto discesserat, funeribus, cum ad Drepani portum applicisset, cumulata fuerunt. Cuius vxor Ysabella S. Ludouici filia, moribus regijs virtutibusque ornatissima, perpetuæ continentix se addixit: & Nauarræ regnum, ac Briæ & Campaniæ comitatus Theobaldi frater Henricus capessit e. Quanto vero rei Christianæ damno Syriaca expeditio a Regibus intermissa, & repetitus occidens fuerit, dicetur inferius: nunc Eduardum in Syriam euntem sequamur.*

25 Extremis rebus Eduardi aduentum saluti fuisse, cum cincta obsidione valida Ptolemais in eas angustias esset adducta a Bédodare, vt intra paucos dies deditionē factura foret, tradit Vvestmonasteriensis f. Liberatam illius virtute ab extremo exitio restatur Gregorius X. in literis ad præsules Anglicanos, quos ad subsidiarium illi Edmundoque fratri aurum conferendum inito pontificatu sollicitabat: *Scitis, inquit, quod grauius ab olim, sed præcipue ijs diebus subiecta periculis, immensis pressuris oppressa, exinanita incolis, eneruata viribus; euacuata opibus, ope destituta, sed necessariæ*

Qua reuerentia Potificem completeretur.

Guill. Cam ibid.

Vt se gereret erga fœderes fidei.

Ionuillaus b. lib. 5. l. 10. d. uic.

Aduentu Caroli Sicilia Regis recreati fideles.

Barbari, qui Tuneto eruperant, delentia Carolo.

Insidijs, quas parant Christiani, percutit. e Psal. 7. Tunetanus Rex pacē fecit. d Iord. M. S. var. fig. n. 1960. Caroli Regis stipendiarius efficitur.

f Mon. Pat in chr. l. 3

Carolus suus comitis quatuordecim annis in Sicilia regnavit.

Eduardus Angliæ sceptrum res in Syriam vult facit.

a Vost Flor. h. g. Franco Sicilia, Nauarra Reges Africa deunt. b Conu. Paris. an. 1270.

c Vost. Flor. h. g. sub an. 1269. Eorū d. s. partem fluctibus metit.

d Mon. Pat. chr. l. 3. Iord. M. S. var. lib. fig. n. 1960.

Theobaldus Regis Nauarræ mors.

e Iord. M. S. var. lib. fig. n. 1960. Henricus eius frater in regno succedit.

f Vost. Flor. h. g. an. 1269.

Quamuis felix esset Terræ status

definita defensionis auxillio Terra sancta fatali prorsus exposita discrimini videbatur. Sed ille, in cuius conspectu non est differentia in multis liberare vel paucis, ad liberationem terra illius; ne in manus inimicorum incideret, prout miserabilis status eius, quem presentialiter vidimus, verisimiliter minabatur; sibi ministrum pro sua voluntate delegit, dilectum videlicet filium nobilem virum Eduardum, ebarissimi in Christo filij nostri illustris Regis Anglie primogenitum, qui eius, ut creditur, spiritu inspiratus post dissolutum, sicut permisit Dominus, congregatum pro dicta terra subsidio exercitum Christianum, loquitur de ingenti ea expeditione, quam S. Ludouicus cum Theobaldo Nauarræ & Carolo Sicilia Regibus inierat: quæ post Tunetanum Regem factum stipendiarium, extincto S. Rege, dissipata est, imperterrito, immo constanti & forti animo seruendi personaliter illi terra onus deuote suscipiens, maris discriminibus sua magnanimitate contemptis, sed virtute Domini superatis; nec vitatis grandibus expensarum oneribus, sed exinanientis se ac sua, ad terram eandem tanquam deuotionis filius transfretauit: ibique non parcens sumptibus, nec labores euitans, vna cum dilecto filio nobili viro Badmundo germano suo, qui periculorum sumptuum particeps & laborum exitit & existit; eiusdem terra, ante ipsorum aduentum quasi omnino in desperatione posita, contra persequentium insidias & conatus sic necessaria admodum defensionem vacauit, quod Omnipotentis brachium in eorumdem nobilium manibus ipseus terra salutem dirigens, ipsam pereorum præcipue ac ipsis assistentium ministerium sua virtute protexit. Quod profecto ad totius Christianitatis commodum cessasse dignoscitur, & gloriam non modicam gentis vestrae, &c. Hactenus Gregorij literæ. a

26 Animaduertisse Eduardum in nonnullos mercatores Venetos, qui arma & commeatus Saracenis ferebant, addit Vestmonasteriensis; b delusumque spe sua Sultanum omnes impetus ad expugnandam Ptolemaidem effudisse: quos cum Eduardi & obfessorum audacia & viribus frangi videret, belli molem alio conuertisse, ac duas arces a Bendocdare Sultano ereptas esse Hospitalarijs: cum non ijs polleret viribus Eduardi, vt cum hoste signa conferre posset. Ex quibus apparuit quam fuisset optandum, vt Galliarum, & Sicilia Reges cœptam expeditionem essent profecuti, a qua intermissa & Gallicæ res perturbatissimas, & Carolum aduersis casibus conficiatam visuri sumus.

27 Deiectus porro concepta de Regibus ingenti spe Aytonus Armenia Rex, cum nec Abaga, qui Tartaris in Perside imperabat, auxilia ferre posset; cum Bendocdare pro Liuone filio ex Aegyptiaco carcere redimendo iniquis legibus composuit. de quo alter Aytonus hæc historie tradidit c: Rex vero Armenia, qui semper sollicitè conabatur ad destructionem infidelium toto posse, intellectis infelicissimis rumoribus regni sui, fuit animo mirabiliter perturbatus: & die noctuque cogitabat qualiter Saracenis posset inferre grauamen; vnde multoties inducebat Abagam & Tartaros ad destructionem sectæ perfidi Mahumeti, & Christianorum subsidium & suauem. Sed Abagan propter guerram, quam habebat quotidie cum vicinis, se sepius excusabat. Rex Armenia vero, perpendens quod non poterat ad præsens habere subsidium Tartarorū, misit suos nuntios ad Soldanum Aegypti, & treugas cum ipso iniuit, & firmavit; hoc faciens, vt de Saracenorum carceribus posset redimere natum

suum. Vnde soldanus promisit Regi, quod si sibi redederet quemdam suum socium nomine Sangoiascar, qui captiuus penes Tartaros tenebatur; & sibi restitueret castra ciuitatis Halappi, quæ occupauerat tempore Haoloni; filium restitueret pristinae libertati. Soldanus itaque restituit filium Regis, & recepit socium suum: & Rex restituit Soldano castrum de Tempesack, & alia duo castra fecit dirui ad requisitionem Soldani: & hoc modo filius Armenia Regis fuit de carceribus liberatus.

28 Post hæc Rex Aytonus bona memoria, qui quadraginta quinque annis regnum tenuerat, & multa bona fecerat Christianis, regnum & dominium suum contulit & concessit filio suo Dn. * Tiuzono de Aegypti carceribus liberato; & ipse renuntians pompæ huius seculi est religionem ingressus: & vocatus fuit Macarius mutato proprio nomine secundam consuetudinem Armenorum, qui quando ingreditur religionem, mutari faciunt sibi nomen. Et post modicum temporis spatium Rex Aytonus requieuit in pace anno Domini mcccxx. Consentit Iordanus a Aytono in consignando Aytoni Regis obitus tempore: nec tamen desunt qui ad septuagesimum secundum huius seculi annum vitam propagasse asserant b. Sed ad Liuonem filium redeamus, de quo Aytonus historicus: Ille autem Rex Armenia supra nominatus fuit sapiens atque prudens, & suum regnum prouide gubernauit. Dilectus fuit valde tam a sua gente, quam a Tartaris: & ex toto animo studuit æstruere Saracenos. Hactenus de rebus orientalibus: nunc ad occidentales multis insignibus funeribus lugubres redeamus.

29 Planxit hoc anno Vngaria Belæ Regis fratris S. Elizabeth obitum, qui vel senio confectus, vel præteritis malis attritus in Bindensi insula vita cessit c, ac Stephanum filium sceptri heredem reliquit. Consentit Steroni de mortis tempore Longinus d, qui Boleslai Pudici Cracouia ducis focerum fuisse adiicit, ac Strigonij in Minoritarum templo, quod magnificentissime excitat, conditum: quod cum inde ab archiepiscopo in ecclesiam principem tractum vi fuisset, lite ad summum Pontificem delata, pristino sepulchro restitui iussum est. Addit auctor Stephanum nouum Regem ad lustrandam B. Stanislai Cracouienfis episcopi limina accessisse, atque a Boleslao leuiro ingenti pompa exceptum, ac vetus Vngaros inter & Polonos fœdus renouatum. Præter Longinum vero ac Steronem, Erphesfordensis e monachus, & Siffridus f de anno mortis Belæ congruunt, a quibus Vngaricarum rerum scriptorem Bonfinium g miramur dissentire, qui eius mortis tempus in annum mcccxxv. conijcit, quem Nouatores h, vt temere non discussis rebus omnia, quæ sese offerunt apud quosuis auctores, agglomerant, secuti sunt. At cum dicatur post Andream patrem annis triginta quinque regnasse, atque Andree obitus in annu Christi mcccxxv. incurrerit; hoc anno e viuis discessisse affirmandum est; quod literæ Gregorij anno sequenti exaratae atque, Ladislai a nobis afferendæ probant, omnemque scrupulum adimunt.

30 Stephanum porro gerendo regno pares virtutes attulisse, refert Stero, & circa festum S. Thomæ Apostoli, misso exercitu in Austriam, eam prouinciam, qua Danubio perflua meridiem spectat, vastasse; ac multa hominum millia in seruitutem abduxisse. His similia atque alia, ad illustrandam principis gloriam, asserit Bonfinius i: additque si diu viuere licuisset, omnium iudicio opti-

Transmissio illi seculo religiose vite se addit. * Liuzono

Pie innotuit.

a Iord. M. S. Var. fig. n. 1960.

b Sann. l. 3 p. 12. c. 12. b Ayto. hist. orient. c. 34 Liuo fortiter in Saracenos dimicat.

c Stero apud Canis. antiquit. l. 10. i pag. 300 d Long. hist. Pol. l. 7 hoc ann.

Stephanus Vngaricæ coronam suscepit. B. Stanislai limina iustrat.

e Erphesfordensis ad dit. ad Lambert. f Siffri in opi. lib. 2. g Bonfin. rer. Vngar. dec. 1. l. 8 & alif. h Cent. 12 c. 16. col. 1345. Bonfinius ac Nouatores de Belæ mortis tempore confutari

Vastat Austriam.

i Bonfin. dec. ad. 2. lib. 8.

opti-

Opportu. ne illi ab Eduardo subuentu.

a Exant. in Ced. Vall. fig. lit. Cn. 49 pag. 88. b Vestm. Flor. hist. sub ann. 1269. Ptolemæis virtute Eduardi oblatione liberata.

c Ayton. hist. orient. c. 33. Ayton. Rex Armen. fœdus cum Bendocdare pacificatur.

Liouem filium redimit.

optimum principem & clarissimum futurum, atq; inter alia præclara eius gesta Bulgariam debellasse, Regemque sibi stipendiarium esse coegisse.

31 Cæterum funestus plane hic fuit annus insignium virorum morte: præter enim tres Reges, S. Ludovicum Galliarum, Theobaldum Navarræ, Belam Vngariæ extinctos, plures alij conspicui viri e vivis discessere. Inter quos annales Steronis a Vladislaum archiepiscopum Salisburgensem collocant: quibus suum calculum adijcit Longinus b, additque graui suspitione nonnullos nobiles Vvratislauenses laborasse, toxicum ipsius cibis aspersisse, dum post Henrici fratris mortem Vvratislauensem principatum in nepotem relictum patrem se & patruum gerens administrabat. Recenset auctor egregium virtutis exemplum, quod explicuit Vladislaus; obiecta enim illi formosa puella, non modo pudorem eius temerare noluit, sed ipsius etiam, & parentum egestati succurrit: *Danti, inquit, huic Vladislao in adolescentia apud Patauium, alias Padua, literis operam, virgo decora forma a patre Patauino, cuius quodam diuite, tunc vero inope, questus turpis gratia adducta est. Cuius ille conditionem miseratus, facinusque perosus, & egenti patri subuenit, & virgini pudore seruato, etiam dotem contulit. Pro quo quidem opere a singulis Paduani studij scholaribus celebratus est insigni fama.*

32 Ecce castissimi viri lugubri nece ad virginis castissimæ ac sanctissimæ obitum orationem traducimus. Ea erat Margarita Belæ Vngarorum Regis ac Mariæ Constantinopolitanæ filia, quæ cum a parentibus Deo, vt Tartarorum furoribus ab Vngaris auerteret, deuota fuisset, tantis virtutibus emicuit, vt victimam oblatam gratissimam Numini extitisse manifeste constaret. Suscepti vero seruandæ castitatis consilij adeo tenax fuit, vt oblatas tum Poloniæ ducis, tum Bohemiæ & Caroli Siciliæ Regum nuptias exaggerato animo repudiaret, atque in monasterij secreto recessu religiosis laboribus se macerare, quam in eorum regum aula fulgere gemmis, delicijsque disfluere maluerit. Cumque nuncupatum virginitatis votum obijcienti responsum esset, summum Pontificem eo voto ipsam liberaturum; subiecit sibi alia remedia ad rem discutiedam superesse, nimirum nares abscissuram, vt hominum amores suo sanguine præfocaret. Quo etiã responso vsa est c, cum rumor increbresceret Tartaros, quorum libido nulli virgini parcere consueuerat, imminere: *Certa sum, inquit, deformato meo vultu, ac naribus labrisque præcis, me non amorem sed horrorem videntibus incussuram, animaque pulchritudinem seditate corporis redempturam.* Demonstravit etiam Deus integritatis sponsæ suæ puritatem, cum extinctæ tantum splendorem affudit, vt spectantes in admirationem raperet, atque e corpore odor suauissimus, omnibus aromatis fragrantior, exhalaret: qui etiam post tres menses perceptus, cum sepulchrale saxum ad reponendum marmor amoueretur. Non ita felix altera Margarita, d Imperatoris Friderici filia ac Lantgrauia Thuringiæ, quæ multis a viro suo Alberto Lantgrauio, qui adulteræ amoribus perditus erat, iniurijs la-celsita, atque in arce altissima inclusa, ac fagam meditata, per sportam se demitti iusserat: & Francofurti excepta honorificentissime, ibi postmodum hoc anno diem extremum obiit.

33 Nec lugubris solum principibus hic annus fuit; verum & populis quoque graues calamitates intulit: cum æstiuo tempore tanta siccitas incan-

duerit, vt exaruerint segetes, atque ingrauescente annona plebs inops fame grauissima laborarit: quam Siffridus a in Germania tres annos tenuisse, multosque penuria perijisse, tradit: eaque fuit, quam Christinam virginem diuinitus prænuuntiasse affirmat eius vitæ scriptor b. Et quasi tot calamitates vni obruendo anno non sufficerent, nouæ etiam erupere hæreses, quas in Gallijs c nonnulli ex philosophorum Ethnicorum lacunis haustas; ac uendi ingenij specie, in concertationibus academicis spargere cœperunt. Negabant inepti viri animorum distinctionem, creationem mundi, primi hominis efformationem, immortalitatem animæ, liberum voluntatis arbitrium; pendere vero omnia a cælestium corporum influxibus asserbant. Nullas in altera vita pœnas improbis propositas iactabant, conuellebant diuinam scientiam, eripiebant Deo prouidentiam, omnipotentiam labefactabant; ac rem corruptibilem incorruptibilitate donare, vel incorruptibilem corrumpere atq; in nihilum redigere posse negabant. Peruersam adeo ac pestiferam doctrinam denuit Stephanus episcopus Parisiensis, cuiusq; diligentia extincti fuerunt: qui a Nouatoribus referuntur d. Sed ab impiorum erroribus ad sanctorum triumphos, orationem traducamus.

34 Translata sunt hoc anno e ingenti pompa a Vvito Misnensi episcopo S. Bennonis ossa ac plura Deus miracula huius opera explicuit: vinum enim, quo sancti ossa a Vvito lota fuerant, omnia morborum genera sanauit. Casula vero & pedum pontificium, quæ vna cum sacro corpore sepulta fuerant, post tot annos in signum bene gestæ quondam dignitatis corruptionis expertia reperta sunt. Tulerat enim sanctissimus præsul carceres, exilia, laboresque innumeros, dum Gregorium VII. verum Christi vicarium, contra Henrici IV. schismatici tyrannidem defendebat, atque in bonorum ecclesiæ suæ inuasores censuras dstringebat; & morte afficiendus ad æternum iudicem prouocarat, vt iure an iniuria accusaretur pronuntiaret. Nec frustra, cum eodem anno & Henricus & marchio Misnensis ipsius persecutores ad diuinum tribunal rapti fuerint.

IESV CHRISTI

Annus 1271.

SED. VAC.

annus 3.

VACAT IMP. OCCID. 21.

MICHAELIS PALÆOL. IMP. ORIEN. 11.

PEndebat anxia anno huius seculi septuagesimo primo indictione xiv. noui videndi Pötificis spe Ecclesia, atq; intercisas suspirijs voces fundere videbatur e: *Exurge quare obdormis Domine? exurge & ne repellas in finem;* cum cæleste numen totius orbis Christiani lacrymis permotum, Ecclesiæ suæ summum in terris pastorem dedit. Sed antequam de eo agamus, nonnulla præmittenda, quæ tempore præcurrere; ac primum de S. Ludouici exequijs dicendum, quæ hoc anno celebratæ fuere. Iusserat ipse moriturus corpus suum a Gaufrido viro religioso ad S. Dionysij adem deferri: sed Christianis Regibus visum erat illius reliquias in nostrorum castris firmissimum munimentum futuras: quarum pars Regi Carolo fratri tradita, vt Siciliam eo thesauro ditaret; altera a Philippo Rege filio in Gallias elata. De ea quidem, quæ in Sicilia condita, hæc tradit Gaufridus.

2 Carnes corporis eius excœtas & ab ossibus separa-

a Siero apud Canis 20. I. pag. 300.
b Long. hist. Pol. lib. 7.
c Vladislaus Salisburg. archiep. veneno subiacus.

Egregio ab eo datum castitatis exemplum.

Margarita Vngaræ spreis Regum nuptijs sanctissime viuuit.

Admirandum eius consilium ad redimendam vulgus foeditate animæ pulchritudinem. c Sur. 20. 7 die 15. iun.

Corpus ipsius exanimè suauem odorem spirat.

d Siff. epist. lib. 2.
e Margaritæ filie Friderici persecutoris eccl. infelix fors.
f Dira in Germania fames.

a Siff. ep. lib. 2.
b B. Christi na illam prænuuntiat.
c Sur. 20. 7 die 23. iun.
d Bibl. par. ro. 4. col. 1321.
e Exort. philosophorum lacunis foeda hæreses.

Damianus a Steph. episc. Parisiensis. d Cap. 5. tit. 572.

S. Bennonis translatio. e Sur. 20. 7 die 16. iun.

Vini quæ abluta fuerant ossa morbos curant.

Vt persecutores eius ad diuinum tribunal rapti uocati.

e P. Sal.

S. Ludouici reliquias in castris condita.

Gaufridus in vita Ludouici.

paratas, nec non eor & intestina ipsius petijt, & impetrauit deuotus Rex Sicilia a nepote suo Rege Philippo. Qui suscipiens sanctas reliquias, honorifice fecit eas in Siciliam deportari & prope Paternum in nobili quadam & cathedrali abbacia precepit recondi cum valde solemnibus atque deuota processione totius cleri, ac populi terra illius. Quando de Tunicio redeuntes, & Paternum transeuntes, dictam abbatiam vere nobilem ac pulcherrimum visitauimus, audiuius a pluribus fide dignis, quod postquam sacra reliquia ibi fuere recondita, multa miracula, ibidem, cooperante Domino, acciderunt. Denique cum quanto bonore, deuotione, ac reuerentia suscepta sunt ossa eius, qua deuotissimus ipsius filius illustris Rex Philippus in reditu suo de Tunicio secum ubique deferri deuotissime faciebat; cum quanto desiderio ac deuotione tam clerus, quam nobiles & populorum innumera multitudo cū solemnibus, ac deuotis processionibus vndique concurrerent ad videndum, sue tangendum loculum, in quo pretiose eius reliquia portabantur, cum dominus Rex transitum faceret tam per Siciliam & Calabriam, quam per sacram urbem Romanam, & apud Viterbium, ubi tunc domini Cardinales moram ad eligendum summum Pontificem faciebant, nec non per Bononiam & ciuitates alias Lombardie; testes sunt qui tunc auerant cum domino Rege presentes.

3 Contulerant se Reges Philippus & Carolus Viterbium, vt Cardinales, qui maximo Christianæ rei damno diuisi inter se studijs erant, ad dandam Ecclesiæ Dei pastorem sollicitarent: dumque ibi versabantur, commissum est atrox facinus a Guidone e Monteforti Caroli Regis in Etruria prefecto; cuius immanitatem a Gregorio X. in edictis aduersus Guidonem latis ita describit b: Diuulgatus fere in omnem terram iam sonus exiuit, & in remotos orbis angulos vulgaris fama deduxit, qualiter in Henricum, Richardi electi in Regem Romanorum maiorem natu filium, cruce signatum, de Tunicijs partibus, in quibus Iesu Christi seruitio cum Christiano vacarat exercitu, ad sedem Apostolicam in comitatu charissimorum in Christo filiorum nostrorum Francia ac Sicilia Regum illustrium ad ciuitatem Viterbiensem, ubi tunc Romana residebat curia, venientem; & tandem in quadam parochiali ecclesia ciuitatis eiusdem, promissarum solemnibus sacro quadragesimali tempore constitutum, eisdem nempe Philippo Francorum & Carolo Sicilia, Regibus in ciuitate ipsa presentibus; quondam Simon & Guido de Monteforti germani, ac eiusdem Henrici amitini fratres; ad quos restituendos ad charissimos in Christo filij nostri Eduardi Regis Anglia illustris gratiam, qua ipsos fertur eorum grauis culpa priuasse, idem Henricus de voluntate memorati Sicilia, ac cum mandato eiusdem Anglia Regum venerat; associatis sibi alijs Belial filijs, cum armis diabolico incitati spiritu irruentes, ipsum manibus inhumanis, immo prorsus immanibus, trucidarunt. Hoc mundus clamat: hoc communis assertio publicat: huius immanitatis ordinem, vel inordinationem potius, sic multiloqua vulgi lingua describit. Memoratus siquidem Guido in ipso ingressu predictæ parochialis ecclesiæ, voce terribili comminans, dentibus suis infremuit contra eum exclamans: Proditor Henrice de Alemania, non euades; & subsequenter in ipsum, ad huiusmodi subitum clamorem & fremitum, omnino impremeditatum & inscium, pauentem non imminenti, & propinquante altari, ac illi barentem manibus, tam ipse Guido, quam memoratus Simon, ceterique ipsorum satellites euaginati gladijs & clavis eleuatis aggressi, talibus circumdantes eundem,

Annal. Eccl. Tom. XIV.

saturauerunt se pœnis illius: ac ponentes ipsum sibi quasi in signum, ceciderunt eum vulnere super vulnus; latusque ipsius, femur, vultum conuulnerantes & lumbos, præcis sibi nihilominus quasi totaliter adharebat altari: & quibusdam clericis in prædictis solemnibus eidem Henrico assistentibus, altero videlicet lethaliter, reliquo vero satis grauitur vulneratis. Nec mortuo pepercerunt: sed & post mortem illatam vulnera inferentes eidem, ipsum traxerunt ad ostia dictæ parochialis ecclesiæ iam extinctam: per hoc nimis proculdubio diuinum irreuerentes in cultum, grauitur in eandem sedem & ecclesiæ Romanam iniurijs, sacrilegijs, dictæ immunitatis ecclesiastica infraactores, temerarij contemptores celsitudinis regie, ac fœdi humani fœderis subuersores; in consobrinum fratricidij rei, in hominem homicidæ, ac sicarij nimium inhumani. Vbi tunc igitur ad matrem Ecclesiæ filialis affectus? ubi reuerentia diuino cultui debita? ubi honorificentia Regibus exhibenda? ubi tanta sanguinis vnio? ubi obseruantia temporis? Quis hæc omnia contemnere docuit? quis talia præterire monstrauit? O furor, o rabies! immo proculdubio rabiosi furoris excessus, qui adeo in rationabili creatura iudicium rationis absorbet, &c.

Sed diuina vindicta sacrilegum lento gradu insecuta est: ab eo enim tempore, qui magna armorum felicitate ac gloria floruerat, infelicissimus exitit; ac demum funesta morte consumptus est. De quo hæc Ptolemæus Lucensis a: Ex qua causa ab inde semper fuit infelix; & mala morte, captus a Rogerio de Loria, in Sicilia moritur. Vxor sua facta est adultera, & filia sua mortua sunt sine prole: & comitatus eius ipsa viuente totus est laceratus. Versam est crimini Regibus Philippo & Carolo, de Guidone Montfortio pœnas non sumpsisse: quamquam ob criminis inuidiam Etruriæ prefectura b exauclorata a Carolo constat. Sed de Guidone pœnitente iterum inferius: nunc S. Ludouici funus efferentem in Gallias Philippum sequamur. De solennijs illi a Gallis honoribus tributis hæc refert Gaufridus. c

4 Quod si per alienas terras ossium sacrorum reliquia transeuntes cum tot & tantis honoribus, ac pijs processionibus sunt a fidelibus populis prosecuta; quis enarrare sufficiat, quando Rex illustris cum pijs patris ossibus sanctis Francia regnum intrauit, & per ciuitates & castra regni sui transiit? cum quam deuotis ac lacrymosis processionibus clerus ac religiosi sibi reuerenter occurrerent, ac prout dignum erat pie susciperent, atque deuotissime prosequerentur cum innumera atque deuota frequentia populorum? Postremo c apud S. Dionysium in Francia Et infra sepultus est anno Domini M C C L X X I. die veneris ante pentecosten.

5 Patrata a Numine plura miracula ad preces S. Ludouici, eiusque opem imploratam, dum sacra exequia celebrabantur, ac dein consecutis diebus, testatur Guillelmus Carnotensis d; ex quo nonnulla afferenda visa sunt: Ipsa, inquit, die, qua pretiosum corpus apud S. Dionysium est sepultum, ibidem quadam matrona de Sagiensi diocesi visum oculorum, quem dudum quasi totaliter amiserat, recuperasse fertur: & hoc vidisse se dicunt aliqui fide digni, & præcipue magister Guillelmus de Matiscone canonicus Parisiensis, qui se assertit vidisse. Et multa alia tam ipsa die, quam alias contigerunt ibidem miracula circa varijs infirmitatibus laborantes, que in publicam notitiam non venerunt.

6 Contigit etiam non multo post, quod quidam adolescens circiter xxv. annorum de vltimis finibus Burgundia, surdus & mutus a natiuitate, qui per

a Ptol. Luc. in annal. & hist. eccl. l. 22. c. 43.

Diuina in Guidone vindicta.

b Greg. l. 2 ep. 64.

c Gaufr. Belloloco in vit. S. Lud. c. 48. Philippi Regis in Gallias aduentus.

Condite tumulo S. Lud. reliquia.

e Cap. 40. & Chron. S. Dion.

d Guillet. Carnoten. in vit. S. Lud. & Chron. S. Dion. Cæci eius implorato nomine oculorum visum recipiunt.

Insigne in furore & muto prodigijs.

sexdecim annos vel circa in quodam castro nobilis vi-
ri domini Ioannis Cabilonenfis, quod vocatur Or-
gelestum, conuersatus fuerat & nutritus; & iam
per annum vel circiter in domo eiusdem nobilis in-
coquina eius seruierat, prout poterat, non audiens
nec loquens, sed solummodo signis viens; ita quod
fere tota familia signa eius nouerat, & per signa suam
voluntatem & motum animi tam ipse alijs, quam
alijs sibi totaliter ostendebant, comperto per signa quod
apud sepulchrum gloriosi Regis Francia Ludouici
siebant miracula virtute operante diuina, adiunxit
se quibusdam peditibus venientibus Parisios: deinde
perrexit ad S. Dionysium: & in loco sepulchri regij
plorans & eiulans orationem, qualem potuit, non
oris sed cordis cum gemitibus & suspirijs aliquandiu
fudit. Tandem virtute diuina & gloriosi Regis me-
ritis, ob cuius deuotionem venerat, aperte sunt au-
res eius, & solutum est vinculum lingue eius, &
loquebatur recte. Statim enim cepit ibidem loqui
non lingua materna, sed recte Gallicana, ac si fuis-
set natus in ipsa villa S. Dionysii & continue conuer-
satus; vnde multis in admirationem versum est ac
stuporem. Et infra: Narrabat etiam quod nunquam
tantum terrorem habuerit in vita sua, sicut quando
campanas ecclesie sonantes audiuit, timebat ne tota
ecclesia corrueret super eum: nam tunc primum au-
dire cepit; vnde stupor & tremor potens eum inua-
sit. Hac narrati tam precedentes nobiles, quam &
multi alij, qui eum a multo tempore cognouerunt.
Et multa alia diuina pietatis beneficia infirmis varijs
meritis ipsius ibidem collata fuisse creduntur, que
nōdum in publicam notitiam deuenerunt. Percrebuit
dein magis ac magis adulto tempore amplioribus
illustrata miraculis Regis sanctitas; quibus diligēti
examine discussis, Bonifacius VIII. solemniter, vt
suo loco dicetur a, sanctorum ei honores decreuit.
Hactenus de S. Ludouico: nunc intermissam de no-
ui Pontificis creatione historiam repetamus.

An. Cby.
1296.

De Ponti-
ficis noui
creatione.
b Scero in
annal. a-
pul. Canis
eo. 1. antiq
leth. pag.
302.
c Proh. Luc
in ann. &
hist. eccl.
M. S. l. 22.
o. 43. & l.
23. c. 1.
Cardina-
les dissen-
siones in
sex e colle-
gio comp-
romittunt
d Formul.
Mar. Ebu
li M. S. ar-
chisui Vat.
pag. 10. n.
123.

7 Hoc anno Gregorium decimum summum
Pontificem renuntiatum, docent Henricus Stero b,
Prolemæus Lucensis c, & alij: quamuis non de-
sint, qui in sequentem annum conijciant, atque
ipsius solemnem consecrationem vna cum crea-
tione confundant. Celebrata sæpius fuerant a
Cardinalibus comitia, atque ob varias dissen-
siones, quibus sacrum collegium ardebat, renun-
tandi Pontificis Rom. discussum diutissime consi-
lium; cum illi ad contraria studia concilianda,
sapientissime omnem suam auctoritatem salutandi
noui Christi vicarij in sex Cardinales, edito
compromisso refuderunt: de quo editas publicas
tabulas et formulario Marini Ebuli d, ad illustran-
dam historiam, in medium adduceunt.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Pa-
tris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

8 Anno incarnationis Dominicæ MCC.LXXI.
mense septembris, die prima mensis eiusdem, nos
miseratione diuina Odo Tusculanus episcopus,
Simon tituli S. Martini, Ancherius tit. S. Praxedis,
Guillelmus tit. S. Marci, Guido tit. S. Laurentij in
Lucina, Simon tit. S. Cæcilie, Ambaldus Basilicæ
duodecim Apostolorum presbyteri; Richardus
S. Angeli, Octavianus S. Mariæ in via lata, Ioannes
S. Nicolai in carcere Tulliano, Ottobonus S. Adriani,
Iacobus S. Mariæ in Cosmedin, Gottifridus
S. Georgij ad velum aureum, Vbertus S. Eustachij,
& Matthæus S. Mariæ in porticu diaconi Cardina-
les; Apostolica sede per obitum fel. rec. domini
Clementis Papæ IV. vacante, in communi consi-
storio solito more conuenimus, de electione sum-
mi Pontificis tractaturi. Cumque omnes & sin-

guli consentiremus per viam procedere compro-
missi, nos prædicti O. Tusculanus episc. A. tit. S.
Praxedis, G. tit. S. Marci, S. tit. sanctæ Cæcilie, A.
Basilicæ duodecim Apostolorum presbyteri; O. sã-
cti Adriani, G. sancti Georgij ad velum aureum,
V. sancti Eustachij, & M. sanctæ Mariæ in porticu
diaconi Cardinales, venerabili patre domino
Ioanne Portuensi episcopo tunc absente a dicto
consistorio, & infra * pascale palatium in sua
camera constituto, requisito & expresse consen-
tiente; in venerabiles patres præfatos dominos S.
tit. S. Martini, G. tit. S. Laurentij in Lucina presby-
teros R. sancti Angeli, Octavianum sanctæ Ma-
riæ in via lata, Ioannem S. Nicolai in carcere Tull.
& Iacobum S. Mariæ in Cosmedin diac. Card. con-
sensimus, & eos compromissarios eligentes, ipsis
volentibus & expresse consentientibus, ac com-
promissam huiusmodi & formam acceptantibus;
infra scriptam contulimus concordii voto, & vna-
nimi consensu omnes & singuli potestatem pro-
uidendi sacrosanctæ Romanæ & vniuersali Eccle-
siæ de pastore in forma subscripta. Videlicet quod
quinque ex eisdem sex compromissarijs de sexto
ex ipsis sex, vel omnes ipsi sex de aliquo alio de
colligio dictorum Cardinalium, seu etiam extra
ipsum collegium in Pontificem & pastorem ipsius
Ecclesiæ concorditer prouiderent; ad hæc facien-
da ipsis præfata prima die septembris & sequenti
concessis. Dicti vero compromissarij singuli singu-
lariter, & omnes communiter consentientes, vt
pramittitur, huiusmodi compromisso, ipsum &
potestatem in præscripta forma concessam eisdem
benigne ac humiliter susceperunt. Actum Viter-
bij in dicto consistorio anno, mense & die prædi-
ctis. Ego O. Tusculanus episc. in prædictos com-
promissarios consensu, eos elegi & ipsis pro me po-
testatem contuli prouidendi sacrosanctæ Romanæ
Ecclesiæ & vniuersali de pastore in forma præscri-
pta. Et sic scribant singuli, qui compromiserunt.
Vt autem huic compromisso fides plenior habeatur,
ipsam sigillorum nostrorum munimine fecimus
communiri.]

9 Admisere igitur designati Cardinales creandi
Pontificis prouinciam, communibusque suffra-
gijs Thedaldum, Placentinum patria, archidiaconum
Leodiensem delegere: quod subiectis literis
testatum voluerunt.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Pa-
tris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Anno incarnationis dominicæ MCC.LXXI.
mense septembris, die prima mensis eiusdem, nos mi-
seratione diuina S. tit. S. Martini, Guido tit. S. Lau-
rentij in Lucina presbyteri: Richardus S. Angeli,
Octavianus S. Mariæ in via lata, Ioannes S. Nicolai
in carcere Tulliano, & Iacobus S. Mariæ in Cosme-
din diaconi Cardinales compromissarij electi a
reuerendo collegio dominorum Cardinalium,
data nobis potestate, prouidendi sacrosanctæ ac
vniuersali Ecclesiæ vacanti per obitum fel. rec. do-
mini Clementis Papæ IV. de pastore in forma sub-
scripta in compromissum ipsam consensimus; &
illud ac potestatem nobis concessam recepimus
reuerenter. Forma vero dictorum compromissi
ac potestatis nobis concessæ hæc est. In Nomi-
ne sanctæ & indiuiduæ &c. Nos itaque præfati
compromissarij huiusmodi compromisso & pote-
state suscepti, habito in conclauis diligenti, pro-
ut negocij exigebat arduitas, & perpenso tracta-
tu; ac consideratis circumstantijs vniuersis, quæ
necessitate ipsius Ecclesiæ, ac totius orbis inspe-
cta, nos secundum Deum mouere poterant & debe-
bant:

Eorum
nomina.

bant; ad honorem Domini nostri Iesu Christi, & gloriosissimæ Virginis Mariæ matris suæ, beatorum apostolorum Petri & Pauli, omnium sanctorum, ac ipsius sacrosanctæ Rom. Ecclesiæ dicta prima die septembris, ex collata nobis potestate iuxta formam nobis traditam procedentes, conuenimus, & concorditer consensimus vice nostra & eiusdem collegij in venerabilem patrem nostrum dominum Thealdum Placentinum, archidiaconum Leodiensem seu in ecclesia Leodiensi, ipsum in Romanum Pontificem nominantes ac assumptes: & præfato domino Simoni nos reliqui quinque compromissarij dedimus potestatem, vt eundem dominum Thealdum vice sua & nostra; nec non & totius præfati collegij eligeret in ipsius Romanæ ac vniuersalis Ecclesiæ Pontificem & pastorem; & nos præfatus Simon ipsum euelligio elegimus per hæc verba: Ego Simon tit. S. Martini presbyter Cardinalis ad honorem domini nostri Iesu Christi, beatissimæ Matris eius, & sanctorum apostolorum Petri & Pauli, & omnium sanctorum, necnon & sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ memorata, eligo venerabilem patrem dominum Thealdum Placentinum, archidiaconum Leodiensem seu in ecclesia Leodiensi, in Romanum Pontificem & pastorem. Actum Viterbij in dicto consistorio anno, mense & die prædictis. Ego Simon tit. S. Martini presb. Cardinalis in venerab. patrem dictum dominum Thealdum consensi, ac ipsum in Rom. Pontificem nominavi, assumpsi, & elegi in forma præscripta. Ego Guido tit. S. Laurentij in Lucina presbyter Card. in venerabilem patrem dictum dominum Thealdum conueni, consensi, ac ipsum in Rom. Pontificem nominavi, & assumpsi ac * elegi mandavi in forma præscripta. In eundem modum alij compromissarij. Vt autem huic processui fides plenior habeatur, ipsorum sigillorum nostrorum munimine fecimus communiri.]

10 Assenserunt cæteri Cardinales, atque hoc decretum ab ijs editum est a: cuius initium, cum iisdem verbis conceptam compromissi superioris formam contineat, præmittendum breuitatis studio visum est.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, &c.
Nos præfati compromissarij huiusmodi compromisso & potestate susceptis, habito in conclau diligenti, prout negocij exigebat arduitas, & perpenso tractatu; & consideratis circumstantijs vniuersis, quæ necessitate ipsius Ecclesiæ actotius orbis inspecta nos secundum Deum mouere poterat & debebat; ad honorem Domini nostri Iesu Christi, & gloriosissimæ Virginis Mariæ matris suæ, beatorum Apostolorum Petri & Pauli, omnium sanctorum ac ipsius sacrosanctæ Rom. Ecclesiæ dicta prima die septembris, ex collata nobis potestate iuxta formam nobis traditam procedentes, conuenimus & concorditer consensimus vice nostra, ac ipsius collegij in venerabilem patrem dominum Thealdum Placentinum archidiaconum Leodiensem seu in eadem ecclesia Leodiensi, ipsum in Rom. Pontificem nominantes, ac etiam assumptes: & præfato domino Simoni nos reliqui quinque compromissarij dedimus potestatem ad eundem dominum Thealdum vice sua & nostra & præfati totius collegij eligendum in ipsius Romanæ ac vniuersalis Ecclesiæ Pontificem & pastorem. Et nos præfatus Simon ipsum euelligio elegimus in hæc verba: Ego Simon, &c. vt in alia vsque pastorem.

11 Sane ijs peractis, incontinenti omnibus

Cardinalibus vocatis, & conuenientibus in consistorio memorato, nos prædicti compromissarij consensus nostros & electionem prædictam publicauimus, & publicando ipsos consensum & electionem iterauimus in communi. Nos autem prædicti omnes & singuli episcopi & presbyteri & diaconi Cardinales in eodem consistorio congregati processum & electionem huiusmodi ratificantes, acceptantes, & etiam in ipsum venerabilem patrem dictum dominum T. consentientes expresse, ipsum licet absentem recepimus & recipimus in Romanum Pontificem & pastorem. Cæterum venerabilem patrem dominum H. Ostiensem episcopum post hæc ad idem consistorium conuocantes, communicauimus ei omnia supra dicta: qui ea omnia & singula gratanter acceptans, memoratum dominum Thealdum in Romanum Pontificem & pastorem humiliter & deuote recepit. Actum Viterbij vt supra.]

12 Refellendus e superioribus Franciscani chronici auctor, qui nimis interdum credulus plura a veritate historica aliena per simplicitatem scriptis tradidit; atque inter cætera Cardinalium collegium S. Bonauenturæ Pontificis renuntiandi, sui etiam ipsius ad eam dignitatem efferendi, potestatem contulisse, eumque, generosa constantia calcato fastu, Gregorium X. suffragio suo ad solium Apostolicum euexisse. Prætereo, quod ferunt nonnulli, Ioannem Portuensem episc. ob grauissimas purpuratorum patrû obventiones facete obiecisse, palatij tectû anonendû videri, quo Spiritus sanctus penetrare posset; dein virtutes egregias Thealdi Placētini archidiaconi Leodiensis in luce ita collocasse, vt Cardinalibus acceptissimus fuerit, tumq; hos versus extemporaneos fudisse:

*Papatus munus tulit archidiaconus vnus,
Quem patrem patrum feci discordia fratrum.*

13 Designat Nangius creationis illius diem kal. septembris celebratam his verbis: *Post biennium & nouem menses sedis Apostolicæ vacationem in sexto B. Aegidij electus est * Theobaldus de Placētia archidiaconus Leodiensis in Papam, cum esset absens in transmarinis partibus apud Accon.* In quo edito compromissi decreto consentit. Cum itaque creatus sit Gregorius Pontifex hoc anno kal. septembris; Clemens vero IV. defunctus tradatur S. Andrea Apostoli peruigilio, quod in vigesimum nonum diem nouembris incidit, sedem Apostolicam annos duos, menses nouem, dies duos vacasse dicendum est: quod etiam Baronius obseruauit a. De Gregorio hæc Ptolemæus Lucensis b: *Archidiaconus Leodiensis existens ultra mare in Papam eligitur natione Placentinus de genere Vicecomitum.* Consentit de patria ac stirpis nobilitate, vt alios omittam, Longinus c: perperam tamen Simbaldum appellat. Adijcit vero, ex archidiaconatu Leodiensi per summam iniuriam depulsum ab episcopo, in Terram sanctam traiecisse. Qua in re adoranda diuina prouidentia, quæ inflicta inique probis damna, maiori eorû utilitati vertit: quem enim archidiaconatu spoliari per inuidiam passus est, illi ad pontificatum iter inuiniuit.

14 De eius dotibus hæc ex Ptolemeo Lucensi d prodit Ioannes Longinus e: *Mira vir in secularibus experientia, quamuis modica literature; non pecuniarum lucris, sed eleemosynarum in pauperes largitioni operam dans: in consecratione autem Gregorius decimus appellatur.* Quæ vero de eius in Urbem aduentu affirmat Longinus, ad sequentem annum pertinent. Celebratissimum ob egregias virtutes fuisse consentit Pachymerius f

Nonnullorum error de forma creationis Gregorij refutatus,

Portuensis episcopi aculeata & faceta obiurgatio ad Cardinales.

Quo die celebrata electio. *Theobaldus Nang. de gest. Philip. Reg.

Interpontificij tēpus.

aBaron in schedis. b Ptol. in annal. hoc ann. c Longin. hist. Pol. lib. 7. hoc ann. Diuina prouidentia in Gregor. X.

De eius virtutibus d Ptol. Luc. hist. eccl. l. 23. c. 4. e Longin. ubi sup.

f Georg. Pachym. hist. Grec. l. 3.

Horum suffragia in Thealdum archidiaconum coniecta.

eligi

Ext. ib. n. 125. Alij Cardinales suum illi calculum tribuunt.

auetor schismaticus, atque antequam sacris pontificalibus initiaretur, abolendo Græcorum schismati vacasse. Errat vero, dum patria Syrum fuisse scribit, eo quod, dum in Syria ageret, fuerit ad sedē Apostolicam euectus. Cæterum non modo in Leodiensi archidiaconatu, summæ dignitatis gerendæ rudimenta posuisse, verum in alijs quoque muneribus se exercuisse, ex ipsius literis constat, quæ inter canonicos ecclesiæ Lugdunensis meruisse testantur; ita enim ad decanum & capitulum Lugdunense scripsit: *Lugdunensem ecclesiam, in qua nos olim, dum minori officio fungeremur, in canonicorum ipsius ecclesiæ collegio existentes, diuinâ fecimus residentiam personalem, &c.* Emendandi vero qui maiores ante pontificatum gessisse dignitates, Placentinum episcopatum, vt S. Antoninus b, Cardinalitiam purpuram, atque in Syria sedis Apostolicæ legati munus, vt Ricordanus c & Villanus d asseruerunt.

15 Decreta est mox amplissima a sacro Cardinalium collegio legatio ad renuntiatum Pontificem, qua nonnulli viri religiosi perfuncti sunt; subiectæque a patribus exarata litera, quibus ipsum ad capeſſenda Ecclesiæ catholicæ gubernacula e Syria exciuerunt.

Sanctissimo patri & domino reuerendo, domino Thealdo archidiacono in ecclesia Leodiensi, diuina prouidentia in Romanum & summum electo Pontificem; miseratione diuina episcopi, presbyteri & diaconi sacrosanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinales, pedum oscula beatorum.

Sempiterno splendens lumine, ac ineffabili præditus maiestate Patris æterni Filius dominus Iesus Christus, qui cuncta disponit virtute mirabili, prout suæ placet sanctissimæ maiestati; circa sanctam Romanam & vniuersalem Ecclesiam ita suæ continuat benignitatis affectum, & roborat protectionis auxilium, quod nullo vnquam turbine vexationis euertitur; nec propter alicuius persecutionis vel aduersitatis instantiam naufragatur: quinimmo gloriosa incrementa suscipit, & tanquam stella matutina per mundi climata resurgit, prout multis liquet indicijs, & patet clarissimis argumentis. Nam licet iam dicta Ecclesia post habitum a superno Rege de morte triumphum, & ipsius regressum ad gloriam cælestis patriæ sui fulgore luminis perenniter illustrata, fuerit pro diuersitate temporum personarum illarum destituta præsidij, quas ad eius regimen celsitudo prouiderat omnium Conditoris; ipsa tamen Ecclesia per successiuam substitutionem Romanorum Pontificum, fauente supernæ virtutis auxilio, felicitis habuit perseverantia firmamentum. Et quidem diebus istis circa dictam Ecclesiam hoc ipsum virtuti Altissimi dignanter placuit operari; quia piæ recordationis domino Clemente Papa IV. dudum de hac luce finibili ad infinibilem euocato (sicut de Redemptoris nostri confidimus pietate) ac ipsius corpore tumulato; nos, missarum solemnij, sicut moris est, ad honorem sancti Spiritus deuotissime celebratis, in vnum conuenimus ad habendum de summi Pontificis substitutione tractatum. Quo frequenter habito, & circa tanti profunditatem negocij, cui simile in humanis actibus non cernitur inueniri, diffusi temporis spacio interiecto, ac desiderijs eligentium, permittente Domino, in diuersa diuisis; tandem, diuina propitiante clementia, vota nostra in venerabilem personam vestram vnanimiter & concorditer dirigentes, vos per compromissi viam elegimus in Romanum summum Pontificem, con-

sueto laudis diuinæ cantico, fidelium astante multitudine, decantato; ducti credulitate firmissima, quod cum in vobis ab annis teneris laudabilis conuersationis & vitæ refulserint ornamenta; & odor famæ vestræ gratissimus hinc inde per loca plurima sit diffusus; ille benedictus in secula, qui vos dignanter in suum assumpsit vicarium, & in Christiani populi patrem & dominum gratiosum, de vestris sanctis dabit prouenire meritis, quod in statum prosperum & iucundum resurgat Ecclesia generalis: ac etiam quod fidei catholicæ gloria, vbique votiuâ suscipiet incrementa; nec non quod Terræ sanctæ negocium facilem & felicem sortietur effectum; maxime, cum sit verissimile, quod Redemptoris nostri benignitas vos ad terram ipsam voluit illa de causa personaliter peruenire, vt oculata fide visis eius angustijs, & tribulationibus intellectis, de illo sibi procuretis prouideri subsidio, ex quo proueniat acquisitionis perfectæ gaudiū a longis retroactis temporibus laudabiliter expectatum. Quid ad ista vir virtutis eximia? Vir in oculis Dei & hominum gloriose?

16 Venerabiles, ac prouidos, & discretos viros latores presentium, nostros quidem speciales nuncios cū decreto electionis canonicæ de vobis concorditer celebratæ ad presentiam vestram duximus destinandos; supplici precum petentes instantia, & per Dei misericordiam obsecrantes, quatenus in virtute illius, qui super pennas ventorum ambulat, & in momento cuncta perficit, prout suæ sanctissimæ voluntatis existit; cessantibus quibuscunque diffugijs, vos accingatis ad iter adeundi sedem Apostolicam, sub anxietate multa spiritus constitutam, quousque de clementissima virtute Altissimi sibi proueniat vestram desiderabilem faciem intueri: qua visa stillabunt cæli dulcedinem, & colles fluent lactis & mellis ineffabilem vberatem. Quinimmo ad pedum vestrorum oscula non solum concurret multitudo fidelium numerosa, sed ante vos etiam curuabitur altitudo principum, & personarum sublimitas inclytarum. Nec mirum, quia sicut pie confidimus, & deuote speramus, vobis habentibus Deum solum præ oculis, & amplectentibus iugiter vitæ studium innocentis; vitiorum in maleuolis extirpatione præmissa, & plantatione virtutum in beneuolis subsecuta; benignitas vestra lætificabit Dei populum in exhibitione iustitiæ, ac etiam incondignis gratijs opportuno tempore liberaliter conferendis: miseranda multitudo pauperum, ob illam causam habitura de vobis affluentiam gaudiorum, quia ipsorum nomen erit coram vobis amabile, ac eorum animas consolari in vestris existet affectibus speciale. Vobis autem, pater orphanorum & iudex clementissime viduarum, sufficiat istam breuem audiuisse particulam de profectibus innumeris, qui prouenturi sunt vniuersitati fidelium per vestræ ministerium sanctitatis, illius fauente clementia, qui manna cælestis edulio suum satiauit miraculose populum; & de quinque panibus, ac duobus piscibus paut quinque millia personarum, duodecim cophinis in augmentū suæ gloriæ superantibus de fragmentis. Istis etenim nostræ deuotionis eloquijs cum affectu paterno clementer auditis, virtute Paracliti festinate vos vestros videre fratres & filios, & consolari corda gementium, quibus in visione vestri vultus angelici quasi dabitur vidisse delicias paradisi. Reliqua super ijs votiuâ nobis & Christiano populo vestris infundat præcordijs Spiritus ille pa-

Lib. 4. ep. 24.

b Ann. 3. par. 11. 20 cap. 2. init. Ricord. Maleſp. hist. Flor. c. 196. d Io. Vill. lib. 7. c. 4. Misi ad ipsum agere in Syria legati.

Lit. eo argumentum ad Greg. datæ.

raclitus, qui discipulorum corda lugentium fuit plenissime consolatus.

17 Adiungendæ his visæ sunt Insignes aliæ litteræ 3, quæ designato Pontifici transmissæ fuere: quibus anxia occidentalis Ecclesiæ de ipsius aduentu suspensæ vota explicantur; atque ad orandum celerem e Syria reditum sollicitur: a quo vero sint exarata, in peruetusto M. S. codice Vallicellano non proditur: at ex appositis formulario Marini Ebuli notis perspicue colligitur, a pontificio notario, eo nimirum, qui illius electionis ritum in publicas tabulas redegerat, scriptas fuisse.

Sanctissimo, &c. Angelica iunioris Thobia ad celerem reditum comitiua letari, & pedum oscula beatorum.

Quantam, pater sancte, concesserit virtus altissimi sponsæ suæ gaudij, & exultationis in vestra promotione materiam, considerata prudenter exacta vacationis tempora euidenter insinuant, & patenter considerationis attentione discussa illius incommoda manifestant. Siquidem, vt cætera prætereantur silentio, in eorundem temporum molestorum decursibus eadem mater Ecclesiæ, dum ad editionem spiritualis patris, & filij sponsi sui anxia niteretur; parturientis partes experiens, conatus prosequens, & molestias perferens; dolores instar illius eo sensit acerbis, quo erat profecto molestius, quod magna proculdubio parienti necessitas inerat, intensa nimirum voluntas aderat: sed collidentibus in vtero filijs, cum veniebatur ad partû, virtus saltem efficax non suberat parienti. In ijs, inquam, temporibus nauicula piscatoris vicarij Iesu Christi vehementibus excitatis vndique flatibus, & procellosis fluctibus concitatis, absque remigis temporali auxilio, immo sui remigij viduata magistro, sic innumeris periculis patuit, quod desperationis naufragio humano iudicio exposita videbatur.

18 Numquid igitur, pie pater, non grandis causa lætitiæ parienti post parturitionis angustias votiuo partu edito superatas, quarum sic memoriam abolet in lucem producti nati iucunditas, quod, sicut insonat euangelicæ veritatis tuba dulcifona, propter gaudium non meminit pressuræ? Numquid non ingens exultatio nauiganti, quod ipsius ad portum deducta felicitas grauibus restitit impulsibus flatuum, tumentium calcavit vertices fluctuum, & fructum laboris optatum consequitur, quem anxius sequebatur? Porro nec labor sponsæ dissimilis, nec illius dispar exitus in quærendo dilectum! quæ fuit etenim, & post difficultates varias, & anxietates innumeras, quem quærebat inuenit; inuentumque solido tenens affectu, vsque ad transmarinas partes, in vnguentorum vestrorum odore cucurrit: & cum in vos non horû industria, sed diuina prouidentia grauiter discordantium antea cõcorditer vota concurrerēt, pessulum ostij sui dilecto suo aperuit; quem, quia per absentiam declinasse cõperit, & transisse festina denuntiat, quod amore languescit; sponsique sui dilatos nimium, sed desideratos admodum implorans amplexus, instanter petit, & humiliter expetit, vt in reuertentem celeriter sitis similes capræ hinnuloque ceruorum.

19 Cæterum, pater & domine, in prætaetorum summam exclusionem discriminum, cunctis catholicæ religionis communionem habentibus cõmunis præstantur excitatiua tripudij: sed, inter cæteros vestros dudum deuotos & notos, mihi etiam singularis plausus & iubili de familiaris com-

memoratione notitiæ non leuis indulgetur occasio, de vestrarum consideratione virtutum, quas, notam adulationis abhorrens stylus succincte pertransit, non quæuis causa succrescit. Verum, vt cunctorû gaudium impleatur quantum præcedentium laborum fatigatio patitur, festinate pie pater ad sponsam, vt desiderata & Domino fauente, perutilis vestra presentia discriminibus vacationum, inductas molestias releuet, damna refarciat, ruinas impleat: & sic ipsius sponsæ genas, in desiderio vestri adhuc lacrymis madentes, abstergat, quod vestri regiminis per tempora longa, diuina præuicia, clementia, potita solatio duraturæ rore lætitiæ respargatur. Dextera Domini, pater sanctissime, vobiscum virtutem faciat, vestros actus, & iter dirigens ad salutem. Sane me sanctitatis vestræ seruulum non minus promptitudo voluntatis vestris beneplacitis subiicit, quam plenitudo apostolica potestatis addicit.]

20 Non leui admiratione defixus hæsit Thealdus coniectos in se Cardinalium oculos, qui neque Cardinalitia, neque episcopali dignitate fulgeret: & quamuis initio, cum de se admodum demisse sentiret, respuere dignitatem meditaretur; tot tamen atque adeo grauibus argumentis & rationibus conpulsus est, vt oblatum honorem admiserit, ne diuinæ voluntati oblectari videretur: atque ad extinguendam discordiam, quæ tamdiu Ecclesiam affligerat, in occidentem, superatis hybernis procellis, nauigarit. Ferunt a ab Eduardo Angliæ Regis filio magnifice rebus omnibus instructum fuisse. Questus vero est comiter Palæologus Græcorum Imperator, b Constantinopolim, vbi maxima pompa, & gratulatione excipiendus fuisset, non diuertisse. Antequam porro mare conscenderet, Syros ingentium auxiliorum spe ad retundendos Saracenorum impetus confirmasse. Sanctus c refert his verbis: *Gregorius X. existens archidiaconus Leodiensis deuotionis gratia ad visitandum Terram sanctam profectus, in Papam eligitur. Pro eius electione magnum gaudium habuerunt fideles terra promissionis, erecti ad spem magni auxiliij, quia Christi vicarius Terra sanctæ deuotus oculis conspexerat, & experientia manu palpauerat miserabilem ac lugubrem eius statum. Ipse quoque de Ptolemaida recessurus, inter cætera concionis suæ verba melliflua, cordis sui affectum aperiens, dum de statu Terra sanctæ loqueretur aiebat: Si oblitus fuero tui Ierusalem, obliuioni detur dextera mea. Adhareat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui: si non proposuero Ierusalem in principio lætitiæ meæ. Vere obliuioni non tradidit, sed proponit principaliter pro Terra sancta subsidio congregare concilium, &c.*

Refert idem auctor, Christianos Saracenicis belli mole obrutos Abagham Tartarorum in Perside Regem concitasse in Bendocdarem; ac Saracenos a Tartaris magnis excursionibus attritos: *Attendentes, inquit d, actualem seuitiam & seuientem potentiam Bendocdar in districtum & populum Christianum, cum cæteris habita deliberatione, prudentes nuntios ad Tartaros dirigunt; qui prouocati discurrunt per totam terram Antiochiæ, Alapiæ, Haman, Calamela vsque ad magnam Casaream, Saracenos ubique interimentes: indeque redierunt ad locum dictum Morays ad introitum Turchiæ, multam conducentes prædam selauorum, & animalium: ibi quietem aliquamdiu eligentes propter laborum excessum, copiamque aquarum: intuitu etiam iumentorum, paucisque interiectis: Die vero XXI II. nouembris dominus Odaardus & frater eius, Rex Cypri, &*

Extant
in M. S.
formul.
Mar. Ebuli
Vat. bibl.
pag. 19. n.
127. & in
cod. Vall.
signat. lit.
C. n. 49.
pag. 85.

Alia gra-
uulaturæ
ad eundem
lit.

Grauibus
argumentis
adduc-
tis pon-
tificatum
admittit.

Nauigat
hyeme in
occidentē
a v. v. m.
Flor. hist.

Queritur
Palæolo-
gus Con-
stantino-
polim nō
diuertisse.

b Apud
Greg. h. i.
ep. 37.
c San. lib.
3. p. 12. c.
13.

Cõfirma-
ti a Gre-
gorio ingē-
tis auxili-
j spe Bal-
stini.

d Id. ibid.
cap. 11.

Tartari in
Bendocda-
rē a Chri-
stianis cõ-
citati.

Inutilis
nostrorū
prædæ in-
hiantium
expeditio.

Superbū
Sultani re-
sponsum.

In septen-
trione
Christiana
res flu-
ctua.

Barbari ir-
ruunt in
Prussiam.

Magnas
inferunt
clades.

Thom.
Contip. l.
2 c. 29. n.
16.

Puella
Christia-
na a Iu-
dæis tru-
cidata.

Diuina in
aperiendo
scelere
prouiden-
tia.

Exanime
corpus
sponte eri-
gitur: ma-
nuque ius-
titiam po-
scit.

Præsen-
tibus reis e
vulnerib;
sanguinē
fundit.

Affecti
supplicio
flagitij au-
ctores.

Sancitum
Vngaros
inter &
Bohemos
fœdus.

tres mansiones & peregrini cum peditibus iuerunt Casaræam, vt demolirentur Caco. Euntes autem inuenerunt Turchemannos aduenisse, nihil suspicantes aduersi. Incautos igitur præoccupant, & vsque ad mille quingentos interimunt, quinque milia animalium reportantes; propter lucrum dimittentibus principale intentum de turri Caco. Propter quod a Saracenis minoris sunt reputati valoris: & Soldanus ipse nuncijs Regis Caroli, qui pro treuguis obtinendis ad eum iuerant, responsioni suæ inseruit, quia tot & tales in capienda vna munitione defecerant, vt verisimiliter nequaquam credere posset, eos aptos ad Hierosolymitanum regnum suis viribus occupandum.

21 Parum etiã prospere aduersus alios infideles in septentrione gesta res. Irrupisse enim in Prussiam infideles, contracto valido exercitu; ac ferro flammaque regione vastata, magnam Christianorum multitudinem abduxisse in seruitutem; additionum ad Lambertum auctor tradit. Quo tempore Iudæi impotentia, non feritate in Christianos barbaris impares, in Germania ad satiandam, qua ardent Christiani sanguinis sitim, in puella innocente atrox & clandestinum facinus exercuere. At diuina prouidentia, quæ eiusmodi scelera impune non patitur, auctores patefecit, quos merito affectos supplicio refert Cantipratensis his verbis a: *Miraculum referam celeberrimum, quod anno præsentis ab incarnatione Domini MCCCLXXI. factum est in villa Theutonia Pfortztheim nomine. Contigit autem, vt quedam malignissima vetula Iudæis familiaris effecta, puellam eis annorum septem orbatam parentibus venderet occidendam. Hanc igitur in secreto super plura paria linteaminum obstructo ore eius in omnibus fere iuncturis membrorum incisionibus vulnerarunt, maximo conamine sanguinem exprimentes, & in ipsis linteaminibus diligentissime receptantes. Hanc autem post tormenta æfundam, Iudæi in aquam fluidam prope oppidum proiecerunt, & super eam lapidum congeriem posuerunt. Tertia vero, vel quarta die per manum erectam ad calum a piscatoribus est inuenta, & in oppidum deportata: horrentibus & clamantibus populis ab Iudæis impijs tantum flagitium esse perpetratum. Erat autem in vicino maribus de Baden: qui mox audito tanto piaculo peruenit ad corpus; statimque ipsum corpus erectum residens tetendit manus ad principem, quasi vindictam sanguinis, vel forte misericordiam imploraret. Post horam vero dimidiam iterum se deposuit defuncti more supinum. Adductis igitur ad hoc spectaculum impijs Iudæis, statim eruperunt omnia vulnera corporis, & in testimonium horrendæ necis copiosum sanguinem effuderunt. Mox clamor vulgi ad sidera tollitur, & in vindictam sceleris totaliter animatur. Ex quibusdam indicijs capta vetula & conuicta: maxime cum filia eius paruula omnia prodiderit, quia a puero & ebrio extorquetur veritas. Iudæi quoque capti sunt, qui in puellam manus nefarias extenderunt, rotatique & suspensi sunt cum vetula: duo vero se mutuo iugularunt. Hæc nobis duo fratres ordinis Prædicatorum Raynerius & Aegidius, sicut illi qui in villa fuerunt post triduum, quo hæc gesta sunt, veraciter retulerunt.*

22 Hoc anno compositum est difficillimum, bellum inter Othocharum Bohemiæ & Stephanum Vngariæ Reges, quod pluribus annis eorum arma magno rei Christianæ damno exercuerat. Atque inter præcipuas fœderis leges cõstitutum, vt Styria, Carinthia, Carniola, scepro Bohemico obnoxia forent; nonnullisque archiepisco-

pis & episcopis munus demandatum, vt nascituras controuersias dirimerent, ac pacis violatores censuris ecclesiasticis compercerent. Sed hæc & alia memoria dignissima ex ipsius Othochari Regis literis a petenda visa sunt.

Othocharus Dei gratia Rex Bohemiæ, dux Austria, Styria, Carinthiæ, marchioque Morauia; dominus Carniola, Marchiæ, Aegræ, & portus Naonis; vniuersis præsentium notitiam habituris, salutem in salutis auctore, &c.

Nouerint vniuersi, quod post longa guerrarum discrimina, quæ inter dominum Stephanum Regem Vngariæ illustrem, Dalmatiæ, Croatia, Ramæ, Seruiæ, Galliciæ, Lodomeriæ, Cumania, & Bulgariæ, ducem totius Sclauoniæ, charissimum cognatum nostrum ex vna parte; & nos ex altera suscitata fuerant, suggerente humani generis inimico; cum nos pro votiæ pacis puritate reformanda dilectos fideles nostros dominum Brunonem venerabilem episcopum Olomucensem, fratrem Hartpinum ministrum ordinis fratrum Minorum per Austriam, Hartlibum camerarium, Buhulchonem marschalcum, Noczamizlonem pincernam Morauia, barones regni nostri misissemus; dato eisdem pleno, sufficienti, & legali mandato, vt conuenientes cum prælatis, & baronibus regni Vngariæ domino Paulo venerabili episcopo Vespriensi, Aegidio summo camerario, Rolando bano, & magistro Benedicto præposito Oradiensi vicecancellario, a prædicto Rege Vngariæ similiter cum pleno mandato destinatis, tractare, ordinare, & diffinire possent omnia ad reformationem pacis facientia, quæ nos ipsi, si præsentialiter cum ipso Rege Vngariæ conuenissemus, ordinare, & diffinire possemus, pro nostri quiete animi, & nostrorum tranquillitate subiectorum, iidem barones nostri, considerantes cum prædictis baronibus regni Vngariæ, ordinauerunt & assumpserunt iuxta mandati traditi sibi formam, vt de cætero perpetua pax inter regem Vngariæ, ac nos debeat obseruari; nec eidem Regi, vel suis turbationes, vel molestias inferemus, vel inferri per nostros patiemur: includentes eidem paci, & eadem valentes, regnum nostrum Bohemiæ, terrasque nostras Austriam, Styriam, Carinthiam, Morauiam, Carniolam, Marchiam, Agram, & portum Naonis cum omnibus attinentijs eorundem, secundum signa, distinctiones, & metas antiquas: prout etiam progenitores nostri Reges Bohemiæ & marchiones Morauia; necnon ant. cæsores nostri dices Austriæ, Styriæ, & Carinthiæ, domini Carniolæ, Marchiæ, Aegræ, ac portus Naonis vsque tempus vitæ domini Belæ inclytæ recordationis patris dicti domini Stephani Regis Vngariæ possederunt & tenuerunt. Verum si termini hinc inde fuissent auulsi, vel mutati, venerabiles patres dominus archiepiscopus Strigoniensis, & piscopus Olomucensis, Deum & iustitiam habentes præ oculis, super ipsis terminis & limitibus cognoscent: & id, quod legitime definiuerint, per censuram ecclesiasticam partes faciant obseruare; hoc adiecto, vt occasione terminorum, seu limitum, de quibus dicti archiepiscopus & episcopus cognoscent, pacis puritas inter Regem Vngariæ, & nos non turbabitur; nec nos cum eodem Rege relabemur in guerrarum discrimina recidiua.

23 Pace igitur huiusmodi inter ipsū Regē & nos reformata, & cautionibus tam literarum autenticarum, quam iurisiurandi religione firmata, vt eadem robore subsistere valeat firmiori, infra terminum inter illustrem Regem Vngariæ, & nos Ita-

tuendum, seu moderandum pro pacis multiplicitate eidem Regi Vngariæ dari procurabimus, & faciemus literas magnificorum virorum domini Henrici Misenenfis, & domini Othonis Brandeburgensis inlytorum marchionum, cognatorum, & amicorum nostrorum, præfenti paci ex parte nostra inlytorum; super eo quod iisdem paci, conventioni, seu compositioni, nunc factis per nos & barones, adhibebunt consensum, conuentiam, & opitulationem commodam, inuiolabiliter obseruandis: eo expressim cauto tam in literis marchionis Henrici Misenenfis, quam domini Othonis marchionis Brandeburgensis prædictorum, vt si nos pacem contingat, quod absit, infringere, vel turbare, ex tunc iisdem marchiones nobis non assistent auxilio, consilio, vel fauore; sed se a nobis penitus separabunt. Rex autem Vngariæ sub eadem, seu consimili forma nobis dari faciet literas magnifici domini Caroli illustris Regis Siciliae, ducatus Apuliae, principatus Capuae, & comitis Fulcalquerij: necnon literas domini Henrici inlyti ducis Bauariae, & amicorum suorum, sub ea forma: vt si Rex Vngariæ aliquid contra pacem fecerit, vel attentarit, violando seu infringendo eandem; ex tunc iisdem Rex & dux a societate & amicitia Regis Vngariæ se penitus retrahentes, eidem contra nos non impertientur consilium, auxilium, & fauorem: & hoc expressim continebitur in eorundem Regis, & ducis patentibus literis, sigillis eorum autenticis pendentibus consignatis: quæ, vt dictum est, infra terminum, per dominum Regem Vngariæ & nos moderandum, nobis debent similiter assignari. [Plura interiecta sunt, quibus profitetur Othocharus, Nicolaum, & Stephanum Pauli filios, qui descuerant ab Vngaro, ac nonnullas arces occuparant, a se desertum iri, vt eæ a Stephano Rege recuperari possint: ac pariter e procerum consilio sancitum est, non admissum iri in gratiam ab Vngaro Henricum, Ioannem, Stephanum, Nicolaum, ac Laurentium prænobiles viros; nec etiam eos, qui transfugerint ex Vngaria exceptum iri Bohemia, vt bellorum semina præfocentur. Ad quæ extinguenda etiam hæc cauet Othocharus.]

24 Promittimus & assumimus, vt si aliqua temporum processibus successiuis contingeret suboriri hinc inde, quæ turbare possent pacis & concordie vnionem, pace eadem nunc facta in suo robore permanente; super grauioribus, quæ ex parte omnium nostrorum contra homines Regis Vngariæ attentata fuerint, siue facta, episcopus Olomucensis tam ex ordinaria iurisdictione, quam ex ipsius iurisdictionis in eos, qui eidem episcopo subiecti non sunt, prorogatione nunc facta, cognoscat: & quæ, iudicialia maturitate seruata, inuenit perperam attentata, seu facta in præiudicium Regis Vngariæ & hominum suorum, prolata diffinitiuam sententiam reformabit, postquam de causa meritis cognouerit, vt est iuris: & quod diffinituerit, per censuram ecclesiasticam faciet obseruari, cum ipsius Regis Vngariæ, & nostri barones ordinauerint iuxta traditam sibi formam; & ipse Rex Vngariæ ac nos assumpserimus, approbauerimus, & emologauerimus præmissa omnia & singula spontanea voluntate.

25 Si vero aliqua grauiora per homines Regis Vngariæ vel barones eiusdem attentata fuerint, siue facta, per quæ nobis & hominibus regni terrarumque nostrarum posset præiudicium generari; super ijs venerabilis pater dominus Philippus Strigoniensis archiepiscopus ex ordinaria iurisdictione,

quam omnes barones & homines regni Vngariæ in se prorogauerunt, cognoscat iuxta formam articuli proximo expressi: & quod diffinituerit, executioni mādabit, contradictores per censuram ecclesiasticam districtius compescendo. Et in huiusmodi cognitionibus, diffinitionibus, & executionibus causarum procedent iisdem archiepiscopus & episcopus, Deum & iustitiam habentes præ oculis; postpositis gratia, timore, odio, & fauore. Iidem quoque archiepiscopus & episcopus, in personam Regis Vngariæ, atque nostram singuli singillatim promulgandi excommunicationis sententiam plenam habeant facultatem; cum ipse & nos in præmissis subiecerimus personas nostras iurisdictionibus eorundem. In minoribus vero causis, quæ hinc inde inter ipsius Regis, & nostros homines emerferint circa confinia Morauia; duo ex parte ipsius Regis Vngariæ, videlicet comes Pofoniensis & comes Nitriensis, ex parte nostra camerarius Morauia & Purchranus de Brumoue; circa confinia Austriae, ex parte Regis Vngariæ comites Supruniensis & Musunienfis, ex parte nostra castellanus de Haseloue & castellanus nouæ ciuitatis iudices prouinciales; circa confinia Styriae, ex parte Regis Vngariæ comites Caltriferrei & de Zala; ex parte nostra capitaneus & notarius Styriae; circa confinia Carinthie, Carniolæ, Marchie, ex parte Regis Vngariæ banus totius Sclauoniae, ex parte nostra capitaneus Carinthie & Carniolæ, deputabuntur: qui querelantibus hinc inde iustitiæ facient complementum; & id quod fecerint, tam ipsius Regis Vngariæ, quam nostra auctoritate facient obseruari. Quod si aliqui ex ipsis fuerint defuncti, successores ipsorum dignitatis hereditarij, vel per alterutrum Regum substituti fungentur vice, & partibus eorundem.

26 Item si inter amicos Regis Vngariæ & nostros aliqua fuerit discordia suscitata pro causa, huiusmodi, contra pacem promittimus non venire: sed discordantes studebimus, si poterimus, ad pacem & concordiam reuocare: alioquin causa inter ipsos discordantes exorta archiepiscoporum & episcoporum iudicio, vel ordinationi relinquatur: quam ipsi recipient, & eidem parebunt seu stabunt. Quod si amici nostri hæc renuerint adimplere, nullum consilium & auxilium eisdem impendemus contra Regem Vngariæ supradictum. Si vero, quod absit, Rex Vngariæ pacis violator ex quauis causa, propria vel amicorum suorum, ac hominum regni sui, inuentus fuerit, vel turbator; ipso facto incidet in sententiam excommunicationis, quam ex nunc venerabiles patres archiepiscopi Strigoniensis & Colocensis, eorumque suffraganei episcopi Vngariæ tulerint inscriptis solemniter: & quod eadem sententia teneat & astringat violatorem pacis & concordie, cum effectu ipse Rex Vngariæ subiecit se iurisdictioni ipsorum archiepiscoporum & episcoporum, non obstantibus aliquibus literis, indulgentijs, seu priuilegijs a sede Apostolica impetratis, vel in posterum impetrandis.

27 Præterea, vt multiplicatus funiculus pacem faciat pleniorum, venerabiles patres electus Salzeburgensis, Patauiensis, Frisingensis, Ratisponensis, Pragensis, Olomucensis, & Secouviensis episcopi regni terrarumque nostrarum iurauerunt, quantum in eis est, pacem præsentem inter ipsam Regem & nos ordinatam tenere, ac seruare; & nos inducere iuxta promissionis a se factæ formam, ad eandem mutuo obseruandam & tenen-

Sui præfati vtriusque regni limitati

Ob priuatorum contentiones pax non violanda.

Constitutæ in fœderi fragos cœsuræ.

Adiectæ alia poscæ

Vincula ad fœdus adstringendum adhibita.

Exclusi ab hoc fœdere nonnulli limbarum auctores.

Qua ratio ne nascitur controuersie sunt dirimende.

nendum ea, quæ in presentiarum promissimus & promittimus, spondimus & spondemus, sicut in ipsorum literis plenius continetur. Promiserunt etiam per idem iuramentum & promittunt, quod si nos, quod absit, pacem infringere contingeret; vel ea, quæ in præsens placitum sunt deducta, violare; iidem Salzeburgensis electus ecclesiæ & episcopi nominati, regni que nostri barones nos deserent, & Regi Vngariæ adhærebunt ex debito præstiti iuramenti. Verum si Regem Vngariæ pacem, vel ea, quæ in placitum deueniunt, infringere contigerit, vel turbare, archiepiscopi & episcopi regni sui, & barones, ac comites iidem iuxta formam præsentis compositionis & ordinationis eum deserent, & nobis adhærebunt similiter ex debito præstiti iuramenti, sicut in ipsorum patentibus literis continetur. Item electus Salzeburgensis, & venerabiles patres Pataviensis, Frisingensis, Ratisponensis, Pragensis, Olomucensis, Secovvensis episcopi de nostra & baronum nostrorum voluntate ex nunc sententiam excommunicationis promulgarunt; quam si nos, quod absit, pacem transgredi contigerit, ipso facto incurremus: & nihilominus iidem electus & episcopi totum regnum, terrasque nostras ecclesiastico subijcient in suis diocæsisbus interdicto; non obstantibus literis, seu indulgentijs impetratis, vel in posterum impetrandis. Archiepiscopus etiam Strigonienfis, qui ordinarius Regis Vngariæ existit, & archiepiscopus Colocensis ipsius cancellarius, ac suffraganei eorundem prælati regni Vngariæ consimilem excommunicationis sententiam in scriptis solemniter tulerunt, quam ipse Rex Vngariæ ipso facto incurret, si transgressor pacis existeret, vel turbator. Et si in hac parte archiepiscopi & episcopi prædicti tam regnorum regni Vngariæ, quam regni nostri & terrarum nostrarum negligentes in exequendis præmissis extiterint, vel remissi, punientur a dominis Cardinalibus, quorum iurisdictioni se in hac parte subiecerunt, tamquam iuramenti præstiti transgressores. [Adiecta sunt plurima procerum nomina, qui sacramento se deuinxere pacem initam religiose culturos. Tum ad pacem firmandam constitutum, vt Vngariæ Rex a Philippi electi Aquileiensis, & Bohemus a Stephano Lombardo nepote marchionis Estensis fœdere discederent. Præterea subijcitur.]

Abiecta a
Regibus
mutuorū
amulorū
clientela.

Provinciæ
iuris Bo-
hemici et
sectæ.

Qui Re-
ges Otho-
chari fœ-
derati.

28 Insuper dominus Stephanus Rex Vngariæ renuntiavit omni iuri & actioni, quod & quæ sibi videbuntur conpetere, seu etiam competebant in ducatus Styriæ, Carinthiæ, & dominijs Carniolæ marchiæ, nullam de cætero suo, vel heredum suorum nomine contra nos & heredes nostros super illis moturus materiam quæstionis. Renuntiavit etiam Rex Stephanus Vngariæ sæpèdictus iuri & actioni sibi & suis heredibus competentibus de insignijs regalibus, corona videlicet, gladio, monili, sella, scutellis, & alijs clenodijs, ac thesauro delatis per dominam Annam socrum nostram in regnum Bohemiæ.

Item prædictæ ordinationi & paci includi volumus & includimus excellentes dominos & illustres Regem Hispaniæ, Regem Angliæ, dominum Richardum fratrem Regis Angliæ electum in Imperatorem Romanorum, cū filijs eorundem; venerabiles patres dominos archiepiscopum Maguntinum cum suis suffraganeis, archiepiscopum Magdeburgensem cum suis suffraganeis, archiepiscopum Salzeburgensem cum suis suffraganeis; dominum Ludouicum comitem Palatinum Rheni, dominum

Henricum marchionem Misenensem, dominum ducem Saxonie cum fratribus & filijs suis; ducem Brunsvicensis & fratrem suum, dominum ducem Brabantie, dominum ducem de Lympurch, dominum Albertum Lantgrauium Turingiæ, dominum Theodoricum marchionem de Lantsperch, dominum Othonem marchionem de Brandburgh cum fratribus suis, charissimis auunculis nostris; filios domini Ioannis marchionis, videlicet dominum Ioannem marchionem Brandburgensem, cum fratribus & filijs suis, dominum Vvolezlaum ducem Slesie & suum ducem Henricum ac alios filios suos, dominum Chunradum ducem Slesie cū pueris suis, dominum Henricum filium ducis Henrici de Vvratislauia, dominum Lezkonem & fratrem eius ducem Cuiavie; aliosque fideles, fautores, & familiares nostros cum filijs omnibus, terris, regnis, ducatus, iuribus, ac possessionibus eorundem.

29 Insuper promissimus & promittimus iuxta ipsorum baronum nostrorum ordinationem, quod a dominis Cardinalibus, vacante nunc sede apostolica, obtinebimus transmissis nostris nuntijs confirmationem pacis nunc factæ: hoc adiecto quod ipsius Regis Vngariæ & nostri nuntij circa festum S. Michaelis nunc venturum iter arripient, & in festo omnium sanctorum proxime subsequenti se dominorum Cardinalium cōspectui præsentabunt, & confirmationem nostris sumptibus & expensis obtentam faciemus ipsi Regi Vngariæ assignari. Item etiam Rex per suos proprios nuntios impetrabit consimiles confirmationis literas suis expensis & sumptibus nobis dandas. Creato vero Papa, confirmationem eandem sub simili vicissitudine alterutri nostrum dandam faciemus, largiente Domino, impetrari: damna autem illata hinc inde compensatione mutua sunt sublata iuxta ordinationem sæpius memoratam. Vt igitur præmissa vniuersa & singula per nos inuiolabiliter obseruentur; nec successiuorum temporum mutatione infringi valeant, vel aliquo modo vacillare; iurauimus & iuramus, tactis corporaliter sacrosanctis euangelijs, multorum sanctorum reliquijs, & viuificæ crucis ligno: adijcientes vt transgressor præmissorum præter infamie notam, quam transgressione iuramenti incurret, diuine acrimoniæ sentiat ultionis, & cum Chore, Dathan, & Abiron recipiat portionem, Dei omnipotentis & gloriosissimæ Virginis & sanctorum omnium suffragijs destitutus. In cuius rei testimonium ad perpetuam memoriam ac munimen præsentis concessimus literas duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum & actum Prage anno Domini mclxxi: coronationis nostre anno x. 11. id. iulij.

30 Respondent ijs aliæ Stephani Regis Vngariæ literæ de pace cum Othocharo Rege Bohemiæ, eodemque duce Austriæ, Styriæ, Carinthiæ, marchione Morauie, domino Carniole marchie, Ægre, ac portus Naonis firmata, qua Vngarico sceptro obnoxia hæc regna provinciasque comprehendit: *Includentes, inquit, eidem paci & eadem vallantes regna nostra, videlicet Vngariam, Dalmatiam, Croatiam, Ramam, Seruiam, Galliciam, Lodomeriam, Comaniam, Bulgariam, totumque ducatum Sclauonia, cum omnibus attinentijs eorundem secundum signa, distinctiones, & metas antiquas; prout etiam progenitores nostri & antecessores Reges Vngariæ usque tempus vite domini Bela gloriosæ memoriæ patris nostri possederunt, & tenuerunt. Verum si termini hinc inde fuissent auulsis vel mutati, venerabiles patres dominus archiepiscopus Strigonienfis, & episcopus*

De imp-
tranda
ctionum
confirma-
tione ab
de Ap.

Remissio
veringue
damna.

Ext. insig-
ze Greg.
literis
Orthocharo
rum Regi
Bohemie
ep. 6.
Qui prin-
cipatu Re-
gis Vngar-
iæ fœderis
ris tabulis
contenti

pus Olomucensis, Deum & iustitiam habentes præ oculis, super ipsis terminis, & limitibus cognoscant; & id, quod legitime diffiniuerint, per censuram ecclesiasticam partes faciant obseruare. Pluribusque interiectis: Item archiepiscopus Strigoniensis, qui ordinarius noster existit, & archiepiscopus Colocensis aula nostra cancellarius, & suffraganei eorundem ex baronum nostrorum voluntate ex nunc sententiam excommunicationis promulgauerunt; quam si nos, quod absit, pacem transgredi contigerit, ipso facto incuremus; & nihilominus ydem archiepiscopi & episcopi totam regnum nostrum ecclesiastico subiciant in suis diocesis interdicto, non obstantibus literis seu indulgentiis impetratis, vel in posterum impetrandis. Electus etiam Salzburgerensis, & venerabiles patres Patauiensis, Wisingeris, & alij prælati regni & terrarum suarum consimilem excommunicationis sententiam in scriptis solemniter tulerunt: quam ipse Rex Bohemia ipso facto incurret, si transgressor pacis extiterit, vel turbator. Et si in hac parte archiepiscopi & episcopi prædicti tam regnorum nostrorum, quam suorum negligentes in exequendis præmissis extiterint, vel remissi, punientur a dominis Cardinalibus, quorum iurisdictioni se in hac parte subiecerunt, tamquam iuramenti præstiti transgressores. Et infra controuersis prouincijs cedit.

31 Item renuntiamus iuri & actioni, quod & qua videbantur nobis competere, seu etiam competeant in ducatus Styriae, Carinthiae, Carniola & Marchiae; nullam de cetero vel heredum nostrorum nomine contra ipsum Regem & suos heredes moturi materiam questionis. Renuntiamus insuper iuri & actioni, nobis & nostris heredibus competentibus, de insignijs regalibus, corona videlicet, gladio, monili, sella, scutellis, & alijs clenodijs ac thesauro delatis per dominam Annam in regnum Bobemorum. Item prædictæ ordinationi & paci includi volumus, & includimus excellentes dominos Philippum Francorum, & Carolum Sicilia Reges illustres, Carolum iuniorem primogenitum ipsius Regis Caroli, generum nostrum; Michaellem Angelum Palæologum Imperatorem Græcorum, Andronicum iuniorem Imperatorem Græcorum, generum nostrum; Bouzlaum Cracouia & Sandomeria, Boizlaum maiores Poloniae, Henricum Bawaria inclitos duces, generos nostros: Belara duces de Machou & de Bozna fratrem nostrum; Vrosium Regem Seruiae, & Stephanum filium eius iuniorem Regem Seruiae, generum nostrum; Suetizlaum Imperatorem Bulgarorum, & Leonem generum nostrum Rbutenorum ducem; Mitizlaum fratrem eiusdem, & Vozulem filium Vozula duces Ruthenorum, aliosque fideles, fautores, & familiares nostros cum filijs omnibus, terris, regnis, ducatus, iuribus, ac possessionibus eorundem, &c. Spondet daturum operam, vt Cardinales, vacante sede, superiores pacis leges confirmet: ac deinde creato summo Pontifice, ab eo postulaturum, vt eas apostolica auctoritate communiat. Dat. & actum in castris apud Pazonium anno Domini MCLXXI. regni nostri anno II. v. non. iulij. Compleuere promissa Vngariae & Bohemiae Reges: sequenti enim anno III. non. maij Gregorius huius fœderis pactiones confirmavit, ac literas Othochari ad Stephanum a, Stephanique ad Othocharum b apostolico diplomate, quo erant corroboratæ, comprehensas transmisit: tum archiepiscopo Pragensi c & episcopo Olomucensi distringendarum solemnem ritu in Regem Bohemiam; Strigoniensi d archiepiscopo & episcopo Vvaciensi in Vngarum, censurarum auctoritatem contulit, si pactas fœderis leges infringere. At de his hæctenus.

32 Luxit hoc anno Anglia Richardi, Anglorum Regis fratris, atque electi Imperatoris obitum. Qui quidem princeps ob virtutes egregias felicioris sorte dignus videbatur: expertus vero, est regia diademata plures spinas, quam flosculos habere. Quid enim ipsi imposta Germaniæ corona aliud quam spes anxias, acerrimos metus, tristitia pericula, funestus exitus attulit? Hæc nimirum rerum humanarum conditio est, vt cum laboribus maximis ambiantur, ac spe auida inhiantes fuga fallaci deludant. De principis ipsius morte hæc adiectæ Parisio appendicis auctor: Eodem anno Richardus Rex Romanorum, frater Regis Anglia IV. non. aprilis apud castrum de Markensied viam vniuersa carnis est ingressus: cuius corpus in ecclesia monachorum Cisterciensis ordinis de Hales, quam ipse proprijs expensis extruxerat, sepelitur. Non adeptum Alfonso Regem Castelle, sublato æmulo, liberas Imperij habenas, sed Rodolphum Habsburgensem ad Imperium euectum, suo loco dicemus: nunc Richardi, cuius filium maiorem natum crudeliter a Guidone e Monteforti cæsum vidimus, funeri alterius principis, nimirum Entij Friderici II. nothi filij funus addemus, quem pater Sardiniae, inuasit Ecclesiæ iuribus, Regem imposuerat. Hoc enim anno Bononiæ carceris squallore, & incommodis fessus obiit. In quo S. Antoninus a progeniem viperem Friderici defecisse ait: quamquam alij b adhuc Manfredi filium superuisse, atque in arce munitissima Neapolitana a Carolo tentum, atque ob carceris incommoda orbatum oculis asserunt.

IESV CHRISTI

annus 1272.

GREGORII X. PP. VACAT IMP. OCCID. 21.
annus I. MICH. PALÆOL. IMP. OR. 12

1 Nuexit non Italiæ modo, sed toti orbi Christiano publicam lætitiã Gregorij X. aduentus anno Christi millesimo ducentesimo septuagesimo secundo indictione quintadecima, atque offusam omnium animis ex diuturnæ sedis pontificiæ vacatione tristitiã nouæ felicitatis luce deleuit. Et sane ingenti expectatione suspensis omnium animis missi a Cardinalium collegio, alijsque principibus, tum præsertim a Romanis oratores venienti obuij occurrere: qui ardentibus precibus flagitarent, vt in Urbem diuerteret. Sed cum ille maxime ad reparandas Terræ sanctæ res, Soldani Damasci ac Babylonis potentia attritas, incumbere optaret; ne longiore in Vrbe mora vel occupationum imminetium mole a sacro consilio retardaretur, recto itinere Viterbium, vbi coacti erant Cardinales, se contulit c. Vrque ex visis orientalium Christianorum calamitatibus altus dolor pontificio pectori inhæserat, primas apostolicas curas medendis eorum malis adiecit, vt restantur literæ d pontificiæ acceptam ante solemni ritu tiam datæ e ad Edwardum Henrici Angliæ Regis filium, tum magno virtutis exemplo Terræ sanctæ ruinas sustentantem; quibus præter superiora a nobis insinuata significat, ad auxilia submittenda concilium œcumenicum celebratum iri.

Gregorius, &c. Magnifico viro Eduardo
Primogenito Regis Anglorum.

2 Exigit affectio, quam ad te veluti filium prædile-

Richardi
electi Re-
gis Rom.
mors.
Vt rerum
caducarū
fallaces
exitus ex-
pertus sit.

Entijohim
tyranni
Sardiniae
tristis
mors.
Diutina in
persecuto-
ris eccl.
progeni-
vitiō.
a Ant. 3.
par. ist. 20.
S. 5.
b Io. Vill.
l. 7. c. 62.

Aduentus
Gregorij
X. in Ita-
liam.

Viterbiū
se confert
& qua de
causa.
b Greg. 10.
2. ep. 21.
Instaurā-
dis rebus
Syr. incū-
bit.
c To. 2. ep.
1 2. & cod.
Vall. bibl.
fig. 11. C. 2.
42 pag. 23.
24 25.
d Tom. 2.
ep. 21.

De limiti-
bus Vnga-
rie distin-
guendis.

Trisinge-
sis

Quattuor
prouincia-
rum præ-
tento iure
cedit Vn-
garijs.

Reges
Stephani
coj.

Greg. 1.
ep. 4.
b 16. ep. 6.
Superio-
res pactio-
nes a Gre-
gorio cor-
borate.
c 10. ep. 5.
d 10. ep. 7.
Data nõ-
nullis præ-
sulis in
Ex-difragos
animad-
uertendi
auctoritas

Greg. lit. ad Eduardum.

Applicuisse Brundisium significat.

Obiit sibi in Sicilia occurrisset Romano rum oratores.

Iustis de causis Viterbium contendit se.

Instructa Gregorij studio trirames. a Ib. ep. 14 b Ep. 15. c Ep. 16. d Ep. 12. e 17. e Ep. 18.

f Ib. ep. 22 23. 32. G. M.S. Vall. fg. lit. C. n. 49. pag. 111. Qua ratio ne confectum as subsidium. g Lib. 1. ep. cur. 2.

Gregorij ad Regem Franc. lit.

dilectum habemus, vt magnitudinem tuam specialium literarum visitemus oraculis; de successibus ac processibus nostris habitis, postquam de partibus Terræ sanctæ recessimus, curemus redere certiozem. Itaque sicut Altissimo placuit, iter nostrum iuxta suæ miserationis abundantiam dirigenti; nunc lento, nunc veloci nauigio fulcatis æquoribus, prospere peruenimus ad portum Brundisij, prout ad tuam credimus notitiam peruenisse. Deinde vero continuatis quasi dietis versus Romanam curiam properantes, vt quo citius ibidem præsentiam nostram adesse contingeret, eo celerius & efficacius secundum feruens desiderium, quod in mente gerebamus & gerimus, possemus vna cum fratribus nostris dicte Terræ sanctæ statui prouidere; nonnullos nobiles ambafatores Romanos de maioribus Urbis intra regnum Sicilia nobis occurrentes inuenimus, qui vt recto tramite declinarem ad Urbem, apud nos & aliquos ex dictis fratribus, qui tunc in occursum nostrum accesserant, cum maxime supplicationis instantia laborarunt.

3 Penfantes autem, quod Romana ciuitas, vt pote magna plenaque negotijs, alia forte nostrum impediencia propositum, vel retardantia, saltem eius effectum, nobis ibi præsentibus ingere potuisset; non annuimus eorum precibus etiam cum quadam filialis deuotionis importunitate porrectis: sed Viterbium, vbi præfata residebat curia, procedentes, inibi nobis, licet labore defessis, otio subtracto quietis, per octo dies continue, cæteris interim aditu præcluso negotijs, ad hoc solum studia nostra vigili meditatione conuertimus, vt eidem terræ, quam in extremæ reliqueramus necessitatis articulo constitutam, defensionis & gubernationis auxiliū proueniret. [Tam de cogendo consilio nonnullis additis:] magnitudinē tuam rogamus, & hortamur attente, quatenus iugū oneris Domini pro sui nominis amore supportans, circa custodiam & defensionem eiusdem terræ solicite vigiles & labores: ita quod exinde retributionis æternæ tibi proueniat incrementum, & nomen tuum laudis humanæ præconijs altius extollatur. *Dat. Laterani 11. kal. aprilis.*]

4 Comparasse sane Gregorium duodecim triremes in Syria auxiliū docent eius literæ ad Pisanos a, Genuenses b, Massilienses c, & Venetos d datæ, quibus singulis tres milite & com meatu instructas ad Saracenorum piratarum impetu propulsandos quantocyus mittere iussit. Ad quod quidem pium opus Laurentius Teupulus, quem defixum anathemate fuisse ex alijs literis colligitur e, non propendebat. Ad sustinendos vero sumptus ex piorum legatis pro re Christiana instauranda relictis pecuniam redigendam curauit; quam non leuem fuisse constat, cum inter cæteros Richardus in Romanorum Regem electus octo millia vnciarum auri, Albanensis episcopus Card. mille in sacro bello collocanda testamento reliquissent. Contrahere etiam satagit ingens aliud es a Philippo Francorum Rege, quem literis sollicitauit g, ne Christi Domini sanguine perfusa loca infidelium fastu sacrilego conculcari, ac reliquias Christianorum cædibus exponi pateretur. Vtque facilius ipsum ad vota perduceret, Corinthiensem archiepiscopum legatum misit.

5 *Recolentes, inquit, quod clara memoria Ludouicus Rex Franciæ pater tuus (quem inter cæteros orbis terræ principes nobis amantissimum intra præcordia portabamus) veluti princeps in clyta deuotione præclarus, princeps Christianissimus præcellen-*

*tū meritorum, athleta Christi strenuus, & sollicitus fidei Christianæ defensor; dudum præclarū Saluatoris hereditatem, pretiosissimi sanguinis effusione sacratam, oculo piæ considerationis aduertens, nec illius tormēta dissimulans; assumpsit in spiritu pietatis eius negotium profequendum, se multis subiyciendo laboribus, & periculis exponendo; ad te germen illius stipitis præcellētis egregiū, dictæ sedis filium prædilectum; quem tantū negotij, vbi causa Dei specialiter agitur, zelatorem intentum, et promotorem voluntarium contemplantur; quique, sicut firmiter speramus & credimus, vestigia proprij genitoris in virtutibus & gratijs a Domino sibi traditis imitaris; cum fuerit splendore vita, aliorum catholicorum principum speculum, & exemplar, ac multitudo gentium ambulauerit in lumine vultus sui; aciem nostræ mentis extendimus: eamque tibi fiducialiter aperimus, vt quæ scribimus, deuota mente pensatis, quod in ijs expadire perceperis, promptis, & efficacibus studijs circumspēctio regia profequatur. Ad manutenendam igitur ipsam terram, in extrema necessitatis articulo constitutam; ne finali, quod absit, desoletur excidio, sicut olim contulimus cum ducibus exercitus Christiani, nec non cum Templarijs, & Hospitalarijs, alijsque magnatibus illarum partium, quando præsentialiter inibi morabamur; & demum deliberatione cum nostris fratribus habita duximus prouidendum, vt ad præsens eadem terra in certa quantitate militum, & galearum, prout venerabilis frater noster... archiepiscopus Corinthiensis, lator præsentium, tibi oraculo viuæ vocis exponet, debeat subueniri; & processu temporis, cum propter hoc, & alia generale concilium indixerimus, certo termino, coadiuuante diuina clementia, celebrandum, de maiori & opportuno subsidio prouideri. Per dictos enim milites ipsa terra in hostium fronteria constituta, manuteneri medio tempore poterit, & per galeas alia, quæ consistit in maritimis, defensari. Nosti namque, charissime fili, quod si nunc eadem terra relinquatur exterminio non adiuta, verisimiliter poterit de totali eius occupatione timeri, & vix vnquam in posterum de ipsius recuperatione sperari. Et interiectis nonnullis, quibus legatum commendat, subdit: Nec mireris, quod bulla non exprimens nostrum nomen est appensa præsentibus, quæ ante consecrationis & benedictionis nostræ solemnia transmittuntur: quia semper ij, qui fuerunt in Romanos electi Pontifices, consueuerunt in bullandis literis ante suæ consecrationis munus modum huiusmodi obseruare. *Dat. Viterbij 14. non. martij suscepti a nobis apostolatus officij anno 1.* Hortatus est etiam Reginam Francorum, vt virum pro ea, qua apud eum florebat, gratia ad tam pium opus inflecteret. Quo vero Gregorius legato suo ad demandatum illi munus facilius implendum auctoritatem conciliaret, archiepiscopo Rhotomagensi a, Lingonensi episcopo, b ac Sabaudia comiti c iniunxit, vt eius dictis fidem in omnibus adhererent: quæ porro a Corinthiensi archiepiscopo Regi exposita sint, ex literis ad Templariorum in Gallijs præfectos colligitur, quibus significat archiepiscopum Corinthiensem pro cōtrahendis subsidijs ad Philippum mitti; atq; ex Cardinalium consilio sancitum, vt Templariorū prædia, oppida, & desq; ad viginti quinque millia marcharum, si opus foret, Regi oppignerentur, vt raptim auxiliares copiæ cōflari possint: nec vero eam rem equitibus futuram oneri, cum diligentia apostolica ea nomina dissoluenda sint.*

6 Obsecutum pontificijs votis Philippum Galliarum Regem, ac petita viginti quinque millia marcharum Gregorio ad constanda auxilia mu-

Pium Ludouici patris pro instauranda re Syriaca zelatorem exponit.

Que cum ducibus orationibus tulit.

Mitit contrahenda maturo penitias archiepiscopi Corinthiensis. Maior deinde concilium auxiliū cretū.

Curamen literis non adscribit.

Excitū Regim. Franc. virum pontificis vota stat. 1b. ep. 17. b Ep. 17. c Ep. 17.

Temporiorum bona cōtrahenda pecunia Regi oppignerentur.

mutuo dedisse, ostendunt literæ tum ad Carolum Siciliæ Regem a, quibus rogat, vt patriarchæ Hierosolymitano ad comparandum ex eo arcu exercitum operam explicaret; tum ad Erardum b Valeriaci dominum c, fisci Siculi præfectum, Imbertum dominum Belli loci in Gallijs magistrum equitum, atque alios proceres, vt ea viginti quinque millia marcharum ex Tunetana pecunia ipsis commissa, atque in subsidium Terræ sanctæ conuertenda Philippo Regi refunderentur: tum aliæ denique ad eundem Philippum, quibus gratias agit, ac significat eam argenti vim patriarchæ traditam; iussumque in Siciliam instruendæ classis gratia ad Carolum Regem Siciliæ se conferre: demum ad aciores illi stimulos, vt arma sacra susciperet, conuersos in eum totius orientis oculos, Syriamque ad ipsum manus supplices tendere, proposuit.

7 Incensus est Philippus adeo vehementi eripiendæ e Saracenorum manibus loca sancta desiderio, vt oratorum suorum operam conceptum animo sacrum ardorem in prociuctu comparandæ ad circumferendam late diuinam gloriam expeditionis, nouo Pontifici significarit. Quo ille læto nuntio ingenti gaudio delibutus, ad pium desiderium in opus perducendum, gerenda pro Christo arma, atque egregia maiorum exempla imitanda sollicitauit d, rem tamen differre, vt maior instrueretur apparatus, placuit Gregorio: sponditque sedem Apostolicam suam operam diligentissime adhibituram, vt Terram sanctam in Christianorum potestatem redigeret, deque Mahometanis triumpharet.

Gregorius &c. Regi Francorum illustri.

Dilectus filius nobilis vir Ioannes dictus de Accon butticularius regni tui, & N.N. consilij tui familiares & nuntij, quos contemplatione mittentis & suæ insuper bonitatis obtentu benigne recepimus, laudabilem & acceptum nobis admodum ad Terram sanctam, pro generis humani redemptione conspersam sanguine Redemptoris, regia serenitatis affectum ad multæ iucunditatis materiam retulerunt; apertius, concurrentibus ad id tuis literis, exprimentes, quod ad eripiendum terram ipsam de manibus impiorum sic promptu modo tuæ magnanimitatis extenditur, quod etiam in persona propria sis paratus assumere ipsius terræ negotium, diuina tibi fauente clementia, promouendum. Sane, fili charissime, ab illo, in cuius manu corda sunt principum, insusum tibi cælitus credimus, vt clara memoriæ progenitorum tuorum recolenda imitando vestigia, huic sancto proposito sic constanter inhæreas, quod ad vindicanda ipsius Redemptoris oppropria, tam promptus exurgas, ad eruendam terram ipsam de potestate persecutorum fidei, ne amplius ipsorum immunditia polluiatur; offerens placabilem hostiam temetipsum, tanto proculdubio in ipsius Redemptoris oculis gratiorem, quanto extrema ipsius terræ necessitas oppressionibus eorundem persecutorum expositæ, & quasi ab omnibus derelictæ, magis necessario singulare præsidium tuæ consolationis exposcit. Super quo, princeps inclite, in vocem confessionis & exultationis erumpimus; & illi, a quo datur regnare principibus, laborum vitulum exsoluentes; supplicamus humiliter & rogamus instanter, vt dies tuos cum augmento felicitatis adaugeat, regnum tuum solida stabilitate corroboret, & te in consueta fidei puritate ad ipsius beneplacita, & specialiter circa eiusdem terræ negotium prosequenda, in tam

sancti propositi soliditate conseruet, [Nonnullisque interiectis, quibus illius postulata spectantia ad expeditionem in Syriam adornandam extraxisse ait, subiicit.]

8 Ex suspensione namque huiusmodi vtilius prædicti præparandi negotium, & vtilem ipsius executionem, iuxta nostrum desiderium modis varijs muniendum, facultatem quærimus, & ad id plenis affectibus suspiramus, vt cum soleat longa belli præparatio celerem afferre victoriam, votuum de tuis laboribus exitum (quos idem exequendo negotium subire proponis) tanto certius sperare de illius, qui bella conerit, virtute possimus, quanto pleniora & ad hoc efficaciora munimenta interim, vt speramus, concedenda pet ipsum id verisimiliter repræsentent. Nec enim, fili charissime, nos vel fratres nostros pati deceret; nec, quantum in nobis est, proculdubio pateremur, te maxime personaliter tantum aggredi minus inconsulte negotium, vel in tui præsertim regiminis & iuuentutis auspicijs ad talia proficere aliter, quam deceret excellentiam regiam, per omnia communitum. Sed te id volumus de nostra & ipsorum fratrum mète indubitate concipere, id de nostra & ipsorum deliberatione tenere, quod si fuerit ex alto concessum, vt dictum Crucifixi negotium personaliter secundum apostolicæ circumspeditionis prouidentiam & votum tuæ deuotionis assumes, illis sedes Apostolica tibi proponit ad esse fauoribus, illis personam tuam eidem fedelissimam, ac nobis & eisdem nostris fratribus per dilectam communire præsidijs, quod diuinæ potestatis dextera tuis assistente processibus, liberatio eiusdem terræ desideria præueniet: & ei, Domino auspice, quietis optatæ diutius tranquillitas arridebit.] Hactenus de pontificia diligentia ac sollicitudine in submitteendis Francorum Regis opera auxilijs ad collapsas Syriacas res erigendas, antequam Apostolicis in solis Gregorius solemnibus ritibus decoraretur. Iam de eius consecratione abrupta parumper Syriacarum rerum narratione ageamus.

9 Excepturus itaque magnifico apparatu pontificiam tiaræ Gregorius in Urbem proficiscitur: atque effuso obuiam populo lætissimis vocibus acceptus, consueta celebritate sacra corona est redimitus: tertiæque die encyclicas literas de suscepto a se Ecclesiæ clauo, de more exarauit; quæ in regesto tabularij Vaticani a archiepiscopo Senonensi ac suffraganeis, in vetusto vero codice Vallicellano b patriarchæ Hierosolymitano sunt inscriptæ.

Gregorius &c. Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Gloriosæ natiuitatis dominicæ latens licet mylterium, patens tamen late præconium cælestis præco humano nunciaturus generi, præmissis accommodo verborum schemate, Deo in altissimis gloriam retulit, pacem in terra bonæ voluntatis hominibus nunciavit. Hæc est nunciatio profecto dignissime veneranda: hæc attentione dignissima, quam vere venerabilem reddit nuncium mittentis sublimitas, extollit nunciantis auctoritas, & nunciationis ipsius veritas manifesta commendat. Hæc vera & iuita; sed eam non seruantibus proculdubio tremenda partitio, qua ore angelico soli Deo attribuitur honor & gloria, quam solus ipse meretur, qui facit mirabilia magna solus; quæ dum bonæ voluntatis hominibus pax in terra promittitur, interdicitur impijs, maleuolis denegatur. Nulla est enim pax impijs, nulla con-

Suadet vt expeditionem differat, & cur.

Non passuram sedem Apostolicam in consulte tantum opus aggredi.

Romæ p6 tificalem tiaræ accipit Gregor.

a Greg. l. i. ep. i. in eod. tom. pag. 121. ext. etiam in formul. Mar. Ebul. pag. 19. n. 128.

b M. S. Vallicell. sig. gn. lit. C. n. 49 pag. 85 De promotione sua encyclicas literas mittit.

De pace quam omnibus optatur.

Exstant in M. S. Vall. sig. lit. C. n. 49 pag. 25. Præbet ille mutuo Pontifici xxv. march. millia. b Ext. ib. e Exstant ib pag. 25.

Philippus significat Pontifici eo sacra exped. t. neri desiderio.

d ib. pag. 23.

Oratores ad sedem Apost. mittit.

Pium Regis consilium laudat Gregorius.

remnentibus: sed multa diligentibus nomen Dei. Eorum siquidem, qui mandata ipsius audiunt, pax ut flumen: impij vero ut mare feruens quiescere nequeunt, pacis commoda nesciunt: sed discerpentibus vitij in seipsis dissident, & turbantur: & redundantibus ipsorum fluctibus in conculcationem diaboli, lutumque peccati; dum per peccatum auertuntur ab eo, qui est pax nostra, quæ exsuperat omnem sensum, a pace redduntur per consequens alieni; non immerito, sed ob sua demerita pectoris & temporis pace frustrati. Deus etenim vitium, exercituum dominus, agens libere, ut retributionem reddat suæ, quantum in eis est, detrahentibus gloriæ, superbiendo per peccatorum insolentias; contra ipsos terram commouens & conturbans, eisque iusto iudicio pacem tollens; ostendit populo suo dura propter iniustitias suas ipsum humilians, super ipsum inducens terrorem, & rectorem interdum spiritum principum auferendo subducens, ut non sit qui congreget ab ouili Domini peccatorum auersionibus fugientes: non sit qui errata corrigat; sed qui est in fordibus plus fordescat.

10 Hinc itaque, hinc proculdubio prouenire creduntur, imperiorum fluctuationes, collisionesque regnorum, & cuncta guerrarum dissidia, quæ animarum pericula, corporum strages, facultatum lapsus, & destructiones inducunt. Hinc cætera non facile numeranda discrimina, & in partibus varijs grauius deploranda contritio, & grauis admodum pudendaque confusio populi Christiani. Hinc diutinæ vacationis sedis Apostolicæ dispendium (post felicem sanctæ recordationis Clementis Papæ patris & prædecessoris nostri de hoc mundo transitum, & corpus ipsius cum debita exequiarum solemnitate reconditum, tanto tempore) prorogatum, donec Dominus, populi eiusdem peccata dissimulans, & misericorditer ipsius miseras miseratus, dignatus est ipse, qui concordiam in sublimibus operatur, fratribus nostris sic vnanimitatem ad procedendum in prouisione sedis eiusdem faciendæ concedere, quod miro Dei & nobis nimirum stupendo consilio ad imbecillitatem nostram oculos dirigentes; nos (qui tunc in minori conuerti officio pro salutis nostræ renedio peregrinabamur in partibus transmarinis) ad conscendendam apostolicæ præminentia cathedram, & suscipiendum importabile nobis non solum ex humana infirmitatis; sed etiam ex humilitatis nostræ defectu, onus vniuersalis regiminis orbis terræ; concorditer elegerunt, ad inducendum nos ad id varijs ad nostram præsentiam nuncijs & literis destinatis. Nos vero in considerationis examine onus ipsum per hoc nostris imponendum humeris, & opus nostram profequendum sollicitudine attendentes; nostrarumque merentes virium quâtitatem, dispungendo insufficientiam comparando; eligendum sano consilio putabamus, ut humeri subducerentur ab onere, manus ab opere arcerentur. Verum ne post eiusdem vacationis tam diffusa & dispendiosa tempora obstinata contradictionis reluctatio profusioris dispendij occasionem induceret; nos non de nobis, sed de illo solo concepta fiducia, qui dat lapso virtutem; qui solus potest, cum omnis sufficientia sit ab eo, nostram insufficientiam abundantia virtutis suæ supplere; in humilitatis spiritu tanti oneris sarcinæ imbecilles exposuimus humeros, debiles misimus manus ad fortia, & humiliter colla submissimus iugo apostoli-

cæ seruitutis; suppliciter implorantes, ut ipse, qui per huiusmodi vocationem in maris mundi huius altitudinem nos deduxit, non patiatur ab ipsius tempestate demergi; sed illam nobis suæ potentia dexteram porrigat, quæ Apostolorum Principem ambulantiem & hæsitantiem in fluctibus, ne mergeretur, erexit: & coapostolum eius Paulum nocte ac die in profundo maris positum liberauit.

11 Accedit etiam ad grande nostræ fiducia fulcimentum vestrae consideratio probitatis: speramus namque ac summopere affectamus, quod cum sitis in partem tantæ sollicitudinis nobis singulariter indictæ vocati, sic auxiliante Domino commissum vobis ministerium impleatis, ut populum vestrae custodiae creditum reddatis Domino acceptabilem, bonorum operum sectatorem. Ad quod vniuersitatem vestram affectuose moneamus, & quæ possumus instantia exhortantes, humiliter petimus, & rogamus instantem, quatenus vestris orationibus deuotis & sedulis nostras manus debiles confortetis; piæ preces fundentes ad Dominum, ut in benedictio filij sui dirigens actus nostros, nobis & vobis ac cæteris ecclesiarum pastoribus sua pietate concedat, sic circa gregem dominicum cura peruigili noctis obseruare vigiliæ, quod in eo mansuetudo superueniat, & correctio subsequatur: reddatur Domino populus Christianus voluntatis acceptæ, pacis ex hoc proculdubio commodis potiturus. Scimus enim quod si fecerit ei placidas vias suas, ipse inimicos eius conuertet ad pacem, nec erit qui eum extereat; sed perfidæ gentis terroribus de ipsius finibus profligatis, confidenter in tabernaculis fiducia habitabit, & fiducialiter in requie opulenta quiescet. Nos sane vobis affectum charitativæ benignitatis expandimus, & signum charitatis solidæ aperimus; proponentes, quantum cum Deo poterimus, honori vestro deferre, ac vestra & ecclesiarum vestrarum commoda, pro quibus ad nos recurrere cum securitate poteritis, in promptitudine benevolentia promouere. *Dat. Later. 14. kal. april. pontificatus nostri anno 1.*

12 Certiores etiam creationis suæ Christianos principes fecit, inter quos benedictionis apostolicæ primitias Philippo Francorum Regi imperijt: eumque salubribus præceptis ad sectanda impressa a patribus virtutum vestigia, tuendam Ecclesiam, vitiaque e populis excindenda excitauit: tum ipsi apostolicam clientelam est pollicitus. Salutatis itaque principibus, ac benevolentia apostolica ipsis promissa, cæptum Hierosolymitana expeditionis ante accepta pontificatus insignia opus vrgere non destitit. Cum vero nonnulli Christiani, exuto omni pudore ac diuini Numinis metu, avaritiæ furijs perciti, arma atque alias merces, vnde ladebantur Christiani, Saracenis inueherent; Gregorius ad eos ab scelere deterrendus literas dedit. Laborabant inter cæterosea infamia nonnulli Genuenses mercatores: ad quos comprimendos Gregorius summos in primis reipublicæ Genuensis magistratus hortatus est, ut tantum nefas arcerent; utque ipsis eam rem suaderet, fortissimum argumentum ex crudeli Sultani facto duxit: cum enim infantulos in seruitutem abductos redimi permisisset, paulo post decretum conuulsi, dictitans eos postea milites euasuros, ac Saracenis bellum illaturos: si enim tenella ætate non pepercit, ne successu temporis corroborata, arma gestaret; quanto æquius ipsam Saracenis vires succidere atque ea adimere, qui-

De pacis
 osoribus
 conqueri-
 tur.

Diuinam
 prouiden-
 tiam, quæ
 ipsum ad
 pontifica-
 tum extul-
 lit, com-
 mendat.

Præfili-
 ad popu-
 los opti-
 me in-
 struenda
 hortate

Ad Phi-
 lippum
 Franc.
 gem de
 eod. scri-
 bit.

Percellit
 Greg. ad
 furis de-
 uehent
 mercen-
 Saraceni

b To. 10.

quibus instructi tot Christianis mala infligere consueverunt?

Gregorius, &c. Capitaneis, consilio, & communi Ianuensibus.

13 Heu grauiſſimum Christi, & Christianitatis opprobrium! Perire permittitur nostræ pulchritudinis ornamentum, ipsum videlicet speciale patrimonium Saluatoris, natiuitatis, passionis, & resurrectionis dominicæ gloria decoratum: & exinde suos incolas contempnibiliter fugari percipimus, vbi liberaliter pretium nostræ redemptionis exoluit. Proh dolor! ibidem crucis hostes inhumani tyrannide superant, qui seruili subesse conditione solebant, quorumque multitudinem virtus paucorum fidelium tunc timentium Dominum superabat. Illud autem horribile scelus, & execrabile crimen occurrit merito reprobandum, quod nonnulli maledictionis alumni, solo nomine Christiani, terrena dumtaxat, non cælestia sapientes, & innitentes perniciosi lucrorum studijs, vt in voluptuosæ vitæ sœcibus latius debacchentur, victualibus, armis, vasis naualibus, & alijs necessarijs causa damnati questus Christi muniunt inimicos, vt ad impugnationem fidei & Christianorum, ac Terræ sanctæ depressionem robore fortiori sic muniti consurgant, ac ponatur inastimabilis macula in gloria nominis Christiani. Hi sunt ingrati filij, qui pœnam meruere doloris. Ii sunt qui apud ipsum Redemptorem fore mererentur odibiles, vt ab eis faciem miserationis auertat. Ij profecto non solum percepta beneficia non attendunt, verum etiam contra Redemptorem eundem probabiliter conspirare videntur, dum sœdus cum ipsius hostibus ineunt, & in eius contemptum illis talia præsidia subministrant. Vtinam, etsi non timorem, vel anorem diuinum attendent; aut, si de vitando dictæ terræ dispendio non pensarent, saltem ipsos graues iniuriæ coercebant, quæ dictis & factis in barbaricis partibus eis, & in ipsis Christianæ religioni multipliciter inferuntur. Inter alias namque confusiones, quas in partibus illis pseudochristiani recipiunt illuc mercimonia deferentes, si de aliquibus grauaminibus conquerantur, hac eos probrosa responsione Saraceni confundunt: Si erueremus vobis alterum oculorum, ad nos cum reliquo rediretis; prout ijdem mercatores nobis, eo tempore in regione Terræ sanctæ morantibus, expressius retulerunt.

14 Cumque frequenter eueniat per hostilitatis incurſus, quod ex Christianis viros & mulieres, ac lactentes etiam paruulos Saraceni præfati capiunt, & captos sub carcerum arctatione detrudunt; nonnunquam infantibus a matrum vberibus, vt materni lactis careant pabulo, separatis; contigit olim ad cuiusdam instantiam militis Christiani, gratiam habentis in oculis Soldani præsidio barbarorum, procurante nihilominus quodam ex fratribus ordinis S. Trinitatis, qui ad captiuos huiusmodi redimendos sunt specialiter deputati, quod idem Soldanus mulieres cum paruulis suis, quos carceris angustia cruciabat; alijs ætate prouectis a gratia liberationis exclusis, per suas literas liberari mandauit. Sed cum detentores eorum, habitis huiusmodi literis, eosdem liberare paruulos denegarent, memoratus Soldanus, ad quem habitus est recursus, requiritibus eum super hoc expresse respondit, se mandatum reuocasse, quod fecerat de prædictis paruulis, vt prædicitur, liberandis; ne per ipsos, quos reddere poterat prouectior ætas armigeros,

Annal. Eccl. Tom. XIV.

posset processu temporis impugnari: sicut idem frater nobis, tunc in partibus dictæ terræ degentibus, retulit viua voce. Si ergo nominatus soldanus crudelitatis acerbitate deuictus, quod de præfatis paruulis ex quadam humanitate concesserat, denegauit tandem efficere, ne ad impugandum ipsum consurgerent in futurum; quam graui opprobrio Christianitas ipsa respergitur, cum vinci nos a pietate non patimur, sed in nosmet ipsos acerbius sentientes, illis hostibus arma nostra deferimus, quibus contra Christum in fidem eius fortius muniuntur?

15 Et quidem grauius, nec mirum, dolere compellimur, dum pensamus, quod renatos fonte baptismatis per tam miserabilis cæcitatibus deuiantes, Dei turbatio non deterret, gehennæ terror ab errore non reuocat, ignominia famæ non retrahit, ac eiusdem iniuria fidei non compeſcit. Vnde quod tales inuerecundi, & impij Christiani, quos excæcat sœdi lucris cupiditas, sua non sunt impietate consumpti, sola cælestis miseratione, vt pœnitentiæ locum indulgeat, operatur: nam aliter subsistentiam non haberent, qui a se verecundia profus abiecta per tantæ damnationis senitas gradiuntur. Quare sedis Apostolicæ prouidentia, sacro tunc approbante concilio, volens adhibere circa præmissa remedium, illos falsos & impios Christianos, qui Saracenis deferre præsumerent arma, ferrum, & lignamina galearum; eos etiam qui galeas venderent illis, aut naues, quique gubernationis curam in piraticis Saracenorum nauibus exercerent, vel in machinis; aut quibuslibet alijs aliquod auxilium, vel consilium eisdem impenderent; anathematis & excommunicationis vinculo innodauit: ipsosque rerum suarum priuatione multari, & capientium seruos fore decreuit, certis alijs pœnis adiectis nihilominus contra eos.

16 Verum quia multi, quos a veritatis iudicio voluptatis dulcedo detorquet, in profundum demersi malorum contemnunt diuinam clementiam; & in animarum suarum periculum præscriptam sententiam vilipendunt, Deum & eandem sedem in præmissis offendere præsumentes; nos quos ipsa clementia, licet immeritos, in apostolicæ præminentie specula posuit, tam atroces & enormes præfati Redemptoris iniurias detestantes; & contra prædictos impios aggrauare sedis eiusdem sententiam intendentes, vt saltem a reatu solito ducti pœnitentia respiscant, & ipsos tempore vindictæ ira Dei subito non disperdat, ac ex illorum tali nequitia, dicta terra, solita dispendia non incurrat &c.] dat mixta precibus imperia Genuensibus, vt satis prohibeant, ne Saracenis vetitas merces ferant, vel ad piraticam exercendam nauent operam: tum pronuntiat e cœtu fidelium eiiciendos, qui eo se crimine deuixerint ac bonorum multa afficiendos. *Dat. Laterani 2. kal. aprilis pontificatus nostri anno 1.*

17 Ne vero Syria diutius patriarcha careret, Gregorius Thomam ex Cusentina archiepiscopali sede ad patriarchalem Hierosolymitanam, vt suas virtutes in difficiliore munere vtilius explicaret, traduxit a, cui etiam, cum ecclesia Acconensis suo pastore orbara fuisset, illius administrandæ provinciam commisit b. Ad decorandum denique nouum patriarcham maioribus dignitatum ornamentis, creandamque illi auctoritatem, legatum a latere in Armenia, Cypro, Antiocheno principatu, circumiectis insulis, eaque tota orientis ora constituit c: atque alijs literis catholicos orientis

Exemplo Sultani Christianos a iuuandis Saracenis deterrere.

Pontifici censuras in eos latus exponit.

Illas reuocauit.

a Ep. 8.

b Ep. 9. Patriarcha Hierosol. creatus A. S. L.

c Ep. 10.

præfules vt debita eum obseruantia colerent, & ipsius imperia, qua par esset religione, exciperent præcepit. Quin etiam, Cypri atque Armeniæ Reges, & principem Antiochenum a, Templarios equites b, eorumque præfectum debitum ipsi obsequium deferre, & opem porrigere iussit: ac ne quid patriarchæ ad suas partes obeundas deesset, pallium ipsi transmisit c, religiosissimeq; imperavit d vt Christianos Syros a vitijs abduceret, ne in se diuinas iras extremumque exitium verterent, cum familiare ob oculos excisæ Antiochiæ exemplum versaretur, quam non hostium potentia, sed effusa libido euerterat: Non intendimus doctum instruere, nec certiorare scientem. Nosti, sicut ille, quem mora diuina conuersationis instruxit, enormia, qua in transmarinis partibus committuntur: nec te latet qualiter per voluptuosos vitiorum seruos & seruituti carnis expositos, motus sequentes ipsius, sic inibi diuina maiestatis oculi offenduntur, quod varia terræ partium illarum, sicut Antiochia ac aliorum plurium locorum testatur destructio, manibus inimicorum exposita in euerfionem, & ipsarum incola in excidium deuenerunt. Propter quod mirandum occurrit, quod licet etiam animalia bruta lesio similium sibi deterreat; habitatores tamen earundem partium, qui hucusque casus huiusmodi, quos eorum demerita proculdubio mererentur, sola Dei patientia euaserunt; sic ista contemnere, sic videntur ad ea nullo modo terri, quod a similibus excessibus non solum abstinere non curant; sed ipsos etiam tanto grauius diuturnitate saltem continuationis excedunt, quanto est profecto detestabilius post illa, tam dure vindicata in alijs, in seipsis nec vereri nec abhorreere vindictam; vt illud Origenis adimpleri videatur in eis, quo dicitur: Hæc est humani cordis duritia, vt non solum audiendo, sed nec etiam videndo perijisse alios æstiment, nisi perire conspiciant & seipfos. Tu itaque frater vigila, labora, in omnibus opus fac euangelista; pro viribus argue, obsecra, nec cum expedit, regionis illius populum increpare desiste: sed insta opportune & importune, in illis totis conatibus ministerium tuum implens: speramus enim in eo, qui multam euangelizantibus dat virtutem, quod ipse voci tuæ vocem virtutis tribuet, vt peccatores huiusmodi odibiles Deo ipsius immensa virtute auertas, ab inuis conuertas ad viam, reddas Domino populum acceptabilem, bonorum operum sectatorem, &c.

Adductus est in inuidiam patriarcha, dum in cōparandis militibus operam daret, minus prudenter se gessisse, vt ex Gregorij querulis literis constat è, quibus ipsi exprobrat multam pecuniæ vim frustra dissipasse, ac se principum virorum precibus vel artibus aliquorū circumueniri passum esse. Cū enim Gallicæ nobilitatis florem stipendiarium colligere debuisset, plures labori inutiles, vel pannosos ac viles sibi adsciuisse, vnde Terræ sanctæ damnum graue illatum videretur increbuit, quare subiectis verbis admonitus est: *Te monemus, rogamus, & hortamur attente, per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus si præmissa, quod vix credere possumus, veritate nituntur, eo quo potes remedio corrigere studeas, & ad statum debitum pro tua possibilitate reducas. Si vero sint, vt mallemus, detractorum potius fictiones, eadem ad stimulum sollicitationis admittas, illa de cætero; maxime postquam ad transmarinas partes * perueniens cum charissimo in Christo filio nostro Ierusalem & Cypri Rege illustri, ac venerabilis fratris nostri Antiochensis episcopi, & dilectorum filiorum hospitalis S. Iohannis, militiæ Templi, domus Theutonicorū ma-*

gistrorum, & peregrinorum capitanei consilio vsurus solertia in predictis, quod terra præfata vtilitatibus efficaciter subuenio per te destinata proficiat, &c. Duxisse patriarcham Hierosolymitanum in Syriam quingentos equites peditesque, stipendijs Ecclesiæ sustentandos, refert Sanutus a. Et quidem opportune fractos ob Eduardi discessum Palæstinos, verfosque pene in desperationem confirmasse, significauit sequenti anno Pontifex Philippo Regi Francorum, cui ob instructum subsidiarijs turmis patriarcham gratias egit b: *Dicitur, inquit, patriarcha personaliter, prout eiusdem nostri mandati habebat adiectio, ad memoratum Regem Sicilia accedens, ipsius vsus consilio & fultus, auxilio huiusmodi congregato, simul cum illo ad partes easdem euestigio in tantæ opportunitatis tempore transfretauit, quod incola memorati per recessum præfati Regis Angliæ, qui iam de partibus illis abscesserat, in extrema quasi desperatione positi, per eius aduentum ita spiritum fortitudinis resumpserunt, quod terra eadem, Dei & tuo suffragio, ab imminenti perditionis dispendio præseruata subsistit, & hucusque subsistit. In quo quantum tibi comparaueris meriti apud eum, cuius in hoc negotium agitur, quique irremuneratum bonum non relinquit aliquid, ille nouit; nec tu ipse, saltem cum post exacta feliciter vitæ tempora finis humanus aduenerit, ignorabis.*

18 Quod ad Cypri Regem attinet, in pontificijs literis Hierosolymitani regni titulo exornatum; is erat Hugo e Lisiniano cuius in id regnum iura certa omnino non erant: de quibus Maria Domicella nata Boemundi principis Antiocheni contendebat: & grauiissime quæstæ est, eum titulum a Gregorio fuisse collatum. Cui rescripti sanctissimus Pontifex c non fuisse sui consilij ea appellatione Cypri Regi attributa ipsius iura infringere ac labefactare: *Cum sub bulla nostrâ nuper quædam litera nostræ, in quibus charissimum in Christo filium nostrum Hugonem Ierusalem & Cypri Regem sub intitulatione huiusmodi Regem nominauimus, emanarint; tenore præsentium declaramus, quod nostræ intentionis non extitit, sicut nec esse debuit; nec existit, quod per intitulationem huiusmodi, seu denominationem in nostris literis appositam hæctenus, vel in futurum forsitan apponendam, tibi quoad regnum Hierosolymitanum, quod ad te spectare asseris, præiudicium generetur. Dat. Laterani id. aprilis anno I.*

19 Cum itaque grauis de eo regno concitanda discordia timeretur, quæ extremam Terræ sanctæ cladem inferret, non ferro, sed æquitate controuersiam dirimi iussit Gregorius: atque vtraque parte corona ritu solemnem redimiri expetente, imperavit d Nazareno archiepiscopo, atque alijs, vt de vtriusque iuribus litem instruerent.

Archiepiscopo Nazareno, Bethlebemitano & Paneadensi episcopis.

Expofuit nobis dilecta in Christo filia nobilis mulier Maria Domicella, filia quondam Milesandæ natæ claræ memoriæ Isbellæ magnæ Reginæ Hierosolymitanæ, quod licet regnum Hierosolymitanum ad eandem nobilem de iure pertinere noscatur; & propter hoc ipsa in Reginam Hierosolymitanam, vt moris est, coronari a bonæ memoriæ G. patriarcha Hierosolymitano (ad quem ratione Hierosolymitanæ ecclesiæ pertinebat Regem Hierosolymitanum insignire) regio diademate petijset; tamen charissimus in Christo filius noster Hugo illustris Rex Cypri, se in dicto regno falso asserens ius habere, in Regem eiusdem regni co-

a Reg. post eand. ep. b lb. ep. 11

c Ep. 14.

d Cod. Vallic. M. S. sign. lit. C. num. 49. pag. 91. Antiochiæ excidium peccatis carnis ad scriptum.

Iubetur patriarcha Syros Christianos ab ijs deterere.

e Exstant in eod. cod. Vall. pag. 87.

Patriarcha acceptas pecunias male collocasse accusatus

* perueniens

ronari se ab eodem patriarcha cum instantia postulauit. Præfata vero nobilis rem suam agi conspiciens; & metuens ex hoc sibi præiudicium generari, & ad docendum de iure suo offerens se paratam; a prædicto patriarcha instantè petijt, vt nequaquam præfatum Regem, sed ipsam potius coronaret: cum sibi, & non eidem Hugoni, ratione dicti regni Hierosolymitani corona regia deberetur: & ne secus fieret, ad sedem apostolicam appellauit.

20 Aridem patriarcha huiusmodi appellatione contempta, venerabili fratri nostro episcopo Liddensi auctoritate propria dicitur commisisse, vt præfatum Hugonem in Regem Hierosolymitanum coronare curaret. Verum ab eodem episcopo, ne ad coronationem huiusmodi procederet, ex parte dictæ Mariæ, ad sedem eandem fuit denuo appellatum: sed dictus episcopus huiusmodi appellationibus vilipensis, prædictum Hugonem in Hierosolymitanum Regem de facto, cum de iure non posset, pro suæ voluntatis libito asseritur coronasse. Nominata vero Maria propter hoc personaliter ad Apostolicam sedem accedens, nos humiliter supplicauit, vt faceremus sibi de prædicto Rege Cypri super ijs apud prædictam sedem iustitiam exhiberi.

Quocirca mandamus quatenus præfatum Regem Cypri, vos vel duo, aut vnus vestrum per vos, vel per alium, seu alios ex parte nostra peremptorie citare curetis, vt infra nouem menses post citationem vestram per se, vel per procuratorem idoneum ad totam huiusmodi causam; videlicet, tam super appellationibus interpositis, quam super principali roto negotio sufficienter instructum, cum omnibus actis, iuribus & munitis suis ad causam ipsam pertinentibus; apostolico se conspectui repræsentet: facturus & recepturus super ijs, quod ordo dictauerit rationis. Diem vero citationis, & formam & quicquid inde feceritis, nobis per vestras literas harum seriem continentibus fideliter intimetis. *Dat. apud Vrben. ueterem 1x. kal. nouemb. anno 1.*] Transfudit postea Maria sua in regnum Hierosolymitanum iura Carolo Sicilia Regi: vnde id nomen Siculis Regibus adiunctum est. Inane quidem: cum nec ipse Aragonio bello, & Siculorum defectione implicatus e Saracenorum tyrannide, vt concitata de illo spes pollicebantur, vindicare potuerit: alijq; Reges, umbra contenti, idem regnum hosti eripere non sint ausi.

21 Vrebant interim Gregorium grauiores curæ, qua tandem ratione afflictas Terræ sanctæ res ab extrema pernicie non vindicaret modo, sed Saracenorum etiam potentiam prosterneret: ad Ecclesiæ coniunctionem Græcos adduceret, Christianam religionem diffunderet, deformatos nimium ecclesiasticorum mores perpoliret, primeumq; sanctitatis florem reuocaret. Arduam, & difficilem suscipiebat prouinciam, quam solus perficere non poterat: atque ideo concilium œcumenicum indixit, cuius conuocandi encyclicæ literæ hæc sunt Senonensi archiepiscopo, ac suffraganeis inscriptæ.

Gregorius &c. archiepiscopo & episcopis, ac dilectis filijs abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, præpositis, & alijs ecclesiarum prælatis per Senonensem prouinciam constitutis.

Saluator noster, in cuius ditione cuncta sunt posita, ciuitatem Hierusalem videns, & præuidens ruituram, fleuisse describitur super eam. Et nos itaque, qui ciuitatem veri David, religionis vide-

licet Christianæ, circa cuius regimen non insufficienti nostræ debilitatis, sicut nec debemus, innitimur; sed de sola superabundantia virtutis diuinæ speramus, non solum scissuras iuxta prophetiæ vaticinium multiplicatas aperte videmus; sed & ruinæ magnæ periculum in subtractione populi Græcorum, qui a sedis Apostolicæ deuotione, ac obedientia se subtraxit; in occupatione maxima, & vastatione valida Terræ sanctæ; in subuersione morum, quæ vniuersaliter in clero grauiter obrepisse videtur & populo; iam non tam cernimus, quam palpamus; non possumus non lugere; non comprimere lacrymas, continere suspiria, vel cohibere singultus. Profecto cum tanta subit plangendi ratio, planctum declinare non possumus: sed necesse est iam foras exeat, ab olim, dum etiam nos minor status haberet, tanto altius radicans introrsum, tantoque diurnitate factus acerbior, quanto facultate vetante diutius non est efficaciter exire permissus. Exeat igitur, exeat ad fratres & filios, vt scientes incommodum ipsum, prudentius æstimantes, cooperationis remedio efficacius pro viribus releuent, & planctum piæ compassionis officio dulcius consolentur. Quis ergo dabit capiti nostro aquâ, aut oculis nostris fontem lacrymarum, vt sic populi humilitati nostræ commissi spiritualiter & temporaliter interfectis diebus ac noctibus ingemamus, quod culpæ sordes, quibus iram meruisse creditur, diluamus? Lugendum siquidem occurrit, quod per subtractionem prædictam a sedis Apostolicæ unitate subtractos, & in deuio positos grandis culpæ mors afficit: quod sanctum vniuersalis corpus Ecclesiæ membro tam nobili eadem grauius admodum, & dispendiosa subtractio tanto tempore mutilauit. Lugendum & iterum, ac amare dolendum, quod sicut in partibus transmarinis non tantum audiuimus, sed & oculis nostris vidimus, & manus nostræ contrectauerunt, proh dolor! detestabilius solito blasphematur in gentibus nomen Christi: cum iam non tam verbis, quam rebus ipsis, & factis Christianis insultetur ab infidelibus, & dicatur: *Vbi est Deus eorum*; dum funiculus hereditatis Domini, eadem Terra sancta per nefandissimos Saracenos sic audacter inuaditur, sic secura occupatur audacia, sic vastatur intrepide, sic in eisdem partibus Christianus populus inhumaniter trucidatur, quasi non sit illis adiutor; nec sit qui misereri possit ipsorum.

22 Lugendum, & amplius pariter, & horrendum, quod cum ille paterfamilias diligens, qui horis diei varijs operarios suam misit in vineam; ille summus agricola, sator bonorum omnium, & plantator, agrum mundi huius diligenter excelsens, in eo seminauerit semen bonum; inimicus homo tanta inuenitur in ipso superseminasse vitio-rum zizania, & errorum, vt ea deslere magis liceat quam narrare: idemque ager quotidie potius arefcere videatur ad ignem, quam albescere inueniatur ad messem. Hæc dum ministerio considerationis debitæ mentis nostræ præsentantur obtutibus, ignis in nostris meditationibus exardescit, & ad tanta discrimina releuenda suspirat affectus, zelus accenditur, & spiritus anxiatur. Ad quod cum nos sufficere non posse sciamus, leuamus oculos nostros ad montem: montem quidem Dei, montem vberem, montem pinguem; vnde opportunum nobis prouenire auxilium & humiliter petimus, & deuote speramus.

Et quia salubre in ijs adhiberi remedium interest generaliter omnium; nos cum fratribus no-

Quanta e
Græcorum
schismate
mala se-
cua.

Infelix Sy-
riæ status.

Saraceno-
rum infir-
mitia.

Tantis me-
deri malis
aggredi-
tur Ponti-
fex.

Hugo
Rex Cy-
pri præi-
udicatus
corona.

Præuocata
Maria a-
pud sedem
Apostolice.

Lit. 1. ep.
cur. 2. ex-
tant etiã
in eis. cod.
Vallicell.
pag. 86.
& tom. 3.
consil. p. 2.
ante C. 6.
Lugd. sub
Greg. x.

Lit. ency-
clice de
concil. œc.
abrando.

Indicit
documentum
tam sy-
nodum.

Cogenda
illius cau-
sas expo-
nit.

in

Tempus
designat.

Decernit
vt nonnulli
episcopi in
singulis
prouincijs
remaneat.

stris alijsque viris prudentibus exacto & frequen-
ti tractatu præhabito, prout tantæ necessitatis in-
stantia exigebat, de ipsorum consilio generale
concilium, sicut imitatione digna sanctorum pa-
trum consuetudo laudabili longæ obserua-
tionis exemplo nos instruit; opportuno tempore
decreuimus congregandum; vt in eo tam circa
præmissa, quam circa cætera, quæ salutem respi-
ciunt animarum, illa Deo auspice communi consi-
lio inueniatur prouiso, & eiusdem approbatione
concilij roboretur, per cuius salutarum execu-
tionem virtus Altissimi, eliminatis erroribus, ro-
borata fide, reductis errantibus, redintegrata eius-
dem fidei vnitrate, sedatis discordijs, pace firmata,
extirpatis vitijs, virtutibusque plantatis; correctis
excessibus, moribus reformatis, repressis oppres-
sionibus, libertate solidis munimentis instructa,
recuperatis deperditis, & eiusdem Terræ sanctæ
statu prospero reparato; huiusmodi scissuras vniat,
ruinas impleat, occupata restituat, vastata restau-
ret, restituta & restaurata conseruet; nobisque
viam aperiat idem ipse qui nouit, & facultatem
tribuat ipse qui potest, vt vitiorum errorumq; zi-
zanijs ad comburendum * fasciculos alligatis, ad
triticum in eius horreum congregandum, sic in
præmissis iuxta intentum animi nostri desiderium
sibi ministrare possimus vtiliter, quod idem verus
eiusdem vniuersalis sponsus Ecclesiæ ipsam dile-
ctam suam expeditam rugis, purgatam maculis,
munitam virtutum monilibus, ac ornata, vnam
semper habeat & formosam ad sui nominis lau-
dem & gloriam, ad animarum profectum, ro-
bur fidei, pacem & exaltationem populi Chri-
stiani.

23 Quia vero persecutio tanti propositi tem-
pore indiget, vt deductum maturius, ac feliciter, au-
ctore Domino, effectum debitum sortiatur, bien-
nium numerandum ab initio instantis maij ad id
duximus deputandum: deputaturi præterea inter-
rim aliquos viros tanto ministerio competentes ad
prædicandum in terræ præfata suffragium salutiferum
verbum crucis, per quod corda principum,
prælatorum, cæterorumque fidelium inducantur
ad subsidium eidem terræ, prout ipsius exposcit
extrema necessitas, impendendum. Quocirca vni-
uersitati vestræ per apostolica scripta præcipiendo
mandamus, quatenus omni negligentia relegata,
cunctis, prout talis & tanti negotij qualitas exigit,
dispositis & paratis, sic medio tēpore vos accinga-
tis ad iter, quod kal. maij anni ab incarnatione Do-
mini millesimi ducentissimi septuagesimi quarti,
quas vobis & alijs pro termino assignamus; in lo-
co, quæ licet ad præsens subriceamus ex causa cō-
petenti, tamē tempore vobis curabimus intimare;
nostro vos conspectui præsentetis, ad subuentio-
nem necessariam terræ prædictæ: solers & opero-
sum interim studium impensuri, prosequendo fa-
uorabiliter, & fideliter adiunando illos, quos ad
huiusmodi prosequendum negotium duxerimus
deputandos.

24 Volumus autem, quod in vestra prouincia
ex vobis, fratres episcopi, vnus vel duo rema-
neant, ad ea, quæ officium episcopale requirunt, in-
ibi exercenda; & tam ille, vel illi, quos propte-
rea contigerit remanere; quam alij, quos ad idem
venire concilium præpeditio forsan canonica pro-
hibebit; capitula insuper ecclesiarum omnium
eiusdem prouinciæ, tam cathedralium quam
etiā aliarum, quibus per vos, fratres archiepisco-
pe & præfati episcopi, ex parte nostra volumus
id mandari; cum in eodem concilio tractanda sint

aliqua, quæ pertinebunt ad ipsos; ad idem conci-
lium viros idoneos pro se mittant: non obstanti-
bus quibuscumque priuilegijs, seu indulgentijs
quibuscumque personis, ordini, vel dignitati, seu col-
legio sub quacumque verborum forma vel expres-
sione a prædicta sede concessis, per quæ possit ef-
fectus huiusmodi mandati nostri quomodolibet
impediri, aut eidem in aliquo derogari: circa per-
sonarum & euectionum numerum moderamine,
quod alias statuit Lateranense concilium, taliter
obseruato, vt nemini liceat illud excedere: sed
omnibus prout libet arctare. Nullus pomposus
aut inanis gloriæ quæsitore; sed quilibet sic veræ
humilitatis cultor appareat, quod & ecclesiæ sibi
commisæ nequaquam onerosus existat. Interim
quoque per vos, & alios prudentes viros Deum-
timentes & habentes præ oculis, omnia, quæ cor-
rectionis & reformationis limam exposcunt, in-
quirentes subtiliter & conscribentes fideliter; eam-
dem ad ipsius concilij notitiam deferatis. Et nos
nihilominus varijs modis & vijs solers studium,
& efficacem operam dare proponimus, vt omnia
& alia in examen eiusdem deducta concilij, cor-
rectionem & directionem recipiant opportunam.
Nullus igitur inobedienciæ notam, & canonicæ
vltionis acrimoniam vitare desiderans, fallacium
excusationum velamento se muniat, vel ex impe-
dimentis itinerum; quæ Domino praua in dire-
ctæ, & in vias planas sua omnipotentia conuertente
aspera, cessabunt; friuolæ allegationis munimen-
ta confingat, vt a tam sancti prosecutione ope-
ris se subducatur: sed occurrant singuli voluntarij
ad id, quod & diuinæ congruit voluntati, & salu-
tatem animarum, ac vtilitatem respicit singulo-
rum. *Dat. Laterani 11. kal. aprilis pontificatus
nostri anno 1.]*

25 Aliæ ad Francorum Regem datæ lite-
ræ a, quibus, vt ad concilium accederet, rogatus
est: tum sollicitati cæteri Reges, ac principes, vt
illud sua præsentia ornarent. In primis vero inuita-
tus Palæologus Græcorum Imperator, vt suos ora-
tores mitteret pro expetita adeo orientalis cum
Romanæ ecclesiæ coniunctione. Cœptum fuerat
opus, vt vidimus, ab Urbano & Clemente summis
Pontificibus, quorum postremus literis b suis mo-
dum Imperatori præscripserat, quo ea res ad felici-
tatem exitum perduceretur. Transmiserat nimi-
rum professionis fidei formam in certa capita dis-
cretam, quam professurus erat, ac Rom. ecclesiæ
primatum agiturus; quod pariter patriarcha at-
que alij Græcorum præcipui præsules facere iube-
bantur. Quam viam initam, Gregorius sibi vt
optimam insitendam censuit, ac Palæologo scri-
benti, maximo se copulandæ vtriusque Ecclesiæ
desiderio ardere; vtque S. Ludovicum Francorum
Regem pacis arbitrum conlitiuisset, per que fufum
Christi in cruce sanguinem esset obtestatus, vt
eam prouinciam susciperet, ac si eam respueret,
corâ diuino tribunali rationem Numini tot peric-
litantium animarum redditurum; respondit Gre-
gorius, c Francorum Regem prudenter censuisse id
munus sibi arrogandum non esse: nunc vero op-
portunum perficiendæ rei tempus affuisse: si ex
animo eam coniunctionem expeteret, nauaret
operam: eternum sibi gloriæ decus, nulla ætate
obscurandum, pariturum.

*Viro magnifico Michaeli Palæologo Imperato-
ri Græcorum illustri gratiam, per quam gloriam ob-
tineat in futurum.*

Qui miseratione ineffabili, cum venit tem-
poris plenitudo, vocauit ab oriente auem, & vi-

um voluntatis suæ de terra longinqua, ipse nos in orientalibus peregrinantes partibus, vt licet immeritis eius vicarium sua sola dignatione statueret, qui ore prophetico auis nomine in metaphora præmissa signatur, vocari ad gerendum apostolatus ministerium dignanter potius quam digne permittens; vota nostra etiam dum nos minor status haberet, sicut firmiter credimus, & fa-remur humiliter, in pacis direxit semitas: & eadem a nostræ promotionis auspicijs ad illius commoda, in omnes pretioso Christi redemptos sanguine, præcipue autem in Christiani nominis titulo insignitos, diffundenda pro viribus, eo magis accendit, quo salutem animarum (ad quam nos, & affectus intentio afficit, & debitum suscepti officij pastoralis astringit) speramus exinde liberius, & efficacius, diuina concedente clementia, prouenturam. Vnde quamprimum ad locum, in quo cum fratribus nostris sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus; quorum specialiter consilio utimur, & auxilio communimur; conuenire potuimus, nos; hybernis maris calcatis fluctibus, potentia diuina perduxit, nequaquam torpuimus otio, sed non sine graui amaritudine attendentes præfiguratum in piscatoris Petri rete, quod præ multitudine piscium rumpebatur, scissuram vniuersalis Ecclesiæ; quam in suis fidelibus, non in fide (pro qua ille, qui pro sua reuerentia est in omnibus exauditus, se rogasse testatur, ne deficiat fides eius) aperte videmus non solum damnose diuelli, verum etiam in eorumdem scissura calu & auersione fidelium periculose diuulsam, & ruinis grauibus deformatam; elaborandum summo opere fore putauimus: vt illo, qui est lapis angularis vtraque vnus faciens, & parietem vtrumque connectens, sua immensa pietate donante, salubris exquiratur & desiderata prouiso, per cuius prosecutionem, dicente Domino aquiloni: *Da; & austro: noli prohibere*; ipsa mater Ecclesia, suos afferens filios de longinquo, & suas ab extremis terræ scissuris coeuntibus, cadentibus releuatis, auersisque conuersis, ruinis impletis, & deformitatibus reformatis; dissidentium multitudinem in vnitatem fidei & vinculo charitatis vnita, iuxta prophetæ vaticinium, dilatet tentorij sui locum, fœnes tabernaculorum suorum extendat, & consolidet clauos suos: ad dextram & laeuam penetret semen eius, gentes hereditet, & desertas inhabitet ciuitates. Hoc est enim quod ab ipso largitore bonorum omnium profundis suspirijs petimus; hoc quod effusis lacrymis postulamus, vt ipse, in cuius vnitatem fundatur fidei vnitas, vnitatis ecclesiasticæ fundamentum, dicente Apostolo: *Vnus Dominus, vna fides*; suam sanctam atque catholicam ecclesiam redintegrando vnita, & vniendo redintegret, in sinu eius populis vniuersis Latinis & Græcis specialiter adunatis in fide integra, spe solida, & charitate sincera. Et quia hæc, si fons misericordiæ desiderijs nostris benigne annuerit, ad communem cederent vtilitatem omnium, communi ad ea deliberauimus consilio insistendum. Ideoque cum eisdem fratribus nostris, multisque alijs prudentia & veritatis amore pollentibus, deliberatione præhabita, propter hæc; & ad prouidendum vtiliter & efficaciter de necessario Terræ sanctæ saccurso, de generali morum reformatione, quorum deformatio in clero & populo nimis obrepisse videtur; nec non & propter alia quæ in cunctis Christi fidelibus speramus, auctore Domino, spiritualiter maxime ac insuper temporaliter profutura; de dictorum fratrum nostrorum

consilio synodum generalem vniuersis catholicis mundi principibus & ecclesiarum prælati, ad illam per nostras sub certa forma literas euocatis in kal. maij ab incarnatione Domini millesimi ducentissimi septuagesimi quarti, annuente Domino, indiximus congregandam. Super quo, licet ab exordio indictionis huiusmodi ad magnificentiam tuam literas & nuntios disposuerimus destinare; ipsorum tamen consulto suspendimus missionem, anxij expectantes, vt a te super ijs, quæ felices recordationis Clemens Papa prædecessor noster nouissime tuæ celsitudini scripserat, apocrifarijs receptis aliquibus, nostros plenius mitteremus instructos.

26 Nobis vero de tuorum apocrifariorum expectatione sollicitis, dilectus filius frater Ioannis de ordine Minorum a tua serenitate transmissus, bonus de terra longinqua nuntius superuenit, tuas nobis deuotione plenas, & lætitiæ causa non vacuas literas representans: in quibus gaudium de nostro, quem sperabas ad tuas partes aduentu, conceptum; & honorem ac reuerentiam nobis, vt patri affectuosissimo, a te ac tuis, velut a dilectis filijs, exhibendos; & subsecutum dolorem ex nostro transitu aliunde reuerenter exprimens, inter cætera inferebas, nos debere diligenter aduertere, qualem affectum & zelum tuum gerit, vt dicebas, Imperium ad pacem & vniõnem populi Christiani; sperans, sicut eadem literæ continebant, ex huiusmodi nostro aduentu, distantiam, quam inter pastorem & ouile sathanae induxit suggestio, dissoluendam: ac deinde in literis ipsis edicens, quod idem frater tuo dilectus Imperio, vt earundem literarum verba sequamur, enarraret ore tenus reuerentiam, quam gerit idem Imperium erga summam & Apostolicam sedem sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ matris tuæ; & maximum dolorem quem habes propter schismata, quæ intra ecclesiam Christi permanent dolorosa; & præcordialem affectum, quem obseruas thalamo cordis tui, pro pace ac vniõne populi Christiani; ac feruentem zelum contra omnes impios crucis viuificæ ac honorabilissimæ inimicos. Denum in calce literarum ipsarum eiusdem fratris verbis, tamquam ex ipsius ore prolatis Imperij, nos fidem adhibere plenariam petijisti. Sane tantæ ad nos tuæ deuotionis indicia, nobis in præmissis exhibita, valde nimirum gratanter accepimus; & laudabile tuum propositum & affectum ad reparandas ipsius populi Christiani scissuras, ac ipsa in indemnitate catholicæ fidei & charitatis glutino vniendum; nec non & recognitionem reuerentiæ debitæ præfatæ sedi Apostolicæ, ipsiusque Romanæ ecclesiæ matri tuæ, per fratrem & literas prædictos expressa, cum tanto maiori gaudio acceptamus, quanto id credimus Deo acceptius, populo eidem vtilius, & tuæ ac ipsorum saluti, nostrisque proinde affectibus plenius conuenire.

Adijcit quoque non modicum ad conceptam ex præmissis cordis nostri lætitiæ, quod huiusmodi laudabilem zelum tuum ad eiusdem populi vniõnem claræ memoriæ Ludouicæ Regi Francorum illustri, sicut intelleximus, apertius reuelasti, eidem patenter insinuans, quod tu, clerus, & populus tuæ ditioni subiecti; desiderantes ad obedientiam eiusdem ecclesiæ Romanæ redire, ipsique in eiusdem fidei professione vniri; ac varias super hoc ad eandem sedem literas & nuntios destinantes, quorum etiam aliqui in via detenti non peruenierant ad eandem; frequenter & humiliter ad id vos postulastis admitti, nec adhuc tuæ ac ipso-

Literarum
Palæologi
ad Grego-
rium sen-
tentia.

Commen-
data a Gre-
gorio pia-
illius stu-
dia.

Vt Palæo-
logus S.
Ludouicæ
concordiæ
interpre-
tem adhi-
buerit.

Arbitrū
cōtrouer-
sīe consti-
tuerit.

S. Ludoui-
ci pruden-
tia lauda-
tur.

Intermis-
sa res ob
Albanen-
sis episco-
pi obitū.

Adhorta-
tio Gre-
gorii ad
Palæolog.
vt copā
coniun-
tionem
rediret-
ret.

rum fuerat inst a nriæ satisfactum; apud eundem Regem multiplicatis super hoc literis & nuncijs instituti, petens instanter, vt ipse in tam pio & vtili negotio arbitri partes assumens, ad ipsius consummationem sollicita intenderet pietate: ac insuper, vt tuis verbis, prout nobis referuntur, vt amur, te velle Regem eundem arbitrum in hoc constituere, asserens promittebas, quidquid idem Rex super hoc diceret, te plene ac inuolubiliter seruaturum. Et vt plenius circa hoc tuū manifestares affectum, adiurasse diceris Regem eundem per asperionem sanguinis Iesu Christi, ne assumere onus huiusmodi recusaret: & ne secus faceret, ad summum Iudicem, vt ipse Rex in extremo iudicio coram eo de hoc rationem redderet, appellasse. Et licet idem Rex, prudenter attendens ac humiliter recognoscens, quod suum non erat tale in eodem negotio, quod specialiter pertinere dignoscitur ad eiusdem sedis examen, officium vsurpare; consulte responderit, quod in ipso nequaquam huiusmodi partes assumeret, sed pro ipsius consummatione, apud sedem ipsam libenter instaret; ac propterea literas & suos ad eandem sedem nuncios destinari, qui hæc omnia, ipsa tunc sede vacante, coram prædictis nostris fratribus retulerunt; ad quorum etiam pro parte ipsius Regis instantiam bonæ memoriæ Albanensi episcopo, tunc in partibus illis eiusdem sedis legato, super hoc plena commissio facta fuit; tamen ipsis Rege ac legato humana de hac luce forte subtrahitis, processus aliquis haberi non potuit per eandem. Habent hæc itaque multæ iuuentutis causam, & materiam exultationis in Domino representant. Si enim, prout est de tanto principe supponendum, de areano mentis, ori consonæ, in veritate procedant, verisimiliter credi potest, quod ille, qui vbi vult spirat, tuum ad tale tam vtilis vnionis desiderium animum inspirarit.

Quæsumus itaque, spiritum non extinguas, nec irrita facias, quæ ad eandem tuam matrem Ecclesiam & ad tantam principem, per diuersos, vt præmittitur, nuncios, & literas de tuis dicuntur labijs processisse. Sed attende potius, & in conspectu attentæ considerationis expande, quod ille, qui est verum caput corporis mystici, ecclesiastica videlicet vnitatis, iuxta illud Apostoli: *Omnes sumus vnum corpus in Christo*; instante suæ passionis articulo, pro hac sibi placida vnitatis legitur signanter orasse: *Volo, inquit, Pater, vt omnes in nobis vnum sint*. Si ergo iuxta Scripturæ sacræ testimonium, consilium eius stabit & fiet omnis voluntas ipsius, necesse profecto est, hanc vnionem impleri. Festina itaque, tolle moras, & consulte fac tui esse muneris, quod omnino alicuius futurum est temporis. Festina & considerans incertam humani temporis breuitatem, tantum bonum non vltra differendo procrastinans; ne forte, cum voluntas affuerit, ad perficiendum quod volueris, vita desit: sed celeriter viam salutis & pacis per desiderabilem cordi tuo (vt tam publice, tam laudabiliter profiteris) vnionem Latinorum pariter & Græcorum in vnus professione fidei & charitatis solidæ vnitatis tuis subditis aperi, tuis posteris præpara; & incomparabile meritum tibi sollicitè, ac prudenter, ex tam vtili tam salubri præparatione præoccupata. Considera, considera, quam intrepidus, quam securus in extremo iudicio coram tremendo Iudice, tantis ad eiusdem matris gremium tecum tuo ministerio reductorum stipatus cuneis, alijs tuis ad id concurrentibus meritis, apparebis; quam gratus adue-

nies, quam grater etiam admitteris, quando comitiua gratissima ornandus illorum; quos innumeros, vt speramus, de tam numerosa multitudine, quam ad illius ouile, ipso præstante, reduces, tandem ipse pastor bonus, qui pro eis animam suam posuit, in dilecta sua tabernacula, introducet; tu in eadem exultans & iubilans de suo munere introibis. O te felicem, si ad hæc te Dominus præparauit: si facultatem, quæ ad ex tibi data videtur, cum omni diligentia efficaciter prosequens, & de contingentibus nil omittens, multis ab olim ad eadem laborantibus per diuersos modos, & vias; tu in labores eorum introiens peruenias solus ad brauium, optatum illorum, finem obtineas, & inestimabilem gloriam, quam specialiter sequi debes, finaliter assequaris.

Cæterum vt sit incepti super ijs tractatus prosecutio, Deo adiuuante, facilior, & desideratus exitus promptior, felicitis recordationis prædecessorum nostrorum Urbani, & eiusdem Clementis Romanorū Pontificum gesta, circa instans negotiū habita, recensuimus diligenter: & eos prius de fidei veræ dogmatibus, quam de concordia inter eosdem Latinos & Græcos, in charitate mutua, solidanda, tractandum, euidentibus ad hoc inductis rationibus (licet aliud continere tua petitio videretur) elegisse comperimus. Nec indignæ, cum spiritualem vnionem fides initiet, dicente Domino per prophetam: *Sponsabo te mihi in fide, charitasque consummet, egregio gentium doctore restante, quod qui adhæret Deo, vnus spiritus est: vnus profecto cum illo; non tamen identitate substantiæ, sed gratiæ participatione, ac gloriæ. Memoratus itaque prædecessor noster Clemens apocripharijs & literis tuis ad ipsius præsentiam super huiusmodi negotio destinatis, benignè receptis; & tam secreto quam publice, prout eis placuit, plene ac patienter auditis; multisque alijs, eiusdem negotij vtilitate ac iustitia exigente, peractis; quæ ipsius prædecessoris Clementis literæ, per eosdem tuos apocripharios ad te missæ, ad tuam vt credimus notitiam deuoluèunt; demum, vt huiusmodi coniunctionis spiritualis initium ordinate procederet, idem prædecessor Clemens ad vtilem & finalem expeditionem tanti negotij, præmissum ordinem, quem rationibus probauerat, factò etiam approbauit. Et ne vltra contingeret, idem negotium per inefficacia verba deduci, manifeste in prædictis literis suis expressit, quid tibi, tuis clero & populo supradictis faciendum incumberet, vt reuerenter ad eundem sacrosanctæ Romanæ * sinum tu & ipsi sano fratri consilio rediretis; in eisdem literis verè catholicæque fidei professionem, quam eadem Romana firmiter tenet, fideliter docet, constanter prædicat, & publice confitetur Ecclesia; quamque a te, tuis clero & populo supradictis, idem prædecessor noster Clemens expositulans, te ac ipso profiteri; si velletis iuxta eius desiderium, redire ad Ecclesiæ vnitatem; ea insuper quæ circa eiusdem Ecclesiæ Romanæ primatum, ac ipsis tuis clero & populo acceptari & recipi voluit; plenius explicando.*

De ipsa præterea fidei professione, dictis tuis apocripharijs copiam faciens, clementer obtulit eisdem satisfacere, si super ea in aliquo dubitarent; adiecto nihilominus in literis supradictis, qualiter prouida deliberatione conceperat, aliquos in lege Dei peritos ad tuam præsentiam destinare, cum quibus tu, iidemque tui clerici & populus super præmissis conferre possentis: & quod, si nihilo-

minus aliquid tuum tuorumque animos concuteret aut turbaret; propter quod aliquid de contentis in præscripta fidei professione tui, vel ipsi vererimini profiteri; aliquos de peritioribus eorundem tuorum cleri & populi mitteres ad eundem, quibus se paratum obtulit, sicut eadem Romana ecclesia parata semper extitit & existit; omni possenti de ea, quæ in ipsa est, fide, ac spere reddere rationem.

Quamquam autem huiusmodi suos apocrisarios, pro eo quod aliqui ex eis, qui ad hoc fuerant de longinquis partibus aduocati, & ipsemet morte præueni fuerunt, non potuerit mittere ut concepit; tuam tamen excellentiam per easdem suas literas monuit; & varijs exhortationibus inuitauit instanter, ut sic studeres habilitare materiam, sic animos tuum tuorumque disponere, quod in eorundem apocrisariorum, quos ad te, ut prædictum, mittere sperabat aduentu; te ac prædictis tuis clero & populo præscriptam humiliter suscipientibus, & fideliter profitentibus fidei veritatem; facilis foret ad reliqua, diuina gratia fauente, processus. Ad quorum prosecutionem, & specialiter ad charitatis vinculum inter eosdem Latinos & Græcos solido fœdere confirmandum; si post receptionem & professionem eiusdem fidei, & postquam ad obedientiam eiusdem Romanæ ecclesiæ, tu ac ipsius tui cleri & populi redissetis, ad locum, de quo eadem Romana expedire videret ecclesia, generale concilium peteres conuocari; satis aperte spem tribuit, quod tuum in hoc desiderium adimpleret: non ad prædictam discussionem, vel nouam diffinitionem fidei, quam tamquam innumeris sacra paginæ auctoritatibus, numerosis sanctorum patrum sententijs, & Romanorum Pontificum stabili diffinitione firmatam, neque ipse voluit, nec nos intendimus, sicut nec decet, nec foret expediens, in dubium nouo ipsam exponendo examini, reuocare. Cuius seriem ad maiorem certitudinem, ne forsan eius copiam casus abstulerit, vel illius memoriam obliterarit obliuio; nec non & illorum, quæ circa eiusdem ecclesiæ Romanæ primatum, idem prædecessor Clemens a te, tuis clero & populo supradictis acceptari, & recipi voluit; licet eadem per prædictas ipsius prædecessoris Clementis literas ad tuam notitiam peruenisse credamus; præsentibus duximus annexendam, quæ talis est: *Credimus S. Trinitatem Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, &c.* [conceptam ipsius verbis hanc orthodoxæ fidei formulam in Clemente atulimus a, atque eide iterum repetere superuacaneum ducimus.]

28 Nos igitur debita meditatione pensantes, idem negotium, tam vtiliter, tam propenso consilio & exacta maturitate dispositum & electum; ad executionem ipsius, ab eisdem prædecessoribus nostris ordinem imitandum potius quam mutandum; dilectos filios religiosos viros fratres Hieronymum de Aesculo, Raymundum Berengarij, Bonamgratiam de S. Ioanne in Perséceto, & Bonauenturam de Mugello de ordine Minorum; viros quidem pauperes spiritu, sed diuites fide, mundi huius contemptis diuitijs, caterisque abiectis illecebris, post Christum simul in vnum diuitem & pauperem per suorum, quantum eis ab ipso conceditur, gradiendi semitam mandatorum, ipsum veram sapientiam imitantes; decreuimus ad tuam celsitudinem destinandos. Ideoque magnificentiam tuam monemus, rogamus, & hortamur in vnigenito Dei Filio Iesu Christo, per suæ crucis mysterium, & immensæ redemptionis

humana beneficium, in charitatis visceribus obsecrantes, quatenus ipsos benigne recipiens, & ad illum respiciens salutis & pacis actorem, qui operatus est in medio terræ salutem; qui oriens ex alto pacem sibi acceptam, & ab omnibus acceptandam euidenter ostendens, eam in ortu suo Angelorum ministerio bonæ voluntatis hominibus nuntiavit, & inter homines conuersatus verbo docuit, prædicauit exemplo; ut ad ouile Domini redeas, ac ipsos tuos clerum & populum, eo concedente reducas, tibi & ipsis quietem tribuas: innumerabilibus periculis animatum & corporum rerumque dispendijs, quæ guerrarum induceret, quam avertat Altissimus, horrenda calamitas, prudenter occurras; & de tam pij negotij consummatione, in æternum tibi memoriale constituas, huiusmodi saluarem vnionem Latinorum & Græcorum, quam tibi votiuam admodum euidenteris fateris assatibus, sedulis prosecutus assatibus; præscriptam fidei puritatem, immo puram, & solidam veritatem agnoscas: suscipias corde humili & sincero; coram eisdem fratribus apocrisarijs nostris profitearis ore veridico, ac fidei. Præmissum etiam eiusdem ecclesiæ Romanæ primatum, ad illius obedientiam spontaneus veniens, recognoscas, ipsum acceptes, & sponte recipias: prædictosque tuos clerum & populum, ipsam fidem similiter suscipere, profiteri, ac ad obedientiam ipsius ecclesiæ Romanæ venire; primatum eius recognoscere, ac acceptare procures.

29 Præmissis primitus adimpleris, ad memoratam synodum, cui vna cum alijs catholicis principibus te decebit, & nos desideramus, ac petimus interesse, in loco in quo ipsam congregari contingeret, ut ad cetera quæ imminet, ipso forma & tuo fidei consilio securius procedamus; vel personaliter venturus, si facultas affuerit, vel apocrisarios magnæ auctoritatis, & prudentiæ viros tuo missurus nomine, per quos tuum nobis super agendis inibi consilium reueletur. Peracta siquidem huiusmodi vtriusque populi, Latinorum videlicet & Græcorum, in prædictis professione fidei & recognitione primatus, tam sancta, tam desiderabili vnione; per quam præmissum tuum zelum laudabilem, a te verbis, & literis frequenter expositum, facto manifestabis; & probabis apertius, per quam nostrum & eorundem fratrum nostrorum aliorumque Latinorum tibi animos attrahere poteris, & in ijs quæ agenda supererunt, nostrum, & ipsorum fauorem, in quibus sine offensa Dei prestari poterit, merito vendicare; ad præmissa solide roboranda commodius, & ad tractatum charitatis inter ipsos Latinos & Græcos, radicibus zizaniorum euulsis, omnibusque discordijs, Domino annuente, sedatis, inuiolabiliter solidanda tanto efficacius, tantoque fauorabiliter intendemus quanto liberius tibi de regione dissimilitudinis iam reueris; post productam in spe recuperandæ innocentis Itolam primam, post annulum in manu tua ex fidei professione positum; descendere poterimus, & sine conscientia læsione rationalibus acquiescere votis tuis. Sic namque præmissa cordi nostro insident, sic ad ea totis præcordijs aspiramus, ut pro eorum executione non solum labores impendere, sed etiam superimpendi modicum reputemus.

30 Propter quod licet tam tibi & tuis hæc via salubrior, quam ipsius negotij qualitati sit aptior; cum fidei puritas consensum purum ac liberum exigat, & conditionem aliquam non admittat; tamen si peccatis exigentibus populi vtriusque non-

Pontificiæ sollicitudinem collocaturum pro conciliando Carolo, promittit Gregor.

Ingenus ad dium ipsius lucrati Christi demōstrat

Propositiū
Gracis
post initia
ecclesiarij
conijun-
tionem
concilij
celebratū
iii.

An. Cbr.
1267. nu.
75.

Missi a
Gregorio
nuntij.

dum datum est desuper, vt ad ea prædicto modo complenda tuos tuorumque animi sint parati; nos non intendentes idem salutare negotium desperatione præcidere, sed saltè manu ductione, qua possumus, promouere, tolerabimus patienter. Quod si velis ad sedem eandem ante prædictam synodum vel in ipsa synodo (vt ibi ordine suo prædicta omnia, tam circa professionem fidei cum recognitione primatus eiusdem ecclesiæ Romanæ, quam circa ipsos Latinos & Græcos, dissensionis cuiuslibet inter eos sublata materia, in charitate mutua vniendos plenius & solidius compleantur) tuos apocrifarios destinare, ad eadem pro te ac ipsis tuis clero & populo facienda secure cum potestate plenaria; solemnes, prout facti qualitas exigit, mittas apocrifarios ad præmissa. Volumus tamen quod prius tam tu serenitatis tuæ apices, quam omnes, vel saltem patriarcha Græcorum, & aliqui alij maiores prelati eiusdem Imperij, prædictis nostris nuntijs in forma, quam destinamus sub bulla nostra, per ipsos tibi, cum te ac eosdem tuos clerum & populum ad hæc procedere velle patuerit, ostendendam; literas concedatis, de præmissis professione fidei, & recognitione primatus eiusdem ecclesiæ Romanæ primo apud nos per eosdem solemnes mittendos apocrifarios, (Domino viam ad sedandas inter eosdem Latinos & Græcos discordias, alias demonstrante) tuo & tuorum nomine infallibiliter faciendis; & postmodum per te, prælatos omnes, ac tuos clerum, & populum supradictos, cum a sede ipsa mandatum fuerit, personaliter iterandis. Nos enim eosdem tuos apocrifarios, concessis prædictis tuis apicibus & prælatorum literis, destinandos recipiemus alacriter, charitatiue tractabimus, & ad consummationem præmissorum cum omni diligentia, prout Dominus concesserit, procedemus: & nihilominus super sedatione discordiarum ipsarum, tam per ipsos apocrifarios, quos ad præsens mittimus, quam per alios hinc inde mittendos, poterit interim tractatus haberi; & exquiri diuersæ viæ ac modi, qui ad expeditionem faciliorem idem negotium, fauente Domino, præparabunt.

Quia vero cordi nobis est de ipso negotio saltem in eadem synodo prouidere salubriter; & ideo desideramus, quod dudum ante ipsam ad nos de illorum exitu, felici vti nam, proueniat certitudo; celsitudinem tuam affectuose requirimus & rogamus instanter, vt eosdem fratres apocrifarios nostros, feliciter & sic celeriter studeas expedire, quod redeuntes cum tuo certo ad præmissa responso, dictum tempus pro eiusdem synodi congregatione præfixum, adeo valeant commode præuenire, quod ad eiusdem negotij prouisionem ante ipsam synodum possit, vt decet, habilitari materia sufficientis ad hoc temporis opportunitate concessa. Scire quidem te volumus, quod si eosdem nostros nuntios contra huiusmodi nostrum desiderium retardari contingat, nos, de tua responsione incerti, tam utilis negotij prosecutionem per vias, quas ad animarum salutem Dominus aperire dignabitur, propterea nec omittere intendimus, nec differre. Datum apud Vrbe vetere *ix. kal. nouembris anno i.* His Palæologum a schismate abducere nitentur Gregorius: qui simillimis literis patriarchæ significauit a, kalendis maij anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quarto concilium ob vrgentissima Ecclesiæ negotia indictum: ad quod, vt cum præcipuis præsulibus Græcorum accederent,

rogauit. Legatis vero quemadmodum cum Imperatore se gerere deberent, præscripsit a, vt post editam fidei professionem ac primatum agnitum, ad id præstandum Græcos adducturum sacramentum polliceretur, tum Imperatoris apocrifarij diploma pontificium ruti, & liberi comatus tribuerent b. Quo argumento sanctissimus Pontifex ad Carolum Siciliæ Regem literas dedit, quibus de cæpto Græcorum cum Romana ecclesiâ coniunctionis tractatu certiore factum deprecatus est, vt Constantinopolitanis oratoribus venientibus itinera omnia aperiret, saluosque & incolumes tueretur.

31 Coniungemus hic alia ad Palæologum hoc anno spectantia: quem belli Latini terrore vrgere meditatus videtur Gregorius ad ventilatam toties Græcorum ad Ecclesiam reditus causam absoluendam. Cum enim inducias a Venetis cum Palæologo antea initas iam effluere, ac Græcum de ijs producendis apud Venetos instare accepisset, repetitis frequentibus ad Laurentium Teupulum ducem Venetorum literis rogauit, ne inconsulta sede Apostolica inducias, vel fœdus cum Palæologo coiret: cum maxime ex eo Christianæ reipublicæ damnum ingens infligeretur. Sed nullum responsum pontificijs literis dante duce, grauioribus eum querelis perstrinxit c Pontifex, acceptum nuper absolutionis beneficium obliuione deleuisse; tum mixta precibus imperia adiecit, ne ijs inducijs consentiret: *De tua, inquit, filii, discretionem non possumus non mirari, quod cum te nuper ad sinum matris Ecclesiæ sic gratiose, non sine aliquorum magnorum murmure, duxerimus admittendum, in hoc tibi affectionem, quam ad te gerimus, non modicam ostendentes; tu quasi tam immemor beneficij tam recentis, & velut ad exhibitionem tanta affectionis ingratus; ad varias nostras tibi & dilecto filio communi Venetorum directas literas, super treugis inter vos & Palæologum inibendis, respondere hactenus non curasti; mandata nostra reprehensibili silentio, vel damnabili contumacia negligendo. Quia vero cordi nobis est, vt ab huiusmodi treugis cum dicto Palæologo tu & dictum commune abstineatis omnino, sicut ipsa literarum super hoc inculcatio manifeste indicat, & contenta in illis nostræ voluntatis expressio manifestat; nobilitatem tuam monemus, rogamus, & hortamur attentè, tibi nihilominus districte præcipiendo mandantes, quatenus ob reuerentiam Apostolicæ sedis & nostram studiosam operam & operosum studium cum omni diligentia, qua potes, impendas, vt a tractatu treugarum huiusmodi contrabendarum, vel producendarum in longius penitus desistatur. Quo argumento ad Petrum Venetorum ducis filium scripsit d, gratulatusque est suam illum voluntatem pontificiæ accommodasse; vtque ad eas inducias noxias Ecclesiæ discutiendas nauaret operam, & quid demum perfectum esset, ipsum literis suis quamprimum faceret certiore, hortatus est.*

32 Solicitatos ad pacem Venetos a Palæologo fuisse, etiam meminere Veneti historici: atque ad ineundam ab ijs gratiam, quos in vinculis tenebat, restituisse libertati. Nec minus Balduinum & Carolum Siculum Venetos de firmando fœdere pro recuperanda Constantinopoli interpellasse, narrat Andreas Dandalus e sub quarto Laurentij Teupuli anno, qui in præsentem incidit: *Eodem, inquit, tempore apocrifarij Michaelis Imperatoris Græcorum quingentos homines Venetos, quos in galeis fundatorum Nigropontis ceperat, duci offerunt, & renouationem treuga requirunt. Tunc etiam*

Præscri-
pta Græ-
cis ratio
qua gre-
gium ec-
clesiæ sint
repetituri.

la 16. ep. 39
Patriar-
cha Con-
stantin. ad
concilium
vocatus.

a Ep. 38.
Data lega-
tis ad tra-
standum
cum Græ-
cis imper-
ria.
b Ep. 40.
Ep. 41.
Carolus
Siciliæ
Rex Græ-
cis liberè
commen-
tū iustit
permissu
re.

c Extrani
eius lit. in
cod. Valli-
fig. lit. Co-
49. p. 109.
Gregori-
ad Venet-
lit.

d Ibid.

Baldus
Imp. & Ca-
rolus Rex
Venetiarum
de conuen-
do fœdere
solicitatos.

e And.
Dandalus
lib. 10. c.

etiam ambasciatores Balduini Imp. Constantinopolitani & Caroli I. Regis Sicilia, qui filiam suam Catharinam Philippo primogenito Balduini in conjugem dederat, Venetias accedunt, & colligationem Imperij Romania a duce petunt. Dux vero per suos legatos utriusque respondere promisit, & cum duabus galicis legatis Græcorum Constantinopolim transferi fecit. Postea Balduinus Imp. obiit, cui Philippus filius successit. Ad restituendum Imperio generum ingentem postea apparatus instruxisse Carolum; sed Palæologum Prochytae suasu, adiuto ære ingenti Petro Rege Aragonum, ut Siciliam inuaderet, periculum discussisse, inferius videbimus. Nunc ab orientali Imperio ad occidentale orationem traducamus, cuius miserimus status cum esset ob diuturnum interregnum, voluebat animo Gregorius in œcumenica synodo, decisa principum consilio veteri controuersia, illud pristina restituere dignitati.

33 Miserat Alfonsus, sublato e viuis Richardo Imperij amulo, ad summum Pontificem oratores, qui suo nomine flagitarent, ut ipsum ad Imperiale diadem a solenni ritu conferendum vocaret, omniaque gesta, quæ ipsius detrahebant dignitati, rescinderet; cum seruatis omnibus iuris circumstantijs in Regem Romanorum electus esset: tum principes electores electionem aliquam nouam moliri vetaret. Denique ea re Apostolicæ sedis iudicio permessa publice professi sunt Castellæ Regis oratores, se ad eandem sedem, ne electores aliquid noui in ipsius damnum pertarent, prouocare. Quæ cum in Cardinalium consensu agerentur, visum est a decidi rem non posse, nisi Richardi electoribus excitis, cum ad eos de eo eligendo, qui in Imperatorem vngendus erat, pertineret: cum vero integra eorum essent iura, posse ad electionem alterius conuenire. Quod si facerent, atque interea Pontifex Castellæ Regem corona Imperiali redimere, grauissimam discordiam emerfuram, ac forte equitate cogente, latam sententiam rescisum iri. Ceterum quod Richardus sublatus e viuis esset, nullum ipsius causæ nouum ius adiectum; ac nurare adhuc Imperiale in illo dignitatē, si ab ipso principio nõ iustis suffragijs delata Alfonso fuisset.

Illustri Regi Castellæ ac Legionis in Romanorum Regem electo.

Dilecti filij frater Aldemarus de ordine Prædicatorum, & magister Fernandus canonicus Zamorensis, tui procuratores & nuntij, habentes a te sub tuo sigillo liberum & generale mandatum ad petendum pro te ac tuo nomine a nobis, & fratribus nostris, sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus, inunctionem, consecrationem, & Imperij coronam; ac assignari tibi diem ad recipiendum eandem, & ad petendum fauorem ipsius Ecclesiæ, tibi medio tempore impendi pro iuribus & honoribus Imperij prosequendis, & etiam conseruandis: ad petendum etiam cum instantia reuocari, quicquid in præiudicium tuum, vel iuris in Imperio tibi debiti, post electionem de te factam, & consensum a te præstitum, per aliquem, vel aliquos extitit innouatum circa iura Imperij, vel aliquam eius partem in tuum præiudicium, & grauamen; in nostra & eorundem fratrum præsentia constituti tuo nomine petierunt, ut te ad recipiendum inunctionem, consecrationem, & coronationem in Imperatorem vocaremus: & assignaremus tibi certam diem, qua venires prædicta omnia recepturus: quodque tibi debitum, & consuetum fauorem medio tempore præstaremus, & hoc faceremus secundum formam, & iustitiam

consuetam. Dicebant autem id debere concedi pro, eo quod qualis & a quibus, & sicut, & ubi debuit, fueras in Romanorum Regem electus, in Imperatorem postmodum coronandus: prædictis quoque secundæ petitionis articulum adiungentes, videlicet ut ea quæ post electionem tuam & consensum adhibitum circa iura & possessionem Imperij, vel aliquam eius partem tibi quæsitam, per aliquem vel aliquos innouata fuerunt, deberent in irritum reuocari: cum iure tuo, possessione, vel quasi priuari non debeas, sine causa. Tertio petierunt, quod inhiberemus Imperij electoribus, ut prima petitione durante, ad aliquem alium non procederent eligendum de facto, cum de iure non possint. Et demum huiusmodi tertiam petitionem nostro arbitrio committentes, protestati fuerunt, quod prædicti electores, ad aliquam aliam electionem procedere non deberent in tuum præiudicium & grauamen: & ne contra fieret, sedem Apostolicam appellarunt, asserentes ex causis se legitimis appellare.

34 Cum autem ad inuestigationem veritatis, super huiusmodi petitionibus, in consistorio publico cum ipsis tuis procuratoribus, & alijs iuris peritis, eisdem in prosecutione tui iuris assistentibus, quasi familiariter conferremus, inter cætera tangebatur, quod claræ memoriae Richardi in Romanorum Regem electi electoribus nõ vocatis, vel saltè denunciatione aliqua non facta eisdem, non erat ad expeditionem petitionum huiusmodi procedendum: cum eorum videatur specialiter interesse, ut ipse cum iuris eligendi Regem Romanorum, in Imperatorem deinde promouendum, sibi vendicent, & in pacifica esse dicantur ipsius possessione, vel quasi. Ex quo etiam arguebatur, non posse, nec debere inhiberi eisdem, quo minus huiusmodi sua possessione libere vterentur; alium, si eis videretur expediens, eligendo. Ex hoc insuper manifesta quædam tua ratio videbatur insurgere, per quam dictæ petitiones videntur non esse aliquatenus admittendæ: quia si contingeret easdem petitiones admitti, & interim dictos electores in alium consentire; cum non possemus electo taliter audientiam sine iniuria, & graui scandalo denegare; cogere mur habitum pro te recensere, & forsitan vrgente iustitia reuocare processum, quem, petitiones admittendo prædictas, iustum videremur antea censuisse. Ijs & alijs in collationem deductis huiusmodi, receptisque quibusdam allegationibus ab eisdem tuis procuratoribus super illis tandem actis, & statu eiusdem negotij sollicitè repetitis; inuenimus per quemdam magistrum de Podio Bonizi procuratorem tuum, articulos diuersos oblatos, & ipsum procuratorem se admitti ad probandum eisdem in Alemannia, Francia, Hispania, Italia, & nihilominus in curia Romana tuo nomine cum instantia postulasse; ac ipsos & alios quos dilectus filius magister G. de Corneria procurator memorati Richardi eius nomine obtulit, per felicis recordationis Clementem Papam prædecessorem nostrum, de fratrum suorum consilio fuisse, prout facti qualitas suavit, admissos: & tandem assignato vtriusque partis procuratoribus tui & memorati Richardi nomine ad probandum eisdem articulos termino propter impedimenta varia circumducto, demum iterato ad multam tuorum specialiter procuratorum instantiam, ad idem alium præfixum terminum, & in prædictis prouincijs assignata loca, in quibus testium productio fieret, ac examinatores ipsorum nihilominus deputatos.

35 Et quia inter moras, eodem prædecessore

Rescindenda quæ post ipsius electionem contra eum tentata.

Prohibendos electores, ne tertium eligant.

Respondetur, Richardi electoribus non vocatis, rem diuini non posse.

Imminere graue periculum, si principes electores tertium eligant.

Philippus Balduini filius Caroli filiam sibi desponsat.

Balduini II. mors.

Alfonso Rex Castellæ pro obtinendo Imperio agit apud Gregorium.

Lib. 1. cap. 35. & cod. v. ill. sig. 110. c. 49. pag. 26.

Missi ab eo oratores.

Postulante conferendi diadematis die designari.

Nullū ius
ex Richar-
di obitu
Alfonso
accesisse.

Proponi-
tur an ve-
lit ius ad
Imperiū
probare,
an cedere.

Renunt
Alf. orato
res Ponti-
fici ut iudi-
cise sub-
ijcere.

Petita si-
ne proba-
tionibus
admitti
flagrant.

Ea iniusti-
tiae arguit
Grego-
rius.

re viam vniuersæ carnis ingresso, nullus circa proba-
tionem eorundem articulorum ex præmissis ha-
bitus est processus; cum nullum de iure sit dubium,
iuri tuo nihil ex dicti Richardi obitu accreuisse,
quia electio tua vires ex post facto non assumpsit, si
nequaquam a principio habuisset; nec ex casu par-
tis alterius fulcimento aliquo indigeret, si rite fue-
rat celebrata; prædictos fratrem & canonicum
tuos procuratores publice in eodem consistorio
interrogauimus, vtrum vellent præfatis articulis
pro parte tua oblati insistere, ipsosque probare;
an eisdem renunciare, seu ipsis omissis, quasi es-
set in huiusmodi conclusum negotio expectare si-
nalem ordinationem ipsius. Verum ipsi dicentes,
quod ad ista respondere non poterant, nec debe-
bant, vtpote ad petitiones duas primo proposi-
tas deputati, & ad instrumenta & chartas, quæ ha-
bebant, in curia ostendenda, & ad responsionem
super dictis petitionibus audiendam; demum literas
& instrumenta quamplurimum magnatum de
Alemannia, & aliquarum ciuitatum, & singula-
rium personarum de Italia, vt dicebant, & earundem
literarum series præterevidetur; in nostra
& eorundem fratrum præsentia exhibere cura-
runt: protestantes expresse, quod, etsi præmissa, vt
eorum verba sequamur, facerent coram nobis
tamquam coram iudice, qui petita facere poterat
& debebat secundum iustitiam consuetam in
alijs promouendis ad coronam Imperij a nostris
prædecessoribus obseruatam; non tamen hoc pete-
bant nec exhibebant, nec faciebant coram nobis,
vt in figura iudicij; sed de plano ad instru-
ctionem & informationem nostram & fratrum no-
strorum super iure tuo, & exhibitione iustitiæ
consuetæ: ac in super asserentes, quod credebant
ex eisdem instrumentis & chartis exhibitis, & ex
ijs quæ per ipsos proposita fuerant, coram nobis
& per alios tuos & Imperij nuncios coram no-
stris prædecessoribus, a quindecim annis circiter;
nec non & ex qualitate facti, quod publicum per
famam, immo notorium cõmuniter reputari dice-
bant; nos & eosdem fratres nostros super iure ac
iustitia tua sufficienter instructos petierunt, insi-
sterunt, & etiam supplicarunt, vt dictas petiti-
ones dignaremur admittere cum effectu, & ad eas
vtiliter & celeriter respondere, saluis protestatio-
nibus omnibus, quas in hoc negotio ipsi tam in
propositione publica, quã priuata proposuerunt,
in suo robore duraturis: cum tamen frequenter
protestati fuissent, quod nequaquam renunciare
probaionibus intendebant; sed, si opus esset, po-
tius vti eis.

36 Sane licet nos debitum non vrgeret officij,
dictos tuos procuratores instruere, sed iuxta
qualitatem petitorum respondere sufficeret ad
petita; illa tamen, quam ad te gerimus, coegit af-
fectio, vt benigne tecum & cum ipsis agentens;
ne votiuam nobis instantis expeditionem negotij,
per ineptas petitiones contra nostrum desiderium
contingeret impediri; eis præmissæ primæ petiti-
onis ostenderemus ineptitudinem, nec secundæ
iniustitiam taceremus. Siquidem prima petiti-
o cum ipsius negotij decisionem exigat cum prote-
statione, quod adhuc probaionibus vti liceat, se
non compatitur, nec cum ipsa concurrat. Siue
namque ipsam admitti, siue finaliter & decisiuè
repelli contingeret, post decisum alterutro modo
negotium, nullus profecto locus probaionibus
superesset, nec probaionum facultate pendente:
sed demum post renunciationem probaionum
expressam vel conclusionem saltem explicitam,

seu interpretatiuam ex iure, sunt negotia finali
calculo terminanda. Secundæ vero petitionis ini-
iustitia proculdubio late patet. Quomodo enim,
dū de iure, quod in Imperio tibi asseris acquisitū,
pendet examen, procedere iuste potest illa peti-
tio, qua pro parte tua petitur, reuocari quidquid
innouatum est in præiudicium iuris tui? Cum
illud adhuc incertum sit, & ex incerto iudiciorum
pendere videatur euentus: maxime cum caueatur
in iure petitori, pendente controuersia super rei
dominio alicuius interim ipsius rei ratione ius
aliquod vendicanti, exceptionem obtare, ne
maiori quæstioniffiat præiudicium per minorem.

37 Porro cum ad vicariam in Tuscia charissi-
mo in Christo filio nostro Regi Sicilia illustri eius-
dem sedis auctoritate commissam, & potestarias
in quibusdam Tusciæ ac Lombardiæ ciuitatibus a
Rege ipso eiusdem sedis tolerantia, seu permissio-
ne susceptas, ipsius petitionis feratur intentio,
prout eam proponentium expressio continebat,
expresse supplicantium quidquid circa illas factum
fuerit, reuocari; ex hoc eiusdem petitionis iniusti-
tia euidentius apparebat, quod auctoritatis com-
memoratio, eidem Regi præstita, in præmissis
manifeste docebat. Dudum siquidem dictus præ-
decessor noster prudenter attendens, quod cum
ad prelatos omnes & episcopos maxime spectet, in
suis diocesibus exhortationibus prius, & demum
sua iurisdictione ac auctoritate reuocare ad con-
cordiam discordantes; ad ipsum singulariter per-
tinebat in vniuersali Ecclesia cunctaue congrega-
tione fidelium pacem quærere, ac ipsam
facere diligentius obseruari; & potissime in eis-
dem Tusciæ ac Lombardiæ partibus, quæ Imperi-
ali destitutæ regimine, in ijs prouisionem ipsius
& dictæ sedis specialiter expectabant; de ipsorum
fratrum consilio salubriter ordinauit, vt incolæ
partium dictæ prouinciæ Tusciæ, ipsi subiectarum
Imperio, iurarent pacem se inuolabiliter seruaturus,
& eam studerent fideliter obseruare: non in-
tendens, quod per hoc aliquis sui iuris prosecu-
tionem omitteret; sed vt illud non viribus sed iu-
ribus prosequeretur coram iudice competenti:
ne si quisquam sine sui magistratus imperio sibi ius
dicere propria temeritate præsumeret, pacem
prouinciæ, non absque graui aliorum dispendio,
perturbaret.

38 Pacis autem huiusmodi eundem Regem a prin-
cipio constituens seruatorems; deinde vt in cõmissa
sibi prouincia singulis suam reddendo iustitiam, pa-
cem melius conseruaret, cum pax iustitiæ sit opus,
& fructus ipsum vt haberet exhibendo omnibus
iustitiæ potestatem; vicarium sub certa forma in
eadem prouincia Tusciæ constituit generalem: &
demum, cum post labores innumeros, & expen-
sas non modicas, reductis rebellibus per suum
ministerium, toti eidem prouinciæ pax saltem pu-
blica proueniret; idem prædecessor regiminis Re-
gis ipsius utilitate pensata, patienter tolerauit,
seu non indigne permisit, eundem potestariæ offi-
cium in ciuitatibus Lombardiæ, quæ illud sibi of-
ferrent, licite recipere ac libere, prout suaderet
iustitia exercere: potissime cum secundum con-
uentiones habitas inter Ecclesiam & ipsum in con-
cessione regni Sicilia sibi facta, ipsas recipiendi fa-
cultas non adimatur eidem; dum tamen in mai-
ori parte ipsius prouinciæ dominium non præsume-
ret usurpare. Iniuste itaque dicebantur innouata,
& proculdubio petebantur iniustius, maxime tuo
nomine, cum de iure tuo nondum constet, vt præ-
dicatur, reuocari ea, quæ tanti auctoritate præ-
toris

Nec
nus
qu
depo
dant
riarū
rolli
lia rō
di.

Iuste
a Cle
te con
cutus

Vt C
prim
pac
mun
man

Dein
rijg
lis.

De
pot
ria
null
bib
dicit

toris, ex causa tam rationabili sunt concessa. Caterum memorati tui procuratores & nuntij super ijs patenter & diligenter admoniti explicite responderunt, quod prædictas petitiones nec moderari poterant nec etiam variare, utpote certo a te super illis mandato recepto. Regalis igitur excellentiæ circumspectio colligat, quæ de præmissis, exigente iustitia, responsio subsequatur: cum primam earundem petitionum, tamquam sibi contrariam & ineptam sua ineptitudo repellat. Secundam vero, velut euidenter iniustam iustitia manifesta confutet. Et ideo ipsas, quantumcumque tui zelemus honoris augmentum, considerato eiusdem statu negotij, de ipsorum fratrum consilio non duximus admittendas. *Dat. apud Urbem ueterem xvi. kal. octobris pontificatus nostri anno I.*]

39 Non repulsam modo imperialis inuentionis passus est Alfonsus Castellæ ac Legionis Rex; verum etiam demum iure omni abire, ne pontificia sententia illius causa damnaretur, compulsus. Cumque in Italiam post Richardi mortem Hispanas copias, qui Gibellinam factionem tuerentur, iuraque imperialia occuparent, submisisset; Pontifex, qui pacis in Italia reuocandæ, bellique in Asiam transferendi desiderio summo tenebatur, Aquisi archiepiscopo A.S.L. in eas censurarum distringendarum prouinciam dedit: *Tam, inquit, contra incolas eiusdem prouinciæ, de Insubria loquitur, quam contra quoscumque Hispanos, Theutonicos, vel alios eandem prouinciam ad turbandam pacem ipsius ingredi præsumentes; & ipsorum audaciam per censuram ecclesiasticam, & alijs remedijs, de quibus expedire uideris compefcendi, plenam & liberam fraternitati tuæ tenore præsentium concedimus potestatem, &c.*

40 Permoerat Pontificem ad creandum illum legatum infelix rerum Italicarum facies, ut bella plusquam ciuilia ex Italia pelleret. Insu- bres enim in factiones diuisi mutuis se cædibus at- terebant. Nec prouincia modo, sed ipsæ vrbes cõ- trarijs studijs laniabantur: inter quas Placentia calamitatis exemplum extitit. Bononienfes ac Veneti multis se conficiebant prælijs: iterumque Veneti ac Genuenses maritimum sibi bellum in- ferebant. Etruria Guelphorum ac Gibellinorum veteri ac familiari malo torquebatur. Quas dissensiones sanctissimus Pontifex, ut primum Italiam attigit, sopire in animum induxisse, legato in literis de munere ei imposito traditis significat. Cum illud obire Aquisi archiepiscopus, atque ad populos in mutuam concordiam adducendos strenue operam dare cœpisset, maximas difficultates a pacis publicæ hostibus passus est. Ad quas superandas hortatus illum est Gregorius b ut omnes conatus confunderet, atque hæc Insu- bria ob oculos proponeret, inculcassetque.

41 *De singulis partium earundem idoneis ad hoc ambassatoribus competenti in loco ad tuam præsentiam euocatis, primo ipsis prudenter & patenter exponas, quod cum ad reformationem specialiter pacifici status mundi generale concilium mandauerimus certo tempore congregari; & siue in Italia, siue ultra montes ipsum celebrari contingat, venturis ad illud viarum est præparanda securitas; decet ipsos sollicite laborare, ut in partibus ipsis discordiarum turbines, vel per solidæ concordie vinculum tollantur omnimodis; vel saltem per treugarum remedia cessent ad tempus. Deinde ipsis utili commemoratione suadeas, quæ tantis animarum periculis & corporum, rerumque dispendijs per domesticas simultates & plusquam ciui-*

lia bella patuerint: quodque, si eos in antiqua guer- rarum dissidia recidere, fortuna nouercante, ne ip- sorum dixerimus malitia exigente, contigerit; eo mo- lestiores proculdubio sentient recidua collisionis in- sultus, quo solet esse recidenti præfecto deterius, quam cadenti. Nec omittas illis aperte suggerere, ut op- pressionibus innumeras casuum aduersorum, quibus eos exacti temporis tempestas inuoluit, in meditatio- nis sollicitæ scrutinio recensentes; & considerantes at- tente quantis laboribus quantisque sumptuum oneri- bus se ab illis, dum ipsorum eos moles opprimeret, redemisset; quantisque redimerent si, quod absit, in casus similes tantorum malorum principia, quæ iam patulo in ipsis partibus patere dicuntur, neglecta re- ducant: sed illis studeant obstrare celeriter, paucos ad- huc quietem turbantes ipsorum ad pacem, si fieri po- test, reduciendo pacifice, vel castigatione debita viri- liter compellendo, quod per longas moras nequa- quam periculosus conualiscant. Addit Insu- bres eo facilius ad pacis consilia adducendos, quo in con- cilio œcumenico de publica pace agenda ferendæ sint leges. Præterea subiicit, ut in quoscumque, qui pacem in ijs regionibus disturberent, censu- ras distringat: ac maxime in Vbertinum de Lando, quem Pontifex nullis monitis, nec incusso censu- rarum terrore, ad pacem amplectendam inflecte- re potuerat. Dedit a etiam alijs literis imperia, ut non modo contra incolas prouinciæ, verum contra Hispanos etiam ac Germanos, publicæ pacis turbatores, animaduheret.

42 Egregiam uero ad id nauasse operam, ostendunt literæ b ad magistratû Mediolanensem datæ, quibus gratulatur, ad pacem amplectendam flexisse ciuium animos, atque ad illam apud cæte- ros adducendam egregiam operam dedisse, maxi- meque apud Brixianos, quos ad legati apostolici excipienda imperia permoerat. Eundemq; Me- diolanensem præfectum alijs literis c rogauit, ut adducet in extremum discrimen Placentiæ succur- reret: cû maxima ex illius vrbs euerfione pericula toti Insu- bria imminerent. Describit Pont. d cala- mitosissimû illius vrbs statû, quæ olim inter Italia ciuitates opibus ac populi multitudine effloruerat, tû uero mutuis ciuium cædibus attrita ac deforma- ta erat: ex quo Gibellinorû furore abrepta Vber- ti Palauicini hostis Ecclesiæ tyrannidi se subiecerat. Ita enim Placentinos alloquitur.

43 *Impleiur in ea illud propheticum: Contritio & infelicitas in ujs eorum; qui pacis semitas non cognoscunt. In ys quidem, licet prophetica uox doctrina custos communiter instruat, uos tamen singulariter euidencia * ueritas experimētalis infor- mat. Qualiter enim ciuitatem uestram sciderit in- ueterata dissensio, quam grauitur lacerarit; que in- super animarum pericula, quas strages corporum, quanta induxerit rerum dispendia; uos non aliter quam expertos expedit admonere. Nostis etenim, ut singularia non facile numeranda dispendia taceamus, ciuitatem ipsam dudum uirorum prædiorum uirtutibus, & diuitiarum fecunditate præclaram, claritate conspicuam, & ipsorum abundantia in conspectu omnium gloriosam; nunc multis ex suis ciui- bus in præmeditatis, hinc impetuose, hinc insidiosè subtrahitis, castrisque ad uos ac ipsam spectantibus, & quampluribus nobilibus ipsius edificijs nunc sub- uersis hostiliter, nunc succensis immanter; debilita- tam incolis, ope attenuatam & opibus, intestinis dis- sidijs laceram, & immanitate dissidentium taliter la- ceratam, ut in se ipsa euidenter experta, quod inimi- co familiari nulla pestis efficacior ad nocendum, ama- re defleat, grauius manus similiter nocuisse domesti-*

Vberinus turbari auctor.

Censuris deuinctus

a Extat ib. p. 90.

Hispani Germani que infestantes In- subriam

ijs percel- li iusti.

b Extant ib. pag. 93.

Mediola- nenses pa- ci studēt.

c Ext. ibid. ead. pag.

Ad opem ferendam Placenti- nis excita- ti.

d Lib. I. ep. cur. 20.

Extat e- trum in- cis. cod.

Vall. c. 49.

pag. 86.

* ueritatis

Excusat se apud Alf. Gregorius, si eius postu- lata repu- lerit.

Submitte ab Alfonsi in Insu- briam co- pia.

a Extant eius lit. in eod. M. S. Vall. pag. 90. Ad eas re- primēdas creatus a Gregorio legatus.

Pacandis exortis di- scordijs in Italia iul- tus incum- bere.

Lib. I. ep. 33.

Plures sibi aduerfian- tes pati- tur.

b Extant eius lit. in eis. cod. Vall. pag. 89.

Vrbium oratores ad se uoca- re iube- tur.

Exponere necessariã ad cele- brandum concilium innumerum securitatē.

Indicere ad repus- ndu- cias.

eas, quam imperantium hætenus & aliorum ipsam persequentium dexteris inimicas.

43. Nostis quod per huiusmodi seditiones & odia inquietudini ac periculis exponuntur anima simul & corpora; & bona nihilominus vastata . . . testante, quod in concordia crescunt res minime, in discordia maxime dilabuntur. Et utinam, filij, consultius aduertatis; unde tam grauis, tam seua in vos pestis irrepfit, & unde inter vos, velut inter hostes infestios, descendiit rabies sic hostilis. Profecto non potuit in vos hætenus cuiusquam potentia mala, quæ vos ipsi alterutrum ad interuersionem vestram per peccatorum, ut creditur, demerita congestistis. Pro eo namque, quod abijisse videmini post turbati animi prauitatem, videtur & vos Dominus cibasse absynthio, & potasse insuper aqua felis mittens post vos gladium consummantem. Hæc nos non solum ex suscepti pastoris officij debito, sed etiam ex singulari, quem ad vos gerimus, charitatis affectu, cura peruigil & intento studio meditantes; licet multo desiderio affectemus, fluente pacis abunde in vniuersos sanctæ matris Ecclesiæ filios deriuare; in vos tamen illa velut flumen effluere tanto singularius affectamus, quanto magis ad vos singulari afficimur charitate, &c. Dat. Later. iv. kal. aprilis pontif. nostri anno 1. Hortatus a est alijs literis, ut coniunctis animis hostem propulsarent: scdum enim videri ipsos, qui Frederici Imperatoris potentiam restitissent, Palauicini marchionis conatus sustinere non posse: nec Regis Siciliae auxilia vnquam defutura.

44. Non ad Placentinos modo, & alios Insubriae populos inter se conciliandos incubebat b Aquis archiepiscopus A.S.L. verum etiam inter Bononienses ac Venetos, eosdemque inter ac Genuenses pacem agitare cœperat. Cuius adducendæ Gregorius cum desiderio summo teneretur, earum vrbium oratores ad se euocandos duxit. Sed ne multiplices tractatus rem confunderent, pontificias literas ad legatum trãsmisit, vt si ipsos in concordiam adducturum speraret, cœpto tractatui insisteret: si vero ea spes non affulgeret, ad Venetos, Bononienses, ac Genuenses de mittendis ad sedem Apostolicã oratoribus literas transmitteret. Extant in Vallicellano M. S. codice memoratæ literæ c ad Genuenses, Bononienses ac Venetos eodem exemplo missæ, quibus iubet, oratores ad pacem agitandam ad aulam pontificiam recurrente sacro B. Lucae die transmittere, hisque verbis ipsos ad concordiam allicit.

45. Quanta ex concordia inter vos & dilectos filios commune Venetorum reformanda, si annuat Dominus votis nostris, prouenire possit utilitas; ipsa dispendiorum, quæ iam ex perniciose inter vos & ipsos discordia emerferunt, consideratio euidentius manifestat. Sopiret enim pacis lenitas mala, quæ guerrearum calamitas introduxit: & commoda multa ex pacis reformatione succrescerent, præcis in posterum & saltem aliquibus iam illatis emendatis incommodis, quæ dissensionis iniquitas germinauit. Hæc & alia, quæ consideranda tanti negotij circumstantia suggererunt, frequenter in meditationis debito scrutinio recensentes, plenis desideramus affectibus, pacis fœdera inter vos & eosdem Venetos solide reformari. Et quia credimus apud nos id posse tractari consultius, & maiori soliditate firmari, partes eligimus ad nostram presentiam euocandas, &c.

Paruere apostolicis monitis Genuenses ac Veneti: atque Christi vicario interprete in mutuam pacem, vt arma in Saracenos verterentur, consensere. De quibus Andreas d Dandulus: Ioannes Dandulo, Iohnisius Iustinianus, Nicolaus Na-

nigioso ducis nuncij cum legatis Ianuensibus coram Gregorio Papa, qui ad passagium plurimum anhelabat, conueniunt, vt carcerati vtriusque partis, qui in firmatione treuge detenti remanserant, debeant relaxari. Non tam facile Bononiense bellum sopiri potuisse, refert idem auctor a; cuius causam inde emerfisse scribit, cum Bononienses tertio Laurentij Teupuli anno virium freti potentia, ac totius Romandiolæ affectata dominatione, Venetos frumentum & sal australi fluminis ripa deuehere indignarētur, atque arcem in faucibus fluminis Primarij excitare apparassent: sed pontificia demum auctoritas ipsos ad mutuam pacem adduxit, quæ ijs legibus est percussa, vt arx a Bononiensibus in Primariano excitata solo æquaretur.

46. Ad pacandam etiam Etruriam Gregorium eodem tempore apostolicum studium defixisse ad Dominicanorum præfectum docentem literæ b, quibus strenuam in ea re illius diligentiam commendat, cœptisque insistere iubet. Cumque religiosorum opera, Gregorius amantissimis verbis earum partium Gibellinos mulcere studet, non minus incusso censurarum terrore, si factionis studium pietatem omnem ex eorum animis deleuisset, ad officium vrgebat, vt omnes populi mutuo amore coalescerent, suaque odia in Christiani nominis hostem pie exercerent. Hærebant adhuc in contumacia Senenses, atque ob turbatam Italiae pacem, tyrannorum defensas partes, nec admissum Carolum Regem in gerendo publicæ seruandæ quietis magistratu censuris ecclesiasticis a Romanis Pontificibus Alexandro, Urbano, Clemente irretiti erant, quas in eos Gregorius renouauit c. Eisdem censuras aduersus Pisanos d, Ticinenses e, Veronenses f, Ludouicum ducem Bauariæ g, comitem Tyroli, atque alios, qui victi Conradini partibus fuerant impliciti, atque ob id pœnis ecclesiasticis damnati, nondum ab sede Apostolica criminis veniam poposcerant, tum in die cœnæ Domini, tum in eius Ascensione, tum in festo Basilicæ S. Petri, confirmauit.

Et quidem Pisanos, non modo ob secutas Conradini partes, non exceptum in Etruria Carolum publicæ pacis seruatorem, & immisam in Sicilia insulam classem; verum etiam ob Sardinia insulam sedis Apostolicæ beneficiariam, oppugnantem, captamque Saffarim, sacris multatos, e pontificio edicto constat h: in quo hæc omnes causæ intentatæ ecclesiasticæ execrationis afferuntur: Quia ciuitas, ciues & commune Pisanorum antiquam persecutionem, cui cum eodem Friderico contra eandem Ecclesiam insistere diutius; & contumaciam ad mandata ipsius Ecclesiæ consuetam obfirmata pertinacia prosequentes, prædictas inhibitiones, comminationes & sententias contemnendo, in prædictum Conradinum velut in Sicilia Regem intendere, ipsique nuntios & literas vt Sicilia Regi mittere, ac ab ipso tanquam a Rege Sicilia sub præmissis intitulatione & denominatione recipere; sicut etiam ambaxiatores seu syndici communis ipsius in eorundem prædecessoris & fratrum presentia confessi fuerunt, & alias eidem fauendo multipliciter, ipsum ad veniendum contra eosdem Ecclesiam & Regem Sicilia in Italia incitare sibi que ad hoc pecuniarium etiam prestare subsidium; aliaque promittere temeritate damnabili presumpserunt; præfatum quoque Regem de prædictorum fratrum consilio a prædecessore ipso destinatum in Tusciam tamquam pacis publicæ seruatorem admittere sibi que in pacis obseruatione parere contumaciter recusarunt; ipsumque ac prædecessorem eundem (nempe

a Bod. cod. pag. 91.

b M. S. Val. lib. bibl. sig. lit. C. n. 49 pag. 90. Gregor. ad conciliandos Ianuenses, Bononiens. & Venetos incumbit.

c lb. n. 49. pag. 90 & post eand. ep.

Mitti ad se oratores iubet.

d And. Dand. hist. Ven. l. 10. c. 8. m. Laur. Teupulo.

Pacta Ianuensium inter, & Venetos inducitur a lb. lib.

Redactio concordiæ Veneti & Bononiens.

b Ext. M. S. Val. bibl. sig. lit. L. n. Pontifici studij Etruriam pacandam

Senensium censuras defixit.

c Lib. n. 48.

Et plura alij populi d lb. n. 46.

e lb. n. 49.

f Ep. 7. 47.

g Ep. 7. 47.

h Ep. 4.

Causa quas Pisanis factis multatis

Dandi commiserunt uisse Conradinum

pe Clem. IV.) in ipso in omnibus, in quibus poterant pro posse offendere sunt conati. Et pluribus interiectis quibus narrat, vt a Clemente censuris fuerint defixi, eorumque ciuitas archiepiscopali sede nudata. Non solum ad ipsius predecessoris mandata infra dictum eorumdem Apostolorum festum redire contumaciter non curarunt, verum etiam cum eodem Conradino gentem suam mittere, ac pro ipso in regnum & specialiter in insulam Sicilia galearum solum destinare, variaque loca ipsius regni & precipue insulam ipsam inuadere; illisque, nec non & habitatoribus eorumdem multiplicia damna inferre, ac in prefata insula Sardinia, qua est sedis Ap. specialis, iudicatum Turritanum, & specialiter Sassarim, locum insignem & quasi caput iudicatus ipsius; eodem predecessore defuncto occupare ausu temerario presumpserunt, & occupatum adhuc detinere presumunt: propter quod non est dubium ipsos tam premisas spirituales sententias latis in eos, quam temporales pœnas illatas eisdem, vt premittitur; & specialiter priuationem terra & iuris, si qua in predicta insula Sardinia habuerant, cum infra predictum festum Apostolorum ad mandata Ecclesie non redierint, & idem predecessor ipsos eo ipso, ni redirent infra illud, predictis terra & iure primauerit & priuatos manere decreuerit, incurrisse. Et infra, vbi nonnulla de Pisanorum contumacia, illatisq; varijs pœnis diseruit ijs subdit: Memoratis ciuitatem & cōmune Pisanorum monemus districte mandantes eisdem, vt infra tres menses, quos eis ad hoc pro peremptorio prefigimus termino, de memorata insula Sardinia gentem suam, si quam illuc miserunt, reuocent; & eadem insulam, & specialiter dictos iudicatum & locum Sassarim nobis, ecclesia Romana, ac nuntijs nostris libere & in pace dimittant, nullam de cetero molestiam super illis per se, vel per alios, aut cum alijs illaturi: quodque infra inslās festum Purificationis, quod eis pro peremptorio termino assignamus, humiliter ad nostra & ipsius Ecclesie studeant redire mandata, satisfactione de premissis impensuri plenariam, & nostris precise beneplacitis parituri: alioquin ex tunc ad priuandum ipsam ciuitatem Pisanam episcopali dignitate, qua illi sola remansit; ac iure ciuitatis, seu vniuersitatis, & cuiuscumque territorij, seu districtus, iurisdictione in super ac vassallis quibuslibet; nec non ad inuocandum contra ipsos ciues, ciuitatem, ac commune brachij secularis auxilium tam per regalem potentiam, quam per alios magnates & communia ciuitatum, aliorumque locorum, ac alias grauiter spiritualiter & temporaliter, prout expedire viderimus; procedemus &c. Actum in ecclesia Vr̄buet. in festo dedicationis basilicæ Principis Apost. pont. nostri anno 1.

47 Cum Regis Caroli mentio incidit, non prætermittemus, quantum sollicitudinem Gregorius pro extinguenda ipsum inter & Margaritam Francorum atque Alienoram Anglorum Reginas in comitatus Prouinciæ causa, discordia collocarit. Præibant eæ Reginæ atate sorori Beatrici Reginæ Sicilia, ac potiora in Prouinciam & alios comitatus iura obtinere contendebant: quam controuersiam S. Ludouicus fraternæ charitatis studio, dum vixit, sopiuisse vidimus, & Clementem arguisse Carolum ob Prouinciales sibi fidei sacramento deuinctos; cum ea re Margaritæ Berengarij Prouinciæ comitis natu maximæ filia iuribus detraxisset. Egit igitur Gregorius cum Rege Carolo, ac Reginis Margarita & Alienora pluribus literis a, vt amanter controuersiam componerent: cumque oratores instructos auctoritate ad rem dirimendam mittere assensissent, Siluaneſensis episcopus & abbas monasterij S. Dionysij,

vt communes amici a Pontifice ad tractandam cōcordiam delecti sunt. Extractam in plures annos illam inter Regem ac Reginas discordiam videbimus & a Rodulpho Rege Rom. prouinciam Carolo attributam a, nec vllum bellum in ipsam a Reginis concitatum. Vt vero antea Pontificem in Italia & Gallijs, ita nunc in Vngaria & Boemia paci restituendæ, alendæue studentem intueamur.

48 Confirmavit hoc anno Gregorius percussas superiore inter Stephanum Vngariæ, & Othocharum Bohemiæ Reges, fœderis leges, datis ad Vngarum a & Boemum b literis: atque Strigoniensem & Vvaciensem Pannoniæ; Pragensem c & Olomucensem Boemię presules ad seruandas eas leges, incusso censurarū metu, vtrumque principem compellere imperauit. Sed parum tenuit ea pax: ac Stephano Rege hoc ipso anno, cum duobus regnasset, extincto, est rescissa. Reliquit ille duos liberos Ladislaum & Andream: quorum maior natu regio nomine insignitus, Andreas ducali dignitate donatus est. Exorto vero paulo post bello, tradit Stero d, facem prætulisse Henricum comitem, qui ab Stephano Rege adhuc superstiti Vngaria eiectus, ad Regem Bohemiæ confugerat: sublatoque e viujs Stephano, reuersus ac Ladislai noui Regis gratiæ restitutus, Belam ducem, Regis Ladislai auunculum, ac Regis Boeniæ confobrimum proditoris in Ladislaum accusatum crudelissimo mortis genere in insula apud Budam trucidauit, eiusque membra in frusta concidit. Ex quo scelere Othocharus iracundia exæstians pacem cum Vngaris compositam, atque a Gregorio corroboratam, abruptit: ac solemnibus Vngarorum oratoribus pacem flagitantibus, nullis precibus flecti potuit: sed conflato exercitu in limites Vngariæ excurrit. Suam quidem auctoritatem pro emollienda Boemiæ Regis iracundia, qui se laesum querebatur, adhibuisse Gregorium Papam, ex eius literis constat: e quibus recrudescentem discordiam, propositis ob oculos ingentibus malis, quæ ex præteritis bellis emerisissent, sopire studuit: iuratas pacis leges coleret: si qua in re violata eius dignitas foret, Ladislaum ipsi facere satis paratissimum: non verti ipsi gloriæ pupillum, eumque ipsi affinitate coniunctum inuadere & opprimere; ac saltem Carolum Sicilia Regem, cuius in bello virtus celebratissima erat, quique Isabellam filiam Ladislao nuptui tradiderat, reuereretur.

Regi Bohemia illustri.

49 Paternum ad tuæ celsitudinis incrementa amorem gerimus, dum te ad ea, quæ saluti expediunt, & honori tuo congruunt, sollicitis monitionibus inuitamus. Persuasiones itaq; nostras deuota mète suscipias, ad ea, quæ tibi benigne suggerimus, apertos habiturus oculos, & aures illis adhibiturus intentas, vt in rationis deducta secretum, & ipsius examinata scrutinio admittantur deuotius, & pressius imprimantur admissa, & impressa fructificent; germinatura pacem, & productura quietem: præcidendo inimicitiarum causas & amicitias augmentando. Noſti, fili charissime, quod post varia & grauia guerrarum discrimina, quas inter te & claræ memoriæ Stephanum Regem Vngariæ inimicus humani generis pacis impatiens excitauit [de eo bello agunt Longinus f & alij g] post graues ex eis hinc inde personarum strages, grandiaque rerum secuta dispendia, disponente pacis actore, inter te ac Regem eundem reformata concordia, formata sunt fœdera iuramenti,

Classē ad inuadēdam Siciliam inuasisse.

Inuasisse Sardinia.

Sassarim occupasse.

Incentata illis, ni respicerent Caroliarma.

Veterem de Prouincia inter Caroli & Reginam Franc. controuersia sopire studea Greg.

M.S. Val. in bibl. S. in C. e. 49. pag. 28. & 29.

a Ext. de eo dipl. Rodulph. apud Martin. IV. c. 1. l. 1. infortū ep. 11.

a Lib. 1. ep. 4. b Ib. ep. 6. c Ep. 5.

Stephani Vng. Regis mors.

Ladislaus filius sceptrum capessit.

d Stero in annual. apud Canis. antiq. lect. 10. 1. pag. 302.

Henricus comes in Vng. reuerſus ac. cufatur proditoris.

Obtruncatur Belam ducē.

Othocharus illius necem vl-ciscitur.

e Extans in cit. cod. Valli. pag. 29.

Eum admonet Gregor. vt pacem cum Vngaris seruet.

Præteritarum cladum memoriam refricat: f Long. hist. Pol. lib. 7. hoc ann. g Bonfin. rer. Vng. dec. 2. l. 8. & alij.

& pœnarum adiectione confirmationis nostræ, ad tuam & ipsius instantiam, ac aliarum firmitatum, robore confirmata; quæ idem Rex toto vitæ suæ tempore dicitur obseruasse.

50 Caterum memorato Regi charissimus in Christo filius Ladislaus Rex Vngariæ, vt tua nouit sublimitas, in regno successit; qui, cum sit adhuc ætatis innocentis, de nulla contra te potest offensa notari: & cum ipsum filijs tuis vniat, sicut accepimus, sanguinis vnitas, contra eum nulla tibi de futuro verisimilis potest esse suspicio: quam naturalis potius non solum excludere debet omnino coniunctio, sed & suspicantium corda ponere in tranquillo. Ad obseruanda igitur illi eum memorato genitore ipsius inita fœdera tanto efficacius tuam debet excellentiam horum consideratione inuitare, quanto iudicium est de præterito certius, ea per ipsum non esse hæcenus violata; & de futuro verisimilius credi potest, nec in posterum violanda. Adijcit autem ad seruandæ a te huiusmodi obseruationis instantiam, quia si quis in eodem genitore vel eius subditis forsitan argui possit excessus, idem Rex Ladislaus ad emendationem cum debita satisfactionis promptitudine, iuxta conuentiones in fœderibus prædictis adiectas, dicitur esse votiuus: & quia nec gloriosum foret celsitudini regiæ, nec gloriæ regali magnificentiam, in pupillum insurgere aut ætatem tam teneram impugnare.

Ideoque serenitatem regiam monemus, rogamus, & hortamur in domino Iesu Christo, in remissionem tibi peccaminum suadentes, quatenus prædictas conuentiones diligenter obseruans, ab omni memorato Regis Ladislai suorumque offensa & iniuria studeas penitus abstinere; in hoc non solum eiusdem Regis Ladislai, & charissimæ in Christo filię nostræ Isabellæ consortis ipsius, natæ charissimi in Christo filij nostri, Regis Sicilia illustris, ætati deferens; sed ad eundem Regem Sicilia, virum excellentiæ tantæ ac virtutis, cui celsitudini tuæ vtile fore credimus in sinceritate charitatis vniri, prout te decet, attendens; nostrisque monitionibus, quæ honorem etiam tuum respiciunt, cum tuæ magnitudini congruat, promissa seruare, taliter acquiescens, quod ad tua commoda memorato Regis Sicilia animum attrahas, & apud nos proinde augmentum tibi fauoris acquiras.]

51 Paternum igitur solum cū paulo ante confendisset Ladislaus, ad magnas spes pubescebat; cum sanctissimus Pontifex apostolicas ad eum literas paterni amoris significatione insignes dedit a; quibus salubribus eum monitis ad moderandum egregie regnum instruxit: nempe, ad eius dignitatis fastigium a summo Numine euectum se agnosceret, ecclesiasticum splendorem tueretur: ne iura Ecclesiæ infringeret: probos sibi consiliarios adhiberet: susurriones eiiceret, qui ipsum suis in buere calumnijs niterentur: socii Regis Sicilia amicitiam coleret; si quid opus occurreret, ad Apostolicam sedem confugeret: literas se Vngariæ clero ac nobilitati mittere, quibus commendet, vt ad ipsius regni felicem tranquillumque statum tuendum, & capessenda ipsius imperia promptissimos sese exhibeant.

Regi Vngariæ illustri.

52 Habes, fili charissime, vnde humiliato apud Deum spiritu & corde contrito in vocem exultationis & confessionis erumpas; vt exultes in ipso, & eius circa te immensa beneficia fatearis. Ipse namque tibi donauit tantis oriri natalibus, im-

mensis abundare diuitijs, & primogenituræ iura concedens, regiæ prædestinavit excellentiæ successorem. Ipse, claræ memoriæ patre tuo de hac luce subtracto, te in annis iuuenilibus constitutum ad paterni solij culmen, secundum omnipotentiam suæ virtutis, erexit. Quid igitur retribuere Domino pro tantis, quæ tuæ tribuit iuuentuti? Profecto si paternis aurem inclines affatibus: si pio patri de tua salute sollicito, & eius salutaribus monitis acquiescas, regnum tuum ab ipso, per quem datur regnare principibus, recognoscens; ad eum, a quo bona cuncta procedunt, omnia tibi collata beneficia referes, illi iuuentutis tuæ primitias offeres, ad ipsum fortitudinem tuam custodies, & residua vitæ tuæ tempora in continuatione salutaris propositi, & piorum prosecutione operum deuotebis, fauendo ecclesijs, ipsarum libertates & iura, nec non & ministros Dei personas ecclesiasticas conseruando: hæc enim tibi annos vitæ producent: hæc dierum longitudinem ministrabunt: hæc firmabunt proculdubio thronum tuum.

53 His itaque ab annis teneris tuum animum imbue: ijs informa: talibus assuesce, vt per consuetudinem mores fiant, nec perueri possint amplius conuersa quodammodo in naturam. Ad quod serenitatem regiam monemus, rogamus, & hortamur in Domino, sano nihilominus consilio suadentes, quatenus & consiliarios & alios familiares tibi assumere studeas, qui te in semitas mandatorum Domini dirigant, non peruersis suggestionibus a via rectitudinis abstrahant, nec exemplis detestandis abducant: tuum statum pacificum diligant, tuos subditos foueant, & sua lucra in alienis dispendijs non venentur: qui erga tuam & charissimæ in Christo filię nostræ Regine Vngariæ illustris consortis tuæ, charissimi in Christo filij Caroli Regis Sicilia natæ personas fidelitate ac deuotione debita polleant, sincero affectu ferueant, & consilij maturitate clarescant. Decet siquidem te ac illos, qui tuis commodis inhiant, qui tuis prosperis euentibus delectantur, circa tuam & ipsius Regine custodiam solerter intendere; ipsamque ob clarum generis sui profapiam, ob singularem sui generis claritatem, & tanti principis sui genitoris obtentu; cuius virtus eminent, cuius probata strenuitas euidencia probationis experimentalis elucet; iuxta tantarum circumstantiarum exigentiam singulari honore * vt eius Regis animus tibi vinculo tantæ affinitatis astrictus, toti regno tuo & ipsius incolis perinde fortius adstringatur.

54 Nos autem, zelantes etiã temporaliter prosperum statum tuum, ad ipsius conseruationem & promotionem in tuis opportunitatibus magnificentie Regie præoptitudinem apostolici fauoris offerimus: & ob hoc ipsam tantæ affectuosis monitionibus præuenimus, volentes, vt ad nos ac tuam matrem ecclesiam Romanam cum omni fiducia & securitate recurras, quæ tibi opportuna fuerint, cum abundantia paternæ dulcedinis, quantum cum Deo poterimus, percepturus. Et ecce ad tui fauoris augmentum venerabilibus fratribus nostris archiepiscopis & episcopis, ceterisque prælatis ecclesiarum; nec non comitibus, baronibus, & alijs magnatibus regni tui, affectuosas pro te literas destinamus; ipsos ad exhibendum tuæ celsitudini affectionis & deuotionis debitum, tibi que constanter & fideliter consilio & auxilio in tuis commoditatibus assistendum, efficaciter & multipliciter exhortantes.]

Non

Puerum Regem purum ab omni flagitio esse.

Abesse ab illius gloria pupillum infectari.

Proponit Carolum Regem Sicilia Ladislai socerum esse.

Colenda esse illius amicitia.

* Extant in cit. cod. Vallic. pag. 29.

Nouum Regem Gregor præcepit saluberrimis imbuit.

Iubet Numerum acceptum agnoscere.

Illius riam ecclesiam tueri.

Abhe re a

Fidelitatem sibi habere.

Caro certum citant lere. * prot.

Apostolicam ram pectum.

53 Non demisit in animum pontificia monita Ladislaus; sed vitijis fræna laxauit: in quem diuinam iustitiam seueritatis suæ exemplum statuisse, lapsis abhinc multis annis videbimus. Nunc Gregorius vt promissa illi studia impenderet, ad fulciendam tenerram illius aetatem, paterna solitudine Vngaros in noui Regis obsequio confirmare est conatus: nec præmia ipsorum virtuti defutura est pollicitus.

54 In Prussia b partus est hoc anno de infidelibus triumphus: profecti enim ex superiori & inferiori Germania crucigerorum equitum aduersus Pruthenos auxilio nonnulli viri nobiles; inter quos Iuliaci & Marchæ comites eminebant, quos propaganda religionis ac tuendi Christiani nominis pius ardor incendebat; nobilissimam de hoste victoriam retulerunt. Superioribus prælijs efferrator Pruthenus superbe admodum se efferebat: cumque in Sambuciensem regionem, instructo agmine, itum esset, durissimo conflictu cum barbaro certatum est; ac bello, multo iam fuso sanguine, ingrauescente, religionis hostis succubuit & in fugam versus, cum animis collectis fronte opposita resisteret, ingenti clade a Christianis fractus cæsusque est.

55 Absoluamus Germanicas res insigni diuina seueritatis exemplo: oppidum enim, cui Seconis nomen erat, cum ciues interregni occasione, innocentium direptis fortunis, gula, verititque delitijs indulgerent, deletum est improviso ac repentino incendio. Cuius cladis prælagia non obscura extiterant: in feretro enim, quo S. Fridolini ossa, cuius clientelæ is locus commendatus erat, continebantur, magni & crebri istus astantium stupore exauditi, vt chronici Colmariensis auctor subiectis verbis enarrat c.

56 Castellū, quod Seconis dicitur, quod tunc erat de dominio comitis Rudolphi, ignis casu superueniens, exceptis duabus vel tribus domibus, deuastauit. Eorum enim peccatis exigentibus hoc eis creditur accidisse. Sanctus enim Fridolinus locum illum vsque ad illud tempus custodierat, quod nullus dominorum eos enormiter poterat infestare. Ciues vero loci illius, non confidentes in domino suo S. Fridolino, pontem lapideum, quem ipse contruxerat, destruxerunt, prædas pauperum innocentum introduxerunt, & comestationibus & luxurijs insisterant. His & similibus peccauerunt; ideo perierunt: indignationem enim suam S. Fridolinus duobus annis ante destructionem loci pulsationibus, quas faciebat in capsâ, qua eius reliqua quiescunt, pluribus & multis vicibus ostendebat. Custos etiam ecclesiæ domina de Gliens conditionis liberae, solemnitis receptatrix fratrum Minorum atque Prædicatorum, & pauperum aliorum, dixit S. Fridolinam filiabus canonissis suis in somnis apparuisse, & indignationem suam sæpius ostendisse. Frater hospitalis custos ecclesiæ S. Fridolini, qui in ecclesiâ semper iacuit, eamque custodiuit infra duos annos, sæpius eum se retulit audiuisse. Hactenus de Germanicis rebus: nunc ad Gallicas transeamus.

57 Successerat sanctissimi parentis folio, ac Francorum sceptrâ tractare cœperat Philippus, vt supra insinuauit, quem Pontifex proposita generis nobilitate ad imitandas S. Ludouici angustas virtutes, omnemque criminis labem declinandam incendit d.

Regi Francorum illustri.

Si eximij prophetarum exemplo deducimur, præclara cuique sua esse debet hereditas; sed quo pretiosior, eo nimirum est habenda præclarior. Licet igitur claritate resfulgeat, temporalis here-

ditatis iura defendere; longe tamen est clarius apud omnes, suis maioribus in virtutibus successisse, successionemque huiusmodi, gradiendo de virtute in virtutem, augmentis successiuis augere. Ad huiusmodi autem virtuosa successionis debitum illi proculdubio plus tenentur, quos natura constituit successores, quibus ad id doctrina non defuit, quos exemplaris informatio, qua verbali tanquam efficax in instruendo præfertur, instruxit: cum natura nobilibus maxime necessitatem videatur imponere, ne a maiorum suorum degenerent probitate: cum doctrina ipsam naturam informet; cum longum sit iter per doctrinam, breue ac efficax per exempla. Hæc quidem, fili charissime, in claræ memoria gloriosissimi Regis Franciæ patris tui, tibi successione non desunt, si quidem tu filius es & heres. Te ille princeps inclytus sollicitè satagens vas aptum præparare virtutibus, a teneris annis bonis moribus imbuuit, & per laudabilia opera exemplis salutaribus informauit. Gloriosum itaque, fili, proculdubio gloriosum, temporalem hereditatem tibi delatam ab ipso manutene re viriliter, & iuste sine aliorum iniuria etiam ampliari: sed longe quippe inæstimabiliter gloriosius, si virtutum semina, quæ in corde tuo idem, cum laudibus commemorandus, agricola seminauit, studeas conseruare; ne illa, quod absit, quasi sata secus viam malus eripiat, aut velut iacta supra petram arefcant, vel quasi seminata inter spinas solitudinibus huius seculi suffocentur. sed tanquam a terra bona, prout desideramus, accepta fructum non solum trigefimum vel sexagesimum afferant, sed & centesimum in die messionis extremæ producant.

58 Hoc tibi, fili, facile Deo adiuvante proueniet, si frequenter eiusdem tui patris verba sancta commemoras: si laudabilia facta recenseas: si ante tui cordis obtutus commemoranda ipsius exempla præsentis: si peccatorum occasiones solerter effugas: si peccatores, qui te forsan oblectare cupent, constanter effugas, nequam illorum oblectationibus acquiescas. Hæc, fili, sicut de paterni affectus dulcedine prodeunt, sic in filialis, quæsumus, deuotionis affectione dulcescant. Quamquam enim salutem omnium plenis desideremus affectibus; ex causis tamen, cunctis euentibus, sic singulariter ad tuam afficimur, vt instanter pro singulari munere postulemus, serenitatem regiam ad id sollicitis in Domino exhortationibus obsecrantes, quatenus ad tuæ respiciens salutis actorem, te in tua præcipue iuuentute vigilanter obserues, donec instructionem laudabilem, quam de ipsius tui genitoris inclyti recolendis verbis, & operibus suscepisti, sic visceribus tuis immisceas; sic præcordijs tuis incorporas, quod in naturam quasi assiduitas diuturnitate conuersa, nec perueriti nec auelli a te valeat, vel auerti: per hoc enim & in Creatoris tui te amore custodijs, & fama tuæ claritatem integram conseruabis; proinde ad commemorabilem tuæ laudis titulum imitabile alijs principibus futurus exemplum.]

59 Ornauit nouum Regem Gregorius apostolicis beneficijs, inter quæ illud a ad eius pietatem alendam concessit, vt festis præcipuis diebus in locis interdicto ecclesiastico suppositis posset sacris interesse, modo sine campanarum classico, ac voce submissa celebrarentur; nec ij qui ipsam stiparent, ferendo interdicto occasionem præbissent. Eligendi etiã quem optaret sacerdotis pro sacris ipsius excipiendis confessionibus, potestatem

Commendat Pont. præceptis optimis a S. Ludou. informatū fuisse:

A dea recalcanda sollicitat.

Voluptates frange re persuadet.

Singulare in ipsum studium ob patris sanctitatis explicat

Præuilegia Philippo concessa. a Lib. 1. p. 146.

Vngaros præcelsos proceres que sollicitat, vt sui Regi studium exhibent. Extans apoff. lit. in eod. cod. pag. 95. b Long. bist. Pol. lib. 7. hoc ann. c. alij. Iuliaci & Marchæ comites in Pruthenos mouent. Barbari in Sambucienfi agro deleti.

Seconiana arx diuinitus incensa.

Chron. Colmar. parte altera.

Extans eius lit. in eod. cod. Val. pag. 21. Gregorius in ad Regem Franc.

propitios & promptiores iurium vestrorum defensores.

65 Adornabat tum e Syria, in scio Pontifice, reditum in occidentem Eduardus suorum impulsus consilij, vt a barbarorum insidijs sibi consuleret. Quem quidem, dum ad seruandas Terræ sanctæ reliquias incumberebat, graue vitæ discrimen adijisse auctores a consentiunt. Harfacida enim a Sultano Babylonæ, Syriæ, Ægypti, totiusq; orientis domino immixtus, in eius thalamum ingressus, secreti alicuius insinuandi specie, non cogitantem imbuto veneno cultello fauciauit; vixque Eduardus periculo liberari potuit, cum virus in totum corpus se diffunderet: neq; illius vis nisi tarde remedijs edomata est. Nec minus in mari euasit periculum: ac valida tempestate iactatus, applicuit Drepanum in Sicilia. Quem Carolus Rex magnificentiissime excepit b; moxque de illius accessu superatoque ab eo discrimine certiore fecit Gregorium. Quibus acceptis sanctissimus Pontifex rescripsit c Carolo, quantum de salute Eduardi gaudium hausisset.

66 Increbrescente vero rumore Eduardum apostolici conspectus potiundi desiderio teneri, paterno amplexu e maris periculis barbarorūq; insidijs redimiuū excepturū significauit: c *Felici ad nos rumore perlato, quod tu, consors, & reliqua comitina tua prospere ad portum Trapani peruenisti, gaudemus; & exultamus in illo, qui personam tuā de tantis periculis eruit: qui tantas insidias superare concedens, te sicut firmiter credimus, vt beneplacitis suis inseruias, reseruauit. Recognoscens itaque, fili charissime, te ipsius omnipotentia præseruatum, in mandatorum eius semitas animum dirigas, & eadem omni diligentia studeas obseruare: hac etenim tibi dierum longitudinem, annos vitæ, ac pacem apponent. Sane si te ad nostram presentiam, sicut habet aliquorum asseritio, venire contingat; in quo propter singularitatem affectionis, quam ad te gerimus, tuas te volumus commoditates, & alias circumstantias diligenter attendere, potius quam nostris desiderijs indulgere; te proculdubio, sicut nosse te credimus, cum multa iucunditate videbimus, & paterni tibi affectus indicia, prout erga charum filium spirituales patrem decuerit, apertius ostendemus.*

67 Deductus est sequenti anno ab Rege Carolo Viterbium, vbi Pontifex vna cum Cardinalibus agebat; quo salutato, Terræque sanctæ rebus expositis, poposcit vt iustitiam in Guidonem e Monteforti aliosque Henrici maioris natu filij Richardi electi Regis Romanorum interfectores exerceret, de quibus inferius agetur. Hic vero non præterimus, Eduardum a Gregorio clementiæ laude exornatum, obtritis obliuione iniurijs ab Henrico episcopo Londiniensi, qui vna cum Simone Montfortio in ipsum, vt vidimus, coniurarat, & in Clementem IV. dum legationis munus obibat, proterue se gesserat; suam auctoritatem apud Gregorium adhibuisse, vt Londiniensi sedi restitueretur. Cuius precibus flexus Pontifex sanctissimus, meritā Henrico exauctorato penam remisit: *Quia, inquit in literis pridie kal. iunij datis, iam dudum ad eandem sedem accedens, inibi longo tempore conuersatus & multæ penitentia signa præstendens, te, sicut fratrum nostrorum testimonio fide digno recepimus, adeo humilem, & deuotum exhibere curasti, quod nos & sedem ipsam erga personam tuam ad beneuolentiam, & mansuetudinem tua humilitas & deuotio efficaciter inclinauit; nos, sperantes te post lapsum huiusmodi futurum in ipsius sedis obedientia, præsertim ob*

percepta in hoc ab ipsa benignitatis gratiam fortiorum; & erga ipsum Regem & dilectum filium Eduardum primogenitum eius, qui tamquam vir mansuetissimus iniuriarum dicto Regi & sibi factarum oblitus, pro te apud eandem sedem supplicationibus institit, & literis supplicauit, &c. pristina illum restituit dignitati: clementiamque pariter in nonnullos alios præfules Anglos, præterita perduellionis reos, ad Eduardi preces, qui regni exordia a mansuetudine auspicabatur, expliuit.

68 Cum vero ad ecclesiarum optimum regimen maximi interfit, viros probitate conspicuos earum gubernaculis admouere, singulares cūras in enehendis ad dignitates ecclesiasticas viris scientia, & sanctitate insignibus collocauit. Ita Robertum egregijs virtutibus ornatum Cantuariensi ecclesiæ imposuit a, Ioannem Gradensem patriarcham creauit b, ornauitque pallio; Petrum e Tarantasia sacre Prædicatorum familiæ religiosum virum, gerendis quibusque maximis muneribus virtutibus parem, Lugdunensem ecclesiam gerere iussit: ad quem in M. S. Vallicellano codice extant datæ literæ, quibus ipsum ad zelum pro diuina augenda gloria explicandum, munusque obduendum est adhortatus.

Electo Lugdunensi.

Conceptum in nobis ab olim de te, fili, signa euidencia formarunt, quod vir virtutis existas, & in persona tua ille, a quo cuncta data sunt optima, multa dona congesserit, per quæ in conspectu eius acceptus redderis, & in oculis hominum gratiofus haberis. Ideoque, opportunitate concessa, conceptum huiusmodi producere intendentes in partum; ne talenta tibi credita per humilitatem status, quasi suffossa remaneant, sed ea tanquam fidelis seruus, & prudens multiplicata, credenti fœnore duplicato præsentis; te in eminentioris gradus loco putauimus collocandum, vt velut accensa lucerna supra candelabrum posita, per virtuosorum exempla operum, & laudabilis doctrinæ ministerium ingredientibus in domum Domini præbeas lumen vitæ. Propter quod Lugdunensi ecclesiæ, tunc vacanti, te de fratrum nostrorum consilio in archiepiscopum præfecimus, & pastorem: in quo sic corpori maioris oneris & laboris moles imponitur, quod menti spes fecundioris retributionis offertur. Non igitur laborum certamen deterreat, sed magnitudo potius præmiorum oblectet: præsertim cum tamquam expertus intelligis, quam leue sit onus Domini, iugumque suauis, quod ad bonum tibi ab adolescentiæ teneritate portasti: cumque merces laboris debeatur, elaborandum est tibi sollicitè, vt possis cum Apostolo gloriari te, quantum conceditur ex alto, plus alijs laborasse. In remissionem itaque tuorum peccaminum suademus, vt vocationi Domini, per cuius contemptum ipsius in te posses iracundiam prouocare, nullatenus contradicas: sed illi prompte consentiens, eandem Lugdunensem ecclesiam fiducialiter adeas; ipsiusque regimen sub spe Omnipotentis, & nostri fiducia secure suscipiens, eius administrationem in spiritualibus & temporalibus ad salutem populi tibi commissi, & tuam exerceas confidenter: scirturus quod nos in tuis, & ecclesiæ prædictæ necessitatibus, quantum tibi cum Deo poterimus, constanter adesse proponimus, & tamquam manuum nostrarum operi auxiliatricem dexteram libentissime porrigemus.]

69 Exploratus perspectisque magis tanti viri

Eduardus clementia regnum auspicatur

Robertū Cantuariensi ecclesiæ præfuit Pōtif. Ioannem Gradensem, a Lib. 1. ep. 67. b Ep. 65.

Eius ad Petrum e Tarantasia lit.

Lugdunensi admo- uer sedi.

Ab Assisi no faucia- rus. a V. v. in Flor. hist. Continua- ter Paris. hoc ann. Sann. l. 3 p. 12. c. 12. E vulnere conuale- scit. b V. v. Flor. hist. c Ex. eius lit. in cit. cod. Vallic. C. nu. 49. pag. 31.

c Ibid. pag. 36. Gratula- tur Ponti- fex insi- dias & pe- ricula ma- ris euasit

Henricus Lond. ep. suæ sedi re- stitutus.

Cardina-
lem creat.
Is fuit

Gregorij
in pontifi-
catu suc-
cessor.

a Ptol. Luc
hist. eccl.
lib. 23.
Eius do-
ctrinæ mo-
numenta.

S. Bouau.
creatus
Card.

Quæ scri-
pserit.

virtutibus, Gregorius Petrum paulo post, vt cum ipso pontificatus, ad quem diuina prouidentia Innocentij V. nomen accepturum vocabat, onera partiretur, vna cum S. Bonauentura in Cardinalium collegium cooptauit, vt hisce verbis refert Ptolemæus Lucensis: *Hic fecit ordinationem Cardinalium proborum virorum, inter quos duo fuerunt magistri in theologia, quorum vnus fuit de ordine fratrum Prædicatorum, quem ipse fecerat archiepiscopum Lugdunensem, & factus est Ostiensis, vocatusque est frater Petrus de Tarantasia; vir magna religionis & doctrina, qui multo tempore Parisiis rexit in theologica facultate. Scripta fecit super sententias, & multos libros Bibliæ postillauit, specialiter epistolæ Pauli. Secundus fuit frater Bonauentura de ordine fratrum Minorum, qui similiter fuit magister in theologia, & minister generalis dictorum fratrum, natione Tuscus, vita & doctrina admodum graciosus: sed præcipue in sermone. Fecit scripta super sententias, & postillauit aliquos libros Bibliæ, sicut libros Salomonis & Iob, & epistolæ Pauli: quem Gregorius assumpsit in episcopum Albanensem.*

IESV CHRISTI

annus 1273.

GREGORII X. PP. RODVLPHI ROM. REG. I.
annus 2. MICH. PALÆOL. IMP. OR. 13.

Ancipiti cogitationum æstu diu fluctuarat Gregorius, quo in loco indictam a se synodum celebraturus esset, cum hoc anno millesimo ducentesimo septuagesimo tertio indictione prima decreuit Lugduni in Gallijs eam cogere. Non deerant rationes grauissimæ, quæ ab eo consilio ipsam abducturæ viderentur: Guelphorum enim & Gibellinorum factionibus nondum extinctis, in discrimen adducebatur Italia, ex summi Pontificis absentia; tum ob longiora itinerum interualla sacro Cardinalium collegio, quorum plures ætate grauiore affecti erant, atque ipsi Gregorio magni subeundi erant labores. Verum cum sacra synodus potissime ob submittanda Terræ sanctæ auxilia cogeretur, quæ a transalpinis maxime petenda & contrahenda essent, in eam sententiam adductus est, vt in ijs partibus conciliū celebraret. Quam susceptam mentem Christiani orbis præsulibus subiectis literis encyclicis significauit. ^b

De loco
concilij
designan-
do.

Greg. l. 2
ep. cur. 4.
extrat. e-
tiam in
cod. Vallic.
fig. lit. C.
n. 49. pag.
56.

Archiepiscopo Senonensi & episcopis; ac dilectis filijs abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, præpositis, & alijs ecclesiarum prælatis per Senonensem prouinciam constitutis.

In literis quas per vniuersos orbis principes & prælatos super generalis conuocatione concilij destinauimus, locum, in quo idem concilium conuenire deberet, ex causa duximus subticendum; prædiximus tamen in illis, quod locum eundem ipsis principibus, & prælatis intimare competentem tempore curarem. Nobis igitur cum fratribus nostris, huiusmodi loci electionem deducendum in exactæ discussionis examen, occurrerant hinc inde diuersa, quæ discutientium videbantur iudicium alternare. Nec enim præterit nostræ considerationis indaginem, quam grauem, quam durum est locum sedis Apostolicæ proprium, in quo præcipuorum Apostolorum glorificatus est exitus, in quo illorum corpora gloriosa quiescunt, terrarum spatio tam diffuso dimittere: tanto locorum interuallo a peculiari nostro

Exponit
difficultates
illius
extra Romam
celebrandi.

populo Romanæ vrbs abesse: conuicinis partibus, quæ sedi eidem non solum spiritualiter, sed & temporaliter subesse noscuntur, commoditatem vicinitatis nostræ subtrahere: quanta ex absentia nostra diuersis Italiæ partibus possent imminere discrimina: quantum partium earundem inueterata scissura pro integrandæ vnitatis obtinendo remedio nostro auxilio indigebat: quantis denique oneribus, quantis laboribus nos & fratres nostros; quorum aliquos ætas, quosdam debilitas, nonnullos infirmitas, & omnes ad hæc defuetudo reddit inhabiles; exponimus non sine rerum dispendijs, quæ quasi pro nihilo ducimus, non sine discriminibus corporum, quæ non facile contemnuntur. Hæc & alia, quæ non posset succinctus sermo percurrere, in partibus illis locum huiusmodi eligendum concludere videbantur.

2 Verum ea, quæ in eodem sunt agenda concilio, contrarium suadebant: & specialiter negotium Terræ sanctæ, quam dum Creatori omnium chariorem omnibus Scriptura describit, satis aperte indicat charissimam proculdubio a nobis habendam: cum soleat, quod est in superioris conspectu præstantius, in subditorum æstimatione præstare. Adijcit insuper beneficiorum confederatio, quæ inibi humano generi de diuinæ superabundantia gratiæ obuenerunt. Siquidem Saluator omnium operatus est in medio illius terræ salutem: ibi sumpsit corporalis natiuitatis initium, ibi conuersationis humanæ deduxit tempora: ibi post probrosæ passionis opprobria pro redemptione nostra mortem subijt temporalem; & sui pretiosi effusione cruoris vetus piaculum expiauit. Nunquid igitur non contingent redemptorum corda immensa & innumerabilia beneficia redemptionis? Nunquid non accendent cuiusque præcordia, vt ipsi pro tot quæ nobis tribuit, hoc saltem necessitatis tempore aliquid impendamus, dum crucis hostes Crucifixum habentes ostentui, cultores ipsius Christiani nominis professores, vt Christi cultum de terra deleant, incessanter exterminant & conculcant; ipsos debilitantes viribus, extenuantes opibus, & eorum facies replentes ignominia, ipsosque diuersis confusionibus saturantes?

3 Ad vindicandas itaque Redemptoris iniurias, ac redimenda ignominiosa conculcationis opprobria in redemptis, nostrum circa terram eandem Creatoris conformantes affectui; ac debita meditatione pensantes, quod eiusdem terræ subsidium præcipue de principum & prælatorum pendet auxilio, quos ultra montes credimus conuenire posse commodius; exinaniuimus nosmet ipsos, & sub specie illius, qui dat lapso virtutem, debilitatem nostram contempimus: sub ipsius fiducia, qui de sua misericordia nos confortat, quod intendimus, in eo posse sperantes, parupendimus onera, labores consideratione calcauimus & cæteris nostris, ac fratrum nostrorum incommoditatibus, in eiusdem cõsiderationis examinatione postpositis, vt principum & prælatorum eorundem facilius possimus habere præsentiam, ac terræ prædictæ subuentionem efficacius promouere; ciuitatem Lugdunensem, quo inibi concilium cum maiori commoditate conueniat, de ipsorum fratrum consilio duximus eligendam. Quod vobis tenore præsentium nunciantes, vniuersitatem vestram monemus, rogamus, & hortamur in Domino, apostolica vobis nihilominus auctoritate mandantes, quatenus in prædicta ciuitate Lugdunensi iuxta præscriptam per supradictas literas nostras formam studeatis omni, quam inuitabilis

Trans-
ditæ
incom-
da.

Contra-
ratione
Agri-
in eo
Terræ
rebus
staura-
dis.

Trans-
noti-
lius
ijs
curis

Lugd-
speci-
boni-
ad
bran-
desig-

necessitas non indicet, excusatione postposita, in præfixo per easdem literas termino comparere. *Dat. apud Vrbenuetem id. april. anno 11.* Subjicitur in regesto archiepiscoporum catalogus, ad quos literæ, eadem verborum forma conceptæ, transmissæ fuere.

4 Cum literis suis Gregorius abbatibus omnes, priores, decanos, præpositos archidiaconos, & alios ecclesiarum præfules ad concilium conuocasset, modum aliquem statuendum censuit, ne sumptuum magnitudine obruerentur. Decreuit ergo vt e singulis diocæsis abbas vnus, ab alijs abbatibus & prioribus eius prouinciæ pro excipiendis sacrosanctæ synodi imperijs procurator institueretur: idemque de præpositis alijsque ecclesiarum non cathedralium prælatis stant. Gestit vero maxime in votis Pontifex, vt Reges Christiani præsentia sua œcumenicam synodum ornarent, quo amplissima contra Saracenos expeditio comparari posset: quos literis suis allicere est conatus. Hæc certe sunt ipsius preces Regi Castellæ porrectæ a, quæ incensam illius rei votum significant: *Serenitatem regiam rogamus & hortamur in illo, qui Regibus dat salutem, in remissionem tibi peccaminum suadentes, vt te illi gratificans, qui tot gratijs te præuenit, laborem voluntarium ad tam sancti, tam utilis negotij promotionem assumens, præfixo per easdem literas termino interim ad hoc opportunitate captata in ciuitate prædicta vna cum alijs principibus & prælatis, quorum super hoc corda tetigerit Dominus, tuam velis præsentia exhibere.* Parum ab ijs discrepant literæ, quibus Philippum Francorum Regem ad concilium allicere nitentur b. Inuitauit quoque inter cæteros Regem Armeniæ c, quem vt ad se integra Nicænæ synodi acta, quæ Armeno idiomate concepta habebat, vna cum alijs concilij ac peritissimis interpretibus mitteret, rogauit: eodemque argumento ad Armenorum catholicum (is eorum archiepiscopus erat) scripsit, ac prouinciæ Hierosolymorū patriarchæ, atque episcopo Anteradeni eadem concilia ad se transmittendi imposuit. d

5 Nec Armenos modo ad œcumenicam synodum Lugduni celebrandam, sed Græcos etiam, immo & nationes barbaras, vt Tartaros, ad excipiendos lucis euangelicæ radios conuocauit. De qua re hæc Ptolemæus Lucensis e: *Anno Domini mcccxxviii. Gregorius X. concilium aduocat apud Lugdunum; ad quod concilium Græcos vocat, & Paleologum requirit, qui Papam sollicitauerat ad Latinorum concordiam & Græcorum, sicut euentus rei testimonium perhibet. Ad hoc etiam concilium vocantur barbare nationes, vt gens Tartarorum ad Christi fidem adduceretur, procurantibus religiosi personis, quæ fuerant ad nationes transmissa.*

6 Cum vero in ea synodo excindere vitia, quæ in Ecclesiâ irrepserant, improbas consuetudines delere, Christianorum mores ad primæuum sanctitatis florem reuocare, meditaretur, pluribus archiepiscopis, atque episcopis scientiæ ac prudentiæ opinione florentissimis prouinciæ demandauit, vt solcite inquirerent, quæ emendanda in populo Christiano, vel in religiosi familijs viderentur: quæ a gentilibus, Iudæis, vel hæreticis imminerent pericula; tum quæ congrua ijs remedia adhibenda essent, designarentur: mitterentur oratores ante concilij indictum tempus mēibus sex, quo ea, quæ par erat, prudentia discuti atque in concilio ipso ordine debito proponi possent. Ita electo f Comptellano vt in regno Legionensi id ageret, Hispanensi, Taraconensi, Tolerano, Casaugustano, Seg-

biensi, Pampilonensi in reliqua Hispania; in Germania vero Olomucensi episcopo alijsque in cæteris Christiani orbis regnis ac prouincijs id iniūxit: a Egrege vero ea perfunctus inter cæteros Olomucensis: cuius literæ in arce S. Angeli reconditæ sunt, atque a Platina iussu Sixti IV. redactæ inter insignia monumenta, quæ tribus voluminibus est complexus b, quæ lucem aspiciant dignissima: quamuis parum æquiore in religiosi viros zelo inuectus videatur.

Relatio episcopi Olomucensis in Alemannia ad Papam super deliberandis in concilio.

Quoniam dies mali sunt, ad instantis temporis malitiam redimendam, immo potius propulsandam, vestra prouidentia sanctitatis indixit concilium, vt communi consilio malis communibus occurratur; inter cætera mandans nobis, quatenus ea, quæ in regno Alemannia & partibus conuicinis, prout facultas aderit, siue in clero cuiuscumque religionis aut status, vel in reliquo populo Christiano vtriusque sexus; siue in infidelibus cuiuscumque sectæ, vel ritus conuersantibus inter eos, quatenus per illos Christiana religio infici potest seu quomodolibet fermentari, correctionis remedio indigere, videntur; per nos aut alios viros ad hoc idoneos, non quidem per testes iuratos seu alios ordinaria inquisitione, sed alia inuestigatione, quæ per familiares collationes & alios diuersos indagandi modos cum religiosi & alijs execrantibus maxime vitia, colentibusque virtutes haberi poterit; diligenter exquirentes, ea sigillatim, distincte & aperte conscripta; nec non & consilia de remedijs adhibendis ad correctionem & reformationem illorum sub sigillo nostro pro aliquos fideles nuncios ad præsentiam vestram mittamus, in missione huiusmodi tempus ipsius præueniendo concilij per sex menses, vt interim haberi possit competens discussio, & plena deliberatio ad opportuna exquirenda, vt decet, antidota circa illa per approbationem eiusdem concilij adhibenda; volentes nos omni cautela & diligentia prouidere, vt ad inuestigationem prædictorum taliter procedatur, quod nulli per hoc irrogari possit infamia, nec aduersus aliquem proinde scandalum suscitari. Quod quidem intelligimus de personis specialibus, non in genere: præsertim cum mandaueritis in clero cuiuscumque religionis, aut status in reliquo populo Christiano vtriusque sexus fieri hoc debere. Quia in re Pontificum Romanorum inuellendis ex vniuersa Ecclesia vitij commendandum studium, ac sacra consuetudo obseruanda, qua, indicta œcumenica synodo, episcopi incommoda scandalæ in Ecclesia Dei exorta aliquot ante mēibus denuntiare, & remedia illis afferenda proponere iubebantur, quo ea maturo liberata examine ac discussa, synodo, vt sententiam ferret, proponerentur: adeo vt quæ probanda, refutandaue in concilij, diu prudentia insignium virorum sagaci iudicio perpenderentur. Vt mirum videri iam non debeat, si concilia, in quibus res adeo mole sua graues ac varietate distinctæ tractabantur, paucis sessionibus absoluerentur, quæ aliunde longo tempore, vt in examen vocarentur, eguissent.

7 *Nos igitur in his vestro parentes mandato, immo secundum opinionem procedere intendentes in his, quæ per experientiam didicimus, quod scimus loquimur, & quod vidimus protestamur: quoniam, secundum Apostolum, periculosa tempora iam venerunt, in quibus homines seipos amantes præponunt commoda reipublicæ rem priuatam: vnde non solum in regno Alemannia, sed vbiq; hæc pestis tantum*

a Reg. post eand. ep. Quæ reculerit Olomucensis episc. b 70. l. M. S. Vat. pag. 108. lib. pri. ui. eg. Rom. eccl. co. 1. pag. 224. M. S. bibliot. Vall. sig. 2. B. 12 pag. 548.

Queritur, in Germania electores Regū & præfules contrarijs scindi studijs.

inuis-

De nūijs ecclesiæ concilij

a Eod. cod. Vall. pag. 43. Alfonso Rex Castellæ concilij inuitatus.

Et Philippus Francorum. b Lib. 2. ep. cur. 5. c lb. ep. 1. Armeni ad illud exciti. Reg. post eand. ep.

d lb. ep. 2.

e Ptol. Luc. in annual. Græci ad schism. exuendū.

Tartari ad fidem suscipiendā.

Iniuncta præfules prouinciæ, vt quæ cetera egēt in scripta redigant.

f Lib. 1. ep. cur. 65.

inualuit, quod, quantum est in hominibus siue spiri-
tualibus, siue secularibus, horrentes iuga supe-
riorum in Regum electionibus, & etiam prelatorum,
aut tales eligunt, quos eis subesse potius oporteat
quam præesse, aut in diuersos diuidunt vota sua:
duabus forsitan de causis, ut plus emungant a pluribus
quam ab uno; aut ideo, si voluerit vnus procedere,
per rigorem iustitiæ contra ipsos, per alium defen-
dantur. Ecce, pater & domine reuerende, exemplum
huiusmodi coram vestris oculis est & nostris, iam præ-
teritum & iam instans: præteritum in electione Re-
gis Hispania & comitis Richardi; & nunc Regis Hi-
spania & comitis Rodulphi.

Quæ cau-
sæ ipsos ad
id permo-
ueant.
Exemplū
affert Al-
fonfi Ro-
dulphiq;
electionis.

An. Chr.
1271. n. 32
Ptol. Luc.
hist. eccl. l.
23. cap. 3.
Iord. M.S.
var. bibl.
b Eberha-
in: br. hoc
ann. apud
Canis. ant.
leth. to. 1.
pag. 307.
c Ric Ma
le sp. hist.
Flor. c. 198
d Io. Vill. l.
7. c. 43.
e Naucl.
gener. 43.
Rodulph⁹
comes eli-
gitur.

Rodulphi
elogia.

Aditu faci-
lem se om-
nibus ex-
hibet.

f Colmar.
chr. part.
at.
Eius ele-
ctio cele-
sti viso præ-
nuntiata.
Cōspicua
in celo
erux dum
regalibus
insignib⁹
cingitur.

Consentiunt præfalis huius sagacissimi dictis
nonnulli auctores, qui tradidere exteros principes
a Germanis electos non tam ob præclaras virtute-
tes, quibus florebant, quam ut ab ijs munera cor-
raderent, ac minus eorum imperijs subessent, qui-
bus ipsorum auctoritas ac potentia magis neces-
saria videretur. De altera vero electione, extincto,
vt vidimus a, Richardo, celebrata, congruunt scri-
ptores, qui Rodulphi electionem in hunc annum
coniecere; inter quos Eberhardus Altahensis, ec-
clesiæ Ratisponensis archidiaconus b, Iussi enim
a Gregorio fuerant electores, vt in vno eligendo
consentirent, darentque Ecclesiæ defensorem, vt
tradunt Ricordanus, Malepina. & Ioannes Villa-
nus d: quibus addit Nauclerus e denūtiasse Grego-
rium, ni Regem crearent, se apostolica auctoritate
illum renūtiaturum. Adijcit Eberhardus, mox Ro-
dulphum fidei sacramento principes in sua verba
adigere voluisse, ijsque, cum scepro careret, recu-
santibus, crucem manu arripuisse, quæ in Christi-
ani principis manu omni scepro augustior censenda
esset: *Electus est*, inquit, *Rudol. comes de Hab-*
spurch in Romanum Regem, postea in Imperatorem
consecrandus, qui Rudolphus statim exegit a princi-
pibus clericis ac laicis fidei iuramentum: quod cum
recusarent propter sceptri absentiam, ipse electus
signum crucis accipiens, talia dixisse fertur: *Ecce*
signum, in quo nos & totus mundus est redemptus,
& hoc signo utamur loco sceptri: & deosculata cru-
ce, omnes principes tam spirituales quam seculares
ipsam crucem loco sceptri osculantes, recipientes seu-
da, sibi fidelitatis iuramentum præstiterunt. Paulo
post autem Aquisgrani solemnī pompa regijs insi-
gnibus est redimitus.

9 Fuisse quidem Rodulphum numeris omni-
bus absolutissimum principem, fidem faciunt au-
ctores, inter quos Siffrius hæc in eius laudem an-
nalibus commendanda celebrauit: *Aequus in dæ-*
diuiti & pauperi extitit: ecclesias, hospitalia defendit
& protexit. Cum videret milites humilibus
personis, secum loqui cupientibus, accessum ad se pro-
hibere, dixit: Per Deum date hominibus acceden-
di locum: non enim propter hoc ad Imperium sum
electus, ut hominibus in arca præcludar. Feruntur
plura præfalia, quibus diuinā prouidentiam, non
hominum nutu illum ad Imperium extulisse de-
monstrent, inter quæ illud in Colmariensibus f an-
nalibus adductum, virum prænobilem atque opu-
lentum, cui de Clingen nomen erat, hoc caelesti
viso imperatorum agnouisse: *Vidit, inquit, prin-*
cipes & electores Imperij congregatos, & dicentes:
Quicumque ex nobis hanc coronam leuare poterit,
Rex ab omnibus habebitur. Singulis autem se pro-
bantibus, nullus eorum leuare potuit eam. Tandem
Rodulphus de Habspurch comes coronam potenter ele-
uauit, seque coronauit. Visionem hanc euentus subse-
quens approbauit: eligitur enim in crastino Michaelis
anno MCLXXIII. Addit eorundem Colmariensium

annalium auctor a, contigisse aliud quiddam sin-
gulare, dum consueto ritu in peruigilio festi om-
nium sanctorum Imperij ornamentis cingeba-
tur, nimirum nubem candidam in modum crucis
efformatam in aere conspectam fuisse, eamque
postea cruoris ruborem induisse; reque adeo ad-
miranda, quæ stupore omnes defixerat, a princi-
pibus Rodulpho renūtiata, dixisse: *Si Dominus*
mibi vitam prosperitatemque dederit, transmarinas
partes adibo, & pro peccatis meis maximis sangui-
nem meum consecrabo Domino Iesu Christo. His
consentanea tradit Ptolemæus Lucensis b de Ro-
dulpho.

10 At postea Christi causam turpiter deser-
uit. Sed ad Olomucensis episcopi literas, statum
Germanicarum rerum describentes, quibus longa
digressio nos abripuit, redeamus. *Hoc ideo vo-*
bis scribimus, nempe de Imperio iterum Alfou-
sum inter ac Rodulphum diuiso loquitur, quia
in litera prima, quam de concilio scripsistis super vno
principali articulo celebrando, qualiter subueniatur
Terræ sanctæ, eadem subuentio iam debilitata videat-
ur, cum Imperij turbatio penitus turbet eam. Cu-
ius reformationis concilij credimus esse summam, quod
talis, si fieri possit, per vestrum consilium habere-
tur Imperator, consilio concilij adiuuante, qui po-
tenter ordinata pace in mundo posset esse huius execu-
tor negotij propria in persona. Sapiens hoc consi-
lium admisit Gregorius, cum Rodulphum, repudia-
to Alfonso, regio nomine decorauit, eumque
transmarinæ expeditionis ducem futurum sacra-
mento atrinxit. Addunt superioribus episcopi
Olomucensis literæ.

11 *Terræ* domine reuerende, si audemus dicere,*
videtur quod tam spirituales quam seculares Imper-
atoris potentiam iam abhorrent. Volunt quidem
per Spiritum sanctum benignitatem, Imperatorem
habere, & per vniuersam Sapientiam Dei Patris,
Imperatorem eligere sapientem: sed quasi personam
tertiam abnegantes potentiam ipsam horrent: cum
*tamen velle & scire nihil valeant sine posse: & * ma-*
gis expediens videatur quam vnius potentia, etiam si ali-
quantulum malignari vellet, malignitatem aliorum
nihilominus comescendo, toleraretur, quam si sine
cōpescente insolescerent vniuersi, illius saltem mali-
gnitate mors deleter vnius, plurimū insolentia de facili
delere non posset; cum iam in consuetudinē deuenisset.
Hæc de regno Alemannia sufficient: quamuis in eis
exprimendis nos diminutos potius quam superfluos
reputemus. Vera nimium tetigit episcopus: ex
diuturna enim illa rectoris orbitate creuerat adeo
effrænata nobilium audacia, vt quisque raperet;
& quasi prædæ datum esset Imperium, ex illius rui-
nis suam potentiam conderet: fuereque grauissi-
ma bella Rodulpho suscipienda, vt iura Imperij re-
cuperaret: vnde ob bellorum molem a professione
Hierosolymitana retardatus, in Saracenis arma
non conuertit. Pergunt præfalis literæ finitimo-
rum Germaniæ regnorum statum depingere.

12 *Confinia vero regni circa terminos nostros*
hæc sunt: Vngaria, Russia, Lituania & Prussia.
Hæc vero sunt pericula a regno Vngariæ Christiani-
tati imminencia: primum quod in ipso regno Cuma-
ni manentur, qui non solum alienigenis, sed
etiam ipsius regni incolis atrociter sunt infesti, &
modo apud alios minus solito præliandi, infantibus
& senibus nou parcentes; iuuenes & iuuenulas ca-
ptiuatos in sui ritus malitia deducunt consuetudinē:
ita quod potentiam suam taliter iam multiplicauerunt
per eosdem, quod ipsi Vngariæ certum ex
hoc imminet periculum & iactura, & terris etiam

a Clama-
annalibus
anno.

Expedi-
tionē Ab-
ticam Ro-
dulphi
vouet.
b Prol. Lu-
censis
l. 23. c. 3.

Consilia
Olomu-
censis
episcopi
ad Alfou-
sum
expeditio-
nis ducē

Queritur
electores
ab eligen-
do præp-
tente
cipe ab-
horrent.

* nil

Vnde ma-
li causæ
emergunt.

Imperio
tia Vng-
ariæ per-
icula
la exponit
Cum-
nos cre-
scere fe-
cia.

conuicinis. Et quidem tradit Stero a hoc anno post festum purificatae Virginis-Cumanos Vngaris iunctos irrupisse in Vngariam, Styriam, & Moraniam, ac strages horrendas, nullo ætatis sexusque discrimine, edidisse: incensum enim antea inter Orthocharum Boemiæ & Ladislaum Vngariæ Reges bellum supra insinuauimus, quod Pontifex extinguere nisus est: atque etiam hoc anno Cætolum Siciliae Regem, qui Ladislao filiam vxorem locarat, vt ad illud sopiendum suam operam strenue adhiberet, subiectis verbis est adhortatus. b

Regiæ serenitati paterno suademus affectu, quatenus ijs, quæ in dictis cõtinebantur literis, debita meditatione pensatis periculis, quæ de guerra inter memoratum Regem, & charissimum in Christo filium nostrum illustrem Regem Vngariæ generum tuum possunt insurgere, nisi eius obstitetur inity, quantum tibi facultas aderit, solerter attendas: cum sit cautius tempora prouenire discriminum, quam eorum instantia expectare.

13 Nec ea sola Vngariam premebant mala, verum serpebant etiam in eo regno hæreses, & schismatici inualescebant, vt in relatione Gregorio facta deploratur: Item in eodem regno manifeste heretici & schismatici confouentur terrarum profugiarum. Ecce ipsa Regina Vngaria est Cumana, de Ladislai matre loquitur, proximi parentes eius gentiles sunt, & fuerunt: duæ filia Regis Vngaria Rbutenis, qui sunt schismatici, desponsata fuerunt; soror iauenis huius Regis . . . est tradita Ecclesie inimico: Rbutani sunt schismatici & Tartarorum nihilominus seruitores: * Letbiriani & Vtheni * velut gentiles plures episcopatus Polonia iam penitus deleuerunt: isti sunt parietes proximi nobis, in quibus cum ardeat, rem nostram agi sine dubio iam videmus. Infictas hoc anno a Lituani & Pruthenis Poloniae clades luget Longinus a, qui ait Boleslai potentia bellis ciuilibus attrita, ipsos in Lublinsensem prouinciam ferro flammaque succinctos excurrisse, ac barbarico more sæuissime laborasse vero prodicionis infamia Paulum Cracouensem episc. atque a multis creditum, ab ipso ad capiendam de Boleslao vitionis voluptatem excitos. Subdit auctor nonnulla ad id confirmandum prodigia, cum in templo sanctæ Trinitatis septuaginta viris cinctus versaretur, audit in aere vocem, bonine an mali angeli incertum: *Væ tibi, Paule episcopo. Satius tecum actum esset, si natus non fuisset.* Visum etiam a viro pio per quietem lupum, erectis prioribus sursum pedibus, voce humana in Paulum episcopum intonuisse: *Væ tibi, Paule episcopo, quoniam cepisti & occidisti;* eaque voce & relatione contentum plurimum de criminibus dolorem hausisse: cumque ea solitariis in cubiculo plangeret, alteram vocem exauditam: *Ne timeas, Paule episcopo: age quod libet, in anno septimo moriturus.* Cui voci respondit ille: *Optime aget mecum diuina pietas, si vitam mihi vsque in septennium protelauerit, infra illud tempus de factis meis digna pœnitentia expiationem obtenturus.* Hæ erant artes dæmonis, qui miserum hominem primum in desperationem deiicere, deinde in effrenatam peccandi audaciam alligere meditabatur. Mentitus vero est, cum in plures annos Paulus vitam produxerit. Cæterum subdit Longinus eiusmodi voces tã alte insonuisse, vt ab ijs, qui fores cubiculi obseruabant, fuerint exceptæ. Quod porro ad Lituanos ac Pruthenos attinet; non impune scelus tulere: Lestko enim & Conradus Cuiania & Masouia duces, Po-

lesitarum ac Pruthenorum terras ingressi, omnia cædibus rapinisque corruerunt.

14 Vbi hæ calamitates finitimorum regnorum Germaniæ in oculis Pontificis ab Olomucensi episcopo collocatae fuerunt, redit narratio ad reliqua Germaniæ mala: *Vt ergo de principibus Theutonia taceamus, qui adeo inter se sunt diuisi, vt Superiorem habere non intendant, quod desolationem & destructionem suæ terræ vnus ab altero expectare videtur; vnde ad Christianitatem in nostris partibus defendendam, vel ad damna transmarimarum partium propulsanda inbabiles sunt omnino; soli regno Boemia imminere videtur in partibus nostris defensio fidei Christianæ.* Certe per has terras fuit vestra paterna prouidentia cauere voluerit periculis iam vicinis, sic studens in acquisitione Terra sanctæ, quod non relinquat in periculo terras istas: volentes vitare Charybdim, in Scyllam vtique incideremus. De clero non scribimus ita vobis, quod in illis quidem, quæ sunt de vita & honestate eorum, satis in alijs concilijs est prouisum. De quibusdam vero emergentibus in terris nostris & nobis vicinis, nescimus autem, si sint generalia apud omnes, credimus ita esse, quod quoad paucitatem beneficiorum, & eorum tenuitatem, nimietas est eorum, qui gaudere volunt priuilegio clericali: ex quo nobis, qui pralati sumus, maxima perplexio consuevit oriri. Cum enim talibus prouideri non possit, coguntur mendicare in opprobrium ordinis clericalis: vel, quod verius est, nolentes fodere, artes mechanicas nescientes, quarum commercio vitã ducant ad furta, latrocinia, & sacrilegia conuertuntur, & in talibus comprehensi, quandoque traduntur episcopis: quorum tandem carcerem euadentes, perseverantes tamen malitia in consuetudine depræbenti supplicij deputantur manibus iudicantium, & consentientium inquinatis: adeo vt multitudinem effrenatam propter hoc accidat aliquando denunciari excommunicationis vinculum incidisse, propter quod inter prælatos & laicos frequenter scandalum suscitatur.

15 Lugendum cruentis sane lacrymis ob clericorum huiusmodi excessus, qui non pietate adducti, sed auaritia clericali militiæ nomen dedere, vt diuitias sub paupere Christo, quas sub mundo diuite sperare non poterant, assequantur: vel qui sæpius mancipiorum more acti a parentibus, qui ipsos familia bonisque paternis eijciunt, vt maiores natu bene collocent, ad diuina obeunda officia se conferunt; a quibus eo magis abhorrent animo, quo pietatem inuitis imprimere alij contenderunt. Quid enim ex ijs expectandum est, quam vt sui muneris dignitatem contaminent, & deprauato morum exemplo horrorem omnibus incutiant.

16 Placeat ergo sanctitati vestra, ex quo tanta est distantia episcoporum in partibus nostris, quod de facili ad degradationem talium conuenire non possint in talibus casibus, vbi incorrigibiles inueniuntur clerici, primo, secundo, & tertio in factis enormibus depræbenti, valeat episcopus sine conuocatione episcoporum, eos solus in sua solemnè synodo approbante ipsa synodo degradare; vel aliter propter multitudinem ipsos clericos capientium sine difficili accessu curia Romana ipsis laicis vestra studeat paternitas in absolutionis beneficio prouidere. Sunt alia vero, in quibus clerum & ecclesias seculares, conuentuales, seu parochiales adeo contingit offendi, quod sedem Apostolicam ab huiusmodi filiabus iam non oporteat expectare quod crescant: cum eas quotidie in rebus & iuribus minui, & decrescere videamus. Illa enim ostensio, que

Alia mala quibus a concilio prouidentum fit.

De Tartarorum irruptionibus in Germaniam.

De indignis clericatum affectantibus.

Proponitur Gregorio faciendos clericos ab episcopo exauktorandos.

Diuinum cultum in ecclesijs exolecere queritur Olomuc. episc.

Stero in annali a-pua Canis antiq. l. 7. p. 1. pag. 303. Ex Vngar. & Boem. bello sine sue exortu clades. Extrat Greg. in cod. Vall. sig. C. n. 49. pag. 31.

Gregori Carolum hortatur, vt discordiam mature sopiat.

Impendens affinitate hostium ecclesie Vngariæ mala.

Lituani Prutheni

Long. Pol. Lituani & Prutheni Poloniam vastant.

De Paulo episc. Cracouen. qui ipsos exciuerat

Veludibris dæmonum exagritatus fit.

Poloni de Pruthenis vitionem repetunt.

qua per Dominum in Euangelio, & per Moysen in veteri testamento leproforum sacerdotibus debebatur, per quam peccantium confessio intelligitur, est de medio sublata: predicationis verbum, quod eis in commisso sibi populo competeat audiri, contemnitur ab eisdem: ipsas conuentuales & parochiales ecclesias in diebus dominicis & festiuis non contingit a populo frequentari; & hoc maxime in ciuitatibus & oppidis, vbi Prædicatores & Minores domicilia sua habent. Monitum hic ego pium lectorem velim, parum æquo zelo ferri hunc episcopum videri, qui Dominicanos, ac Minoritas ob disseminatum verbum diuinum perstringat. Quid enim? si clerici, quos sane tãgit populos instruere, ob diuitias quibus affluunt, otio marceant, num religiosi viri ideo vituperandi, si diuino incensi zelo populos edoceant, vel si clerici suo strenue in populis Christiana pietate informandis officio nõ fungantur? Præterea si populi plus religiosi viris, quam secularibus affici videantur, quid succensere illis possunt?

17 Solent enim dicti fratres primo diluculo dicere missas vsque ad horam tertiam, non cessando: præter vnã autem, quam dicunt solemniter in conuentu, legendo breuiter continuant plures missas: & quoniam gaudent breuitate moderni, populus querit potius missas illas, conuentualibus & parochialibus ecclesiis prætermisissis. Consueuerunt etiam dicti missis fratres detinere populum per sermonem, quare alias ecclesias non visitant, vt deberent. Consueuerunt etiam dare indulgentiam duorum, trium, quatuor, decem, plurium annorum in diebus solemnitatum suarũ & per octauas earum. Et infra: Hæc de clero vobis scripsimus, sicut de veritate omnimoda nobis constat.

18 De populo vero Christiano vtriusque sexus vobis constare scimus, tanquam ei qui Leodiensis archidiaconus extitisset, quod in illis & alijs quibusdam partibus Christianitatis synodus aliquoties in anno cum laicis celebrari consuevit, vbi testes synodales ad hoc electi & iurati deponere consueuerunt & dicere qua contra Deum & religionem Christianam publice fiunt a laicis illo anno; vel etiam que fama accusat, contra quam vel purgare se contingit accusatos, vel non purgantes se canonicam secundum terræ consuetudinem non euadere vitionem. In alijs vero diocesis hoc fieri non obtinet consuetudo, unde laicorum impuniti maneant excessus, si sint etiam manifesti. Si vero sacerdos tales forsitan voluerit in sua parochia accusare, frequenter ex eo sentit periculum vitæ suæ. Provideat ergo sanctitas vestra, si placeat, vt Christianitatis synodus seruetur vbique pro conseruanda honestate populi Christiani: cum idem deponat auctoritas euangelica, in qua dicitur: Dic Ecclesiæ, quod talia Ecclesiæ sunt dicenda.

Sunt etiam quidam & quadam apud nos religioforum sibi habitum & nomina vendicantes, quos & quas, cum eorum non sit religio per sedem Apostolicam confirmata, scætarum nomine credimus comprehendendi: qui passim vt iugum euadant obedientiæ, habentes velamen malitiæ libertatem, quasi liberius Domino seruituri, dominos & dominas habere nolentes; fugientes etiam obedientiam sacerdotum, seu etiam coercionem coniugij maritalis, & per aliquem ordinem se astringi; femina iuuenes in statu viduitatis se ponunt, illectæ forsitan ab aliquibus, per quos nubere prohibentur, contra Apostolum, qui de talibus ita dicit: Vidua non eligatur nisi sexaginta annorũ. Item: Adolescentiores autem viduas deuita. Volo autem huiusmodi nubere; istæ enim sunt, quæ solent circuire domos non solum otiosa, sed verbosa; unde & post sathanam sapius conuertuntur retrorsum.

Certe istæ sunt illæ religiose, quæ sub nomine honestatis, sicut olim contra Barnabam & Paulum, seditiones contra clericos suscitare fuerunt: a quibus etiam in confessionibus fugiunt, nec recipiunt ecclesiastica sacramenta: & innuentes tacite, quasi sacramenta in eorum manibus sint polluta. Consilium autem de huiusmodi aliud non damus, nisi quod Apostolus dedisse dignoscitur, sicut supra, quod tales nuberent, suam dixit omnimodam voluntatem, vel in approbatis religionibus retrudantur. Huic malo mederi est conatus Gregorius a, cum in concilio edita constitutione fodalitia a sede Apostolica non approbata dissolui, atque extingui imperauit: tum eorum licentiam, qui sibi religiosam professionem affingerent, coerceri.

De infidelibus vero inter nos conuersantibus; Deo teste, de hæreticis nihil scimus. De Iudæis vero dicimus, quod Christianas habent nutrices, vsuras patenter exercent, & eas indigentibus aggrauant ultra modum; intantum, vt infra annum excedant etiam ipsam sortem. Publica exercent officia: telonearij, monetarij fiunt, & cum alias sint infideles, fidem minimam etiam in his seruant. Furatos calices, vestes sacras, nec non & libros recipiunt a furibus, & seruant; & cum sic acceptos cogantur restituere Christiani, si apud eos fortassis inueniantur, Iudæi eos restituere non coguntur.

In his omnibus, quæ vestra scripsimus sanctitati, si diminuti forsitan vel superflui inuenimur, petimus vt vestra discretio parcat nobis. Voluistis autem vt vobis cum omni cautela & diligentia scriberemus: quod sine dubio nobis ipsis necessarium arbitramur, quoniam si litera ista de nomine nostro ad aliorum manus, quam ad vestras forsitan perueniret, scimus quod persecutionis scandalum euadere non possemus. Hactenus Olomucensis episcopus ad Gregorium de malis in Germania exortis, quæ in concilio indicto falce Apostolica refecanda videbantur.

19 Adiungenda hic nonnulla alia visa sunt, quæ indicti concilij occasione in Norvvegia gesta fuere. Ioannes enim Nidrosiensis archiepiscopus a Gregorio monitus inter cætera, in episcoporum conuentibus de restituendis ecclesiarum iuribus agitatum iri; cum suæ sedis prærogatiuas obsoleuisse perpenderet, quæ tamen sine maximo discrimine pristino statui asseri non possent; quippe qui contenderet Norvvegianum sceptrum ecclesiæ Nidrosiensi esse obnoxium, Regemque non successione hereditaria, sed liberis suffragijs, quorum præcipuum archiepiscopus Nidrosiensis obtineret, creandum; Magnus vero Rex Norvvegiæ contraria opponeret argumenta; publicæ pacis colendæ studio cum Magno ipso his pacationibus controuersiam composuit b, quibus & Regis & Ecclesiæ dignitati consuluit.

In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Amen.

Vt certitudo præsentium det veram in perpetuum, & euidentem memoriam præteritorum, sciendum est, quod cum venerabilis pater Ioannes, Dei gratia, Nidrosiensis archiepiscopus fuisset ad regimen Nidrosiensis ecclesiæ superna dispositione vocatus; reuersus a sede Apostolica, munere consecrationis recepto, tanquam sponsæ Christi in parte sollicitudinis fidelis procurator effectus; incepit inquirere, prout sciuit & debuit, de iuribus, & libertatibus, & priuilegijs ad eam pertinentibus; & cognouit sibi fuisse in prædictis omnibus per obreptiones contrarias multipliciter derogatum, iuri communi videlicet, quia-

Viros religiosos priuilegijs nihil augeri.

Laicorum excessus impune ferri.

De religioforum habitum præferentibus nullam professis formam approbatam.

a. n. p. lig.

De Iudæis sumta cessibus

Insigni inter archiepiscopos drolens Magni Regem Norvvegiæ controuertit

b. Ext. p. d. G. ann. 138. in ep. 38.

causa fere omnes ad ecclesiam pertinentes per exactores & balios laicos ex parte regni secundum leges patriæ scriptas, vel consuetudines *, iure canonico & ecclesiasticis iudicijs tractabantur libertatibus, quia nullos homines liberos obtinebat Nidrosiensis ecclesia, exceptis illis, qui in curia archiepiscopi & in fabrica ipsius ecclesie continue laborabant. Priuilegijs siquidem omnibus sibi a quibuscumque concessis detractum fuerat multipliciter, vt creditur, non vtendo; & præcipue priuilegio a Magno quondam, vt dicitur, Rege Norvvegiæ in ea parte, qua continebatur, quod præfatus Rex deuouit se & regnum suum B. Olauo Regi & martyri; & in signum perpetuæ subiectionis præcepit, coronam suam post decessum suum, & omnium in regno sibi succedentium offerri præfato martyri Nidrosiæ in ecclesia cathedrali: nec non & cuidam constitutioni antiquæ patriæ, forte per eundem Magnum editæ, quæ innuit Reges Norvvegiæ debere eligi, & in electione archiepiscopum & episcopos regni inter ceteros electores vocem præcipuam obtinere. Tandem receptis literis apostolicis pro congregatione concilij generalis, inter cetera continentibus, quod vnusquisque prælatus notaret articulos, quos in sibi commissio regimine reformatione, ac correctione perpèderet indigere; deliberant prædictus pater archiepiscopus præfatos articulos quaquam correctione dignos, Romano Pontifici præsentare. Verumtamen quia ex ijs posset discordia inter regnum & Ecclesiam prouenire, multis animabus & corporibus nocitura; præfatus pater archiepiscopus prius ipsos domino Magno, Dei gratia, illustri Regi Norvvegiæ explicauit, supplicans, vt inter se de prædictis taliter ordinaret, quod cederet ad honorem Dei omnipotentis, & vtilitatem Ecclesiæ, animarum, ipsorum, & totius sibi commissi populi ad salutem.

Verum, licet prædictus dominus Rex assereret sufficientes rationes ad respondendum præfatis articulis se habere, si super ijs coram iusto iudice duceret contendendum; & maxime contra electionem & oblationem coronæ, de quibus vix posset probari Nidrosiensem ecclesiam possessionem pacificam habuisse; & nouum genus exactiois videri poterat; illud ab eo exigi, quod non fuerat hæctenus attentatum, vel consuetum; & præcipue quia de subiectione regni sui agebatur, quod ipse post patrem & antecessores suos asserbat; se iure hereditario liberum suscepisse; & sic illud proponit per Dei gratiam suis heredibus & successoribus dimittere post se liberum & quietum; verumtamen ex solitæ benignitatis affectu, quem ad honesta quæque, & maxime circa matrem Nidrosiensem ecclesiam hæctenus habuit, & adhuc habere dignoscitur, volens, eam fore sibi pacatam, & amplioribus libertatibus & priuilegijs suis temporibus decorari; tamquam pacis amator & cultor iustitiæ, post multos tractatus hinc inde habitos super prædictis, interueniente consilio & assensu episcoporum, baronum, & canonicorum Nidrosiensium, & aliorum plurium; duxit componendum prædictus Rex illustris cum domino archiepiscopo anno Domini MCCCLXXIII. in festo S. Petri ad vincula in ciuitate Bergenſi in hunc modum.

20 Videlicet, quod prædictus archiepiscopus, pro bono pacis & commodo ecclesiæ & animarum procuranda salute, renuntiavit nomine Nidrosiensis ecclesiæ pro se & successoribus suis canonice intrantibus in perpetuum omni iuri, si

quod in prædicta electione Regum, subiectione seu oblatione coronæ habebat, vel habere poterat, tam in petitorio quam in possessorio ratione dicti priuilegij, seu legis, vel quocumque alio modo sibi competere videretur; omnibus alijs iuribus; ad ecclesiam spectantibus, quæ in legibus patriæ continentur, & ecclesiasticorum priuilegijs semper saluis: dummodo superfluis aliquis, qui legitime possit & debeat iure hereditario succedere. Si vero nullus inueniatur successor legitimus, archiepiscopus & episcopi inter ceteros nobiliores & discretiores regni electores in electione tantum voces primas & potissimas obtinebunt. Præfatus autem dominus Rex renuntiavit pro se, & heredibus, & successoribus suis in perpetuum omni iuri, si quod in auditione, examinatione, & determinatione causarum ad Ecclesiam spectantium hæctenus habuerat; inhibens firmiter vniuersis exactoribus & legiferis Regis, tam propinquis quam remotis, tam præsentibus quam futuris per totum regnum, ne de ipsis causis præsumant iudicare; vel prætextu alicuius consuetudinis, quam retroactis temporibus habuerat prædictus dominus Rex, vel habere visus fuerat, se aliquatenus intromittant: sed per iudices ecclesiasticos tales causæ de cetero libere dirimantur, vt sunt hæc omnes causæ clericorum, quando inter se litigant, vel a laicis impetuntur: matrimoniorum, natalium, iuris patronatus, decimarum, votorum, testamentorum; maxime quando agitur de legatis, ecclesijs, & pijs locis, & religiosis; tuitio peregrinorum visitantium limina B. Olau, vel aliorum sanctorum, & eorum causæ. Item, personarum ecclesiasticarum, sacrilegij, periurij, vsurarum, simoniæ, hæresis, fornicationis, adulterij, & incestus; & omnes aliæ, quæ ad forum ecclesiasticum possent de iure communi quoquo modo spectare. Item denuo concessit dominus Rex, & firmiter obseruari præcepit, quod a prædecessoribus suis est concessum, scilicet vt semper licitum sit archiepiscopis & episcopis in capellis a Regibus fundatis, vel dotatis, sicut & in alijs capellis suæ prouinciæ, instituere idoneas sine ipsorum & aliorum laicorum assensu vel præsentatione personas. Item concessit quod in electionibus episcoporum, vel abbatum Nidrosiensis prouinciæ nulla vis, nulla potentia, nulla auctoritas Regis vel principis interueniat: nec fauore ipsorum quisquam officium ecclesiasticæ prælationis obtineat; sed ille præficiatur, quem ipsi, ad quos electio pertinet, vacanti ecclesiæ scientia & moribus iudicauerint aptiorem. Item denuo concessit, quod Regibus non liceat approbatas patriæ leges & scriptas, & pœnas pecuniarias siue in clericis siue in laicis contra antiquam consuetudinem in ecclesiis seu clericorum dispendium immutare. [Et interiectis pluribus, quibus Nidrosiensis & aliarum ecclesiarum priuilegia aucta, & amplificata sunt, subditur.]

Item concessit, quod liceat domino archiepiscopo habere vnum hominem in curia sua, qui cudat denarios, prout litera sua super hoc confecta attestabatur. Hanc autem compositionem iniuerunt saepe nominatus dominus Rex illustris, & reuerendus pater archiepiscopus, præsentibus venerabilibus patribus domino Triullo, Dei gratia, episcopo Stavvangrenſi; Andrea Asloenſi, Askuiuo Bergenſi: & itis baronibus regni Brunulpho, Rognaldo, Andrea Gregorij, Elivvo de Naultal, Andrea Plut, Aslaco Gus, Bernone Elingi, & Thoria cancellario domini Regis: *Et infra.*

Deficiente herede, Norvvegiæ seepri præcipuus est inter electores Nidrosien.

Restituta tribunalia ecclesiastica in Norvvegia.

Assertum archiepiscopi Nidrosiæ dædæ moneta ius.

Renuntiantes in hoc facto omni exceptioni doli mali, fraudis, actioni in factum, & specialiter restitutioni in integram, & omnibus literis inter ipsos vel prædecessores suos hæcenus habitis & obtentis, & omnibus indulgentijs, & priuilegijs apostolicis impetratis & impetrandis, & omni alij remedio iuris canonici & ciuilibus, per quæ prædicta compositio & finalis concordia posset impediri, seu modo aliquo irritari: salua tamen in omnibus Apostolica sedis auctoritate. Hoc adiecto, quod si Romanus Pontifex huic compositioni consentire noluerit, eam per suas literas confirmando, salua sint tam domino Regi quam archiepiscopo actiones & defensiones, quæ sibi in præfenti competere dignoscuntur, &c. *Dat. apud prædictam ciuitatem anno & die prædictis, regni vero domini Magni quarti Dei gratia illustris Regis Noruegiae XI. consecrationis vero venerabilis patris Ioannis Nidrosiensis archiepiscopi anno VI.]*

Confirmavit apostolica auctoritate Gregorius sequenti anno VII. kal. aug. has pactiones, dum solemnem episcoporum conuentus Lugduni celebrabat. Sed antequam de Pontificis in Gallias profectio, atque in itinere ab eo gesta profectio, illa nobis præmittenda quæ priusquam iter iniret, perfecit.

21 Extincti, vt vidimus, anno præterito Henrici Angliæ Regis lugubris nuncius ineuntis huius initio ad Pontificem peruenit; qui vt Eduardum dolore confectum ex acerba parentis suauissimi morte erigeret, atque ad constantiam excitaret, literas dedit a; cumque ex transmarina expeditione rediisse incolumem didicisset, bene ac fauste illi precatus ad se accedere, vt mutuo conspectu potirentur, inuitauit.

Charissimo in Christo filio Eduardo Regi Angliæ illustri.

Decet, fili charissime, principem maxime fortitudo, vt nec eleuetur in prosperis, nec concidat in aduersis: sed sic animum præmittat in omnia, quod in omnibus diuinis beneplacitis se conformet: & tam ad illa, quæ interdum infert aduersitas, quam ad ea quæ affert interdum instabilis prosperitatis arrisio, appareat vniformis; bona de manu Domini cum spiritali latitia, & mala, si quando ille permiserit, cum patientia humili recepturus. Talem te, fili, fore præcipuo, quæ ad te gerimus, desideramus affectu, quatenus illius, qui te de insidijs tantis eripuit, & tot & tanta pericula superare concessit, beneficia recognoscens; & te ad illius seruitia reputans præseruatum, & sargas seruire pro viribus, tuam semper illius voluntati coaptans. Patienter itaque ipsius dispositionem suscipias in vocatione claræ memoriæ illustris Regis Angliæ patris tui, quem eduxit Dominus de valle miseræ mundi huius, tanquam catholicum principem in patriam, vt credimus, delaturus. Sitque in hoc ex eo consolationis tibi præsto materia, quod sicut de miseratione diuina, & eiusdem tui genitoris potest deuotione sperari; ad hoc est de præfenti seculo nequam ereptus, vt post eius inquietudinem transiret feliciter ad quietem. Caterum licet ingentem conceperimus de tuo & tuorum prospero aduentu lætitiã, de tuæ tamen personalis exhibitione præfentia, illius exuberantiam audi expectamus: *Dat. apud Vrbeueterem VI. id. ianuarij anno I.]*

22 Vbi in conspectum Pontificis accessisset Eduardus, ab eo inter cætera enixe contendit, vt fusum Henrici maioris natu filij Richardi electi Romanorum Imperatoris sanguinem vliscere-

tur, iustamque seueritatem in Guidonem e Monteforti cædis auctorem distringeret. Vibrarat quidem antea Pontifex sub pontificatus auspicijs anathematis fulmen, aliasque pœnas cumularat, quas hoc anno kal. martijs Vrbeueterem renouauit a: ac magistro Raynerio b vt illi apud ciuitatem Suanensem, Marcellino c apud Castri vrbe, Vberto d apud Montisalti oppidum diem idicerent, prouinciam iniunxit: qui literis, imperata egisse, Pontificem certiores fecerunt e. Adductus est in suspitionem sceleris atque auxiliij Guidoni dati Aldebrandinus comes Rubeus Guidonis focer, cui a Raynerio ad obiecta diluenda diem dici præcepit f Gregorius; sanctusque officio Raynerius rescripsit Pontifici g, Aldebrandinum comitem sistere se iussum, illumque ad capeffenda omnia Pontificis imperia paratissimum professum esse. Postea Ioanni S. Nicolai in carcere Tulliano diacono Card. imposita prouincia est h, vt quæret in Aldebrandinum comitem, si Henrici necis reus extitisset. At Guido vibratis in se sententijs defixus, cinctusque vndique periculis, datis ad Gregorium literis, purgare facinus nisus, excusauit se i, tutum atque integrum sibi non videri, Apostolicam sedem adire: ac postea repetitis literis inanes querelas in Gregorium effudit: ipsum erga se plus æquo ab Eduardo concitatum exasperatumque, ac nullo iuris seruato ordine sententijs atrocissimis obruisse. Sed iniquas sacrilegi querelas contempsit sanctissimus Pontifex, atque illi ob immanitatem sceleris censuratum seueritatem incussit l: latas a Carolo Sicilia Regè in eum sententias confirmavit: perculit anathemate: infamia damnauit: loca, in quibus præfens esset, subiecit interdicto: bonis exiit: omnem in vxoris ditionem auctoritatem ademit: ipsum capientibus exposuit: eius tamen vitæ parci imperauit, edixitque ne quis ipsi faueret.

23 Memoratum Guidonem citra mortis, & mutilationis periculum diffidamus, & etiam forbannimus. Personam nihilominus ipsius citra idem periculum exponentes, ita quod ab omnibus libere capi possit. Omnibus prouinciarum præsidibus, quocumque nomine censeantur, nec non potestatibus, consulibus, alijsque rectoribus ciuitatum, castrorum, aliorumque locorum districte præcipimus, vt ipsum Guidonem capiant, & ad curiam nostram ducant deputandum carceri, vel alias, prout nobis videbitur, castigandum. Ipsum quoque sacrilegum, & contumacem excommunicationis sententia innodamus, decernentes, vt omnia loca, ad qua peruenierit, donec inibi præfens fuerit; nisi capiatur, vel captus teneatur in eis, ad nos vt prædicitur deducendus; ecclesiastico sint supposita interdicto.

Ad hæc vniuersis & singulis ciuitatibus, communitatibus, vniuersitatibus quibuslibet, & personis singularibus, ecclesiasticis & mundanis; cuiuscumque conditionis aut status existant, etiamsi imperiali, vel regali, aut alia quacumque dignitate præfulgeant; hoc generali mandamus edicto, vt nullus dictum Guidonem receptet, vel quantum in eo fuerit, receptari permittat. Nulla eum vniuersitas in potestatem, consulem recipiat, aut rectorem, vel ad quodlibet aliud officium, quocumque nomine censeatur, admittat. Nullus commercium aliquod, aut communionem quamlibet, nisi forsan in illis, que ad salutem animæ ipsius respiciunt, habeant cum eodem. Nullus ei præstet auxilium, consilium, vel fauorem, publicum vel occultum. Nullus cum ipso Guidone sub quouis ingenio, colore, machinatione, vel arte societatem, seu confederationem aliquam inire præ-

Eduardus Henrico in Angliæ regno succedit.

a Ext. in cod. Vallie. sig. lit. C. n. 49 pag. 30

Consolatio ad eum de parentis morte lit.

Serit exp.

Cet. in eo fauor. Gui. la.

sumat: & si secus scienter presumpsum fuerit, omnes singulares personas contrarium presumentes; non obstante qualibet indulgentia sub quacumque forma, vel expressione verborum ipsi ab eadem sede concessa, vel in posterum concedenda, quam quoad hoc viribus omnino carere volumus; sententiam excommunicationis, quam ex nunc in ipsos ferimus, incurrere volumus ipso facto. Vniuersitatem autem, que secus scienter fecerit, & terras illorum, qui eum receptauerint, aut societatem, vel confederationem cum eo inierint, ecclesiastico supponimus interdico: & nihilominus societatem, & confederationem initas, & in posterum ineundas; etiam si poenarum & iuramenti adiectione; vel quacumque fuerint alia firmitate vallata, quatenus in ipsis eius commodum vertitur; omnino viribus vacuamus, & esse decernimus vacuas, irritas, & inanes.

Vasallos quoque, ac subditos, si quos habet idem Guido, absoluiimus a fidelitate, qua tenentur eidem; iuramenta super hoc prestita de potestatis plenitudine relaxantes. Memoratos vero eiusdem Guidonis in premissi commissione flagitij, complices, & fautores excommunicationis & anathematis sententia innotamus, contra eos grauius spiritualiter, & temporaliter processuri, prout viderimus expedire, &c. Addit iubere se tanta religione eas leges obseruari, vt nullus nisi in mortis extremo discrimine absolui possit, omniaque priuilegia contraria infringi: permittere tamen, vt mulieres que fauorem prestiterint scelestis, a suis diocesanis absolui possint. Datum in palatio nostro Vrbeuetano kal. april. pont. nostri anno 11.

24 Percussus harum legum acerbitate Guido, astuque conscientia iactatus, ad suscipiendas omnes, quas Pontifex poenas indigeret, sponte se submitit: de quo inferius. Nunc de alijs censuris in veteres Ecclesie hostes districtis adiungimus, vibratas a Clemente. IV. censuras in die cene Domini, vt moris erat, tum in festo Ascensionis dominice in Veronenses a, & comitem Tyrolensem ob admissum in suscipiendis Conradini partibus scelus, renouasse. Percussit etiam Papienses b anathemate, qui quamuis oratores, vt iusserant, misissent; ob pernicitiam tamen in respuendis Pontificis imperijs veteribus censuris irretiti: nec vllum amantissimi patris officium pro Ecclesie perduellibus vel minus infringendis, aut verborum suauitate pelliciendis pratermisit. Explicuit etiam exitum zelum in tuendis ecclesiarum iuribus; cum enim subortu esset inter Lugdunenses ac principis ecclesie clerum, cuius dominationi se subdixerant, grauissimum dissidium, censurisque a decano defixi clericos diuexassent; ac missis ad eos conciliandos Cluniacensi & Casadei monasteriorum, abbatibus, controuersia sopiri nondum potuisset; annus est Gregorius hisce literis c. ciues ad equitatis rationem adducere.

Gregorius, &c. dilectis filijs ciuium,

& populo Lugdunensi.

Paterna sollicitudinis incumbit officio nunc arguendo, non inuentionibus, nunc correctionibus increpando: discordantes filios ad concordiam reuocare. Et infra. Nostis quidem, quid status ecclesie Lugdunensis, quid illi iuris, quid iurisdictionis in ciuitatem Lugdunensem & ciues competat, nos non latet. Quantum autem in premissis excesseritis contra eam, vos ipsi satis aduertitis, si hoc, sicut decet, in cordis arcano vertatis. Nec enim credimus nec credere possumus, vos sic penitus abiurasse iudicium, quin voluntate

impetum rationabilis discussionis saltem interdum subijcientes examini, vestros circa premissa tam graues, tam notorios attendatis excessus; consideretisque prudenter, quod, cum nos eadem ecclesia dudum in minoribus officijs constitutum, suis tamquam illius canonicum lactarit verberibus, grauius proculdubio mentem nostram tam graues iniurie matris afficiunt, & in illius molestijs non immerito molestamur, cum inter vos, tamquam eiusdem membrum ecclesie in multa familiaritate non modicum tempus egeramus, compassionem vobis speciali compatiatur, dum in grauiam vestrarum animarum pericula, & corporum rerumque dispendia corruisse videmus: cum multi hoc nos non ignorare confiderent, proculdubio rationabiliter admirantur, quod in ijs nondum correctionis apposuimus dexteram, nondum saltem iustitie remedia festinauimus adhibere. Et infra:

Quia tamen de charorum vtilitatibus agitur, & ita ipsi ecclesie quam vobis specialiter expedire putamus, vt per humilitatis & pacis semitas ad eiusdem ecclesie gremium redeatis, dilecti filij Lugdunensis electi [Is erat Petrus e Tarantasia, vir ingentis fame, postea Innocentius V. inter Rom. Pontifices nuncupatus] ac eorum decani, & capituli ex hoc plenius & solidius benevolentia habituri; acceptis non putauimus desistendum. Sed adhuc sedulis monitionibus insistentes, quo frequentius, eo feruentius vniuersitatem vestram monemus, rogamus & hortamur in Domino, vobis nihilominus per apostolica scripta mandantes, quatenus consultius attendentes manifestam memoratam ecclesie iniustitiam, & iniurias & damna eidem illata quadeceat, attentione pensantes, inconsultus motus franco prudentia refranctis, &c. Dat. Viterbij. 14. id. april.]

25 Antequam Vrbeuete Gregorius discederet, consulere libertati ecclesiasticae in Lusitania, studuit, Alfonsoque illius reuertorem grauissimis literis monuit a, vt eam pristino restitueret splendori.

Regi Portugallie illustri.

Scire debes, fili charissime, sicut necessario scire te conuenit, vt regni tui negotia per circumspeditionis directa prudentiam prosperis successibus conualecant, quod pre ceteris rebus, quibus Christiana regna fundatur solidius est tutela ecclesiasticae libertatis, ita vt omnia tam tempora quam loca considerationis oculo percurrado, nullus ignorat, quod eadem libertate conuulsa, sepe supra regalia tenere non possunt aliquam firmitatem. Cum enim eadem libertas sit catholice fidei munimentum, & fidei religio societatis humanae sit vinculum, quo populorum multitudines sub principibus continentur; libertatis ipsius, quod absit, priuilegio violato, perfidia patebit insulibus immunitum fidei fundamentum. Ideoque hostis humani generis dolosa malignitas superiorum inuida potestatum, dum ad precipitanda principalia culmina studio iniquae intentionis aspirat, sciens se in obruendo ciuili regiminis principatu praualescere non posse, quamdiu legibus reuerentiam libera diuini & ecclesiastici cultus religio subministrat; primum principum oculos vesani consilij praecantatione perstringit, quo eis bonum videtur & vtile, tamquam oppositam votis suis, ecclesiasticam subuertere libertatem. Et infra.

Accepimus quod tu in regno tuo, praedictam satagens subuertere libertatem, venerabiles fratres nostros episcopos, & alios ecclesiarum pra-

In ea ecclesia olim canonicus extiterat.

Alfonso Rex Lusitaniae ob violatam ecclesiam libertatem correptus.

Lib. 2.

Admonetur ea esse basim regnorum.

Illata ab eo ecclesiasticis iniuria.

Lib. 2. ep. cur. 7. Lib. ep. 8. Qui sententiam cum Conradino censuris defixi. Controuersia inter Lugdunenses & ciues componere studet Gregorius. Vltim. pag. 133.

*Ordo pacis per dominum Gregorium Papam
X. de consilio fratrum suorum edita apud Florentiam
inter Guelphos & Gibellinos.*

Ad perpetuam rei memoriam.

28 Non sine multa cordis amaritudine recensentes, qualiter hæcenus ciuitatem Florentinam sciderit intestina & inueterata dissensio: quam grauius lacerarit: quanta longe, lateque diffusa proh dolor! animarum pericula, quantas corporum strages induxerit: quanta multiplicauerit dispendia facultatum; sub spe illius, cui est in facili res etiam desperatas sine moliminis tarditate perficere, ad id sollicitudinem nostram conuertimus, vt licet grandium negotiorum moles ingrueret, licet pro illorum prosecutione ad assumpti continuationem itineris nos qualitas ipsorum vrgeret; nihilominus tamen illis ad tempus omissis, non sine ipsorum discrimine, nostro & charissimi in Christo filij nostri Caroli Sicilia Regis illustris, ac fratrum nostrorum grauiamine; vna cum ipso Rege ad ciuitatem diuertentes eandem, impendere-mus sollicitas operas, quatenus illo fauente, qui est lapis angularis, vtraque vnufaciens, huiusmodi euentibus in ipsa ciuitate scissuris, dissidentium corda indissolubilis charitatis bitumine vnirentur. Ideoque varijs cum partibus, quas Guelphæ & Gibellinam vulgus appellat, tractatibus habitis, & vnicuique ipsarum articulis patenter expositis, in quos eos credebamus posse rationabiliter conuenire; demum tam partem Guelphorum in generali consilio ad hoc specialiter congregato requiri fecimus, & nos ipsi viginti quatuor ex eis propter hoc de voluntate totius consilij, & tandem consilium ipsum in nostra præsentia constitutos, quam etiam syndicos, procuratores, & nuncios comitum Guidonis Nouelli, Simonis fratris eius, capitaneorum consilij partis Gibellinæ; nec non & totius partis ipsius mandatum super hoc ab ipsis plenum habentes requisuimus, & monuimus diligenter, vt in formam pacis, cuius substantia exprimebatur in dictis articulis concordarent.

Et licet longa fuerit super hoc concertatio, nunc altera partium, nunc reliqua reluctante circa ea, quæ dicti articuli continebant; finaliter tamen, tam memorata pars Guelphorum, super hoc eodem consilio congregato, per potestatem, siue vicarium regium & aliquos de ipso consilio; quam etiam præfati comites, & alij Gibellini per suos ambasciatores, syndicos, & procuratores, seu nuncios supradictos responderunt expresse, se in dictam formam pacis, quæ per eosdem exprimebatur articulos, iuxta nostra & ipsius Regis monita & beneplacita, consentire. Nos itaque, habito dicti Regis & earundem partium, vt prædicatur, expresso consensu, volentes & mandantes pacem eandem ab eisdem partibus inuiolabiliter obseruari, sub pena viginti millium marcharum sterlingorum pro medietate nobis, pro reliqua vero medietate dicto Regi soluenda eam, & formam ipsius astante hac numerosa fidelium multitudine publicamus.] Ne quid Pontifex ad iungendam illam pacem prætermitteret, censuras, quæ in Guidonem Nouellum, Simonem fratrem ipsius, aliosque Guelpharum partium iactæ fuerant ob impensa Conrado, Manfredo, ac demum Conradino studia, ab Anselmo familia Cisterciensis religioso viro, Pontificisque capellano, ac pœnitentiario dissolui iussit, vbi, quas tenebant arces, Regis Caroli nuncijs datæ fuissent, seque ad Ecclesiæ excipienda imperia sacramento obligassent.

30 At pia sanctissimi Pontificis consilia Ioannes e Buffon Caroli in Etruria præfectus, vir irarum impotens, effusus temere in Gibellinos minis abruptit. Quare Gregorius, qui mutuo fœdere arctissime dissidentium animos adstringere peroptabat, iustissimo zelo incensus excaudit, Florentiamque percult interdicto. Extant quidem Gregorij Papæ ad Carolum literæ plenæ querelarum; postquam Florentia abscessisset, datæ a: quibus obijcit Florentiam se ab illo rogatum, susceptis magnis laboribus pro adducendis in concordiam ciuibus, petijisse; ex eoque itinere grauem se contraxisse morbum: cumque pacem attulisse & omnia probe composita reliquisse videretur, rem ad exitum non fuisse perductam; atque inde grauem inuidiam constari tum ipsi, tum sedi Apostolicæ; Carolo quidem violatas fœderis leges; sedi vero Apostolicæ inertiam impingi: quare citius eam deleter maculam: quinquaginta obsidibus contentus esset: Gibellinos Florentiæ bonisque pristinis restitueret: illos ad obsequium paratissimos: virum pacis & concordiam amantem, ad rem perficiendam in Etruriam mitteret. Sed pontificijs votis obtemperatum non est: immo Guelphi; eductis Florentia copijs in Gibellinos furorem in Vbalduinos, quos Carolo studuerat b conciliare Gregorius, effuderunt: ex quo grauiorem Pontifex dolorem hausit, & Carolum, vt tot malis mederetur, excitauit.

31 Nec his modo turbis quatiiebatur Etruria, sed Liguria etiam tum intestino, tum extero bello laborabat. Addicti erant Carolo nonnulli Genouenses, alij ipsi insens: atque adeo creuere odia, vt per hæc tempora crudele bellum, vt refert Ptolemæus Lucensis, c ipsos inter & Carolum accensum fuerit, atque nauali prælio pertinacissimis animis dimicatum. Cuius discordiæ sopiendæ cupidissimus Pontifex, Carolum suis est literis d adhortatus, vt Genouenses contrarijs inter se studijs discissos coniungeret, pacem cum ijs iniret, atque oratores ab ipsis missos perhumaniter exciperet.

32 Per hæc quoque tempora Pisani, qui pluries anathemate defixi, atque eorum ciuitas interdicto percussa ob secutas Conradini partes fuerat, in gratiam Ecclesiæ a Ioanne ordinis Prædicatorum religioso viro admissi fuerunt. Quæ prouincia a Gregorio vt infra dicitur, dum adhuc Vrbeueterem morabatur, imposita est e. Qui ne rigorem omnem exuisse videretur, archiepiscopalis sedis dignitatem a Clemente ademptam tunc non restituit: sed lapsa post mense f, nimirum xii. kal. iulij, cum Florentiæ agens conficiendæ Guelphorum paci operam daret g. Prætereundum vero hoc loco non visum est, vt Pisani oratores ad Gregorium pro sarcientijs præteritis Ecclesiæ iniurijs illatis miserint; vtque publico decreto h obsequentes in posterum sedi Apostolicæ futuros sanxerint.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. Ex huius publici instrumenti serie sit omnibus manifestum, quod dominus Stephanus de Rusticaffio de Placentia, Dei gratta, Pisanus potestas, & dominus Guillelmus Bor de Mediolano, tertia vice capitaneus Pisanorum populi, presentia & auctoritate antianorum Pisanorum, & consilij generalis Pisane ciuitatis, & ipsi antiani & consilium vna cum suprascriptis potestate, & capitaneo pro communi Pisano & eius vice & nomine, fecerunt, constituerunt, & ordinauerunt prudentem virum Gualterotum Zampanem iudicem presentem, & suscipientem suum pro communi Pisano, & com-

Florentia interdicto supposita.

a M. S. Vall. bibl. sign. lit. C. n. 49. pag. 33.

b Ricord. Malasp. hist. Flor. cap. 198. 10. Villan. l. 7. c. 43. Genouenses intestinis discordijs laborant. c Pol. Luc. in annal. d Extant in cod. Val. sic. sign. lit. C. n. 49. pag. 31. Belli gerunt cum Carolo. Pisani in Ecclesiæ gratia reuocati. e Lib. 2. ep. cur. 6. Episcopalis sedes Pisis restituta. f Lib. 2. ep. 52. g Extat Gregor. lit. inserta in strumento ratificationis Pisanorum lib. priuileg. Rom. eccl. T. 2. pag. 314.

Pisani recepti in gratiam.

munis Pifani syndicum & procuratorem & certum nuncium ad acceptandum, & ratificandum omnia & singula precepta facta a sanctissimo Patre domino Gregorio Papa X. sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ summo Pontifice in publico consistorio presidente, assistentibus sibi sacro collegio reuerendorum patrum dominorum Cardinalium. Et infra: Et insuper ad iurandum de nouo romine ciuium, ciuitatis, & communis Pifan. in animabus suis, & ciuium prædictorum stare præcise & absolute mandatis ipsius summi Pontificis super omnibus illis, pro quibus in prædictos ciues, ciuitatem, & commune Pifan. excommunicationum, & interdicti sententia sunt prolata, vel habiti contra eosdem alij quicumque processus; & generaliter ad omnia, & singula alia faciendum, quæ ad prædicta, vel aliquod prædictorum fuerint opportuna. Et promiserunt eidem syndico per stipul. se pro communi Pifano & commune Pifanum habituros semper, & omni tempore firmum, & ratum totum quod ipse syndicus fecerit syndicus officio in præmissis. Actum Pifis in ecclesia maiori sanctæ Mariæ, præsentibus venerabili patre domino Frederico, Dei gratia, Pifano archiepiscopo, & fratre Alberto Pulte de ordine fratrum Prædicatorum, & Henrico Fraxia iudice, & Pantonerio notario, cancellarijs Pifani communis, & Moricone notario de Veltri de Astiano notario publico cancellariæ Pifan. communis, & Leopardo notario de Gherandi notario de communia testibus ad hoc rogatis. Dominica incarnationis anno millesimo ducentesimo septuagesimo quarto, indictione prima, pridie nonas iunij: antequam accederent oratores Pifanorum Gregorius Ioanni Viterbiensi ordinis Prædicatorum munus demandauit, vt pænis omnibus exolueret. Quas vero ob causas Pifani censuris constricti fuissent Pontifex subiectis literis, in medium adducit.

Gregorius episcopus, seruus seruorum Dei, dilecto filio fratri Ioanni de Viterbio ordinis Prædicatorum salutem & apostolicam benedictionem.

33 Occasione cõsilij, auxilij & fauoris, quæ ciues, ciuitas, & commune Pifan. contra monitiones, inhibitiones, & cõminationes felicitis recordationis Clementis Papæ prædecessoris nostri, olim Conrado Friderici dudum Romanorum Imperatoris nepoti, eidem pertinaciter adhærendo, diuersimode præstiterunt; & quia charissimum in Christo filium nostrum Carolum Regem Sicilia illustrem, primo paciarium, & postmodum vicarium Imperij per Romanam ecclesiam in Tusciam destinatum non solum recusarunt admittere, verum etiam se illi opponere, ac illum impugnare multipliciter præsumperunt; primo per prædecessorem eundem, ac varios Apostolicæ sedis legatos & nuntios, & postmodum per nos ipsos in potestatem, capitaneum, ciues Pifanos, & ceteros, quorum consilio eadem ciuitas tunc temporis regeretur, ac omnes alios, quorum consilio vel assensu prædicta facta fuerunt; diuersa tam excommunicationis, quam interdicti sententiæ sunt prolata: varijs nihilominus pænis adiectis, & processibus alijs habitis contra eos, sicut apertius, tam eorumdem prædecessoris, legatorum & nuntiorum, quam nostrorum etiam processuum series manifestat. Verum iidem ciues, tangente Domino cor ipsorum, post multiplices in prædictis variorum excessuum culpas magnæ humiliacionis indicia prætendentes, eiusdem matris Ecclesiæ misericordiam continuata diutius instantia implorarunt, oblati deuore insistentes supplicationibus, & deuotionis ad eandem Ecclesiam irreuocabiliter ob-

seruandæ oblationibus supplicantes, vt eos ad finem eiusdem matris Ecclesiæ, a qua ipsi sua, quam recognoscebant humiliter, peruersitate recesserant, sola miseratio materna reduceret; & circa filios pœnitentes superexaltata, iudicio benignitatis piæ matris quoad sententias, pœnas, & processus etiam memoratos misericorditer provide-ret. Et infra.

34 Nos itaque in præmissis, qua decet diligentia providere volentes, restitutionem archiepiscopalis dignitatis, qua eorundem ciuium culpis exigentibus fuerunt dicta ciuitas & ecclesia Pifana priuata, nobis specialiter referuantes; sententias latas, vel processus habitos contra eos, quoad insulam Sardinia, seu quamlibet eius partem, & ius ex eisdem, vel quibuslibet alijs sententijs, vel processibus Romanæ ecclesiæ, quibuslibet alijs ecclesijs, vel vniuersitati, aut cuiunque singulari personæ in eadem insula, vel ipsis alijs ecclesijs, vniuersitatibus, aut singularibus personis in quibuscunque locis, rebus, vel iuribus quomodolibet acquisitum; nullam volumus per ea, quæ ad præsens cum eisdem Pifanis aguntur, vel per quemcumque processum per te auctoritate apostolica faciendum, immutationem recipere: sed per omnia in suo robore permanere; nec tibi super præmissis concedimus, sed interdiciamus potius potestatem. Quoad alias vero sententias latas, & pœnas statutas contra eosdem ciues, ciuitatem, & commune prædicta occasione consilij, auxilij & fauoris, quæ dicto Conrado, vt prædicatur, impenderunt; seu pro eo quod præfatum Regem Sicilia non admiserunt, sed impugnauerunt, vt superius est expressum; personæ tuæ, de cuius industria & fidelitate confidimus, ministerium eligentes, discretioni tuæ præsentium tenore mandamus, quatenus personaliter ad dictam ciuitatem accedens; præmissis, quæ vt præmittitur facienda sunt in conuentione prædicta, per eosdem ciues & commune primitus adimpletis; eisdem quoad prædictas alias sententias & pœnas auctoritate nostra per te ac per alios providere procures, omnes de dicta ciuitate ac districtu ipsius occasione præmissorum & alios, pro eo quod inibi post easdem sententias gesserunt officia, prædictis excommunicationum sententijs innodatos, petentes humiliter, ab eisdem alijs sententijs, iuxta formam Ecclesiæ absoluendo, relaxando, sententijs interdicti reuocando, prædictas alias pœnas remittendo eas, & etiam de nostræ potestatis plenitudine absoluendo, restituendo eisdem ciuitati, ciuibus, & communi priuilegia & libertates, quibus fuerunt eadem occasione priuati; quæ tamen factum Sardinia non contingant, & contra quæ ius non sit alicui acquisitam; nec non ciues eisdem reddendo habiles ad dignitates, officia publica, & honores. Quicquid autem super ijs duxeris faciendum, vna cum tenore præsentium redigi facias in publica documenta, eadem ad nostram delaturus præsentiam, vel per fidelem nuncium transmissurus. Dat. apud Vrbenam xii. kal. iunij Pontif. nostri anno II. Instructus ea auctoritate a Gregorio Ioannes Viterbiensis Pifanos in gratiam cum Ecclesia admisit. De quo editæ sunt hæc publicæ tabulæ.

Omnes sententias excommunicationis, interdicti & alias pœnas latas in ciuitatem, ciues, & districtum Pifan. ibidem publice auctoritate apostolica relaxauit: ac præter restitutionem archiepiscopalis dignitatis, quam idem summus Pontifex sibi specialiter referuauit; nec non & præter sententias, siue processus, si qui

Annorum computu Pifanor. commune computu anno excedit.

Extant ibid.

Extant ibid.

si qui habitati sunt contra ciues, & ciuitatem prædictos, quoad insulam Sardinia, vel quamlibet eius partem; vel si ius aliquod ex eisdem sententijs, vel processibus foret Romana ecclesia, vel quibuslibet alijs scelerijs, aut vniuersitati, seu cuiuscumque singulari persona in quibuscumque locis, rebus, iuribus in eadem insula quomodolibet acquisitum, de quibus idem frater Ioannes iuxta formam mandati apostolici se nullatenus intromisit; omnes alias sententias, promissorum occasione contra dictos ciues, ciuitatem, commune, ac diuersum Pisanum per quoscumque prolatas eadẽ auctoritate publice relaxauit: ac omnes priuationes & pœnas alias eisdem ciuibus, ciuitati, & communi per quoscumque, promissorum occasione, impositas vel inflictas reuocauit, remisit, & penitus aboleuit. Actum Pisis in prædicta maiori ecclesia Pisana in publica conuentione prædicta. Inter ceterisq; aliquot testium nominibus: Dominica incarnationis anno millesimo ducentesimo septuagesimo quarto secundum cursum Pisanum, & millesimo ducentesimo septuagesimo tertio secundum cursum Romana curia, iudicatio prima pridie non. iunij pontificatus domini Gregorij Papa X. anno secundo.

35 Ferebatur maxima publica pacis adducenda pacandaque totius Italiae cupiditate Pontifex: vtque Florentiam ad suas partes in ea conficienda adhibendas adierat, ita Mediolanum ad Insubriam pristinae paci restituendam petere gerebat in votis. sed cum imminetis concilij tempus longiore in itinere moras ducere non pateretur, Mediolanensibus ipsius aduentum expentibus rescripsit a, rem ad suum in Italiam reditum differendam: viros interea probos publicae pacis amantes mitterent, qui sibi occurrerent Placentiae, cum quibus de prouinciæ pace concilianda tractaret.

Dum in oppido, cui S. Crucis nomen est, dioceseos Florentinae agebat Gregorius, acceptis a Philippo Rege Francorum literis, vt viros in rebus bellicis exercitatissimos in Syriam misisset, qui rerum statum explorarent, vt necessaria subsidia submitteret, gratias egit, sua in ea re vota occupasse. Florentia enim Vvillermum Matifconensem legatum ad ipsum miserat b, qui necessarios sumptus pro defendendis reliquis Christianorum arcibus suppeditare rogaret, dum magna illa expeditio in concilio decernenda ornabatur. Commendatitijs etiam literis Erardum c e Valeriacum atque Imbertum d Belliloci comitem stabilem Galliarum; qui apud Regem gratia florebant, atque erga Terræ sanctæ res erant egregie affecti; sollicitarat, vt legato suo opera & consilio non deessent, ac Philippum ad petita illius admittenda inflecterent. Hæc vero missarum Regi literarum sententia est. e

Regi Francia illustri.

Gaudemus in domino Deo nostro, & læti plurimum exultamus, quia te pietatis operibus libenter intendere per ipsam facti euentiam experimur. Inter quæ siquidem opera laudabile iudicamus, quod sic, veluti pij patris filius generosus, miserabili statui Terræ sanctæ grandi affectu compariens, de illius subsidio sæpius meditaris; votis, & desiderijs spiritualis matris tuæ sedis Apostolicæ super hoc maxime filiali mansuetudine te conformans. Pro continuando enim ipsius terræ subsidio, donec per generale concilium ad hoc specialiter conuocatum, obuenerit ei prouisio plenior, regiæ celsitudini direximus preces nostras, dilecto filio magistro Guillelmo de Matifcone capellano nostro, & generali causarum nostri pala-

tij auditore, propter hoc ad tuam præsentiam destinato.

Tu itaque, qui zelo fidei & deuotionis accensus iam per laudabile propositum præueneras, vt intelleximus, huiusmodi votum nostrum, succipiens & admittens deuotione beneuola preces ipsas, aliquos viros idoneos experientiam armorum habentes, ad eiusdem terræ statum plenius explorandum, illuc in instanti passagio deliberato consilio mittere; & eorum relatione audita, ipsi terræ de competenti bellatorum subsidio vsque ad prouisionem præfati concilij in passagio martij proximo futuri subuenire diuina concedente clementia decreuisti, prout exhibitæ nobis regiæ pietatis literæ plenius continebant. Nos itaque tuum in hac parte propositum promptis laudibus commendantes, requirimus attentius, & rogamus, ac obsecramus per misericordiam Iesu Christi, quatenus propositum ipsum studiose prosequens, efficaciter implere studeas quod cœpisti, ex hoc, & alijs tuæ pietatis operibus de immarcescibili corona gloriæ fiduciam plenam habens. Dat. apud S. Crucem v. kal. septembris pontificatus nostri anno 11. Subiectæ sunt in regesto pontificio eodem argumento ad Vvillermum legatum literæ a quibus in Terram sanctam profecturis peccata condonare iussus est.

36 Submissas porro in Syriam aliquas subsidiarias copias, quæ in Gallijs contractæ fuerant, refert subiectis verbis Sanutus b: Oliuerius de Termes MCCXXIII. VIII. aprilis, rediens a Rege Francia ad ipsius Regis stipendia duxit xxv. equites & centum pedites ballistarios. Et infra: Venit quoque Ptolemaidam Aegidius de Santi cum quadringentis ballistarijs ad stipendium Ecclesia & Regis Francia: & post hunc Petrus Damincis cum trecentis ballistarijs ad conforme stipendium. Confirmauit ijs auxilijs Pontifex Hugonem Cypri & Hierosolymorum Regem: deque concordia ipsum inter ac proceres felicissime conciliata est gratulatus c: Fili charissime de concordia inter te ac præfatos barones, vt prædicatur, reformata gaudemus: & rogamus suppliciter pacis auctorem, vt ipse pacis commoda in vniuersos fidei Christiana cultores effundens, illam in tempora longa conseruet. Verum quia status noster nõ patitur propter infirmitatem, quæ nos ijs diebus afflicxit, licet nos in via curationis esse medicorum iudicio censeatur, & nos etiam sentiamus, sermonem texere longiorem præmissis excellentiæ tuæ petitionibus breuiter respondentes; serenitatem tuam volumus non latere, quod pro continuando terra memoratæ succursu, donec ex ordinatione iudicij ad hoc inter cetera specialiter concilij generalis obuenerit, illi prouisio plenior, ad charissimum in Christo filium nostrum Regem Francia illustrem, cui tam ex laudando proposito, quam alias ex causis varijs ad subuentionem huiusmodi, & voluntas pronior & facultas est promptior; nuntium destinauimus specialem. Et infra: Tu itaque, fili, vna cum memorato patriarcha, ceterisque ipsius terræ magnatibus, & incolis alijs ad illius terræ custodiam medio tempore solcite studeas; & quantum tibi ex alto permixtum fuerit, de contingentibus nihil omittas.

Qua porro de causa superiori anno inter Hugonem ac proceres discordia exarsisset, vtque sopita fuerit certis legibus, narrat Sanutus his verbis: Illis diebus, nempe MCCXXII. inter Regem & milites Cypri discordia quedam emerfit, requirente Rege vt sibi cû armis extra insulam inseruirent: illis vero e contra asserentibus, quia ad id nullatenus tenerentur; tandem quibusdam mediatoribus conuenerunt, vt

Commentat eius zelum.

16. ep. 34

b Sanut. l. 3. p. 12. c. 12

c Extant eius lit. in cod. Vallic. sign. lit. C. n. 49. pag. 33.

Aegritudo Pontificis.

d Sanut. l. 3. p. 12. c. 12.

Gregorij pro adducendis in concordia Insularibus studiis.

a Eod. cod. Vallic. pag. 135.

Consultu rebus Syriacis.

b Eod. cod. pag. 134.

c Ibid. d Ibid.

e Greg. l. 2. p. 33.

Greg. ad Franc. Regem lit. de parandis auxilijs.

quatuor mensibus anni Regi ex insula seruiant, ubi adesset personaliter aut filius Regis.

Othocharus expeditionem Asiaticam vouet. a Cod. V al. lic. sig. lit. C. nu. 49. pag. 44.

Gregorius ad Reg. Boem. lit.

Gratulatur illi Pōtifex.

37 Adducere etiam hoc loco visum est, Othocharum Boemiæ Regem profectiois Hierosolymitanæ votum nuncupasse: cui pium desiderium significanti Pontifex his verbis gratulatus est a, non alio quam diuino spiritu ad sacrum adeo consilium capeffendum afflari potuisse.

Regi Boemiæ illustri.

Iucunditatis causam, quam nobis literarum & nunciorum tuorum relatio ministravit, illi soli credimus adscribendam, qui ubi vult spirat, & corda principum habens in suæ potestatis arbitrio, eadem ad nutum suę voluntatis inclinat. Illi & tu, charissime fili, teneris proculdubio cordis genua flectere, humiliare spiritum, ex intimis gratias agere, quod tuo inspirauit animo, & in te tale dignatus est formare ac firmare, prout testantur literæ prædictæ, propositum, vt in eius beneplacita dirigens vota tua, te ad Terræ sanctæ subsidium offeras tam liberaliter, tam potenter. O fili, si prudenter consideres huius propositi exitum, si fructū operis mediteris, proculdubio, sicut speramus firmiter, zelus tuus adeo accendetur, quod tibi molestiam ingeret propositi eiusdem quæcumque dilatio, & desiderantis affectibus præsentabit ipsa quasi celeritas tarditatem, consurget ingenium, inibit consilia, remedia exquiret attentius, vt impedimenta submoueat, & executionis promptitudinem præparet, ne tua tam salubris dispositio, moræ cuiusque dispendium patiatur.

Considera itaque, principes inclyte, considera & attende, ad quantum propter hoc tuæ gloriæ titulo, immo ad quantum salutis animæ tuæ compendium inuitaris. Considera, & excitatum in te a Domino spiritum ne extinguas, nec a quibuscumque te a tam salutari proposito retrahere volentibus patiaris extinguī, sed susurrionibus, quæ sunt suæ quærentibus, non quæ Christi, resiste viriliter: & vt non impinguet peccatoris oleum caput tuum, nequaquam ipsorum adulationibus acquiescas; quin potius in ipsarum regali exordio regali constantia confutes eosdem. Caterum super sedatione discordiæ, de qua celsitudini tuæ alias scripsimus, & tu etiam respondisti, cito quod expedire credimus, curabimus plenius intimare, & nihilominus nuntij tui latores præsentium, interim aliqua referent viua voce. Eodem Terræ sanctæ liberandæ desiderio incensus visus est Alfonso, cuius literæ ad Pontificem, Camberiacum accedentem, peruenere: quibus magna se teneri visendi Pontificis cupiditate significauit, vt cum ipso de rebus arcanis, quæ ad Terræ sanctæ res instaurandas, ac Græcos ad Ecclesiæ obsequium trahendos spectabant, colloqueretur. Cui Gregorius respondit b, vrgeri se concilij Lugdunensis imminentis temporis angustijs: mitteret viros fidissimos, qui hæc arcana aperirent: ac si post concilium ea res perfici posse videretur, congressum ipsius iucundissimum sibi futurum.

Illustri Regi Castella in Regem.

Romanorum electo.

38 Celsitudinis tuæ literas solita benignitate recepimus, & tam ea quæ continebantur in ipsis, quam illa quæ dilectus filius Ioannes de Porta miles & nuntius tuus, cuius verbis fidem nos adhibere per eandem literas voluisti, coram nobis ex parte tua proponere voluit, audiimus diligenter. Et quidem inter cætera, quæ prædictarum literarum continebat series, & prædictus nuntius referebat, hoc quasi præcipuum videbatur, quod

tamquam zelator catholicæ fidei pro Terræ sanctæ vtilitate, Græcorumque reditu ad ecclesiæ Romanæ deuotionem, gerebas in desiderio personaliter nos videre. Et licet nostra, quantum ad mutuam visionem vtriusque nostrum, si per mare nos contigisset venire, satis cum tua super hoc concurreret voluntate; conditione tamen personæ nostræ tunc id minime patiente, ac suadente honestatis consilio, per Lombardiam ex causis necessarijs elegimus peragere viam nostram.

Generali autem concilio, pro quo viam ipsam assumpsimus, & cui te iuxta vocationem nostram, si potuisses, desiderauimus interesse, faciente Domino, celebrato, si personæ nostræ conditio, seu negotiorum vrgens vtilitas ad partes illas, in quibus personam nostram videre conceperas, nos venire induxerint, id tibi, vtilitate publica suadente, tempore tam congruo significare curabimus, quod illuc tunc regia venire poterit celsitudo. Attamen quia posset accidere, quod negotia non vrgebunt, vel non patietur personæ nostræ conditio, vt ad partes veniamus eandem; vel non, sustinebunt, vt te vocemus, seu expectemus, si etiam veniamus; quia etiam ignoratur, quamdiu in partibus Lugdunensibus oporteat nos morari, sicque in retinendo interius, seu celando illud quod pro huiusmodi Terræ sanctæ recuperatione, ac Græcorum reditu nobis reuelare proponebas, ibidem non leue posset esse periculum, & iacturæ maxima causæ Christi; rogamus & obsecramus attentius, ac pro animæ tuæ salute, cui sine dubio in hoc periculo, & iactura huiusmodi vehementissime deperiret, pio consilio suademus, quatenus id nobis per aliquem secretarium tuum, de quo plene sicut de te ipso confidas, sine difficultatis obstaculo, & moræ dispendio exprimas & reuelas: vel saltem acceptes & scribas nobis, vt aliquam religiosam personam de nostris secretarijs, de qua sicut de corde nostro & anima sentiamus, ad tuam præsentiam destinemus, & per eam nobis id ipsum cum securitate plenaria, vitata huiusmodi periculosa dilatione, denudes.

39 Et quia potiorum munerum Distributor per affluentiam bonitatis suæ videtur concessisse tibi gratiam in præsentem, ex qua obtinere valeas gloriæ certitudinem in futuro, seruidum videlicet de Deo seruandum propositum; insta velut princeps catholicus, & diem & horam tuæ salubris visitationis agnoscens, ijs quæ in hac parte Spiritus paraclitus tibi suggerit, non resistas; sed ad ea quæ pium inclinat animum, hoc apto tempore dexteram regiæ potestatis extendas; attendens quod magnæ sapientiæ est, ac optimum Dei donum, vt qui longo vixit tempore super terram, vitæ suæ residuum deputet obsequijs Iesu Christi, ac eligat in causa Redemptoris sui, si expedit, mori cum gloria, dum restat post modicum sine prouentu gloriæ gratis mori. Dat. apud Camberiacum III. non. nouemb. anno III.]

40 Post multas itineris superatas difficultates Lugdunum ingressus Gregorius, haud multo post incommodis in itinere toleratis defessus morbo implicatus est; adeo vt in festo dedicationis Basilicę principis Apostolorum, missæ augustissimo sacrificio de more interesse non potuerit. Iudicij tamen forma consuetæ contra Ecclesiæ rebelles obseruata, ac sententiæ a Clemente lata in eos renouata.

Historia vero ecclesiastica suscepta a nobis ratio efflagitat, vt quæ Lugduni a Gregorio hoc anno effluente gesta in luce collocemus. Acceperat ipse Eduardum nouum Angliæ Regem

Indis se conlio dicit neri cat G

Rogu arcana aperit

Lugdun portu Pontifex

Morbu pliciu

a Lib. 18. Sententia in rebus Ecclesiæ renouat

gem regia inaugurationis pompam celebrandam eo tempore indixisse, quod in œcumenicæ synodi tempus incurrebat; unde Angliæ præfules, ne concilio interessent, abducebantur. Quare Pontifex Eduardum monuit a, vt consecrationis regie celebritatem vel maturaret, vel in aliud tempus differret, ne illius occasione adeundæ synodi occasio Anglicanis partibus eriperetur. Exarserant porro antea Eduardum inter atque eius fratrem Eadmundum Leycestria comitem nonnullæ controuersiæ: ad quas extinguendas Gregorius studium omne adhibuit, vt eius ad Anglorum Regnam literæ demonstrant b: erga quam egregie se gessisse Eduardum ipsi est gratulatus c. Cui etiam iisdem literis præcepit, vt quæ circa decimas Eadmundo debita forent, persolueret. Iam enim Pontificem Angliæ decimas Eduardo atque Eadmundo ob suas in Terra sancta defendenda exhaustas opes attribuisse, superius vidimus. Eadmundo vero imperauit d Gregorius, vt, quæ par erat prudentia, fratri obsequentem se exhiberet.

41 Præterea significauit e eidem, vt Guido e Monteforti, aduersus quem Eduardus ultionem de casu Henrico patruele poposcerat, censuris defixus flagitij veniam, adhibitis pluribus interpretibus, orasset, repulsamque passus, sibi Florentia abeunti pœnitentis cultu laqueo e collo pendente ad pedes accidisset, seque ad subeundas carceris pœnas paratum obtulisset; datam vero duobus Cardinalibus prouinciam, vt, sponte venientem custodiæ fidissimæ traderent.

Regi Angliæ illustri.

Princeps inclyte, nouit excellentia regia, quam dire, quam dure Guidonis de Monte forti malitiam, non omittendo tantum iustitiæ semitas, sed exquisitos etiam sequendo iuris tramites, fuerimus persecuti. Et ideo est opus habitum contra ipsum repetitione aliqua commemorare processum; sed sufficit quæ sunt exinde postmodum subsecuta, tuæ celsitudini nuntiare. Et quidem memoratus Guido magnæ pœnitentiæ signa prætendens, postquam Florentiam venimus, & vxoris suæ præsentia, & multiplicatis alijs nuntijs institit, multaque ac longa instantia supplicauit, vt ad nostram permitteretur venire præsentiam; paratus simpliciter, vt dicebat, nostris obedire mandatis. Sed multiplici eius instantiæ multiplicem opposuit non solum qualitas offensa, saltem in magni temporis dilatione repulsam: verum etiam cuiusdam nostræ deliberationis examen, quo inuestigandum fore prouidimus, an contriti & humiliati cordis indicia, quæ tanta, tamque assidua eiusdem Guidonis instantia verisimiliter arguebat, veritatis munimine fulcirentur; an essent velamine simulationis obducta.

42 Cumque postmodum nos contingeret ciuitatem Florentinam exire, idem Guido quasi ad duo milliaria extra ciuitatem eandem, nec non & quidam alij, quos ad hoc sibi comites habuit, depositis omnibus calceamentis, & vestibus, præter camisia, & femoralia, cum chordis ad colla, prostratique in terram; se nobis in via exhibere cum lacrymis; & subsistentibus quampluribus, qui erant in nostro tunc temporis comitatu, memoratus Guido cum eiulatu nõ modico profusis lacrymis, instantis supplicationis verbis effusus se ait & bas sine tenore, modo, vel conditione aliqua nostris mandatis exponens, petebat humiliter, & supplicabat instantanter, saltem vbicunque nobis placeret, in carcerem se detrudi, & in absolutionis be-

neficio misericordiæ sibi ianuam aperiri; nullo penitus adiecto in suis supplicationibus mediate, vel immediate porrectis, per quod alias derogari posset in aliquo prædicto processui habito contra ipsum.

43 Sed nec tunc huiusmodi supplicationem, ipsius duximus admittendam, nec responsum ipse a nobis habuit aliquod: immo redarguimus potius alios assistentes eidem, quod in talibus nec loci, nec temporis competentiam obseruant. Verum urgente tandem conscientia; ne deesse iustitiæ videremur, & contra ipsius debitum Ecclesiæ claudere gremium redeunti; de fratrum nostrorum consilio in hoc condescendimus instantiæ supplicantis. Mādauimus quidem per dilectum filium nostrum Ricardū sancti Angeli, & Io: sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconos Cardinales in Væbe morantes, Guidoni præfato in terra ecclesiæ Romanæ in aliqua arce tuta locum carceris assignari, & propter nostram de partibus illis absentiam, ipsum Guidonem per charissimū in Christo filium nostrum Carolum Siciliæ Regem illustrem, & alias personas idoneas inibi cum diligentia custodiri: sicut dilectus filius Gerardus de Poscillon, noster familiaris & clericus, cui super ijs, quæ tibi ex parte nostra duxerit exponenda, fidem indubitam habere poteris, plenius oraculo viuæ vocis exponet.

Quid autem circa hoc postmodum actum sit, nondum ad nos relatio certa perduxit. Hęc tamen ideo tibi sic seriose intimanda decreuimus, ne nostrorum processuum puritatem tertie lingue malitia in tuæ celsitudinis auribus fermentaret. Dat. Lugduni 11. kal. decembris anno 11.

Paruit Pontificis imperijs Guido Monfortius, atque in arcem e Leueo in Mediolanensi agro, carceris tedia squaloremque subiturus, se contulit: spreuitque generose corporis seruitutem, vt animam e vinculis anathematis vindicaret. Quia in re præclarum habet demissionis Christianæ ac formidandarum ecclesiasticarum censurarum posteritas exemplum, a quo plures atatis nostræ principes desciuerunt. Mancipato vero ita carceri Guidone, sanctissimus Pontifex, clementia temperaturus seueritatem, patriarcha Aquileiensi sequenti anno illius fidelium communioni restituendi partes ea lege demandauit a, vt inflictæ tamen aliæ pœnæ ob patratum in Henrico inter aras casu flagitium valerent.

44 Qua pietate Gregorius homicidæ sacriligo reditum ad Ecclesiam non præcluserit, ad eius sinum confugere meditati Michaeli Palæologo paternum pectus expandit, atque ad rem perficiendam, & Græcos adducendos obuias difficultates leniuit. Excitatus enim pontificijs literis superiori anno datis Græcus Imperator, strenue ad cæptum opus, siue illum pietas, siue rerum suarum commodum duceret, incubuit. Cuius ad Gregorium demissionis Christianæ ac religionis notis in signes hæ sunt literæ. b

Sanctissimo & beatissimo domino Gregorio Papa veteris Romæ, ac vniuersalis Ecclesiæ summo Pontifici, & sedis Apostolicæ successori, reuerendissimo Patri suo; Michael in Christo Deo fidelis Imperator, & moderator Romanorum, Ducas, Angelus, Comninus, Palæologus, semper Augustus; suæ sanctitatis obediens filius, debitam paternitati suæ reuerentiam & orationum petitionem.

Multa sunt, sanctissime domine, quæ possent spiritualem delectationem conferre homini & suaderent exultatione & lætitia animæ actio-

Repulsam tum sic passus.

Mandatus carceri fuerit.

Lib. 3. ep. 14.

Palæologus ecclesiæ Rom. ag. gregarij potitular.

Extat in regest. Gregor. lib. 2. pag. 104. nu. 10.

Demissæ eius ad Gregoriū literæ.

Rogat Eduardum vt inaugurationis regie pompam disse rat. Lib. 2. ep. chr. 24. Controuerfia inter ipsū et Eadmundum componit b Ibid. ep. 26. e Ep. 25.

d Ep. 27.

e Ep. 33.

Guidonis pœnitentiam significat E. duardo Greg.

Vt nudo corpore, in medio collo laqueo, veniam peterat.

num gratiarum laudem attribuere Deo vero. Sed nobis videtur, quod nunquam aliquid sic laudificare potuit aliquem, sicut nos exhilarauit epistola vestra apostolica sanctitatis nuper Imperio nostro transmissa: quam gauisi recepimus, cum in spe eramus ipsam ad nos diutius destinari. Quam etiam multo desiderio legimus, & perfecta lætati fuimus in lectione ipsius, & sicut ex adipe & pinguedine ipsius delectatione repleti, omni gaudio fuimus recreati. Primo quidem quia nobis fuit a vobis destinata epistola, quem supremum profitemur Pontificem, vt pote Apostolicæ sedis successorem & decus; & etiam erga Imperium nostrum affectuose dispositum, paternalem obtinere affectum: quem tanquam lucernam lucentem puritate conuersationis & vitæ diuinitate super maximam Pontificatus sedem, veluti super candelabrum Deus constituit, vt in omnibus finibus fulgeretis. Cuius opera, iuxta Sirach: *Sicut sol in conspectu Domini: & oculi conspicui super vias eius;* cuius laudem lingua nostra tota die propterea meditatur. Secundario vero quia pacem Christianitatis & plenitudinis vnionem, quæ adest secundum Deum; quam nos etiam semper sitimus (nouit hoc pacis Deus) desiderare vestram paternitatem ipsa epistola deifice denotabat. Quæ nos etiam suadebat, vestram in hac parte agnoscere sanctitatem instantem cohortatricem boni huius, & cooperationem promptissimam & synceram, & dicere: *Eccæ vir timens nomen Domini, in cuius ore lex veritatis consistit, & iniquitas in eius labijs non inuenitur: quoniam ambulat in pace directus.* Et iuxta magnum Eliam: *Cor restituit patris ad filium: & hominis ad proximum suum.* Huius gratia multo magis exaltati in his, vltra quam qui inuenit spolia multa, & illum, qui hoc perficit, non cognouimus alium præter Deum, cui iuste & digne ad gratiarum acumen assurgere conuenimur, dicentes: Magnificetur semper Dominus, quia crexit vos semper magnum Pontificem suorum seruorum pacem optantem, qui suum sanctissimum nomen inuocant indefesse.

45 Et licet antea pergeremus ad viam vnionem ferentem, & festinarem ad hoc negotium ab antiquo, quod communem Christianorum vtilitatem exhibet, nunquam sine sollicitudine tanti operis moraremur; nunc tamen, ex quo ad nos vestra sanctitatis litera peruenerunt, multo magis institimus, & cum ardore animæ festinantes opus suscepimus peroptatum: ad Dominum continue aspicientes, illum inceptionis nostræ & promptitudinis cooperatorem obtinere; & perfectorem continuum inuocantes, qui iam vestris sanctissimis & sacratissimis orationibus exhilarati: cum ipse Deus clemens sit cupiens vnionem, propitius ad nos inspexit, & orationes nostras benigne intendit, super cogitationes nostras ascendens: & secundum suam magnam & ineffabilem misericordiam intellectus nostros direxit, & viam nobis rectam ostendit, per quam bene perficietur: & dexteram cõsummationem accipiet negotium supraddictum, & modico temporis spatio tantum opus Deo acceptum manifestabitur; cum ad honorem & gloriam eius existat, acceptum etiam apostolicæ Ecclesiæ & vestra etiam sanctitati. Primitus enim, sanctissime domine, dum oculeretur via, quæ ducebat ad pacem, incertus erat modus qualiter ipsam tractare deceret, & sicut errantes vere oues currebant, & dubium erat vt aliquis posset ad finem huius operis peruenire. Deus autem ex quo ostendit principium, nullum impe-

dimentum consistit nec prohibet: sed negotium sic facile de cætero compleri videtur, quod omnis dubitatio & formido procul habetur, quod spes quoque melior animabus plantatur, & nos cum fauore diuino putamus amodo finem inde attingere concupitum: alio enim modo in spe bona existentes; quod etiam sic oportet cum Deo sperare vestram apostolicam sanctitatem.

46 De hoc vero, quod accidit moram nobiscum protrahere fratres, & aliquis finis vsque ad hodiernum diem non apparuit; exinde vestra sanctitas non admiretur: cum licet quid modicum videretur in principio, quæ inter nos & vos differentia modica consistebat; sed ipsius prolixitas in tantum inualuit, & tam magnam dilatauit & fecit, quod nec facilem esse, quamuis hoc putetur ab aliquibus, verum etiam difficilem & onerosam dissolutionem huiusmodi repræsentat. Quare omnes dicent: Opus est ad hoc temporis, & laboris. Temporis quidem, vt cõgregatio fiat pontificum, qui longe existunt; quos necesse est adesse huic communi negotio, & voluntatem & propriam intentionem facientem pacem proferre, & nobiscum sentire, quod omnibus expedit: qui prælati non modica pars vniuersitatis consistunt, vt ne forte veterem scissuram fuere quærentes, alteram de nouo ex imperitia, & non minorem priore aliunde rumpamus. Laboris autem, quia per instantiam & perseuerantiam fit; & etiam quæ sunt difficulta emendare quis potest? Præter autem ista nihil vnquam homo de leuibis perfecit, non solum tantum negotium, quale hoc existit propositum. Vnde, si debet illorum aliquid consummari, quæ expediunt, & quæ consummatum ad omne tempus, quod deinceps erit firmum, forte, & perenne, vallari; necessarium est, quod labor sit, & temporis erogatio intercedat.

47 Huiusmodi autem præsumptuose quodammodo scribere moti sumus vestre apostolicæ sanctitati, quia & alias; cum debemus ad inuicem ad pacem cõiungi, existentes iam ad vnionis cõsummationem; licet alio modo tunc temporis ea, quæ sunt pacis tractabuntur, aliter vero nunc dispensatur gratia Christi; considerauimus aliquos sequentes proprias voluntates, & iniuste pacis prosecutionem prohibentes, qui iam consensu diutino perfecterunt propositum eorumdem, & bonum Christianæ gentis inuidentes inimicitiam ad commune intentum omnium introduxerunt; nos tamen omnem curam vnionis & concordia apponentes, sic habemus per omnia, sicut dictum est, & nulla a nobis consurget occasio: nam quales in verbis nos ostendimus fore, tales etiam, & feruentiores nos in operibus inuenietis paratos. Beatitudo autem vestra, sanctissime domine, non aliter de nobis recogitet; nec aliquam hæsitationem habeat de cõsummatione negotij sepediti: sed omnem ambiguitatem & timorem eicientes ab anima de cõsummatione & perfectione negotij sepediti, quod ad manus est, sicut iam ad præsens recipiet sanctitas vestra: tempus enim, in quo magis conuenit dispensari super Christianorum vtilitate communi, non aliud nunc quidem videtur, quam præsens. Ad quod nos quidem, ad vnum conuenientes cooperatione Spiritus sancti, vbicumque voluerimus ambulare, in Deo faciemus virtutem, angulari lapide Christo, qui est caput Ecclesiæ, in quo omnis ædificatio ad templum sanctum in medio nostrum compaginata concreuit; iustam exinde promissionem habentes, & nos in pace indurptibiliter coniungentes, non duo vel tres existi-

Agnoscit illius primatum.

Commen dat ingen ribus laudibus ob pacis studium.

Excitatu se magis ad re perficiendam pontificijs lit. proficitur.

Quæritur diuturnitas in statu perficiendo moras, difficultas multas per se.

Nonnulli pacem sturba.

Partium num exhibet.

firmemus, sed milliana infinita & innumerabilia, in ipsius nomine congregata.

48 Contra inimicos autem Dominica crucis diui Amos dictum bene & optime inducitur: *Oc- cidet sol in eis in meridie*; sic opinantibus ex angustia cordis & obumbrabitur super terram eorum in die lumen, & in meridie velut in nocte palpabunt: expugnatio erit eis, & totalis destructio; redemptio vero Terræ sanctæ, & ultra alienigenæ non transibunt per eam. Ait Ioel magnus: *Aegyptus ad destructionem erit, & Idumæa ad campum perditionis*. Et sic tanquam ignis & flamma noui Israelis domus apparebit, Dominus vero Esau tanquam stipula, & consummabuntur iniqui: quoniam venerunt dies vindictæ iuxta dictum diui Osæ, & dies retributionis eorum. Nos vero tota Christiana gens dicimus, fauentibus orationibus vestris, virtutem a Deo accipientes: Dilatati erimus, & ad pristinum iterum veniemus; si distantia enim nostra impijs superbiendi libertatem concessit, coadunatio vtique, & in vnum congregatio manifestissimè eis interitum præparabit. Istud est tempus illud, quod multi quidem nostrorum spiritualium virorum, & etiam non pauci vestrorum mentis oculis discernentes, & prophetizantes super hoc, desiderarunt etiam illud corporeis oculis reuidere, sed non viderunt. Deus autem in vestris diebus, sanctis vestris orationibus annuens, videre hoc nos dignos concessit, secundum suæ iudicium voluntatis, quod non decet omittere apostolicam animam vestram, nec in vanum transire concedere: incertum enim existit, si tale deinceps tempus eueniet.

49 Sed hæc quidem, beatissime domine, & propter bonas spes & confidas, quas decet vos de futuro habere, suggerunt vestræ scribere sanctitati, vt ad futurum quod iam per vos debet celebrari concilium, futuram cum Deo ecclesiarum annuncietis confirmationem & restorationem; & omnes diui viri, qui congregari debent ibidem, cum deceat ipsos gaudere super negotio ipso, lectiones fiant, certificati de perfectione vnitatis prædicte. Et etiam quod omnibus certificetur, quod labor, quem sanctissima benignitas vestra ad præsens negotium subrogauit, non vanus factus est illius gratia, qui ad hoc vos inspirauit; illa fiducia, quam ad ipsum habetis, sed ad tempus conducens, reddet fructum, non solum in triginta & sexaginta, sed etiam ad centuplum, iuxta vocem Saluatoris in euangelijs: residuum sane in cura vestræ sanctitatis existit. Quid restat? Debent in breui nuntij nostri vna cum alijs fratribus, qui penes nos existunt, viam cum Deo accipere ad vestram sedem altissimam proficiscentes, vt appareant coram vobis cum perfectione operis peroptati. His autem hoc facere debentibus, sicut summus Pontifex & pastor peruigil animarum, ac prouisor omnium prouideatis, si placet; & viam qua transire debent nuntij, modis omnibus securam & sine periculo fieri statuat, vt sine impedimento nostri nuntij valeant ad vestram sanctissimam præsentiam proficisci. Nam timemus valde, ne ipsis differentibus tanti & talis operis effectum, forte antiquus bellator, pacis motus inuidia, tanto diuino operi obuiare conetur, vt imperfectum contingat multo tempore remanere, per quosdam iniquos homines in desperate periculum operetur. Sed diuinitas vestra, sua magna prouidentia repellat insidias asidui inimici, quare dictis nuntijs & fratribus viam præparetis securam, vt exinde veracundia malignitatis principi fiat; & eorum co-

gitatione annullata vestra prouidentia sanctitatis bonum, quod labore est tanto tempore acquisitum, perducatur ad finem, ne propter aspectum, antequam confirmetur & radiceur, aperte rumpatur. Quem admodum enim labor potest reedificare, quod destruxit inertia; ita destruit iniuria, quod acquisitum est labore. Quapropter diuinam vestram, & efficacem in operationibus prouidentiam ad hæc cogitauimus incitare; quam certi sumus tribuere velle negotio antedicto; in Deo confidentes, qui pacem super omnia acceptat, & ipsam tribuit animabus diligentium ipsum, & in vestra prouidentissima & imitativa sanctitate, cuius orationes nobis affectuose concedantur. Amen.]

50 Alijs etiam literis a certiore Gregorium fecit, se breui solemnes oratores ad synodum missurum; & atque adeo rogare vt literis Apostolicis daret operam, vt omnia ipsis itinera tuta & libera forent, ne adeo oprata coniunctio alicuius improbitate atque inuidia conuelleretur. Quibus acceptis ingenti gaudio delibutus sanctissimus Pontifex, Palæologum ad constantiam excitauit. b

Magnifico viro Michaeli Palæologo illustri Imperatori Græcorum gratiam in presenti, per quam gloriam obtineat in futuro.

Literarum series, quas nobis nouissime tua magnificentia destinauit, cunctis, qui spiritu Dei aguntur, ipsas audientibus gaudij & exultationis in Domino materiam subministrat. Siquidem circa instans vnionis Latinorum & Græcorum desiderata, perutilis, ac Deo accepta negotium & intentum tuum testatur affectum, & votium illius exitum proximè repromittit: adiunctis inter cætera, quod cum qualem te ostendis in verbo, talis & feruentior inueniaris in opere, nullius dubitationis scrupulus in nostro corde remaneat de confirmatione ac perfectione negotij supradicti. Hæc quidem catholicos rei conscios in iubilum excitant animos. Sed multorum circa hoc motus reprimat, quod, vt verum fateamur, quamplures magnæ conditionis & status asserunt, vnionis prædicte tractatum ex Græcorum parte diutius in figmentis verborum & similitate deductum. Propter quod & nobis super apocrisiariorum nostrorum, qui ad tuam peruenere præsentiam, deliberantibus missione, id dissuasere frequentius; viam aliam quæ se videbatur offerre præ manibus, potius suadentes: licet autem illis credulitatis aures non duxerimus inclinandas, hæc tamen excellentiæ tuæ ad stimulum quasi sollicitudinis exponimus, vt attendens, quod ex ijs, quæ de prædictis tuis literis breuis supra commemorauit epilogus, & alijs, quæ patent latius in eisdem, te oris tui verbo non solum Deo, sed & vniuersis audientibus, si famam tuam non negligas, ad consummationem prædicti negotij quasi obligasse videris; ad illam sic solerter intendas & efficaciter, & in veritate procedas, quod tuæ promissionis effectu per euidentiâ operis apparente, obstruantur ora inique loquentium, qui celsitudinem tuam libenter forte notarent, quasi non in sinceritate debita hoc tam salubre negotium prosequaris; sed & nunc post nuntios nostros tanto tempore detentos quasi necessitatem dilationis ingesseris, sicut hæctenus ex eadem parte frequenter ingestas asserunt, vt per angustias temporis & per inopinatos casus, qui per sæpe in negotijs tractandis emergunt, desiderato fructu hoc tam salubre negotium frustraretur; ne quando nobis supergaudeant & insultent ac dicant:



a Extant. ib n 11. Gregorius Palæologū ad cōstantiam hortatur.

b Lib. 2. ep. cur. 12.



Significat peruagatā opinionē, Græcos dolo & lūdificationibus consuetudinem ecclesiarū tractare.

Spem inij-
cit ex ea
coniun-
ctione Sa-
racenos
perdomi-
tum iri.

Certiores
efficiat pa-
tres con-
cilij de
orientaliū
reductio-
ne.

Breui ip-
sorum ora-
tores in
occidentē
iter aggre-
ssuros.

Quantus inde pudor immineat exposuit.

cant: Ecce quod verebamur accidit; sicut enim vobis prædiximus solam perditionem temporis nostrorum missio habuit nunciorum. Hæc sicut ad tuam instructionem & prouisionem de paterna dulcedine prodeunt, ita in tuæ considerationis attentione dulcescant. Sic enim ad salutem animæ tuæ afficimur, vt & personæ in via hac, quam præmissæ literæ te ambulare describunt, zelemus honorem, & desideremus te diligentissimum fore opinionis tuæ custodem, curam habentem de tuo nomine, nec famam aliquatenus negligentem. Persta igitur: nosti enim, quod perseuerantiæ palma debetur. Persta, & quæ te præmissæ tuæ literæ tam solícite incœpisse commemorant, & nuntij nostri, qui ad nos redire, testantur, solícitudine continuanda, & quantum facultas permiserit, augmentanda prosequere, ad obtinendum immensum diuinæ retributionis præmium, & memoriale inter homines de tam pio, Deo tam amabili, & Christianitati tam vtili, tam vtili opere in æternum; missurus apocrifarios, quorum eadem magnitudinis tuæ literæ pollicentur aduentum, cum potestate plenaria; & ad omnia, quæ nostrarum missarum ad te per eosdem nuntios literarum tenor exigit, plene, prout decet, instructos. De quorum securo conductu, sicut inserta tuis literis petitio continebat, per viam a celsitudinis tuæ nuntijs ad nos propter hoc inter cætera destinatis, de speciali mandato tuo, vt dicebant, electam salubriter duximus prouidendum. *Dat. Lugduni XI. kal. decembris pontificatus nostri anno II.*

Ad Philippum vero Constantinopolitanum Imperatorem (id ipsi nomen sine Imperio hæserat) literas dedit a, quibus reuocauit in memoriam, vt ab sede Apostolica nuntij ad Palæologum pro conficienda ecclesiarum pace essent legati, rogauitque, vt oratoribus a Palæologo mittendis regium diploma daret, quo in itinere, mora, ac reditu ipsorum saluti libertatique consultum esset: *Imperialem excellentiam rogamus & hortamur in Domino, quatenus prædictis eiusdem Palæologi nuntijs, ad idem concilium destinandis, patentes literas de plena, & pro personis, familijs & bonis suis in eundo, morando, & redeundo assuratione concedas; & a tuis, si ad eos quandocumque peruenerint, mandes & facias decenter & benigne tractari.* *Dat. Lugduni XII. kal. decembris pontif. nostri anno II.* Atque eodem argumento Carolum Siciliæ Regem, atque alios principes exorauit b, vt simili diplomate oratorum Palæologi securitati cauerent. Minoritas insuper, qui tanti operis strenui erant administri, atque apocrifariorum pontificiorum munere fungebantur, Palæologum rogare iussit c, vt ipsos vna cum Græcis oratoribus ad concilium dimitteret.

51 Imponemus huic anno finem, adducto Philippi Regis Francorum erga ecclesiam Romanam studij insigni argumento: cum enim comitatum Venesinum ad se a patruo Alfonso, qui Raymundi Tolosani comitis filiam duxerat, vna cum reliqua ditone, deuolutum teneret; nec deessent, qui iura sua defendere Alfonso Raymundique exemplo suaderent; flagitante legato pontificio, sponte comitatu cefsit, quem Rom. ecclesia sibi iure debitum contendebat. de quo hæc Sanutus d: *Philippus Rex Francia tempus præuenit concilij, reddiditque summo Pontifici comitatum Venesini, quem longo tempore ab Ecclesia sui tenerant prædecessores.* Tanta rei testes sunt Gregorij Papæ literæ effluente hoc anno ad Philippum datæ e.

Illustri Regi Francorum.

Libenter audiuimus, quod beneuole susceperis, & acceptaueris mansuete nostrum & Apostolicæ sedis verbum, per dilectum filium magistrum Guillelmum de Matiscona capellanum nostrum, ac generalem causarum nostri palatij auditorem ex parte nostra, & sedis eiusdem regis serenitati expositum, de terra Venesina, quam quondam Alfonso comes Tolosæ ac Pictauia patruus tuus obtinuit, & ad manus tuas peruenit; Romanæ ecclesiæ, cuius est propria, libere dimittenda. Sicut enim idem capellanus, cuius dictis fidem adhiberi scripsisti, nobis & fratribus nostris exposuit, tu eodem verbo suscepto, & deliberatione habita super illo, disposuisti & ordinasti consulte, prædictam terram extra manus tuas totaliter ponere; & ab ipsa profus omnes illos, qui eam tuam nomine obtinent, per nuntios tuos, ad hoc speciale mandatum habentes, nostris præsentibus nuntijs amouere, vt sic iidem nostri nuntij prædictæ sedis, & nostro nomine & auctoritate possessionem ipsius terræ expeditam, & vacuam apprehendant.

Nos igitur pro ijs Deo laudes reddentes debitas, & regiam promptitudinem commendantes, rogamus attentius & hortamur, quatenus huiusmodi tuam dispositionem, veluti animæ tuæ saluti, ac diuinis beneplacitis congruentem, opportuna diligentia prosequaris. Nuntios autem quos propter hoc miseris, venire ad sedem facias supradictam, vt eis nostris associatis nuntijs, negotium, auctore Domino, feliciter valeat confirmari. *Dat. Lugduni XI. kal. decemb. anno II.]*

IESV CHRISTI

annus 1274.

GREGORII X. PP. RODVLPHI ROM. REG. 2. annus 3. MICHAELIS PALÆOLIMP. ORIEN. 14.

1 Nignis est annus Seruatoris septuagesimus quartus, supra millesimum ducentessimum, indictione secunda rerum in œcumenico concilio a Lugdunensi secundo gestarum maiestate: cum in eo Græci Spiritus sancti ex Patre Filioque processionem felsis vocibus agnouerint: Christifidelibus contra Saracenos se coniunxerint Tartari: sint decreta Terræ sanctæ ferenda auxilia: sedi Apostolica, immo vniuerso orbi Christiano, qui diu ob Cardinalium dissidia pastore carere consueuerat, consultum. De quibus hæc Ptolemæus Lucensis b in historia ecclesiastica affert in instituta de Gregorio X. narratione: *Hic tertio anno sui Pontificatus pro utilitate Terræ sanctæ, quam personaliter visitare intendebat, Lugdunense solemne celebravit concilium, in quo & Græcorum & Tartarorum celebres nuncij etiam interfuerunt, hoc procurante Palliologo, qui tunc imperabat in Constantinopoli, Græci ad unitatem fidei redire promittentes, in cuius signum symbolum alta voce & cum solemnitate decantauerunt, videlicet Spiritum sanctum a Patre Filioque procedere: nuncij vero Tartarorum intra concilium baptizati ad propria redierunt. Numerus autem prælatorum, qui interfuerunt concilio, fuit quingentorum episcoporum, abbatum Lxx. aliorum prælatorum mille. Hic in concilio multa bona constituit, videlicet pro subsidio Terræ sanctæ, pro electione summi pontificis, & pro statu Ecclesiæ. Tot tantisque res oratione aggressurus, earum historiam ex ipsius concilij actis in lucem editis, quæ cum vna cum*

a Ibid. ep. 14.

Liberi comitatus syngrapha a Philippo & Carolo ipsi prouident. b Ibid. ep. 13. c. 17. Reg. Frac. comitatu Venesinum Ecclesiæ tradit.

d Sanut. l. 3. par. 12. c. 13.

e Lib. 2. ep.

Gregor. lit. ad Regem Fran.

Comitatus Venesini successione ad Regem Francie uenerat.

Grati agit Philippo

Præcipue in concilio Lugdunensi

lib. 2. c. 44. Annot. c. 6. b. Phil. de Malisp. 23. c. 3. Patruus tuus

Quo re meo tum

manuscriptis Vaticanis contulerim, summa inter se fide consentire reperi, delibabo a. Inchoatum est b nonis maij huius anni feria secunda, in ecclesia S. Ioannis: cum ante omnibus præfulibus & capellanis suis Pontifex tridui ieiunium indixisset. De cuius auspicijs hæc actorum scriptor.

2 Dominus Papa circa horam missæ, descendens de camera sua in ipsam ecclesiam, preparato sibi faldistorio in choro, conducentibus eum duobus diaconis Cardinalibus, ut moris est, dixit tertiam & sextam, quia erat dies ieiunij. Quibus finitis, subdiaconus venit cum sandalibus, & calceauit eum, capellanis dicentibus psalmos consuetos circa ipsum. Et eo calceato, & lotis manibus, diaconus & subdiaconus more solito induerunt eum omnibus vestimentis pontificalibus albi coloris, quia inter pascha & ascensionem erat; & pallio, sicut si esset missam celebraturus. Et inde, præcedente cruce, ascendit pulpitum preparatum & ornatum, & sedit in faldistorio suo, ministrante sibi pro presbytero domino Simone tit. S. Martini, & diacono domino Othobono Card. & assistentibus sibi in eodem pulpito ipso domino Othobono S. Adriani & dominis Iacobo S. Mariæ in Cosmedin & S. Georgij ad velum aureum, Huberto S. Eustachij, Matthæo S. Mariæ in Porticu diaconis Cardinalibus; etiam sedente iuxta eum domino Iacobo Rege Aragonum, assistentibus etiam sibi quibusdam capellanis superpelliceis indutis. Sedens idem summus Pontifex in faldistorio suo, fecit crucem super prælatos & concilium, qui sic sedebant ab opposito, & in eminentibus sedibus preparatis.

3 Quod ad sedium ordinem attinet; Pantaleo Constantinopolitanus, & Opizio Antiochenus patriarchæ, nimirum qui Latinis præerant, in medio ecclesiæ alueo sedere: e latere dextro episcopi Cardinales, e sinistro alij Cardinales: post quos primates archiepiscopi, episcopi, abbates, priores nullo inter se sedium discrimine consedere; cum a Gregorio ante sancitum esset, ut datas sedes sine vlllo ecclesiarum suarum dignitatis iniuria acciperent. Inferius vero Templariorum atque Hospitaliariorum præfecti vna cum Gallorum, Germaniæ, Angliæ, & Sicilia Regum oratoribus collocati sunt. Fusis deinde precibus, ac Spiritus sancti numine implorato, perorauit Pontifex in hæc verba: *Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar, & antequam moriar*; ac rationes adstantibus proposuit, quæ ipsum ad cogendam synodum impulsissent. Tum secundam sessionem, in secundam sequentis hebdomadæ seriam indixit. Nec frustra consumptum tempus, quod medium inter sessionem vtramque effluebat: e qualibet enim prouincia archiepiscopum, episcopum, & abbatem ad se venire iussit, atque ab ijs omnium ecclesiarum prouentuum decimas ad sex annos pro submittendis Terræ sanctæ auxilijs postulauit, obtinuitque; adeo vt a festo S. Ioannis Baptistæ eius anni tempus excurrerit. Atque interea a Minoritis Apostolicæ sedis apocrisijs peruenere felices litteræ ad Gregorium, quæ maximo ipsum gaudio perfuderunt; quasque conuocatis præfulibus, sacram prius concionem habente S. Bonauentura, perlegi iussit.

4 Celebrata est secunda sessio decimo quinto kal. iunijs, in qua nonnullis constitutionibus lectis procuratores capitulorum, abbates ac priores, quibus mitræ vsus non erat permittus, abire iussi.

In tertia sessione lectæ etiam plures constitutiones, quæ ad sacerdotum emendandos mores,

excutiendas sordes auaritiæ, primæuam reuocandam sanctitatem pertinebant.

5 Consultum tum temporis est occidentali Imperio, non quidem in ipso concilio, sed Cardinalium consistorio. Miserant ad Gregorium Alfonso Castellæ Rex, ac Rodolphus oratores & quisque certabat officijs ac promissis, vt, exauctorato æmulo, Imperio potiretur. Ac sanctissimus Pontifex, proposita sibi ob oculos Dei gloria, & populorum concordia, missis litigiorum ambagibus, quibus prædecessores tot annis se implicauerant; cum patrum concilij clamoribus vrgeretur, a vt lacerato consulere Imperio. Alfonso oratores re infecta dimisit: Germanicos vero ad sacramenta Rodulphi nomine nuncupanda, ac priuilegia Romanæ ecclesiæ, a veteribus concessa Imperatoribus confirmanda, admisit. Quæ vt maiori cum celebritate gereretur, adhibiti sunt principes ecclesiastici electores, alijque insignes Germani præfules, qui Imperialia diplomata perlegere: atque ad rem secuturis ætatibus mandandam solennnes hæc tabulæ consecræ sunt, quæ in molis Adriani archiuo asseruantur, atque a Platina iussu Sixti IV. inter illustria monumenta, quæ ad Romanæ ecclesiæ dignitatem spectant, collectæ. b

In nomine Domini. Amen.

6 Nos Henricus Treuirensis, Guarnerus Maguntinus, Enguebertus Colonienfis, Conradus Magdeburgensis, Giselbertus Brementis archiepiscopi; Conradus Argentinensis, Leo Ratisponensis, Bruno Brixinensis, Otho Mindensis, Fredericus Merseburgensis, Vvidego Mifsinensis, Ioannes Kimensis, Ildebrandus Eistrensis episcopi; Fredericus Burclaius de Nuremberg, & Gotifredus comes Setinensis præsentis scripto fatemur nos vidisse, ac diligenter respexisse priuilegia, nec non & iuramenta claræ memoriæ Othonis IV. & quondam Frederici II. Imperatorum tunc Regum Romanorum non cancellata, non abolita, nec in aliqua sui parte vitata: sed in prima sui facie aureis bullis Regum ipsorum regiæ maiestatis impressis typario cõsignata, quorû tenores tales sunt, &c.] Prætereunda censemus ea Imperialia diplomata, cum a nobis in superiori tomo iisdem concepta verbis, insinuata sint c, ac loca indicare suffecerit. His subiungemus aliud d, quod ijs magna ex parte consonat.

7 Tenor iuramenti eiusdem Friderici tunc Regis Romanorum præstiti memorato Honorio Papæ III. *In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Amen. Ego Fridericus II. Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus & Rex Sicilia tibi domino meo sanctissimo, & patri charissimo Honorio Papæ III. tuisque successoribus, & ecclesiæ Romanæ, presentibus subscriptis principibus Imperij, & nobilibus, spondeo, polliceor, & promitto & iuro, quod omnes possessiones, honores, & iura Romana ecclesiæ pro posse meo bona fide protegam & seruabo. Possessiones autem, quas ecclesiæ Romana recuperauit, liberas & quietas sibi dimittam, & ipsam ad eas retinendas bona fide iuuabo: quas autem nondum recuperauit, adiutor ero ad recuperandum, & recuperatarum secundum posse meum ero sine fraude defensor; & quæcumque ad manus meas deuerint, sine difficultate restituere procurabo. Ad has pertinet tota terra, quæ est a Radicofano, vsque Coperanum, exarchatus Rauenna, Pentapolis, marchia Anconitana, ducatus Spoletanus, terra comitißæ Matbildis, comitatus Brittenorij cum adiacentibus terris, expressis in multis priuilegijs Imperatorum a tempore Ludouici. Has omnes pro posse meo restituiam, & quiete dimit-*

Flagitasti a patribus vrschisma Imperij se daretur.

a Formul. Mar. Ebul. pag. 153.

Constabli- lita Rom. ecclesiæ iura concessa ab Imperatoribus.

b Collect. Platina. M. S. Vat. arc. 10. 1. pag. 81 ad pag. 89. lib. priuileg. Rom. eccl. 10. 1. pag. 376. M. S. Vall. bibl. sign. D. 1. pag. 87.

c An. Chr. 1201. n. 15 1209. 20. 10. & 1213. n. 23 d Extrat. 10. 1. priuileg. Rom. eccl. pag. 380. & cod. Vallic. M. S. sig. lit. D. pag. 87.

Terræ ditionis ecclesiasticæ

Ext. in sig. 3. Gre. 101. & in 10. Conc. 3. par. 2. b Ibid. Et quoritur.

Genesio

Patriarche in medio ecclesiæ loco consistent.

In presidijs sedibus nullus ordo seruatus.

Pontificis ad patres oratio.

Decimas feruantes pro re Syria in futuranda postulat.

Litteræ de aduentu Grec. le. sic in concilio.

Constitutiones e dicitur pro disciplina ecclesiasticæ restituentia.

dimittam cum omni iurisdictione, districtu, & honore suo. Veruntamen cum ad recipiendum coronam Imperij, vel pro necessitatibus Ecclesie ab Apostolica sede vocatus acceßero de mandato summi Pontificis, accipiam procuracionem ab eis. Adiuutor etiam ero ad retinendum & defendendum ecclesie Romanae regnum Siciliae. Tibi etiam domino meo Honorio Papa & successoribus tuis omnem obedientiam & honorificentiam exhibebo, quam deuoti & catholici Imperatores consueuerunt sedi Apostolicae exhibere: & si propter negotium meum Romanam ecclesiam oportuerit incurrere guerram, subueniam ei sicut necessitas postulauerit in expensis: omnia vero supradicta tam iuramento quam scripto firmabo, cum Imperij fuero coronam adeptus. Principes autem Imperij & nobiles, coram quibus iuravi, hi sunt. Henricus Basiliensis episcopus, abbas S. Galli, Hugo abbas Morbacensis, Gofradus de Vizeburg, Tibaldus dux Lotharingie, comes Egeno de Vrach, comes Ludouicus de Virtumbere, comes Euerardus de Elfinsem, Henricus de Nissen, & quamplures alij. Actum apud Agnoue anno dominice incarnationis MCCXVIII. mensis septembris indictione VII. Perlectis Othonis IV. & Friderici II. priuilegijs & sacramentorum formulis, quibus se Romanis Pontificibus obstrinxerant: ne ijs pietate & studio in sedem Apostolicam Rodulphus inferior videretur, illius oratores idonea instructi auctoritate, rata & sancta habitum iri iurati sponderunt. De quo insigne hoc monumentum a editum in mole Adriana asseruatur.

7 Prædicta quidem priuilegia, & tenores iuramentorum, in consistorio vestro, sanctissime pater & domine Gregori diuina prouidentia Papa Decime, assistentibus vobis reuerendis patribus Ioanne Portuensi, Petro Tusculano, Vice domino Panestrino, Bonauentura Albanensi, Petro Ostiensi episcopis; Simone S. Martini in montibus, Anhero S. Praxedis, Guillelmo S. Marci, Simone tit. S. Ceciliae presbyteris; Othobono S. Adriani, Iacobo S. Mariae in Cosmedin, Gotifredo S. Georgij ad velum aureum, Vberto S. Eustachij, Matthæo S. Mariae in porticu diaconis Cardinalibus; ac nobis in vestra presentia inibi constitutis, per venerabilem virum Othonem S. Guidonis Spirensis præpositum, domini nostri Rodulphi Regis Romanorum illustris cancellarium & procuratorem lecta; & propter nos supradictos Burclauium & comitem, qui nec literas, nec linguam Latinam nouimus, fideliter fuerunt exposita. Idem quoque cancellarius habens ab eodem Rege Rodulpho potestatem & speciale mandatum subscripti tenoris, de nostro consilio & assensu, omnia & singula in eisdem priuilegijs & iuramentorum contenta tenoribus eiusdem Regis Rodulphi nomine ratificauit, rata & firma se habere, ac ab alijs haberi velle professus est; & eadem innouauit, ac denuo concessit.

8 Promisit insuper eodem nomine, ac iurauit in animam ipsius Regis Rodulphi, quod ipse Rex per se, vel per alium, seu alios, non occupabit, nec inuadet in totum, vel in partem terras ecclesie Romanae, aut terras vassallorum eius, quas iure feudi, vel sub census, aut alterius prestationis titulo, siue alio quocumque modo tenet ab ipsa Ecclesia: nec eas, vel earum aliquam procurabit occupari per alium, seu alios, vel inuadi. Quinetiam nec ipsas, nec tenentes eadem, se vel terras ipsas sibi vltro volentes subicere; nec officium aliquod aut dignitatem, vel quamcumque potestatem in terris eisdem, & specialiter in ciuitate Romana, recipiet sub quocumque colore sine vestra vestrorumque successorum licentia speciali: & si qui eas occupare, vel inuadere tentarent, non solum

denegabit illis auxilium, consilium, & fauorem publicum & occultum; verum etiam ad requisitionem vestram dictorumque successorum, adiutor erit contra illos in defendendis & conseruandis eisdem.

9 Item quod idem Rex Rodolphus per se, vel per alium non offendet vassallos Ecclesie, & specialiter magnificum principem dominum Carolum Regem Siciliae illustrem, seu heredes ipsius: nec volentibus ipsum offendere præstabit consilium, auxilium aut fauorem, publice vel occulte: nec regnum Siciliae, quod idem Rex ab eadem Romana ecclesia tenet, vel aliquam eius partem occupabit, aut inuadet per se, vel per alium; aut occupari, vel inuadi procurabit; nec inuadere; aut occupare tentantibus, præstabit auxilium, consilium, vel fauorem, publicum vel occultum. Alios etiam deuotos Ecclesie, qui eidem adstiterunt contra prædictum Fredericum, heredes, vel successores ipsius, propterea non grauabit; sed nihilominus fauorabiliter prosequetur: vassallos autem suos, contra prædictorum aliquod facientes, pro posse bona fide compestet. Seruabit præterea & faciet omnia & singula, quæ in canonibus positis LXIII. distinct. quorum quidem canonum alter: Ego Ludouicus; alter vero: Tibi domino Papa; incipit, continentur. Quodque idem Rex Rodolphus prædicta omnia, tam in priuilegijs ipsis contenta, quam alia, inuolubiliter obseruabit, ac de præmissis omnibus & singulis obseruandis, præstabit, tactis sacrosanctis Euangelijs, corporaliter iuramentum; & priuilegia per omnia, verbis tamen aliquibus competentè mutatis, prout facti qualitas exigit, similia superscriptis continentia, nihilominus plene omnia alia, quæ præter præilegiorum præmissorum tenores superiorum exprimitur; ac insuper ratificationem, confirmationem, innouationem, ac nouam concessionem, omnium renunciationum, dimissionum, pollicitationum, sponsonum, concessionum, cessionum, & confirmationum, quas tam dictus Fredericus secundus, quam alij Reges & Imperatores Romani præcedentes eundem, B. Petro Apostolorum principi, summis Pontificibus, qui pro tempore fuerunt, vel ecclesia Romana præstitisse noscuntur, præfato Apostolorum principi, ac vobis sanctissimo patri eius successori, ceterisque vestris catholicis successoribus, & ecclesie Romanae concedet, quandocumque per sedem Apostolicam super hoc literis fuerit, vel nuncio requisitus: & iuramenta etiam præstabit, & literas super huiusmodi præstatione concedet, prout dicti Reges Romani præstiterunt, ac concesserunt. Postquam autem Romanam, ad recipiendum vñctionem, coronationem, seu Imperiale diadema peruenierit, ipsaque ceperit, præmissa omnia & singula innouabit, seu de nouo faciet; ac sine aliqua difficultate iuramenta præstabit, quæ Imperatores Romanorum hætenus præstiterunt. Item quod dictus Rex Rodolphus bona fide, sine fraude & malo ingenio, procurabit quod omnes principes Alemannie laici promittent & inuadent, se bona fide curaturos & facturos; quod præfatus Rex Rodolphus præmissa omnia & singula inuolubiliter obseruabit; & si, quod absit, ipse Rex Rodolphus prædicta non seruaret, iidem principes in hoc ipsi aliquatenus non assistent. Tenor autem mandati, quod idem cancellarius eiusdem Regis Rodulphi nomine presentauit, per omnia talis est.

10 Sanctissimo in Christo Patri & domino suo, domino Gregorio sacrosanctæ ac vniuersalis Ecclesie summo Pontifici, Rodulphus Romanorum Rex semper Augustus pedum oscula beatorum. Sanctitati vestrae presentibus notificat, quod ego deuotus vester, & ecclesie Romanae filius, honorabilem virum Othonem præpositum S. Vidonis Spirensis, regalis aulae meae

Othonis & Friderici priuilegia a Rodulphi oratoribus confirmata. Ext. in l. priuileg. eccl. Coll. Platin. & M.S. Valic sig. lit. D. n. 3. ubi sup.

Promittunt Rodulphum ditionem eccles. non inuadur.

Bell. Siciliae et non latum

Act. imper. bus et met. milit. roborem

Rob. litera. in l. auct. re. or. bus.

cancellarium meum nuncium & procuratorem constituo, dans ei liberam potestatem, & speciale mandatum faciendi nomine meo B. Petro Apostolo caelestis Regni clauigero, ac vobis eius successoribus, & ecclesie Romana confirmationes, concessiones, priuilegia, iuramenta, & cetera omnia, qua mei predecessores Reges Romanorum fecisse noscuntur, seu inueniuntur; nec non & alia promittendi, seu faciendi, qua vos, sanctissime Pater & domine, sine demembratione Imperij secundum Deum & honestatem videritis expedire; & in animam meam iurandi, quod ea omnia & singula rata habeo, & inuolabiliter obseruabo, nec contra ea per me, vel per alium publice, vel occulte venire tentabo. Do etiam ei potestatem promittendi nomine meo, quod ego per me ipsum eadem faciam & promittam, atque iurabo quodcumque per vos literis, vel nuncio fuero requisitus. Et super his omnibus patentes literas meas dabo aurea bulla typario regia maiestatis impressa bullatas. Do preterea eidem cancellario potestatem, & speciale mandatum dandi super omnibus premixis & singulis patentes literas, seu publicum instrumentum, & omnia faciendi, qua in premixis & circa premixis fuerint necessaria, vel etiam opportuna: etiamsi mandatum exigent speciale. In cuius rei testimonium, presentem procuratorem fieri feci, & mei sigilli munimine roborari. Dat. Rotemburg anno Domini MCLXXIV. in crastinum dominice qua cantatur: Quasi modo geniti; regni nostri anno primo. Nos itaque memorati archiepiscopi & episcopi omnia premixis, qua per eundem cancellarium acta sunt, de nostro, vt promittitur, consilio, & assensu habentes rata & firma, promittimus in verbo sacerdotis, & sacrosanctis euangelij coram positis: ac nos prefati Fredericus & comes, eisdem euangelij tactis promittimus & iuramus, nos bona fide curaturos, & facturos: quod idem Rex eadem omnia & singula obseruabit plenarie: nec per se, nec per alium veniet contra ea, seu aliquod eorumdem. Et si quando, quod absit, secus facere attentaret, nos in hoc aliquomodo non assistemus eidem. Acta sunt hac Lugduni in predicto consistorio anno Domini MCLXXIV. mense iunij die martis, vi. mensis eiusdem, pontificatus vestri anno III. Porro ad certitudinem presentium, & memoriam futurorum nos memorati archiepiscopi, episcopi, Barclaius, & comes, presentes literas fieri fecimus, & nostrorum sigillorum munimine roborari.

II Vt consultum etiam esset Rom. ecclesie iuribus in vtramque Siciliam, ne Imperator id regnum coniunctum Imperio contenderet, affectaret vquam; principum electorum, qui olim, ad eundem Imperium Frederico Sicilia Rege, in Francofurtensibus conuentibus pronuntiarant, Siculum regnum Imperio obnoxium non esse, litera confirmata sunt ab iisdem Rodulphi oratoribus, ac subiecta tabula de ea re edita, qua in molis Adrianæ archiuo asseruantur, tum a Platina iussu Sixti IV. inter insignia monumenta reposita. a

In nomine Domini. Amen. Nos Henricus Treuirensis, Guarnerus Maguntinus, Enguebertus Colonienfis, Conradus Magdeburgensis, Giselbertus Bremensis archiepiscopi, Conradus Argentinensis, Leo Ratisponensis, Bruno Brixinensis, Otho Mindenensis, Fridericus Merseburgensis, Vvidego Misnenfis, Ioannes Kimensis, Hdebrandus Eiltetenfis episcopi, Fridericus Burgrauus de Nuremberg, & Gotfrido comes Sennensis presentis scripto fatemur, nos vidisse, ac diligenter

Annal. Eccl. Tom. XIv.

inspexisse patentes literas principum Imperij subscripti tenoris, sigillis eorundem pendentibus signatas, quarum tenor talis est.

Nos principes Imperij vniuersis presentem paginam inspecturis. Vt tollatur de medio omnis materia scandali, dissensionis, seu etiam rancoris occasio inter Ecclesiam & Imperium, & ij duo gladij, in domo Domini constituti, intima dilectionis foedere copulati exurgant in reformationem vniuersi populi Christiani, & merito mundo appareant in omnem exhibitionem iustitie & veritatis, illa duo magna luminaria posita in medio firmamenti; & nos in opere, & voluntate filij inueniamur omni tempore deuotionis, & pacis, quam Ecclesiam, quam Imperium confouere tenemur, ac etiam vnanimiter gubernare; quicquid ipsi S.R.E. matri nostrae factum est per dominum nostrum Fridericum, Dei gratia Romanorum Regem semper Augustum & Regem Siciliae, per priuilegia, seu etiam scripta sua, pro omni discordia sopienda & euitanda in posterum, & pro pace totaliter reformanda pariter & obseruanda; vt sit in omnibus eisdem omni tempore idem velle & idem nolle, & nos bonorum operum sectatores, felicitate gaudeamus nostri nomine principatus, sicut olim ad petitiones & preces, nec non & mandatum predicti domini nostri Regis Friderici tempore bonae memoriae domini Innocentij III. Papae pro bono pacis ad omnia scandala euitanda; ipsi S.R.E. super priuilegijs ipsius Regis sibi datis nostram tunc voluntatem praebimus & consensum; sic nunc eandem voluntatem & consensum nostrum nouiter inuouamus, & per omnia approbamus. Et vt haec nostra voluntas, & approbatio, sine renouatio, a nobis ipsi S. R. E. in perpetuum obseruentur, vt liqueat in effectu in testimonium illi, & ad perpetuam memoriam nostri, hoc praesens scriptum inde fieri fecimus, nostrorum sigillorum munimine roboratum, super omnibus priuilegijs ab ipso Rege, vsque nunc sibi datis, & etiam adhuc dandis, tam super facto Imperij, quam super facto regni Siciliae: ita quod Imperium nihil cum dicto regno habeat vnionis, vel alicuius iurisdictionis in ipso. Acta sunt hac anno Dominica Incarnationis MCCXX. Dat. apud Franckenfort in solempni curia IX. kal. maij indictione VIII.

12 Predicta quidem litera in consistorio vestro, sanctissime Pater, & domine Gregori diuina prouidentia Papa X. assistentibus vobis reuerendis patribus, Ioanne Portuensi, Petro Tusculano, Vicedomino Praenestino, Bonauentura Albanensi, Petro Ostiensi episcopis, Simone S. Martini in montibus, Ancherio S. Praxedis, Guillelmo S. Marci, Simone tit. S. Caeciliae presbyteris, Ottobono S. Adriani, Iacobo S. Mariae in Cosmedin, Gotfrido S. Georgij ad velum aureum, Vberto S. Eustachij, & Mattheo S. Mariae in porticu diaconis, Cardinalibus, ac nobis in vestra praesentia inibi constitutis, per honorabilem virum O. sancti G. Spirensis praepositum domini nostri Rodulphi Regis Romanorum illustris cancellarium & procuratorem lecta, & propter nos supradictos Burgrauum & comitem, qui nec literas, nec linguam Latinam noimus, fideliter fuerunt exposita. Praefata quoque litera erant non cancellata, non abolita, nec in aliqua sui parte vitata, sed per omnia in prima sua figura. Acta sunt hac Lugdun. in predicto consistorio, anno domini MCLXXIV. mense iunij die martis vi. mensis eiusdem pontificatus vestri anno III. Quantum vero studij & operae posuerit

Principū
Germ. lit.
de Sicilia
Imperio
non obno-
xia.

Confirma-
ta in con-
sistorio a
praesulibus
Germ.

Gregorius, vt Rodulpho Imperium affereret, alliceret in Italiam, vt insignia imperialia conferret, conciliaret illi Boemiæ & Siciliæ Reges, ac denique Alfonso Regem Castellæ ab Imperio affectando abduceret, dicitur inferius. Nunc de orientali Imperio ad Romanæ ecclesiæ coniunctionem reuocato agemus.

Græci ad cõcil. Lugdun. accedunt.

13 Hæserant diu patres expectatione aduentus Græcorum suspensi; cum demum Palæologi Imperatoris, atque orientalium præsulum synodi oratores accessere, ac præterita silentio controuersia, quæ de Imperio cum Philippo Balduini II. olim Constantinopolitani Imperatoris filio, Caroli Siciliæ Regis genero, intercedebat, ad sinum Rom. ecclesiæ admitti supplices flagitarunt, de quo hæc concilij historia narrat: *Dominus Papa allocutus est concilium, narrans prædictas tres causas vocationis concilij; & dicens, qualiter contra opinionem quasi omnium Græci libere veniebant ad obedientiam Romanæ ecclesiæ, profitendo fidem, & recognoscendo primatum ipsius; nihilque temporale petendo, de quo multum dubitabatur.* Contendisse iam ante Palæologum ab Urbano, vt prius Imperij controuersia dirimeretur; sed tum ab ipso, tum a Clemente IV. repulsam passum vidimus, cum prius fidei dignitati, & animarum saluti consultum fedes Apostolica vellet. Reuersis vero ad obsequium Ecclesiæ Græcis, Gregorium ad pacem Carolum Regem ac generum foederatum inter & Palæologum reuocandam conciliasse inducias, dicitur postea: nunc ceptam prosequimur orationem. Porrexere Pontifici Græci oratores imperiales literas, in quibus orthodoxam fidem præscriptam ab Apostolica sede forma profitebatur, subiectis verbis conceptas. a

a Extant M. S. in archiu. in Vatic. & arcis S. Angeli & col. le. Plat. M. S. pag. 89.

Palæologus Imp. orthodoxam fidem proficitur.

14 *Sanctissimo & beatissimo primo & summo Pontifici Apostolica sedis venerabili Papæ & communi patri omnium Christianorum, & venerabili patri Imperij nostri domino Gregorio; Michael in Christo Deo fidelis Imperator & moderator Romanorum, Ducas, Angelus, Comninus, Palæologus, & spiritualis filius magna sanctitatis vestrae conuenientem honorem & reuerentiam cum sincera & pura affectione, & orationum postulatione.* Quoniam missi sunt a magnitudine vestra ad Imperium meum nuntij Deo placentis ordinis fratrum Minorum frater Hieronymus de Asculo, frater Raymundus Berengarius, frater Bonagratia de S. Ioanne in Persiceto, & frater Bonauentura de Mugello; & obtulerunt literas magnæ sanctitatis vestræ Imperio meo, in quibus inter alia de confessione fidei, quam docet, & prædicat, & confitetur sancta Romana ecclesia, continebatur, & oportebat in his magis responsum conuenientem nos facere; ecce hoc facit Imperium meum. Habet autem professio fidei in dictionibus taliter: Credimus sanctam Trinitatem &c. [Concepta est ipsæ omnino verbis atque illa, quam a Clemente IV. ipsi propositam iam ante adduximus b, vt propterea hic eam repetere superuacaneum sit. Suffecerit tantummodo non præterire controuersia fidei capita perspicuis verbis professum, veluti processione. Spiritus sancti.] Credimus & Spiritum sanctum, plenum & perfectum, verumque Deum ex Patre Filioque procedentem. [Tum de sacramento Eucharistiæ.] Ex azymo conficit Romana ecclesia, tenens & docens, quod in ipso sacramento panis vere transubstantiatur in corpus, & vinum in sanguinem Domini nostri Iesu Christi. [Tum de primatu Romanæ ecclesiæ.] Ipsa quoque sancta Romana ecclesia summum & plenum primatum,

b An. Chr. 1267. nu. 75. vsq. ad 79. excusatiom. 12. p. 10m. 3. concil. par. 2.

Spiritum S. procedere ex Patre Filioque.

Transubstantiationem in Eucharistia ex azymis.

& principatum super vniuersam Ecclesiam catholicam obtinet: quem se ab ipso Domino in B. Petro Apostolorum principe, siue vertice, cuius Romanus Pontifex est successor, cum potestatis plenitudine recepisse veraciter & humiliter recognoscit. Et sicut præ cæteris tenetur fidei veritatem defendere, sic & si quæ de fide subortæ fuerint quæstiones, suo debent iudicio definiri. Ad quam potestatem quilibet super negotijs ad ecclesiasticum forū pertinentibus appellare, & in omnibus causis ad examen ecclesiasticum spectantibus ad ipsius potestatem iudicium recurri: & eidem omnes ecclesiæ sunt subiectæ; ipsarum prælati obedientiam & reuerentiam sibi dant. Ad hanc autem sic potestatis plenitudo consistit, quod ecclesiæ cæteras ad sollicitudinis partem admittit: quarum multas, & patriarchales præcipue, diuersis priuilegijs eadem Romana ecclesia honorauit: sua tamen obseruata prærogatiua, tum in generalibus concilijs, tum in aliquibus alijs semper salua, supra scripta fidei veritate; prout plene lecta est & fideliter exposita. Veram, sanctam, & catholicam, & orthodoxam fidem cognoscimus, & acceptamus: & ore ac corde confitemur, quod vere tenet, & fideliter docet & prædicat sancta Romana ecclesia, inuiolabiliter obseruare eandem professionem, & in ea omni tempore perseverare, nec villo vnquam tempore ab ipsa discedere quoquomodo, aut deuiare, vel discordare promittimus. Primatum quoque eiusdem S. R. E. sicut in præmissa serie continetur, ad ipsius sanctæ ecclesiæ obedientiam spontaneam venientes, confitemur & cognoscimus, acceptamus & sponte suscipimus. Confitemur vero hæc, & approbantes, & acceptantes, & promittentes obseruare, vt superius dictum est, rogamus magnitudinem vestram, vt ecclesia nostra dicat sanctum symbolum, prout dicebat hoc ante schisma vsque in hodiernum diem, & quod permaneamus in ritibus nostris, quibus utebamur ante schisma: qui scilicet ritus non sunt contra supradictam fidem, nec contra diuina præcepta, nec contra vetus & nouum testamentum, nec contra doctrinam sanctorum generalium conciliorum, & sanctorum receptorum per sancta concilia, quæ celebrata sunt a spirituali dominatione ecclesiæ Romanæ. Hoc igitur non graue est vestræ sanctitati, nec inusitatum, & nobis nunc difficile propter infinitam multitudinem populi, &c.] Quibus consentanea Andronicus suis literis est professus.

15 Exarsisse sane inter Græcos controuersias, refert Pachymerius a auctor schismaticus, cum ad ecclesiarum coniunctionem redintegrandam synodus coacta esset: adeo vt, cum Palæologus Imperator grauissimis sententijs ad eam ipsos pelliceret, carthophylax suam de Latinis sententiam iussus depromere, annuente patriarcha Iosepho, impudenter has voces protulerit: *Aliqui dicuntur & sunt: alij nec sunt neque dicuntur: hi dicuntur & non sunt; & rursus alij sunt quidem, sed non dicuntur: in horum numero collocandi Latini, qui heretici non dicuntur, sed manifestis hæresibus sunt inquinati.* Addit Pachymerius, abscedente ex synodo illa Palæologo, cum grauiore ob proteruiam hominis, quem ipse laudat, iras concepisset, patriarcham & sequaces in eos, qui catholice sentiebant, vesparum more inuolasse. Quam quidem dissensionem animorum Græci præfules, qui ab impio patriarcha discessere, Gregorio subiectis literis significarunt: & celebrata synodo, se ad supremum illius in omnes ecclesias im-

perium agnoscendum mutua conspiratione consensisse.

16 Sanctissimo, reuerendissimo, & beatissimo Patre antiquo Romanorum domino Gregorio magno Pontifici excellentissima Apostolica sedis, & venerabilissimo domino & patri nostra humanitatis; nos qui ecclesiasticam complemus ordinationē vestrae sanctissimae ecclesiae salutem, spiritualis subiectionis affectionē metropolitae Episcopus, praehonoratus exarchus totius Asiae tū ea, quae circa me est, sancta synodo, &c. [Subiicitur prolixa series archiepiscoporum Asiae, & Europae, qui vna cum suis suffraganeis & prouincialibus synodis ad primum Rom. Pontificis agnoscendū cōsensere.] Non solum nunc, sed prius beatissimae & sanctissimae vestrae ecclesiae magnam faciebamus diuisionem integritatis, & ecclesiarum Christi totaliter unitatē dilacerabamus, quomodo qui vnus pastoris sumus, non in vnum, & intra vnum aggregamur, ouile: nec vnum replemus mandatū Christi; sed ea quae sunt discordia, magis eligimus, & bono pacis amisso inuenire non quærimus illud, quod ex bono zelo nobis declarabatur: nullus autem erat, qui coniungeret omnes in vnum, & sufficeret quasi ad vnum flamen singulorum concordiam. [Pluribusque interiectis ad laudem Palaeologi, qui studia ad redintegrandam ecclesiarum coniunctionem applicuerit, exceptisque apostolicis legatis synodum Graecorum coegerit; in qua alij paribus cum Imperatore votis concurrerint, alij dissenserint, demum vero imperialis diligentia eorum pertinaciam vicerit, atque in concordiam agnoscendi Apostolici primatus redegerit; subdunt.]

17 Scitote, quod nos volumus, quod pontificalis sedis tota plenitudo cum toto venerabili clero, & omnibus officarijs, sacerdotibus, diaconis, & lectoribus sanctissimae Ecclesiae Dei conueniat in vnum, vt attribuat prout vestrae sanctitati & Apostolicae sedi, quod ad honorem pertinet, nec alium primum & summum Pontificem ecclesiarum omnium nominari: sed antiquam interuenturiorum consecutionem agnouimus, quam & patres nostri semper attenderunt toto praeterito tempore vsque ad tempus hoc; vnde nostrum patriarcham & subsequenter omnes alios (quotquot conuenerunt) vt in vnum haereant, & sedis ponent concordiam obsecrauimus. Ipse vero cum magna instantia tenet, quod agnosci debet primum; & postea, vt indicat, non decider ab ista voluntate, nec adhuc a prima sententia, quam tenet cum aliqua intentione mutatus est: vnde & pluries nos praelati correximus ipsum: ipse nequidquam ad praesens adqueuit. [Quibus vero dotibus homo pertinacissimus esset praedixit, describit Nicephorus Gregoras a, imperitissimum nimirum fuisse: Iosephus, inquit, vir canus, qui longo tempore in monte Gallezio monachum egerat, Graecarum literarum plane rudis & nimium simplex. Quid vero ad edomandam illius arrogantiam & impietatem decretū sit, subdunt praesules Graeci.] Nos autem, & nobiscum potentissimus Imperator, iniunximus illi a patriarchali sede recedenti omnino in vna forma solitudinis manere, quae sunt Constantinopoli monasteriorum, donec nuntij ad vestrā sanctitatem accedant, & audiant sermonem vestrum: & si magnitudo vestra ita recipiat, deleget certos delegatos cum nostris reuersis legatis. [Addunt sede motum iri patriarcham, si obduruerit in pertinacia, ecclesiaeque Romanae primum agnoscere detrectarit. Quibus consentiunt, quae Nicephorus Gregoras de eo tradit: b

Patriarcha Iosephus ea concordia repudiata, sede sua cessit, nec multo post relicta vrbe se in archiepiscopategi monasterium ad Bosphorum contulit.] Hoc igitur proponimus, a Deo honorate domine, nos quos patriarchalis Constantinopolitanae sedis sublimes pontifices cum omnibus, qui circa nos, venerabilibus clericis per hoc scriptum nostrum, vobis coniungi habemus; qualis rsi solum vestra magnitudo ea, quae legationis sunt admittat, non est quod tempus teratur, & nos inclinamus prompte, & magnae vestrae altitudini submittimus, & valde grater ea, quae sunt spiritualis subiectionis totius asserimus: & nihil eorum denegamus, quae ante schisma praestabant patres nostri his, qui Apostolicam regebant sedem; sed statim & nos attribuimus, &c. [Subiuncta est sacramenti forma, qua nuntius a concilio Constantinopolitani patribus missus sese obstricturus, fidemque orthodoxam professurus esset, ipsdemque est conceptis verbis atque ea, quam Georgius acropolita Palaeologi Imperatoris nomine nuncupauit.]

18 Ego Georgius acropolita & magnus logotheta, nuntius domini Imperatoris Graecorum Michaelis Duca, Angeli, Comneni, Palaeologi, habens ab eodem sufficiens ad infra scripta mandatum, omne se bisma prorsus abiuro; & subscriptam fidei veritatem, prout plene lecta est & fideliter exposita, in nomine dei domini mei veram, sanctam, catholicam & orthodoxam fidem esse cognosco. Eam accepto, & corde & ore profiteor, ipsamque, prout eam veraciter tenet, fideliter docet, & praedicat sacrosancta Rom. ecclesia, ipsam inuolabiliter seruaturum; nec ab ea villo vnquam tempore recessurum, vel quoquomodo deniaturum, vel discrepaturum promitto. Primum quoque ipsius sacrosanctae Rom. ecclesiae, prout in praemissa serie continetur, ad ipsius Ecclesiae obedientiam, nomine ipsius, & meo spontaneus veniens, pro ipso, & pro me fateor, recognosco, accepto, ac sponte suscipio; & ipsum omnia praemissa tam circa fidei veritatem, quam circa eiusdem ecclesiae Rom. primum; & ipsorum recognitionem, acceptationem, susceptionem, obseruantiam, ac praesentiam, seruaturum, praesulto in animam ipsius & meam corporaliter iuramento, promitto & confirmo; sic ipsum & me Deus adiuet, & haec sancta Dei Euangelia, &c. Praesulum etiam Constantinopolitanae synodi, tringinta sex nimirum Asiae & Europae metropolitanoꝝ, ac suffraganeorū nomine orator simili iurando se obstrinxit. Quibus perfectis, praeciente Pontifice hymnum: Te Deum laudamus; denique Graecis Latinisque verbis fidei orthodoxae forma, repetita bis professione processions Spiritus sancti a Patre & Filio, decantata est.

19 Quanto porro applausu ac tripudio concilij Palaeologus sine Ecclesiae exceptus fuisset, suis literis v. kal. aug. datis Lugduni expressit Pontifex a: Charissimo in Christo filio Palaeologo Graecorum Imperatori illustri. Occurrentes tibi de regione dissimilitudinis deūti collo tuo brachijs paternae affectionis accubimus, & te solide charitatis osculo preffius osculamur. O vtinā tibi, fili, pateret ad plenum, cum quanto in his occurrit tripudio eadem Ecclesia nuper in Lugdunensi concilio congregata! O si voces psallentium inibi, Deumque flexis genibus & nudatis capitis laudantium, praecipue praelatorum, in tuis sonuissent auribus, & reuelata facie ipsorum oculos, deducentes quasi aquarum exitus, inspexisses! profecto prudenter aduerteres, quod erant eorum lacrymae tam excussi doloris indices, quam adeptae latitiae proditricēs. Nec minus in-

Cod. M.S. bibl. Vallib. pag. 155. & tom. 3. cōc. p. 2. in conc. Lugd.

Forma sacramenti qua damnatum est schisma a Graecis.



Pontifex significat Palaeologo Rom. eccl. fuisse aggregatum. a Lib. 3. ep. cur. 10. extat etiam in concilio Lugdun.

Eorum littera ad Gregor.

Romani Pontificis primatū agnoscit.

Iosephi patriarchae cōtinuam damnae significat.

Niceph. Greg. hist. Rom. l. 4. Que fuerit eius dotes.

Monasterio inclu-

Item

Quanta
letitiae exu
berantia
perfecta
fit eccle.
siarum cō
iunctio.

telligeres quam grati tui aduenerint nunciij: quam fuerint grater accepti; cum quanto etiam iubilo tua professio acceptata. Exulta igitur & tu, fili, exulta & lætare in eo, qui est splendor lucis æternæ, diuinæ quædam emanatio claritatis: qui tuum sic animum suo lumine illustrat, ut lumen veritatis intelligens, non solum redires ad illam, sed ad redeundum alijs dux & præuius effici mereris. Exulta & gaude talem ac tantum iam datum laboribus tuis effectum, ut & de tuo ad finem unitatis ecclesiasticæ reditu indubitatum expectare valeas præmium, & de alijs per te redeuntibus tibi plenioris debeat retributionis augmentum. Persta ergo, & quod cœpisti, sollicite cum omni diligentia & sollicitudine prosequaris; efficacem pro posse daturus operam, ut nec in aliquibus eiusdem schismatis reliquæ qualescumque superfint, &c. *Dat. Lugduni v. kal. aug. anno III.*

Et Andronicus here di Imperij data monita. a *ibid.* ep. II.

20 Eodem argumento ad Andronicum Palæologi maiorem natu filium scripsit: *Magnitudinem tuam monemus & hortamur in Domino Iesu Christo, quatenus in præmissis, sicut discrete scripsisti, tui genitoris incliti laudabili proposito nobis per eius & tuas expresso literas constanter adherens, totis viribus satagas, ut antiquati schismatis aboleantur omnino reliquæ; sitque Latinorum & Græcorum unitas perpetuis temporibus inconcussa.* *Dat. Lugd. v. kal. aug. ann. III.* Hortatus etiam præfules est b, ut curas omnes in traducendis ad Ecclesiam schismaticis alijs desigerent, atque Imperatori consilio & opera adessent: *Vos, fratres & filios monemus, & hortamur in Domino Iesu Christo, in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus ad perfectionem solidam inceptorum totis viribus satagentes, eiusdem schismatis abolere studeatis omnino reliquias; abijcientes oves morbidas, ne gregem valeant contaminare dominicum, aut fidei a vobis nouiter agnita, in vestris cordibus inficere puritatem. In his autem exequendis utilitas, & efficacius adimplendis eidem principi constanter & fidei iter adhaere, ipsum fulcite consilijs, & auxilijs adiuuate. Decet enim vos, prælatos præcipue, qui constituti estis in specula veritatis, lumen alijs ostensuri, aberrantes de tenebris errorum educere, deutos in viam rectitudinis reuocare, ut vobis adimplentibus officij debitum æterni plenitudine præmij vestrorum laborum exitus compleatur.* Mox abbatem Cassinensem in orientem misit c, qui de inducijs inter Palæologum, Philippum Imp. Constantinopolitanum, eiusque focerum Carolum in eundis agitaret. Quæ verò deinde a Græcis gesta sint, subiiciemus inferius: nunc de Tartarorum Regis oratoribus dicamus.

c Ep. 13. Abbas Cassinensis missus in orientem ad tractandam inter Palæol. & Philippum pacem.

Abagæ Regis Tartarorum oratores ad concilium Lugdunense accedunt.

Nonnulla Abagæ gesta.

d Ayton. hist. Orient. cap. 34.

21 Producti sunt in superiori sessione quarta Abagæ in Perfide ac finitimis regnis imperantis oratores, lectæque eius de coniungendis cum Christianis aduersus Saracenos armis, propagandaque pietate literæ: quæ ingenti lætitia patrum animos implerent, cum fidem Christianam felicissime inter barbaros diffinatum iri, euertendamque eorum armis Saracenorum tyrannidem, ac superflutionem, spes affligeret. Contundebat enim armis Bendocdarem Sultanum Abagæ, atque occidentalium vires sibi coniungere optabat; cuius nonnulla facinora insignia ex Aytono ad illustrandam historiam adducemus: *Abagæ, inquit d, pacem composuit cum vicinis suis, qui longo tempore sibi fuerant inimici. Tunc vero temporis Soldanus Aegypti ingressus fuit regnum Turquie, & ibi multos Tartaros interfecit, & de pluribus villis fuga-*

uit eosdem. Nam quidam Saracenus, qui Paruana vocabatur, erat in regno Turquie capitaneus Tartarorum: & iste, rebellis effectus contra Abagham, conabatur Tartaros omnes perdere & fugare. Abagha vero hoc audiens equitavit ita prospere, quod quadraginta dietas in quindecim dierum spatio peregerit. Soldanus Aegypti audiens aduentum Tartarorum, subito de regno Turquie recessit, nec fuit ausus vltibus expectare: non tamen potuit ita celeriter arripere iter suum, quin Tartari, qui velociter sequebantur, attingerent exercitus sui finem in introitu regni Aegypti in quodam loco vocato Pasblanck. Irruentes itaque Tartari in posteriori custodia exercitus ceperunt duo millia equitum Saracenorum, & diuitias multas acquisuerunt: & ceperunt etiam quinque millia domos Cordanorum, qui in illa regione debebant. Perueniente vero Abagha usque ad confinia terra Aegypti, consultum erat sibi, ne vitra progrediretur, propter aestum: terra enim illa est calida vitra modum, & Tartari & eorum animalia, quæ a longe venerant festinanter, non potuissent pondus ferre laboris & aestus. Vnde Abagha rediit in Turquiam, & fecit dissipari & destrui omnes terras, quæ rebelles extiterant, & reddiderant se Soldano. Paruana vero proditorem cum suis sequacibus iuxta morem Tartarorum per medium fecit scindi, & iussit quod in omnibus cibis, quos erat comesturus, poneretur de carne illa Paruana proditoris; de qua comedit Abagha, & dedit suis proceribus comedendum: & talem vltionem sumpsit de Paruana proditore Rex Abagha.

22 Postquam ergo a Abagha de regno Turquie sua vota compleuit, & Tartari fuerunt repleti prædis & diuitijs, quas acquisuerant contra rebelles & Saracenos; vocauit ad se Regem Armeniae & sibi obtulit regnum Turquie, eo quod pater suus & ipse semper se gesserant fideliter erga dominium Tartarorum. Rex vero Armeniae tanquam sapiens & discretus de tanto dono obtulit Abagha multas grates, & a retentione regni Turquie se curialiter excusauit, asserens se non posse sufficere ad duo regna commode gubernanda: nam Soldanus Aegypti erat in integro posse suo, & ad grauamen regni Armeniae toto conamine intendebat: quare satis sibi facere videbatur, si ad defensionem regni Armeniae poterat consilium adhibere. Consuluit tamen Rex Armeniae, ut Abagha de regno Turquie taliter ordinaret, antequam recederet, quod de rebellionem nullatenus dubitaret, & nulli Saraceno daret dominium in Turquia. Abagha quidem acceptauit Regis consilium, & nunquam postea voluit quod Saraceni in illis terris dominium obtinerent. His itaque completis Rex Armeniae requisit & rogauit, quod Abagha vellet intendere ad liberationem Terræ sanctæ & ipsam eruendam de manibus paganorum. Hoc Abagha promisit facere toto posse: & consuluit, quod Rex nuntios suos misit ad Papam, & ad alios dominos & principes Christianorum pro subsidio Terræ sanctæ. Initiatus b est sacris baptismalibus Abagha orator vna cum duobus prænobilibus Tartaris a Petro Card. episcopo Ostiensi, qui postea in pontificatu Innocentij V. nomen accepit, paulo ante sessionis V. celebritatem: quos Gregorius pretiosissimis vestibus donauit. Datis vero iam ante ad Abagham literis ipsum ad Christi cultum allicere conatus, oratores, antequam iniretur expeditio, missurum pollicitus est.

Abagha Regi Tartarorum illustri gratiam in presenti, quæ perducatur ad gloriam in futuro.

23 Excellentia tua literas & nuntios latores ipsarum, quorum alterum postmodum fors, ut dicitur

Illustratio Turcarum irruptione

Extremum Bendocdarem Sultanum

Recurrenda Turcia

Paruana proditoris supplicium

a Id. cap. 34

Turcia uenit Armeniam oblatam

Saraceni dominum

Abagha

Terræ sanctæ

Christi

nis armis

rum in

Abagha

oratoribus

Lugdunense

cap. 34

dicitur, humana subduxit, ad nostram præsentiam venientes, vna cum sacro concilio aduentus eorum tempore in nostra præsentia congregato; in quo, sicut per superstitis relationem intelligere poteris, principum & prælatorum multitudo copiosa & veneranda conuenit; cum animi lætitiæ & vultus serenitate recepimus: & literis in communi peractis, ac nuntijs ipsis benigne in omnibus, quæ proponere voluerunt, auditis; corde contrito & humiliato spiritu exorauimus & exoramus Altissimum, vt ipse qui est lux vera, omnem hominem venientem in hunc mundum illuminans, tibi & tuis sua pietate concedat, sic semper in lumine vultus sui lumen veritatis agnoscere, quod in suis beneficis ambulantes, ad exaltationem fidei Christianæ, vestramque salutem indefesso proposito intendatis. Cæterum super ijs, quæ per nuntios & literas prædictas tua magnificentia intimauit, ante Christiani exercitus ad transmarinas partes aduentum disponimus ad tuam præsentiam legatos nostros, prout oportunitas permiserit, destinare: qui & magnitudini tuæ ad illa plene respondeant, & te nihilominus ad alia, quæ, si aures illis exauditionis præstiteris, tuam tuorumque salutem & vtilitatem communem respicient, solerter inducant. *Dat. Lugduni III. id. martij anno 1111.* At de his hæc tenus: iam ad synodalem historiam redeamus. a

24 Inchoata sessione quinta, nonnullas constitutiones promulgauit. Primum ad arcana ex diuturna sedis vacatione mala, quæ Christianum orbem post Clementem IV. obitum misere afflixerant, sancita ab Alexandro tertio alijsque prædecessoribus corroborauit: adiecitque vt elapsis a Pontificis morte diebus decem, siue accederent Cardinales alij, siue non, secretum conclaue ingrederentur, qui singulos tantum clericos laicosue ad familiare obsequium adducerent; obseptis vndique omnibus alijs aditibus, vt nec cum aliquo colloqui, literasque excipere, intentato in legis violatores anathemate, possent: cumque tres effluxissent dies, sequentibus alijs quinque vno tantum ferculo contenti essent: quibus præteritis vinum, panis, & aqua ipsis tantummodo apponerentur; nec aliquid e pontificio ærario acciperent, donec Pontifex renuntiatus esset: superfedere etiam omnibus alijs negotijs iussit; nisi forte aliqua adeo vrgens necessitas instaret; vt ipsi e vestigio occurrendum videretur, sed hæc ex Pontificia constitutione libet decerpere b: *Hoc sacro concilio approbante statuimus, vt si eundem Pontificem in ciuitate, in qua cum sua curia residebat, diem claudere contingat extremum, Cardinales, qui fuerint in ciuitate ipsa presentes, absentes expectare decem diebus tantummodo teneantur: quibus elapsis, siue absentes venerint, siue non, ex tunc omnes conueniant in palatio, in quo idem Pontifex habitabat, contenti singuli singulis tantummodo seruentibus, clericis vel laicis, prout duxerint eligendum: illis tamen, quibus patens necessitas id suggerit indulgeri, duos habere permittimus, eiusdem electionis arbitrio reseruato. In eodem autem palatio vnico conclaue, nullo intermedio pariete seu alio velamine, omnes habitent in communi: quod, seruato libero ad secretam cameram aditu, ita claudatur vndique, vt nullus illuc intrare valeat vel exire. Nulli ad eosdem Cardinales aditus pateat vel facultas secreta loquendi eum eis: nec ipsi aliquos ad se venientes admittant; nisi eos, qui de voluntate omnium Cardinalium, inibi presentium, pro ijs tantum, quæ ad electionis instantis negotium pertinent, vocarentur.*

25 Nulli etiam fas sit ipsis Cardinalibus, vel eorum alicui nuntium mittere vel scripturam. Qui vero contra fecerit, scripturam mittendo vel nuntium, aut cum aliquo ipsorum secreto loquendo, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. In conclaui iamen prædicto aliqua fenestra competens dimittatur, per quam eisdem Cardinalibus ad vicium necessaria commode ministrantur: sed per eam nulli ad ipsos patere possit ingressus. Verum si, quod absit, infra tres dies, postquam, vt prædicitur, conclaue prædictam iidem Cardinales intrauerint, & non fuerit ipsi Ecclesie de pastore prouisum, per spatium quinque dierum immediate sequentium singulis diebus, tam in prandio quam in cæna, vno solo ferculo sint contenti: quibus, prouisione non facta, decursis, ex tunc tantummodo panis, vinum & aqua ministrantur eisdem, donec eadem prouisio subsequatur. Prouisionis quoque huiusmodi pendente negotio, dicti Cardinales nihil de camera Papæ recipiant, nec de alijs eidem Ecclesie tempore vacationis obuenientibus vndeumque: sed ea omnia, ipsa vacatione durante, sub eius, cuius fidei & diligentia camera eadem est commissæ, custodia maneant, per eum dispositioni futuri Pontificis reseruanda: qui autem aliquid receperint, teneantur ex tunc a perceptione quorumlibet reddituum ad ipsos spectantium abstinere, donec de receptis taliter plenariam satisfactionem impendant. Idem quoque Cardinales acceleranda prouisionis vacent attentius, quod se nequaquam de alio negotio introuertant: nisi forsitan necessitas adeo vrgens incideret, quod eos oporteret de terra ipsius Ecclesie defendere, vel eius parte aliqua prouidere: vel nisi aliquod tam graue, tam euidentis periculum immineret, quod omnibus & singulis Cardinalibus presentibus concorditer videretur illi celeriter occurrendum.

26 Sane si aliquis de prædictis Cardinalibus conclaue prædictam, vt supra exprimitur, non intrauerit; aut intrans absque manifesta causa infirmitatis exierit; ipso minime requisito, nec in eiusdem electionis negotio ulterius admittendo, per alios ad eligendum substituendum Pontificem libere procedatur. Si vero, infirmitate superueniente, idem conclaue aliquem ex eis exire contingat, ipsa etiam infirmitate durante, poterit eius suffragio non requisito procedi: sed si ad alios post sanitatem sibi redditam, seu antea redire voluerit; vel etiam si alij absentes, quos per decem dies diximus expectandos, superuenerint re integra, videlicet antequam eidem Ecclesie sit de pastore prouisum; in eodem negotio in illo statu, in quo ipsum inuenerint, admittantur, præmissa tam de claustra quam de seruentibus, cibo ac potu, & reliquis cum alijs seruaturi. Porro si quando Romanum Pontificem extra ciuitatem prædictam, in qua erat cum sua curia residens, contigerit ab hac luce migrare, teneantur Cardinales in ciuitate, in cuius territorio seu districtu idem Pontifex obiit, conuenire: nisi sit forsitan interdicta, vel contra ecclesiam Romanam in aperta rebellionem persistat: quo casu in alia viciniori conueniant, quæ similiter nec interdicto subiaceat, nec sit, vt prædicitur, aperte rebellis. In hac etiam ciuitate tam quoad expectationem absentium, quam quoad habitationem communem, clausuram, & cætera omnia in domo episcopali, vel alia qualibet eisdem Cardinalibus deputanda, eadem obseruentur, quæ superius, obeunte dicto Pontifice in ea, in qua cum sua residebat curia, sunt expressa.

27 Cum vero interdum eligentium libertas pactis, alijsue conuentionibus, implicitis expressiue, infringi soleret, diuini illis iudicij ter-

Veritū ijs
nuntium
aut literas
mittere.

Lapso tri-
duo pane,
vino, & a-
qua contē-
ti esse iussit

Decretū
ex ærario
apostolico
nil rece-
pturos.

Alijs ne-
gotijs se
implicare
vetiti.

Quo casu
sint con-
clau exi-
turi.

rorem iacussit; atque omnia huiusmodi fœdera, promissaue etiam sacramento confirmata, conuulsit, vt in ea re datam turpiter fidem non seruare, laudi non vitio vertendum sit: Nos nihilominus pactiones, conuentiones, obligationes, condicta, & intendimenta omnia, siue iuramenti, siue cuiuslibet alterius fuerint vinculo firmitatis annexa, cassamus, irritamus, & viribus decernimus omnino carere: na vt nullus ad illa obseruanda quomodolibet sit astrictus, nec quisquam ex eorum transgressione notam vereatur fidei non seruata; sed non indigna laudis titulum potius mereatur: cum lex etiam humana testetur, Deo magis transgressiones huiusmodi, quam iurisiurandi obseruationes acceptas. Hanc constitutionem cum ante Gregorius Cardinalibus ostendisset, duriores sibi legem imponi questi sunt; & controuersia paulo post in publicum erupit, cum Pontifex p̄sules sine Cardinalibus ad se exciussit: e contra Cardinales p̄sules suæ nationis cogere, atque ab ijs consilium auxiliumque flagitarent. Sed Gregorius demum, vocatis p̄sulibus, primum obiecto anathemate consilia sua alijs pandere vetuit; ijsque expositis, assensum ab ijs elicit, qui etiã sigilla constitutioni apposuerunt; sparsaq; mox per regna & prouincias literæ extant de his in libro a priuilegiarum Rom. ecclesiæ patriarcharū Constantinopolitani, Antiocheni & Gradenfis; tum inter insignia monumeta, quæ Platina iussu Sixti IV. collegit, s, archiepiscoporu & episcoporum Franciæ, Prouinciæ d, & Arelates, Germaniæ e, Angliæ, & Italiæ g, Hispaniæ h; quæ in super literæ in Adrianiæ molis archiuo asseruantur: in nostro vero Vallicellano M.S. tum ex his nonnullæ, ac præterea supremorum abbatū Cluniacensis, Cisterciensis, & Præmonstratensis ordinum. Vt vero quæ a tot tantisque patribus in concilio œcumenico fuerant confirmata, laudataque ab vniuersa Ecclesia, ad Cardinaliam gratiam a Ioanne XXI. qui magnam inde sibi confluxit inuidiam, abrogata sint, dicetur inferius.

28 Inter hæc extinctum est maximum collegij Cardinalium, immo totius Ecclesiæ Dei, quam sua sanctitate ac scientia collustrabat, lumen S. Bonauentura Card. episcopus Albanensis, id. iulij: eodemque die, qui fuit dominicus, in ecclesia Minorum, effuso omnium luctu, sepulchro elatus. Funebrem habuit in eius laudem orationem Petrus e Taratasia Ostiensis episc. proposito argumeto: *Doleo super te, frater mi Ionatha.* Insigne hoc de ipso elogium refert S. Antoninus l: *Tanta bonæ indolis honestate polebat, vt magnus ille Alexander de Ales supradictus diceret aliquando de ipso, quod videbatur Adam in eo non peccasse.* Eadem narrant Martinus Sueffanus m ac Sixtus Senensis n, qui vt plures alij, librorum eius catalogum texit: in quibus pietate non minus affici, quam doctrina reficil lector experitur; vnde hæc de ipso recolat Ecclesia o: *Multa scripsit, in quibus summam eruditionem cum pari pietatis ardore coniungens, lectorem docendo mouet.* Et infra: *Eundem adhuc viuentem B. Thomas Aquinas sanctum appellauit: cum enim vitam S. Francisci scribentem comperisset: Si namus, inquit, sanctum pro sancto laborare.* Cæterum quamuis amplissimis naturæ & gratiæ donis esset ornatus; adeo tamen demisse de se sensisse scribit sanctus Antoninus p, vt diuinam rem interdum peragere non auderet: Christum vero insigni miraculo amantem suum desiderio sui colliquescentem cælesti pabulo refecisse: *Cum per multos dies, se indignum communionem corporis Christi reputans, minime celebrasset, Dominus humilitatem*

eius respiciens, cum vna die missam audisset deuotius, ad eius confortationem vna de particulis hostiæ consecrata, etiam pro sacerdote diuise, solo Domini iussu, in os eiusdem generalis intrauit, & ipsum gustu suauissimo saginavit.

29 Illustrata est post mortem pluribus miraculis ipsius sanctitas, quæ toto orbe peruagata. Sixtus IV. adduxit, vt solemnnes ei sanctorum honores decerneret a: apud quem, cum Martinus Sueffanus orationem haberet, recensitis aliquot prodigijs, id subiunxit: *Non committam vt silentio transeam stupendū ac memorabile quiddam, quod omnipotens Deus ad perhibendum certum testimonium sanctitatis viri in illius venerabili corpore pro sua clementia monstrare dignatus est. Dum idem venerabile corpus transferretur ad nouam ecclesiam ad tit. S. Francisci Lugduni erectam centesimo & sexagesimo sui obitus anno, reliqua corporis parte alioquin exesa atque corrosa, caput tamen solidum capillamentum habens, labia, dentes & lingua in nullo a vitali statu, aut colore demutata reperta sunt. Erat profecto diuinæ clementiæ illud os a putrefactione seruare, quod ad salutem fidelium atque in diuinis laudibus semper fuerat operosum, &c.* Qui plura de eo cupiat, vadinghum b consulat. Cæterum Gregorius de illius animæ statu sollicitus, si quas in purgatorijs flammis expiendas labe haberet, totius orbis p̄sulibus in sessione quinta imperauit, vt missam pro illius anima celebrarent; alteram pro ijs, qui arrepto ad concilium itinere e viujs discessissent. Ex eo numero extitit S. Thomas, quem ad synodum exciuerat Gregorius, cum illius sanctitatis doctrinæque gloria late in Dei Ecclesia effloresceret, vt eius opera in sacro illo cœtu vteretur. Testatur hoc, vt alios omittamus, S. Antoninus c; qui ipsius doctrinam cælesti voce confirmatam addit.

30 Anno Domini mclxxiv. mandatum sibi fuit a Gregorio X. vt ad concilium Lugduncense, tunc celebrandum, accederet propter eminentem eius scientiam; secumque deferret librum, quem de mandato Vrbanus IV. fecerat contra errores Græcorum, de quibus erant in dicto concilio, ad quod fuerant vocati, arguendi rationibus efficacibus. Ante tamen quam iter sumeret, in conuentu sancti Dominici Neapoli existens, cum quadam nocte ante imaginem crucifixi in ecclesia deuotius oraret, a quibusdam eum obseruantibus visus est a terra eleuatus cubiti spatio: auditaque est vox de Crucifixo: *Bene scripsisti de me Thoma; quam ergo mercedem a me recipies? Non aliam Domine, inquit, nisi te ipsum. Per quod dabatur intelligi laboribus eius & vitæ terminum imponendum, prout euenit. Nam recedens ex Neapoli versus Romam, cum transfret per Campaniam ad quoddam castrum applicuit, quod erat neptis sue dominæ Franciscæ, languere incepit. Et infra: Post aliquod dies paululum conualescens profecutus est iter & transiens iuxta monasterium Fosse nouæ ordinis Cisterciensis prope Pipernum castrum, inuitatus est deuote ab abbate & monachis predicti monasterij ad quiescendum ibidem, donec perfectam recuperaret sanitatem: quod & acceptauit. Et visitato altari ecclesiæ cum orationibus, ingressus claustrum dixit ad socium Reginaldum: Hic habitabo; prænuntians ei terminum vitæ suæ. Et infra: Crescente languore, & corporis virtute deficiente, petijt sibi afferri venerabile sacramentum Eucharistiæ, cui occurrit, vt potuit, prostratus in terram: requisitusque, vt mos est ecclesiastica disciplina, an crederet quod in illa hostia consecrata esset verus Dei Filius natus de Virgine, passus pro nobis, resurgens a mor-*

Sacramentum a Card. de eligendo aliquo data vi cære declaretur.

Cardinales Pontifici frustra oblectantur.

Gregorius cum p̄sulibus re facit.

a Lib. priuilegiorum Rom. eccles. M. S. Vatic. 19. 3. pag. 281. b M. S. Vall. sign. lit. B. n. 12 pag. 300. c M. S. Vat. to. 1. pag. 93. d Ib. pag. 92. e pag. 97. f pag. 100. g pag. 105. h M. S. Val. v. c. sig. lit. B. nu. 12. pag. 557. i S. Bonauentura obiit.

Petrus Ostiensis ep. eius laudes celebrat. j S. Anton. 3. p. tit. 24. k S. in p̄m m Apud Sur. 10. 4. die 14. iul. n Six. Senē bibl. lib. 4. o Pessu. Bel lar. & alij p̄ in offic. diu. lect. 5. p S. Bonau. eximij doctes.

Insignis eius demissio. p Anton. 3. p. tit. 24. c. 8. q. Vt sacra Eucharistiæ diuinitus refectus sit.

a An. ex. H. d. bul. Six. IV. A. r. ca. log. p. L. i. g. e. t. c. p. c. p. a. b. L. v. o. n. i. b. e. r. e. p. r. e. c. e. p. t. q. u. i. n. e. r. e. l. d. u. n. e. o. b. i. t. u. s. c. A. n. t. o. n. i. n. u. s. S. 11. S. u. r. e. i. u. s. r. o. d. m. a. r. D. e. S. i. x. t. i. m. a. c. t. u. s. ad. c. o. n. c. i. l. i. u. m. M. o. d. o. c. o. m. p. l. e. t. i. n. i. s. I. n. f. i. g. u. r. a. c. h. a. n. d. i. p. e. t. a. t. a.

quis, &c. libera voce attenta deuotione cum lacrymis respondit: Si maior scientia quam fidei integritas & ineffabilis eius veritas in presenti exilio de hoc sacramento haberi potest, in illa respondeo: quia vere scio hunc esse verum Deum & hominem, æterni Patris & Virginis matris Filium dominum nostrum Iesum Christum: & sic puro corde credo, & ore confiteor. Sic itaque deuote & cum lacrymis accepit illud viuificum sacramentum. Sequenti die recepit sacramentum extreme vnctionis, respondens sana mente ad singulas vnctiones. Exinde iunctis manibus, spiritum suum commendans Creatori suo, obdormiuit in Domino hora matutinali non. martij anno Domini MCCLXXIV. ætatis vero sue quinquagesimo inchoante.

31 Agit de eius præclarissimis lucubrationibus inter alios innumeros Ptolemæus Lucensis a, ipse discipulus: qui, vt alios plures prætereamus, prodit historia, ipsum in extremo vitæ actu omnia scripta Ecclesiæ censuræ Christiana demissione subiecisse; ac miraculum insigne in eo patrum suis spectasse oculis, refert b: Ceterum quod vidi, inquit, de ipso ad iudicium sanctitatis eius tacere non debeo. Cum enim ego cum ipso venirem de Roma, declinavit * Molambriam ad castrum domini Richardi Cardinalis: ibique præfatus doctor infirmatus est de tertiana, socius vero suus frater * Rinaldus de continua graui: & cum non apparerent in eo signa cretica, medici domini Richardi male iudicabant de ipso. Tunc venerabilis doctor recepit reliquias beatæ Agnetis, quas ex deuotione secum ferebat de Vrbe, & misit dicto fratri, quod super se poneret, & haberet fidem plenam in eis: quod & fecit, & curatus ultra spem omnium medicorum. Propter quam disposuerat singulis annis facere festum solemne de ipsa cum bona refectione fratrum; quod & illo anno fecit Neapoli. Sequenti vero transit ad Deum. Ingentibus post mortem fuit miraculis, quæ illius sanctitatem in luce collocarunt; inter quæ non prætereundam, ex eius corpore omnis experte corruptionis suauissimū odorem efflasse c. Aucta vero dein in dies eius gloria, a Ioanne XXII. sanctorum catalogo adiectus est d; cuius amplissima elogia verbis Card. Baronij e absolui-mus: Vix quisquam enarrare sufficeret, quot vir sanctissimus atque eruditissimus theologorum præconij celebretur: quantumque eius illibata doctrina a sanctis patribus, in sancto œcumenico concilio confidentibus, fuerit acclamatum: iureque ob eam causam sanctissima memoria Pio V. Romano Pontifice inter celeberrimos doctores Ecclesiæ fuit annumeratus, dum huius diei celebratam ipsdem sacris solemnitibus peragi voluit, quibus Bonifacius VIII. Papa sanctorum quatuor doctorum Gregorij, Ambrosij, Augustini, & Hieronymi festiuitates celebrandas constituit. Sed ad sessionis quintæ historiam, a qua deslexit oratio, redeamus.

32 Præter constitutionem de Romani Pontificis electione editam sanxit alias Gregorius, quæ sexto decretalium libro insertæ sunt, vt si f vitium aliquod insigne electo objiceretur, illud in examen vocaretur; ac si veritate foret destitutum, aduersario persequendæ vltierius causæ omnis facultas absunderetur, deque accusatoribus pœnæ debite sumerentur: vincerentur anathemate g, qui clericos ob non electum, quem ab ijs flagitarant, infestaret, eorumue, aut ecclesiæ bona expilarêt h. Ne a rebus diuinis possent canonici absistere, antequam rationes ipsorum coram ordinario iudice probatæ essent. Frænari iussus i eorum abusus, qui cruces imaginesque, cum cessabatur a diuinis,

prostratas vrticis spinisq; supponebant: Ne a anathematis vinculis soluti essent ij, qui absolutionem vi extorquerent; immo nouo anathemate irretiti. Ne bigami b tonsuram vel habitum clericalem, quod ante diu in contentionem venerat, deferre possint; aut privilegio clericorum potiri. Ne c vsurarij in Christianorum terris habitare permittantur. Ne in ecclesijs d indigna loci maiestate parentur. Intersint omnes quo decet pietatis sensu ac religione incruento missæ sacrificio; ac pronuntiato augustissimo nomine Iesu, caput ex pietate inflectant. Vibrata etiam in eos censuræ e, qui moniti ab excommunicatorum consortio non abstinere.

33 Habita est sexta eaque vltima sessio xvi. kal. augulli, in qua ob nimiam religiosarum familiarum varietatē, quæ in dies sobolescebant, nouū ordinem institui vetuit Pontif. dissoluique iussit f ea sodalitia, quæ ab Apostolica sede confirmata non fuissent. Tum inuectus est in præfules, qui populos exemplis prauis insciebant; qui si vitæ sanctitate ceteris præluerent, constitutiones eas edere opus non esset: ac se in eos durius animaduersurum comminatus, hortatus est vt ad deprecandos mores sedulo incumberent; idoneos ecclesijs præficerent parochos: nec suis pastoribus viduas tam diu lugere ecclesias paterentur, vnde grauisissima damna in populis emanarent. Denique feliciter ceptum Terræ sanctæ opus; Græcorum vero ad exitum perductum gratulatus, Deoque suis precibus ac laudibus decantatis concilium dissoluit: moxque apostolicas curas ad mandanda operi omnia, quæ in synodo erant decreta, conuertit. Cum vero ad instaurandas Syriæ lapsas res maxime indicta fuisset, ad conficiendos bellicos apparatus animos applicuit: ac Philippo Francorum Regi, qui ex Tunetana expeditione reuersus abiectum crucis symbolum resumpserat, seque iterum Asiaticæ accingebat, est gratulatus g.

34 Nuper, ipso Domino adijciente quamplurimum in spem salutis huiusmodi, tu attendens, quod licet cum inclyta recordationis Ludouico Francorum Rege patre tuo, post illa rerum personarumque dispersiona, que idem pater in terra ipsa pro causa perulit supradicta, iter arripueris in eiusdem terre subsidium transfretandi; tamen, quia eodem patre tuo ad eum, cuius insisteret obsequijs, per naturalis mortis occasum, quasi per viam salubris compendij properante, tu de partibus Africanis, ad quas declinari videbatur utilitas negotij iussisse, ad propria non completo voto vna cum ipso exercitu varijs causis urgentibus redyisti; deiberasti demum voto priori insistere, depositam resumere crucem, ac te ad intermissam voti executionem termino congruo regali magnificentia preparare, &c. Dat. Lugduni kalen. augusti anno 111.

35 Ad promouendam vero sacram eam expeditionem sanctissimus Pontifex Gallicani cleri decimas Philippo attribuit h: tum Simonem tit. S. Cæcilie presbyterum Cardinalem Legatum in Gallijs creauit i, instruxitque auctoritate, vt fideles cruce insigniret. Ad quos in arma sacra concitandos grauissimis sententijs exposuit adipiscendæ æternæ salutis compendium in fundendo pro tuenda Christi gloria, ac religione amplificanda sanguine propositum.

Simoni tit. S. Cæcilie presbytero Cardinali A. S. L.

Nouum genus salutis summi Regis misericordem Filium pro terra illa, quæ eius est peculiaris

a Cap. Absolutionis beneficii. b Altercationis, ant. Reg. p. 10. c Cap. V. s. v. r. v. r. a. g. i. n. e. pag. 109. d Cap. De cor. domi. Dominice gest. pag. 108. e Cap. Constitutione Reg. pag. 109. Noui ordines relig. institui. f Cap. Religionum diuorsitatem pag. 108. Qui non approbati a sede Ap. dissolui iussi. Monita, præfatis data.

Gregorij studia pro adducendis in opus pijs consilijs.

g Lib. 3. ep. cur. 19. Philippo Regi Francorum cruce induisse gratulatur

Decime Galliar. illi attributæ. h Ead. ep. i lb. ep. 17. Missus in Gallijs legatus.



hereditas, indubitanter, prouidisse confidimus & per abundantis misericordie gratiam vtiliter instaurasse; dum maxime pro ipsius terre liberatione generale concilium diebus proximo prateritis congregari concessit, & multa ibidem pro illius subsidio ordinari, vt post precipuum salutis ministerium, quod de secreto Patris egressus ad seruos ibidem operari dignatus est ipse dominus Iesus Christus, & hoc nouum salutis genus in dextera Dei sedens hereditati suæ ob supremæ necessitatis articulum præparasse. Cum enim, diuidentibus peccatis inter hereditatem ipsam & Dominum, diripuerint omnes sepes eius nationes variæ, impetierint ipsam immaniter populi, ac principes infideles, eamque sibi continuis hostilitatibus, ac varijs prodicionum fraudibus subiugarent; exterminauerint quoque velut aper de silua, & oppresserit eam tanquam singularis ferus præcipuus Christiani nominis inimicus; ita vt perditis fere ciuitatibus & munitionibus vniuersis, ac fidelibus ipsarum populis pene omnibus in ore gladij trucidatis, paucis eorundem fidelium reliquijs vix alius quam supra dictæ terræ, extremus locus ciuitas videlicet Acconensis & duæ aliæ potuerint ad vitæ præsidium conseruari; reliquijs ipsis præ sui exiguitate nequaquam sufficientibus defensare ciuitates easdem, nec valentibus protractum diutius expectare subsidium, & quibus etiam ad tempus vix conceditur respirare; Dominus ipse misericordiam in ira non continens, sed propter nomen suum, ne semper blasphemetur in gentibus faciens cum causa sua signum in bonum, dedit tanquam pius & misericors causam ipsam in eodem concilio auspicijs inchoari felicibus, & decimam omnium reddituum & prouentuum ecclesiasticorum in omnibus prouincijs Christianis per sex annos continuos a proximo præterito festo natiuitatis B. Ioannis Baptistæ per nos ipsius terre deputari subsidio, & deputationem huiusmodi per supradictum concilium vnanimiter approbari, ac etiam ordinari, vt efficaciter proponatur in omnibus Christianitatis regionibus fidelibus populis verbum crucis.

36 Nuper quoque, ipso Domino adijciente quamplurimum in spem salutis huiusmodi, charissimus in Christo filius noster Philippus Rex Francorum illustris, attendens quod licet ipse cum in clytæ recordationis Ludouico Francorum Rege patre suo, post illa rerum personarumque dispendia, quæ idem pater in terra ipsa pro causa pertulit supradicta, iter arripuerit in eiusdem terræ subsidium transferandi; tamen quia eodem patre suo ad eum, cuius insitebat obsequijs, per naturalis mortis occasum, quasi per viam salubris compendij properante, ipse Rex Philippus de partibus Africanis, ad quas declinari videbatur utilitas negotij suasisse, ad propria non completo voto, vna cum ipsius exercitu, varijs causis vrgentibus, redijt; deliberauit demum voto priori insistere, depositam resumere crucem, ac se ad intermissam voti executionem, termino congruo, regali magnificentia præparare, &c.] Subdit Pontifex Simonem ipsum S. Cæcilie presbyterum Cardinalem ad vrgendum sacræ expeditionis apparatus mittere: tum comparanda, rite expiata conscientia, indulgentiarum præmia, ac veteres sacra arma correpturis in Saracenos, ac subsidia pecuniarum submittentibus prærogatiuas concessas proponit amplissimumque æternæ gloriæ triumphum pellicetur. *Dat. Lugduni kal. augusti anno III.]*

37 Cum vero probe nosset Gregorius, humanos omnes conatus inanes euasuros, si diuino auxilio destituerentur, cruce signatos a legato moneri iussit, vt pijs operibus se adicerent, nec opes in luxu delicijsque consumerent: ornamenta virtutum quam vestium, esse potiora: si affluerent bonis, cum egenis partirentur: nec vero abligurienda, aut in delitijs aucupandis collocanda stipendia, quæ ex ministrorum Christi vesticulis comparata essent.

Eidem legato.

Primum diligentie tuæ studium circa creditum tibi ministerium verbi crucis esse conuenit, vt palmites quos in se vitis vera manere, causamque suam prosequi velle monstrauerit, attente purgare labores, & salubribus monitis a consuetis illecebris expiare: procurare quoque solite, quod ipsi ante omnia, vt virtutes efficaciam habeant, fructumque salutis operentur in eis, per veræ confessionis lauacrum in mentibus suis habitaculum Deo nitidum præparent, resurgentes a mortuis per saluificum penitentiae sacramentum, stentisque commissa, & stenda vterius minime committentes: metuantque draconem insidiantem mulieri quæ parit, vt deuoret natum eius, & fidem animam in omni opere pio euacuet a mercede: ac ideo, vt ab indebitis omnium, & præcipue subditorum suorum molestijs reuerenter abstineant, nec eos grauent illicitis exactionibus, vel collectis; sed emendent congruæ satisfactionis antidoto, si in hoc hætenus exceßerunt.

38 Et quia voluptatum ignes ciborum fomentis incrementum, & e contra quos abstinentia frangit, non exurit tentatio; veluti etsi tres pueros abstinentes Babylonicæ incendij flamma susceperat, eos attamen non combussit; omnes causæ Christi zelatores infra legationis tuæ terminos constitutos, quod sibi cibos, potus, & vestes temperent, & se illis, studentes placere Deo non in ornatu vestium, sed virtutum; ita vt quod sibi taliter subtrahunt, vel causæ Christi proueniat, vel vnde vna caro affligitur, inde caro proximi reparatur egentis; diligenter instruas & informes, eis dilucide, ac signanter exponens, qualiter pecunia dicata promotioni causæ prædictæ, quæ pro peccatis mortuorum noscitur ecclesijs prouenisse, propter hoc victui pauperum subtrahitur, & de extremis necessitatibus ministrorum altaris dominici rescatur; & quod ideo non est in comestationibus, vel in pompis, seu vanitatibus huiusmodi mundi & cæteris voluptatibus, siue superfluitatibus conuertenda; sed reseruanda totaliter negotio Crucifixi, & ex integro in ijs, quæ ad illud pertinent, expendenda.

39 Per hanc igitur, & alias salubres exhortationes, iuxta sapientiam tibi desuper attributam, charissimum in Christo filium nostrum Philippum Regem Francorum illustrem, aliosque principes & barones legationis prædictæ, qui præmissam Christi causam crucis assumpto signaculo promouere decreuerint, ab ijs, quæ Deum prouocare debeant, taliter retrahas; adeoque reddas bonorum operum sectatores, quod cum confidentia, securitate, ac victoriæ certitudine prælium Domini prosequantur, & tradat omnipotens ipse in eorum manibus inimicos nominis Christiani ad laudem sui nominis, & exaltationem fidei orthodoxæ, nec non ad ipsorum Regis, principum, & aliorum salutem, & gratiam sempiternam. *Datum Lugduni IV. id. octobris anno III.]*

Pontif. ad accedendos zelo fideles literæ.

De barbarorum in Christianos progressibus.

Prolemais & aliæ duæ arces Christi. tum reliquæ.

Religiosa, proposito crucis symbolo, expeditio indicta.

Proposita cruce signata indulgentiæ.

4. Bod. 1. 1. p. 107. 1. 1. Quibus informandi moniti.

Vt criminata pariter expiata.

A subditis opprimendis cauere.

Deliciae luxuriam castigant.

Crucifixi opes non proficiunt.

40 Ad constanda quoq; ex alijs regnis & prouincijs auxilia est adhortatus ecclesiarū omniū p̄sules, vt ad incitādos pro religione tuēda in arma sacra Christianos conciones habere, ac proponere indulgentias deberēt: qua in re Dominicanæ familiæ religiosos viros ac Minoritas idoneos p̄dicandi verbi diuini ministros adhibuit a, vt toto orbe id munus excquerentur: quod insignibus etiam alijs sacra eloquentia viris demandauit b. Eam igitur prouinciam p̄sulis vnuerſis, encyclicaliteris subiectis, imposuit. Quæ quidem literæ in regesto Pontificio archiepiscopo Eboracensi, alijsque Anglis sunt inscriptæ c: in Vallicellano vero nostro M.S. codice d Remensi archiepiscopo ac suffraganeis leguntur dara.

Venerabilibus fratribus Archiepiscopo Eboracensi, & vniuersis episcopis per Eboracensem prouinciam constitutis.

Si mentes fidelium, terrenis abdicatis illecebris, recolendis immensis beneficijs nostri Redemptoris intenderent; si eæ cælesti lumine illustrata diligentis scrutarentur examine; si frequenter meditationis attentæ conspectui præferrent, profecto eorum corda concalescerent intra ipsos igne in meditantium animis exardescere. Cuius etenim pectus faxeum non emolliret considerata illius humanationis humilitas, in qua Dei Filius factus homo exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitum inuentus vt homo? Cuius viscera non inflammaret charitatis ardore pia consideratio illius humilitatis extremæ, in qua ipse idem factus est obediens vsque ad mortem, ad exprobrantium opprobria coram tondente se velut agnus obmutuit, & sicut ouis ad occisionem ductus; post contumelias & terrores, post spinas & sputa, post flagella varia, post diuersa denique genera tormentorum innocens sine causa damnatur; & demum saturatus opprobrijs, clavis affixus, aceto & felle potatus, confossus lancea in crucis patibulo tam diræ mortis subiit passionem, mysterium redemptionis nostræ perficiens, sine qua parum nobis natiuitas profuisset?

41 Quis igitur hæc & alia largitatis diuinæ charismata infra pectoris claustra debita & frequentati attentione reuoluens, non inuis feruida zelo deuotionis accensus ferueat, foris ebulliat, exclamet & dicat, quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? & non expectato monitoris vel sollicitatoris officio, subiungat vitro-neus: Calicem salutaris accipiam: & nomen Domini inuocabo? Quem non pudeat ingratitude argui, quin potius de infidelitate notari, si Creatori proprio, benefico Domino, pijsimo Redemptori, tantæ necessitatis tempore non assistat; dum hereditatis suæ funiculus Terra sancta, quam sibi testatur Scripturæ sacra testimoniam omnium chariorem, in Christianitatis confationem & dedecus, per nominis Christiani blasphemias pro parte maxima occupata tenetur, & ad occupationem residui per eisdem instantia infestæ perfectionis insidit, super eo assidue in partibus illis populus Christianus imperitur, & molestis impetitionibus infestatur? Et quidem si facultas resistendi competeret, non pateretur aliquis absque desertæ fidei scrupulo sui domini temporalis vel vicum aliquem occupari: & hereditatis dominicæ inuasores fideles vterius patientur? Nunquid marcebut otio, aut ocys non exurgent ad vitandam tantæ notæ discrimen? Exurgant itaque, qui sunt Christi, & se ipsius esse non solum

nomine, sed opere fateantur. Exurgant itaque in illius auxilium: exurgant ad salutis suæ compendium, & illam breuis laboris pretio cōpendiose mercantur: nunc præcipue dum in sacro concilio, ad hoc ijs diebus inter cætera, immo præceteris specialiter congregato, eiusdem terræ nuper ordinata subuentio sub spe illius, de cuius solius clementi prouidentia, & clementia prouida ordinatio talis & tanta processit, laboris optatum exitum repromittit. Conuenientibus siquidem in eodem concilio nonnullis principibus, & prælatis de mundi partibus vnuerſis, aliorumque principum, p̄latorum, & capitulorum nuncijs, post subsidium pecuniarum, communi consensu terræ deputatum, eidem conuenit omnium sententia in id ipsum; videlicet, vt in generali p̄sagio, cuius celeriter, auctore Domino, terminum p̄figemus, vnuerſis Christianis contra blasphemias eosdem constantibus vires suas, quanto erit Christianorum virtus vnita potentior, tanto ad liberationem terræ prædictæ sit via securior, sit opportunitas promptior, & de illa Deo auspice spes certior habeatur.

42 Cæterum licet ad excitandos eorundem fidelium animos in terræ memoratæ succursum, sufficere debeat solers attentio præmissorum; licet possit non indigne sperari, quod, si fideles iidem, quo debeat pietatis oculo terram eandem respiciant; si ad persecutionis acerbitatem, quam terra eadem continuis lacesita molestijs, & diutinis vexationibus lassata perpetitur, conuertant piæ compassionis intuitum; discrimina quoque considerent, quæ per hoc eidem fidei orthodoxæ non est dubium imminere; ad assumendum terræ sæpescatæ negotium se potius ingerent, quam inuitari ad hoc commotionis alicuius suffragio expectant; quia tamen speramus, quod vocem virtutis tribuet Dominus voci suæ, verbum crucis ad promotionem ipsius negotij in vestris ciuitatibus & diocesis decreuimus proponendum. Ad quod eo confidentius personas vestras duximus eligendas, quo magis ad id famæ vestræ claritas & pastoralis officij debitum nos inuitat. Ideoque fraternitati vestræ p̄dicationis officium in eisdem ciuitatibus, & in diocesis p̄sentionum auctoritate committimus, in remissionem peccaminum iniungentes, quatenus in huiusmodi officio iuxta darā vobis a Deo prudentiam procedentes, illud efficaciter & prudenter, non obstante quod hoc idem alij forsitan sit commissum, exe qui studeatis: omnes, quos ad hoc viles fore putabitis, instantius inducendo, vt suscipientes cum reuerentia signum crucis, ipsamque suis cordibus & humeris affigentes, ad terræ memoratæ succursum viriliter se accingant, ac ipsius negotium fideliter exequantur. Et vt iidem fideles præmissa eo libentius eoque feruentius prosequi studeant, quo potiores se nouerint fructū ex suis laboribus percepturos; nos de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, & illa, quam nobis Deus ligandi atque soluendi contulit potestatem, omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui huiusmodi laborem, salutaris crucis signo suscepto, in personis proprijs subierint & expensis, plenam peccatorum suorum, de quibus corde contriti & ore confessi fuerint, veniam indulgemus; & in retributione iustorum salutis æteræ pollicemur augmentum, &c.] Proponit etiam indulgentiarum præmia ijs, qui suis sumptibus milites sustentarint, cruce signatos in clientelam apostolice

Illam expeditionē salutis æternæ cōpendium esse.

Demanda praesulibus conferendi crucis symboli auctoritas.

Indulgentia stipem erogari eis pro eis.

cam

Cōtracta ex alijs regnis auxiliare compie.

2. Ed. 13. ep. cur 95.

1. Reg. post eand. ep.

1. Ibid. ep. 94.

1. Col. v. all. sig. lu. C. n. 49. pag. 56.

Christi exemplo ad subeunda pericula excitati fideles.

Quantus sit Christianorum paucorum patrum iam a barbaris conculcari.

camuscipit, vsuras remitti imperat, sacrorum
vsum in locis interdictis, in quibus de sacro bello
habendæ fuerint conciones, restituendum decer-
nit: tum cruce signatos censuris liberandos, expo-
nendas in templis arcas, quibus stipem fideles in-
ferant. *Dat. Lugduni xv. kal. octob. anno 111.]*

43 Pro suppeditandis cruce signato militi stipen-
dijs præfæcti a sunt a Pontifice ecclesiastici, qui de-
cimas a sacerdotibus exigent. Ne vero ij, quo-
rum tenuiores fortunæ essent, iniustis oneribus op-
primerentur, hæc a Gregorio in exigendis decimis
sunt sancita: *De redditibus & proventus leproso-
rum domorum Dei & hospitalium pauperum, qui in vsus
infirmorum & pauperum conuertuntur, decima non
soluetur. Moniales etiam, aliaque regulares per-
sonæ, quarum redditus & proventus ecclesiastici adeo
sunt tenues & exiles, quod de illis sustentari non
possunt: sed pro habenda vitæ suæ sustentatione ne-
cesse habent publice mendicare, & elemosynas publice
petere, dictam decimam non persoluent. Seculares
quoque clerici, quorum ecclesiastici redditus & pro-
ventus annui summam septem librarum Turonensium
non excedunt, eandem decimam non præstabunt. Si
vero una persona plura habuerit beneficia, quorum
nullum per se acceptum dictam summam septem li-
brarum Turonensium annuatim attingat; simul tamen
collecta in annuis proventus summam memoratam
excedant, quotquot, vel quantumcumque modica
fuerint, de omnibus, & singulis decima persoluetur:
sed non soluetur de pitantijs monachorum.*

*Similiter de ijs, que a Christi fidelibus relin-
quantur ecclesijs, ut ex ijs perpetui emantur reddi-
tus; & xenijs prælatis, & alijs personis ecclesiasti-
cis liberaliter factis, decima non soluetur. Soluen-
tium decimam electioni seu arbitrio committatur,
vtrum ipsam velint soluere per totum tempus, quo du-
rabit decima pro rata proventus, quos singulis
annis dicti temporis ipsos percipere contigerit, an
per totum ipsum tempus pro rata communis aestima-
tionis proventus eorundem: sed una via electa
non licebit aliam variare ad aliam recurrere, &c.*
Dat. Lugduni x. kal. nouembris anno 111.

44 Hæcenus de solitudine sanctissimi Ponti-
ficis in conficiendo ærario pro sacri belli sumpti-
bus sustinendis, ac milite in omnibus regnis ac pro-
uincijs conscribendo. Sed ij conatus inanes futuri
videbantur, si duce Imperatore careret ea expedi-
ditio; vel si Germania inter contraria electorum
Regum studia fluctuare sineretur. Electus quidem
concordibus suffragijs erat Rodolphus, si Boe-
miæ Regem exceperis: sed alia ex parte Alfon-
sus contendeat iniquam eam electionem fuisse,
ac penitus rescindendam, si sua legitima extitisset;
formidandaque erat Othochari potentia, vt
aliorum principum coniunctam potentiam (ma-
gnam enim Germaniæ partem interregni occa-
sione sibi vendicarat) æquare videretur: quin
etiam Italia Alfonso magis quam Rodolphum
spectabat. In quo ancipiti rerum discrimine Ponti-
fex, vt Christianum orbem intestino malo eriperet,
Alfonsum paterno affectu admonuit, vt ab
ambiendo Imperio desisteret: rem Christianam,
quæ in periculum vocabatur, non pati, vt diutius
ea controuersia produceretur: æquo ferret animo,
si iustitiæ vis sceptrum Germaniæ alteri transcriberet:
longe ipsi maiorem gloriam comparandam,
si præterita publici tantum boni causâ tentasse
demonstraret.

Regi Castella ac Legionis illustri, in Romanorum Regem electo.

45 Inducit nos singularis affectus, quo claræ

memoriæ progenitores tuos, & te ipsum ab olim
sedes Apostolica est amplexa, quemque nos pro-
sequi, quantum cum Deo poterimus, constanti
voto proponimus, vt paterno more pro te, tam-
quam pro charissimo filio, consilium capiamus, nec
te patiamur perplexitatibus, nõ solum inutilibus,
quin potius dānosis inuolui; sed ab eis quatenus te
inuoluisse videntur, cum quanta possumus diligen-
tia celeriter euoluamus, in illis etiam tua procurā-
tes commoda, tuum promouentes honorem. Hinc,
fili charissime, procedere cū veritate supponas, vt
cū negotium, quod de imperialis fastigij regimine
imminet, sine vterioris moræ dispendio expediri
iustitia manifesta suadeat, innumeræ mūdi necessi-
tates exigant, magna & vtilia Dei seruitia, pro quibus
consilium * congregauimus, & præcipue status
miserabilis Terræ sanctæ, quæ in illius proroga-
tione aperta & periculosa impedimenta deplora-
nt, instantiæ continuatione requirunt; & ad
eius expeditionem accelerandam omnimodis, qua-
si communis omnium detestantium illud tam pe-
riculosa dilatione protractum clamor impellat;
pro vigili studio & studiosa vigilantia curauerimus
regali excellentiæ rem pro vmbra perquirere, pro
dispendiosis vtilia, pro mundi momentaneis, quæ
tamen te consequi iustitiæ rigor, & facti qualitas
non permittit; perpetua providere. Sint itaque
princeps inclyte, aures intentę, oculi tuæ circum-
spectionis aperti, vt quæ salubriter suggeruntur,
patienter audias: quod in eis agitur, diligenter
intelligas; & ad quid pura tui patris spiritualis in-
tentio dirigatur, prudenter aduertas. Ad Dei
siquidem beneplacita in ijs prosequenda stude-
mus, quietem mundi quærimus, cogitationes pa-
cis solite cogitamus, discriminibus, quæ immine-
re palpamus, occurrimus, ad religionis & fidei
Christianæ, ad tui honoris & commodi propera-
mus augmentum.

46 Nonne honor tibi, nonne clarius tui no-
minis tituli coruscabant, si diuinæ voluntati, no-
stro consilio, te coaptas? Si communem vtilita-
tem tuis desiderijs præferas, & nobis, qui tui cu-
ram gerimus, de tranquillitate tua & salute soli-
citis acquiescas, in ijs profecto non detractionis
cuiusquam conuitium, sed præconium magnę com-
mendationis expectans? Omnibus etenim non-
indigne commendabilis apparebis, & cunctorum
præcipue recte sapientum iudicio nimirum com-
mendandus occures, si euidentia operis veritas
reuelata docuerit, quę per te acta sunt, ad ipsum
obtinendum non ambitione gesta; sed ad exalta-
tionem ipsius orthodoxæ fidei, ad dandum eidem
sabbatissimum Imperio, ad totius orbis releuanda
grauamina, quæ diuturnitas imperialis vacationis
ingessit, appareant procurata. Quod ex eo eui-
dentius elucebit, si dum ad hæc promptius pro-
mouenda celsitudini regiæ cum euidentia honorifi-
ci emolumenti, & emolumentitij honoris affer-
tur via facilior, provisioni nostræ, regalis excel-
lentiæ intuitu adiuuentæ; deuotus obedias; &
eam secus suggerentibus non accommodatis cre-
dulitatis auribus, in omni promptitudine deuotio-
nis acceptes. Ideoque ad hæc tibi seriosius ex-
primenda venerabilem fratrem nostrum Astori-
censem episcopum, & dilectum filium nobilem vi-
rum Ioannem Num, fratrem Ademarum de or-
dine Prædicatorum, & magistrum Ferrandum no-
tarium, tuos procuratores, & nuncios remitten-
dos; ac insuper magistrum Fredulum capellanum
nostrum canonicum Magalonensem, virum qui-
dem fidelem & prouidum, de cuius fidelitate con-
fidi-

*aLib. 3. ep.
961. 97.
M. S. Vall.
fig. lit. C.
n. 49. pag.
58.
De non
grauandis
pauperibus
ecclesiasti-
cis.*

*Rodul-
phū inter
& Alfon-
sum de im-
perio con-
trouersia.*

*Othochari
studet
Alfonso.*

*Ad illum
inclinat
Italię pars
& Eod. cod.
Vallie. pag.
43.
Pontifex
aduersatur.*

*Animo
perspic
ei apud*

** concil*

*Definit
dam co
trouers
absciss
mora
gnific*

*Ve diu
se volu
ti acco
der, h
tur.*

*Orbis
tius, p
sua sp
æter em
moda*

*Nunci
ipli ma
re, figu
cat.*

fidimus, cuiusque relationi circa præmissa fidem adhibere te petimus, & suademus persuasionibus adherere, ad tuam duximus præsentiam destinandos; serenitatem regiam hortantes in vnigenito Dei Filio Iesu Christo, & per suæ salutiferæ crucis mysterium in charitatis visceribus obsecrantes, quatenus in præmissis non quid velles, sed quid velle te decet inspiciens; & tã in illis, quam in alijs, quæ tibi occurrunt agenda, non solum initium, sed & prosecutionem & finem, quantum futurorum incertitudo permittit, præambula, & attenta meditatione discutiens; eandem prouisionem nostram diuini Numinis volûntatem, cui vides a parte nostra in hoc vota concurrere, amplectaris alacriter, & ad tui Creatoris obsequium, ad constituendum tibi mansuetudinis & clementiæ memorialia perpetuã, sine cuiusquam contradictionis aut dilationis obstaculo velut fortis eiusdẽ athleta fidei prosequaris. Super his autem responsionem tuam Deo, vt desideramus, acceptam, necessitatibus prædictis accomodam, & proinde nostris desiderijs concurrentem, petimus nobis cum celeritate remitti.]

47 Durum admodum videri poterat Alfonso præsentis ad Imperium iuribus se exuere. Ad cuius rei emolliendam difficultatem dictam Fredulum nuncium pontificium in literis ad ipsum datis a instruxit, qua ratione Alfonso adducere deberet, vt prætento Imperio cederet: exponeret electores, excepto vno, nimirũ Rege Boemiæ, Rodolphum elegisse, iamque Aquisgrani coronam cinctum pacato Imperio potiri: ingens rei Christianæ malum constatum iri, si pacem disturbaret, atq; expeditio Terræ sanctæ abrumperetur. Si vero a prosecutione destiterit, decimas regni Castellæ in præsentis concilio ad sex annos decretas ipsi attributum iri ad Saracenos Hispaniæ facilius debellandos. Iniunxit vero, vt prius ad prætenta omnia in Imperium iura abijcienda, vel ea Pontificio arbitrio permittenda adigeret.

Gregorius, &c. Magistro Fredulo capellano nostro canonico Magalonensi.

48 Volumus quod ei, sicut constituto in nostra præsentia expressimus, & ipsi satis per alias nostras literas aperimus, exponas qualiter ex causis varijs imperialis prouisionem culminis, quam totius orbis & negotiorum Dei, quæ imminent evidentes necessitates instanter exposcunt, nec debemus nec possumus vltius prorogare, quodque, iustitia & facti qualitate vetantibus, sibi ad imperiale diadema, vel idem Imperium obtinendum fauere nequimus: præsertim alio, iuxta eiusdem Imperij consuetudines hæctenus obseruatas, apud Aquasgranas regni Alemanniæ coronam adepti, & regnum ipsum cum fauore omnium vocem in electione Imperatoris habentium, vno dumtaxat excepto, cæterorumque regni eiusdem principum, magnatum, & aliorum pacifice obtinente.

49 Nec honori suo congruit profecto, nec vtilitatibus expedit turbationem mundi totius, non sine Dei offensa, salutis suæ ac famæ dispendio, vt cætera pericula taceamus, in supradictæ prouisionis dilatione, vel qualicumque impedimento nutrire. Propter quod nos, animæ suæ saluti prospicere, ipsius consulere commodis, & claritati nominis cupientes, ei deliberauimus suggerendum, vt cum hæctenus literis & nuncijs laudabiliter sit professus, quod in assumendo imperiali onus regiminis non suam quærere gloriam, non suum ampliare dominium; sed ad sui creato-

ris obsequium, ad vtilius promouendum fidei orthodoxæ negotium, ad totius orbis, & ipsius maxime pacem Imperij plenis affectibus, & totis nitibus intendebat; quod verbis, vt præmittitur, frequenter & potenter asseruit, opere fateatur: nunc præcipue, dum sibi eadem prosequendi, non solum facultas offertur, sed cum multorum vitiatione discriminum, quæ aperte huiusmodi assumptionis profectio comminatur, cum grandis & euidentis vtilitatis suæ ac suorum posterorum augmento facilitas indulgetur. Si enim consultius diuinæ maiestatis obtentu de nostro cõsilio ab eadem prosecutione desistat per concordem ipsius ordinationem Imperij, quæ in necessitatibus prædictis, & iustitiæ rigore cogentibus, absque intolerabili damno impediri non potest amplius aut differri; mundo tranquillitate concessa, non solum ipse nostra prouisione a prædictis discriminibus absolutus consternandis & subiugandis inimicis ipsius fidei Christianæ poterit vacare liberius, * & cæteris fidei eiusdem cultoribus adierit ad id via, facilius & diuina virtute præambula commoditas promptior, ac efficacior concedetur. Christianicis namque concurrentibus, licet per diuersas partes, ad Christi negotium prosequendum & aduersus Agarenos persecutores crucis, ipsiusque blasphemos constantibus & exequentibus vires suas; sperandum est de ineffabili misericordia & immensa potentia Crucifixi, quod persecutores eosdem tanto reddet paratiores ad casum, quanto impotentiores efficiet ad Christianorum prosecutionem vnanimem sustinendam. Vt autem hæc vtilius pro ipso Rege procedant, cogitamus sibi, ab Imperij prædicti negotio desistenti, decimam omnium ecclesiasticorum reddituum suorum regnorum & terrarum vsque ad sex annos, sicut ad Terræ sanctæ subsidium in præsentis sacro concilio est concessa, gratiose concedere: vt ipse, per concessionem huiusmodi cum minori sumptuum grauamine persequens in partibus Africæ blasphemos eosdem, quidquid de terris, quas in partibus illis tenet ad præsens, acquirere poterit, in perpetuum iure dominij sibi & heredibus suis acquirat, &c.] De Fredulo ad Alfonso missio, deque reiectis regijs oratoribus Mariana meminit. a

50 Cæterum egregiam nauasse operam Gregorium ad bellum ciuile extinguendum, quod ab Alfonso timebatur, non superiores modo literæ fidem faciunt, verum quæ sequuntur ex M.S. etiam Vallicellano excerptæ illustrabunt, cui b præterea episcopum Valentinum, magni consilij virum legatum misit.

Gregorius, &c. Regi Castellæ, ac Legionis illustri.

O quam bonus & suavis esse videatur in te, fili charissime, Spiritus sanctus, prudenter circumspectio regalis attendat, dum celsitudinem regiam, quantum in nobis est, circumueniri non patimur, in periculosa per ignoranciam prolabi non sinimus; sed more patris alloquimur, & lapsus huiusmodi paternis monitionibus cum quanta possumus diligentia præuenimus. Dudum siquidem ne te in discriminosos anfractus ingereres, sed ipsos potius quatenus in illos incidisse videbaris, euaderes, tuis ad excellentiam tuam remissis nuntijs, & nostris literis ac nuntio destinatis, statum negotij, quod de imperiali regimine imminabat, non sub inuolucro verborum inuoluere, nec sub enigmatum velamine velare curauimus; sed reuelata veritate deteximus, & detegentes expressimus, quod

ad

Diuini fore honoris suis iuribus discedere.

In Saracenos Hisp. conuertendas illius vires.

* sed

Sexennate de cimant in eam re ipsi attributã iri.

a Marian de reb. Hisp. l. 13. cap. 22.

b Cad. Vall fig. l. C. n. 49. p. 46

Pontif. ad Regem Castell. lit.

Bellorum incertos exitus proponit.

a Estant. in pag. 57. Que nuntij data imperia.

Sede Apostolicam ipsi fauere non posse.

Obitare veteres Imperij consuetudines.

Rodolphum Aquisgrani coronam redimitum.

Omnis electores, vno excepto, cum eolentate.

Professum Alfonso Imperij onus diuine gloriæ causa suscipere.

Significat
Greg. Al-
fonſi ad
Imperii
cauſam
æquitate
deſtitui.

ad Cæſarei culminis faſtigium obtinendum tibi iuris cenſura non aderat; ſed & iuſtitia rigor, & facti qualitas obſiſtebant: maxime quia, cum conſuetudo apud Germanos incommutabilis, ad decus ac diadema Imperij, quod tuo nomine petebatur, peruenire aliquem non permittat, quem prius ſolemniſter corona regni Alemanniæ non decorat; alio apud Aquasgranas de cõſenſu omnium principum vocem in electione Imperatoris habentium, vnicò dumtaxat excepto, cum ſolemnitate debita iuxta prædictam conſuetudinem coronato, & regnum Alemanniæ pacifice poſſidente; ad id tibi iuris via præciſa finaliter & facti ianua præcluſa totaliter videbatur.

Vniuerſi orbem de ſede Apoſt. ob dilata controuerſiam murmuratū.

Scandum maiori elektorū numero * quis

51 Et licet dicti negotij expeditionem innumeræ orbis, & præcipue ipſius Imperij, ac Terræ ſanctæ neceſſitates expoſcerent; ad eam totius concilij quaſi communis clamor impelleret, & vulgaris aſſertio nobis & eccleſiæ Romanæ non parcens, immo contra nos & ipſam non ſolum murmurans, ſed exclamans illud nimis periculoſe differri; tuorumque nunciorum coram nobis, ac fratribus noſtris iterata frequenter inſtantia conſtanter affirmans, in huiuſmodi negotio ſolium in alijs iudiciorum ordinem non ſeruandum; ſed partibus etiam non vocatis, alterum in diſcordia electorum, cui concorditer eligentium numerus maior aſſiſteret, delectu non habito. * prius, vel poſterius ſit electus per eandem ſedem ad fauorem apoſtolicum, & omnia ſolemnia euſdem Imperij admittenda neceſſario & manifeſta iuſtitia poſſeſſoris vrgerent; nos tamen illā tuæ ſerenitatis obtentu, quamquam nullam ſpem noſtrum in præmiſſis differendi proceſſum prædictis nuncijs dediſſemus, non ſine multorum admiratione diſtulimus, vt omnibus in tuam deductis notitiam ab euſdem negotij proſecutione decentius pro communitate, velut de clementia regali deſiſteres, quam excludi per diſſinitiuū calculi rigorem expectares. Et nihilominus vt euſdem Imperij prouiſio cum tua magis pace procederet, ea tibi obtulimus, que non tantum tuæ ſaluti euidentius cõgruebant; ſed ipſius Imperij, conſideratis oneribus, in quorum conſideratione per regnorum tuorum diſtantiā, aliasque circumſtantias varias tuæ quantacumque potentiaæ graue proculdubio pondus adiicitur eidem, immo etiam de iure debito & oblato concorditer forent non immerito plurium recte ſapientium iudicio præferenda; & demum poſt moras non modicas, cum pericula, quæ grauiora prioribus expeditionis ipſius moroſa dilatio minabatur, vltiorem in præmiſſis tarditatem arguerent, illamque accuſaret conſcientia, & euidentia iuſtitie condemnaret; nos tam periculis prædictis occurrere, quā pijs inſtantibus prouidere negotijs intendētes, cum fratrum noſtrorum deliberatione præhabita, exigente iuſtitia, & cogente cõſcientia, chariſſimo in Chriſto filio noſtro Rodulpho Regi Romanorum illuſtri, de ipſorum fratrum conſilio titulum regiaæ denominationis aſcripſimus; & eidem ad vnctionem, conſecrationem, & coronationem de noſtris recipiendis manibus terminū in proximo nos aſſignaturos prædiximus, & decreuimus aſſignare ijs * non prædictis, & alijs euſdem regni Alemanniæ principibus, magnatibus & vniuerſitatibus per diuerſas noſtras literas nunciatis: præſertim cum & miſſæ interim tuæ ceſſitudinis, & præmiſſi noſtri nuncij literę te præſatis noſtris monitis conſenſurum innuerent, idemque nuncius ad noſtram præſentiam rediens affirmarit. Penſa itaque, princeps inclyte, ſyncerum procedentis affe-

ctum, de tuorum periculorum propulſatione ſollicitum, intentum pro tuis releuandis * honoribus, & pro ampliandis commodis curioſum.

53 Penſa proceſſus iuſtitiam, quam ipſius Imperij leges & conſuetudo communiunt, & communium neceſſitatum inſtantia exigebat; in qua, recti ſtateram iudicij nullus inclinauit fauor aut odium, nec æterni Iudicis odioſa conſpectui temporalis in iudicio conſideratio præmiij rationis reſtitutionem obliquauit; ſed ad eam ſolius Dei beneplacitum, & ſtatus publici votiuā tranquillitas, iudicantis votum & animum induxerunt. Ideoque ſerenitatem regiaſi monemus, rogamus, & hortamur in Domino Ieſu Chriſto, per ſalutiferæ crucis ſuæ myſterium & ſui pretioſi aſperſionem ſanguinis obteſtantes, quatenus præmiſſa tranquilla mente diſcutiens; & te a Rege Regum datum Regem in gentibus recognoſcens, vt te ipſum ac tuos non peccatorum neceſſitatibus implices, ſed regas & dirigas ad ſalutem; quodque niſi tui motum animi rexeris, non recte tibi regiaſi nomen & titulum vindicabis; vanam huius mundi gloriam inſtar puncti cum tuo tuorumque periculo prædictum amplius in commotionis ſpiritu proſequendo negotium, cuius tamen & fructum aliquem nequis proculdubio aſſequi, non ſequaris: ſed animarum exitia, ſtrages corporum, rerumque diſpendia, quæ proſecutionem huiuſmodi veriſimiliter proſequentur, quorumque tu auctor præcipuus conſereris, & redderis debitor, rationem pro ipſis in die ſtriſti examinis redditurus; in libra exactæ diſcuſſionis appendens, momentaneæ delectationis ambiguum certitudini æternę poſtponēs ſalutis; & ſub potenti Creatoris tui manu eius vicario vires tui potentatus humilians, ac iuſtitia, quæ magnum & paruum ſimiliter iudicat, magnificentiaæ tuæ colla ſubmittens, humili animo ab eadem proſecutione deſiſtas, omnimodis & multiplicatis ab olim ſalutiferis noſtris perſuaſionibus humiliter aquieſcas. Ad quas menti tuæ viuæ vocis miniſterio efficacius in primendas, venerabilem fratrem noſtrum Valentinum epiſcopum, virum religione & literatura conſpicuum, & ſuorum meritorum conſideratione nobis & fratribus noſtris acceptum, excellentiaæ regiaæ ſedulū zelatorem, ad tuam præſentiam deſtinamus: cuius te rogamus inductionibus in præmiſſis intendere, ac monita efficaciter exaudire. *Dat. Lugdun.*

53 Rogauit etiam Caſtella Regina a virum præcibus fleſſerit, vt pontificio arbitrio in cauſa Imperij ſe committeret. De miſſo apoſtolicò legato Iacobum etiam Aragonum Regem certior fecit ^b, monuitque, vt pro affinitate, qua Alſonſo coniunctus erat, generi cupiditatibus ne ablandiretur; ſed repudiatu aſſentationis omnis lenocinijs ſalubria ipſi conſuleret.

54 Pontificia voluntati ſe accommodaſſe Alſonſum, atque ad Gregorium accedere meditatū, ex alijs literis conſtat ^c, quibus ipſius erga ſedem Apoſtolicam ſtudium & Chriſtianam animi demiffionem commendauit: flagitauitque, vt aduentus ſui temporis faceret certiorē, quo ſe ad eum excipiendum, qua par erat honoris pompa, compararet: *Dilectus filius Ioannes de Porta tuus familiaris & nuncius, regia nobis ſerenitatis literis præſentatis, per quas tuum nobis aduentum denuntians, ſibi fidem in omnibus, qua ſuper illo referenda duceret, adhiberi petebas; primo nobis familiari colloquio, & poſtea in noſtra & fratrum noſtrorum præſentia conſtitutus, inter cætera prudenter expoſuit, te ad noſtram eo propoſito venire præſentiam, vt tanquam*

Acquitate & conſcientia ad cõfirmandū Rodulpho Imperium adductum.

* modo

Horre
vt ma
nis ca
ſua p
rat.
Propo
ob oz
belli
laſi in
dulph
arma
plern
Epiſc
lenitū
a Ed
v all
47.
Solic
Regi
viru
ad po
fici
lunt
fleſſe
b Iud
Iacob
Regi
Arg
ſalub
gener
ſugge
conſi
excit
c Epi
ib. p
Alſon
Ponti
obſeq
delibe
De eo
ueni
agita

quam princeps catholicus & deuotus, de progenitori-
bus trabeatus catholicis, illorum sequendo semitas a
nostris & Apostolicæ sedis beneplacitis nullo unquam
tempore discrepes: sed illis te conformans ac tuos, sem-
per nostris & ipsius salutiferis persuasionibus acquie-
scas. Hæc, fili charissime, de te tanto magis gau-
denter accepimus, quanto amplius tuæ saluti pariter
& honori proculdubio congruunt, obsequijs Dei, cir-
ca quæ nostra intentio, versatur, expediunt, & to-
tius orbis tranquillitati manifeste concurrunt. Hæc
profecto admodum extollit oblatio; sed executio ple-
nium commendabit: & syncerum spiritualis patris
animum ad filij tam chari profectum, quantum cum
Deo & honestatis obseruantia id fieri poterit, promo-
uendum tanto efficacius excitabunt, quanto ipsius
paternis votis per effectum venient gratiora.

55 His gestis Gregorius, cum Alfonso iras
molliore illa inita via deliniuisset, Rodulphum ex
Cardinalium consilio regio nomine decorauit;
quod paulo ante insinuatum Alfonso vidimus,
vt ipsum ab affectando Imperio renocaret, præ-
missisque nonnullis excusationibus, cur tamdiu ad
regium illi nomen adscribendum distulisset, ad-
monuit a, vt qua par erat magnificentia, cum ad
insignia Imperij accipienda exciretur, se compa-
raret.

Rodulpho Regi Romanorum illustri.

Solent ardua, præcipue propensis digesta
consilij, sentire potius celeritatis ex directione
compendium, quam pati dispendium tarditatis.
Sic longa belli præparatio celerem consuevit af-
ferre victoriam. Sic iterum festinatur instanter,
dum sollicitè præparatur. Hæc nos consideratio in
Imperialis negotij prosecutione hucusque deti-
nuit: hæc in tui consummatione fastigij multa vti
maturitate suasit: hæc varias vias suggessit exqui-
rere, diuersaque remedia cogitare; vt, Deo aus-
pice, tanto illa quæ instant deducamus securius,
quanto accuratius præparamus. Licet itaque
non sine causa distulerimus hæc tibi denomi-
natione ascribere; cum fratribus tamen nostris
nuper deliberatione præhabita, te Regem Roma-
norum de ipsorum consilio nominamus. Causas
autem salubris dilationis; immo potius consultæ
accelerationis huiusmodi ad totius orbis, & ad
ipsius maxime profuturæ pacem Imperij, vt spe-
ramus, dilectus filius Tridentinus electus, & fra-
ter Henricus de ordine Minorum tuæ celsitudinis
nuntij, non solum ad veritatis expressionem, sed
adhortationis sollicitationem aperient, vt in eis
doctrinæ speculum exemplaris inspiciens, & salu-
taris consuetudinis informationem recipiens, pru-
denter satagas in cunctis tuis processibus vitare
discordias, vias tuas facere pro posse pacificas, &
semitas, quas princeps pacis Rex regum & do-
minantium Dominus docuit, quantum ipse con-
cesserit, pro viribus ambulare.

Cæterum cum inchoata feliciter ad eiusdem
culmen Imperij tuæ promotionis auspiciâ non
prosecutionis procrastinatione differri, sed festina
deinceps consummatione compleri vtilitas mani-
festa suadeat; serenitatem tuam hortamur, & syn-
cero tibi affectu & consilio suademus, quatenus
sic te præpares, sic disponas, vt cum te ad vnctio-
nem, consecrationem, & imperialis diadematis
coronationem de nostris recipiendas manus
duxerimus euocandum; ad quod terminum in-
proximo, prout circumstantiæ pensandæ permi-
seriat, intendimus assignare, non improuisus, sed
sicut tanti negotij solemnitas exigunt, paratus ap-
pareas; & ad præmissa non morosus, sed prom-

ptus & festinus occurras. Expediit autem, vt ali-
quos, qui super eisdem assignatione termini,
quid tuæ commoditati congruat, & alias plene
tuam super hoc per omnia voluntatem nobis in-
fluare valeant, cito ad præsentiam nostram mit-
tas. Dat. Lugduni vi. kal. octob. anno III.]

56 Præfagebat Gregorius non leuia immine-
re discrimina, si imperialis consecratio producere-
tur: quare paulo post, ad firmandum eius solium
scripsit a, vt quantocumque accederet pro excipien-
do diademate; prius tamen oratores mitteret, qui
aduentum insinuarent, peterentq; pro celebritate
perficienda diem: Serenitatem regiam monemus,
rogamus, & hortamur attente, vtili consilio suaden-
tes, quatenus, nisi consideratio grauis periculi eui-
tandi contrarium suaderet, quanto citius poteris, ad
partes terræ tuæ nobis viciniores accedens, nobis
tuam aduentum insinues, solemnes nobis nuncios,
prout alias tuæ celsitudini scripsimus, plene tam su-
per assignatione termini ad imperiale diadema, de no-
stris recipiendum manibus; quam super ijs, quæ inter
te & charissimum in Christo filium nostrum Caro-
lum Sicilia Regem illustrem, ac nobilem virum co-
mitem Sabaudia aguntur, consummandis; instructos
celeriter ad nostram præsentiam transmissurus. Alijs
vero literis ad Germaniæ proceres datis b, eos
hortatus est, & cum ipsos Imperij dignitas & con-
firmatio tangeret, suam pro eo stabiliendo stre-
nuè nauarent operam, ac Rodulphum ad Imperij
ornamenta sumenda venientem stiparent: quo
argumento insignes sunt, quæ ad Salisburgensem
archiepiscopum scriptæ c, quibus festum omnium
sanctorum diem, proximo nimirum recurrentem,
anno, ad insignia imperialia in basilica Principis
Apostolorum accipienda Rodulpho constitutum
ait; seque omnium pene vocibus in concilio Lug-
dunensi ad collapsum diuturno interregno Impe-
rium instaurandum incitatum.

Archiepiscopo Salzeburgensi.

Sacerdotium & Imperium non multo differ-
re initio sapientia ciuili asseruit: siquidem illa,
tanquam maxima dona Dei a cælesti collata cle-
mentia, principij coniunxit identitas; ea velut
auxilijs mutis semper egentia suffragijs, suis inter
ipsa vicibus alternandis inuuit necessitas, & ad
profectum mundi regimina instituta, vt alterum
videlicet spiritualibus præsit, reliquum vero mi-
nistret humanis, vna & eadem causa finalis institu-
tionis ipsa inseparabiliter, licet sub ministrorum di-
uersitate, coniuncta designat. Horum insuper ne-
cessariam vnionem alterutrum considerata caren-
tia euidenter insinuat, emergentia exinde discrimi-
na manifestant. Imperium namque in Apo-
stolicæ sedis vacatione suæ destituitur direttore
salutis: Ecclesia vero in throni cessatione Cæ-
sarei oppressorum patet incurfibus, dum suo
defensore priuatur. Curare itaque debent, cu-
rare summopere gubernantes Imperia, & regna
regentes, vt ecclesias & personas ecclesiasticas
foveant, libertates & iura tueantur ipsa-
rum, & temporalia ijs fulcimenta non subtrahant,
a quibus spiritualiter fulciuntur: immo in omni
promptitudine temporaliter eos communiunt,
quorum præsidio spiritualia recipiunt munimen-
ta. Sed nec minus qui ecclesiarum gubernacula
gerunt, summa esse cura solliciti, & omni debent ope
satagere, vt Reges ceterique catholici principes
debitæ polleant integritate potentie, status sui
plenitudine integrentur. Consulte namque illis
assistentur, quorum cedere debet prosperitas in
auxilium assistentis. Debent quippe toto nitico-

Abid. pag. 44.

Pontif. ad Rodulph. Reg. lit.

Rodulphum Regem Romanorum agno- scit & insignia imperialis pollicetur.

Ad ea ex- cipienda vt se qua- raturus co- paret ad- hortatur.

a Ead. pag. 44.

Ad Imperij limitē accedat vt secum conferat.

Ad tractā- dam cum Carolo Re- ge & Sa- baudie co- mitem con- cordiam oratores mittat.

b Exiant ead. pag. 44.

Monet principes vt Rod- ad imperiale insi- gne acci- piendum comiten- tur.

c Exiant in formul. Mar. Ebuli pag. 153. n. 1398.

De eo ad Salisburg. archiep. literæ.

Cure eccle- siastici Re- gibus mu- nimento esse de- beant.

te coaptas, ut omnis dissensionis inter te ac ipsum sublata materia; ipse tuo fretus auxilio consequatur præmissa vñctionem, consecrationem, & Imperiale diadema facilius incumbentia sibi prosequatur efficacius; & eiusdem Imperij throno, te cooperante, firmato, tu & ipse mutuis vos favoribus foueatis, & in unanimitate laudabili, non solum eiusdem Imperij, cuius te tanquam ipsius excimum principem decet reformationi totis vacare conatibus, exaltationi possitis intendere; sed & ad totius Christianitatis & Christiana fidei promouenda negotia, potentia vestra vires ad obtinendum inestimabile retributionis æternæ præmium & perpetua laudis memoriale præconium, vtiliter exercere. Dat. Lugduni v. kal. octobris anno 111.

58 Non paruit repetitis Gregorij monitis Othocharus, sed fœdera in Rodulphum coire, ac regiæ illius consecrationi obistere non cessauit: misissetque Gregorio literis, præstita a maioribus suis officia sedi Apostolicæ commendauit. Cui Gregorius illa sibi alte hæere in animo rescripsit; a proinde optima suggerere consilia: pacem cum Rodulpho amicorum opera contraheret, ne fœdera contra ipsum neereret, copiasque transmitteret in Italiam; non enim Apostolicam sedem id æquo animo vnquam laturam, cui in Rodulphi causa eum se accommodare par esset: Quocirca serenitatem regiam eo attentius, quo frequentius, rogamus & hortamur in Domino Iesu Christo, quatenus prudenter attendens, quam dispendiosum sit, etiam cum quibusque potentibus statum propriam guerrarum euentibus incertis exponere, ut animarum & corporum pensanda præcipue pericula taceamus; quantumque Deo implacitum, nobisque ac eidem sedi esse possit infestum, processum prosperum dicti Regis, & proinde eadem Dei negotia impediri; non solum a quolibet eius impedimento abstineas, & specialiter nullam in Italiam mittendo militiam, nec gentem aliquam, nec alias cum Italicis contra eum te in obligationes seu confederationes aliquas inuoluendo, quod proculdubio sedes eadem æquanimiter ferre non posset; sed sic ad pacis fœdera inter te ac Regem ipsum, apud quem etiam super hoc non omisimus hæcenus, nec omittere intendimus, debita persuasione officium, ineundo per communes amicos, qui dissensionum corda concilient, & differentes vniant voluntates, aut aliter, prout ex alto promptius concedetur, animum tuum promptum exhibeas & voluntarium; ac paratum exponas, quod inter te ac ipsum principalis dissensionis sublata materia, cuiuslibet sinistra suspicionis occasio præcidatur: tuque Creatoris tui, pacis auctoris semitas sequendo pacificas, beneplacitis te coaptans, ipsum experiaris in omni tua opportunitate propitium; ac nos ac sedem eandem, qui præfato Regi deesse non possumus; sed fauorabiliter ipsius iustitia adesse proponimus, & quasi operi manuum nostrarum porrigere dexteram, in ipsius de cætero fauorabili prosecutione tenemur, habere merearis in tuis beneplacitis promptiores.

59 Non inane sanctissimi Pontificis fuit vaticinium: dum enim Rodulpho se opponit Boemus, eumque a Terræ sanctæ ferendo auxilio retardat, sibi exitium conflauit, vicusque & captus in prælio misere trucidatus est, ut suo loco dicemus. Ferunt porro aliqui Boemiæ Regem ideo Rodulpho reluctatum, quod Imperij coronam ambiret, inter quos Siffidus b ait Othocharum oratores cum ingentibus muneribus Pontifici misisse in Lugdunensi concilio, ut ab eo Imperium obtineret, eaque Gregorium respuisse. E contra alij c non modo non affectasse, sed etiam sibi ab electoribus

oblatum, contententibus inter se Alfonso ac Richardo, dum ab expeditione Vngarica redibat, temere aspernatum esse; vt qui Imperium non honori sed oneri fore putaret, seque Imperatori futuro anteferebat. Eas vero belli causas affert Dubrauius a, Rodulphum Austriam & Carinthiã vt Imperij fiduciaris repetiisse, tum more maiorum sacramentum ab Othocharo exegisse: detrectasse vero Othocharum in illius procumbere obsequiũ, quem olim militaribus ordinibus, dum tenuiore fortuna utebatur, præfecisset: Rodulphus, auctoris sunt verba, in fortuna sua non admodum ampla, quo facilius assequeretur, totum se principibus permisit, qui eum statim in Germania more solempni coronauerunt. Post hac continuo indictus ab eo conuentus, vt omnes Imperio subiecti Noribergam ad exhibendum nouo Casari officium debitum & obsequium conueniant. Rursum Othocharus venire contempsit. At Rodulphus de principum sententia primum Austriam, tanquam Imperij prouinciam, quam mulier abalienare, aut dotis, aut quouis alio titulo non potuerit, repetit. Dein Carinthiam etiam atque Stiriã ab eo, quas a que Valdrico sine Casaris assensu vendere minime licuit, cum vtraque ad Imperij, vt vocant, feudum pertineant. Hoc insuper apposuit, vt in verba sua more maiorum iuraret. Vehementissime ad singula excãdui Othocharus: Ipsa re, inquit, verum experior, de quo aliquando subdubitauit, insolentius nihil esse humili cum surgit in altum. Hic Rodulphus veri videlicet affecta nosser, hodie Germanorum Casar, vt subito per summam insolentiam veteri domino suo insultat. Sed propediem sentiet vter magis valeat dominus an seruus. Exarsit itaque atrox inter vtrumque bellum: ac parte Austriæ iam a Rodulpho occupata, communium amicorum opera pax iuncta est: quæ breui postmodum dissoluta.

60 Vt studium collocarat Gregorius pro Alfonso atque Othocharo nouo Imperatori conciliandis, ita Sicilia b & Galliarum c Reges, comitemque Sabaudie d in eius amicitiam adducere est conatus. Ad Carolum enim, a quo Rodulphus Etruriam repetebat, vt qui creato Casare ab sede Apostolica confirmato prouinciæ administratione discessurum sacramento sponderat, episcopum Petragoricensem misit e, qui ipsum ad æquitatem flecteret, doceretque ipsius rationibus consultum ab eadem sede, quem etiam Gregorius his sententijs officij admonuit f: Non quid velles, vel quid aliquorum suggerit inconsulta facilitas, sed quid velle decet in talibus, quid dicet ratio, quid Dei beneplacito congruit; quid iustitia, quid honestas exposcit, diligenter attendas. Si enim hæc iudicio tranquillo discusseris, proculdubio per ea, quæ tibi episcopus memoratus aperiet, patenter intelliges, in ijs, quæ acta sunt & agenda circa Imperij negotium imminere; magnificentia tuã paterna diligentia plenius fore prouisum. Alijs etiam literis g pontificium studium Carolo deuoluit ad fœdus illum inter ac Rodulphum affinitatibus adstringendum ac vicissim Rodulphum sollicitauit, vt Carolum arctiore amicitia nexu sibi deuinciret. Distinebatur ille in Germania in recuperandis alienatis Imperij rebus, ac Regis Boemiæ consilij infringendis; vnde Pontifex, qui Terræ sanctæ expeditionem accelerare, atque imminere pericula discutere nitentibus; rerumque gerendarum felicitatem in celeritate constare nouerat; Rodulphum iterum iterumque vrgeri non destitit h, vt legationem solempnem ad imperiale diadema postulandum decerneret, atque oratores pro firmando cœ-

a Dubrauius
hist. Boem.
lib. 17.

Austriam,
Carinthiam,
Stiriã,
Repetebat
Othocharum.

b Eod. cod.
pag. 43.
c 1b. pag.
45.
d 1b. pag.
44.
e 1b. pag.
43.

f Ead. pag.

Plures
alios prin-
cipes Ro-
dulpho cõ-
ciliare stu-
det Pont.

Carolum
æquitati
se accom-
modare
admonet.
g Ead. pag.

Vrget Ro-
dulphum
mittat or-
tores pr-
fœdere eũ
eo pacificẽ
do.
h Cod. V. all.
fig. lit. C. n.
49 pag. 45

pro cum Rege Siciliae foedere auctoritate instruet.

61 Incumbebant quotidie Rodulpho noua bellorum causa, atque alia ex alijs negotia exoriebantur; vtque erat ad bellicos labores impiger, manu strenuus, & ad reparanda Imperij iura deperdita acerrimus, aliquid noui in Francoru regni confinijs mouerat: atque ideo lacessitus Philippus Rex comparabat copias, easque in Germaniam missurus erat. Quo audito Gregorius, cuius studia in pace inter principes Christianos coniungenda intenta erant, vt eorum armis Christi hostes debellaret, expauit, cum illud bellum ad rei Christianae certissimam perniciem erumperet, ac Francorum Regem exorauit, vt mittere exercitum differret: se apud Rodulphum partes suas, vt facta emendaret, adhibiturum.

Regi Francorum illustri.

Pertulit ad nos aliquorum non contemnenda ratio, quod militia quaedam de regali iussione paratur cum armis, versus partes Imperij processura. Ne igitur ex hoc dissensionis exciteretur occasio; nunc praecipue, dum ad Dei seruitia promouenda, in populo Christiano, & specialiter inter principes summopere pacem quaerimus, & vnanimitatem optamus; serenitatem regiam hortamur & instanter obsecramus in pacis auctore, quatenus ob reuerentiam ipsius & nostram, regalis circumspicio solerter attendens, quod malorum principijs prudenter obstititur; differat ad presens versus partes illas dictae militiae missionem. Intendimus etenim dare operam, & iam charissimo in Christo filio nostro Rodulpho Regi Romanorum illustri, mandauimus per nuncios suos, nuper de nostra curia recedentes, efficaciter suaderi, vt si quid in eisdem partibus praesumptum est in tuam vel tuorum iniuriam, emendatione celeritaliter corrigatur, quod nulla supersit querelae materia; sed discordiae cuiuslibet incentiua tollantur. Nec potest, vt credimus, aliquid huiusmodi auferre dilatio; sed potius quietis commoda, & praeconia laudis asserere.] Illi in super Gregorius impulit b, vt ecclesias & praesules quos regij ministri opprimebant, contra eorum insolentiam defenderet. Tum etiam legati apostolici, nimirum Simonis tit. S. Caeciliae Cardinalis monitis morem gereret c ad eos, qui censuras ecclesiasticas despiciebant, regia auctoritate coercendos. Quo tempore controuersiam diremit, d qua de dominio in Lugdunensem urbem inter Aymarum archiepiscopum & capitulum vertebatur: Tam auctoritate apostolica, quam ex eiusdem submissionis iuribus procedentes declaramus, iurisdictionem temporalem in ciuitate Lugdunensi spectare ad supradictos archiepiscopum, & pro aliqua parte ad capitulum ratione iuris, quod idem capitulum a quondam comite Foresij acquisiuit, & comitatum appellat, &c. Ne iniure dicundo ordo perturbetur, suis limitibus cuiusque auctoritatem definit. Dat. Lugduni III. id. nouemb. anno III. Adeam litem sopiendam singularis in eam ecclesiam iamdiu pene innatus amor vrgebat. Cuius rei argumento sunt eadem literae pontificiae e, quae his verbis exordiuntur: Memores vberam ecclesiae Lugdunensis, quae olim nos tunc canonicum tractauerunt vt filium, & multipliciter honorauit, ad eum excitamur affectum, &c. Eodem beneuolentiae affectu Leodiensem ecclesiam, in qua archidiaconatum gesserat, complexus, bonorum illius inuasores frangere studuit. Inter quos ducem Brabantiae, qui eius iura in oppido, cui S. Trudonis nomen

a 1b. ead. pag. 45. Regem. Franc. cu Rodulpho conciliare nititur.

Ad defendendos ecclesiasticos sollicitat. b Lib. 3. ep. cur. 52. c 1b. ep. 53 d Ep. 97.

Composita inter archiep. Lugdun. & canonicos cotrouerfia.

e Ead. ep. 97.

est, occupabat, abducere conatus, oppidanos ipsos ad ea constanter defendenda excitauit. b

62 Clementiam suam insuper in quosdam episcopos, qui Manfredi olim tyrannidi fauerant, eiusque regie inaugurationi interfuerant, explicuit, qui facti veniam demisse poposcerunt: Melitensem enim episc. Nolanum d, Hydruntinum e, electum Beneuentanum f, Caietanum g ob id pontificalis officij munere interdictos pristinae obedi illius libertati restituit. At peruicaces ferire iussis sententijs ad pertinaciam eorum infringendam non destitit. Veronenses h enim ob Conradinum olim receptum, intentatis nudandae episcopatu eorum ciuitatis minis, ac Papienses i, atque Vbertinum l de Andito ciuem Placentinum repetitis anathematis sententijs perculit. Ac Papienses quidem oratores dominicae Ascensionis festo ad poscendam veniam miserant: sed cum Apostolica postea imperia detrectarent, vt contumaces, atque ecclesiasticae libertatis violatores iterum censuris defixi m. Cum quibus Genuenses, Astenses, ac marchio Montisferrati cum faedus, contra imperia pontificia, iniissent; atque etiam Hispanum militem, a quo Italia turbanda timebatur, vetiti receperant; in eos omnes censuras vibrauit n, ac Genuensibus classem ad inuehendas Italiae alias ex Hispania copias mittere vetuit. o

Concludemus hunc annum pio Gregorij facinore: ex pontificijs enim literis p constat, ipsum mille marchas Magno canonico contulisse, vt eas ad leuandam in Pisana republica pauperum inopiam erogaret. Sane testatur Lucensis q Gregorium in elemosynas effusus fuisse. Nec intendebat (inquit) pecuniarum lucris, sed pauperum elemosynis, quod gestorum r Gregorij scriptor etiam testatur; idque probat diploma ineunte anno editum: cum enim in carnis prunio plebeculae certam panis, vini, & carniarum quantitatem circa vespertas dare moris esset, nonnulli, quos ribaldos vocat, sibi ita in eas elemosynas ius arrogabant, vt pauperes arcerent. Quo audito Gregorius sanxit, vt primo loco elemosyna pauperibus traderetur; ac si ribaldi accederent, eodem munere potirentur.

IESV CHRISTI annus 1275.

GREGORII X. PP. RODVLPHI ROM. REG. 3. annus 4. MICHAELIS PALAEOL.IMP.OR. 15.

1 ANNO a Virginis partu septuagesimo quinto supra millesimum ducentesimum, indictione tertia Gregorius sanctissimus Pontifex celebrato, vt vidimus, generali episcoporum conuentu Lugduni, vbi diu egerat, nimirum saltem ab XI. kal. decembris anni Christianae salutis MCCI. XXIII. ad pridie vsque id. mai huius anni, vt ex literis Vaticanis regestipatet, profectionem in Italiam, vbi ipsius absentiae occasione Guelphos inter ac Gibelinos discordiae recruderant, adornauit. Sed primum alia itinera subeunda, pluresque Galliarum vrbes lustrandae fuerunt, vt cum Alfonso Rege Castellae apud Belliquadrum, cum Rodulpho Rege Romanorum apud Lausanam colloquia iniret. Inde Sedunum peragrauit. Tum Alpbis superatis Mediolanum, Placentiam, Florentiam adiit, iamque Aretio vicinus laboribus fessus, atque onustus meritis, relicto sui ingenti desiderio, ad colligenda praemia pro nauata adeo egregie Christi glo-

a Ep. b 1b. Non episc. muna inter. reth. priu. g. 10. d 1b. e Ep. f Ep. g Ep. h 10. i 10. k 10. l 10. m 10. n 10. o 10. p 10. q 10. r 10. s 10. t 10. u 10. v 10. w 10. x 10. y 10. z

gloriæ opera, in cælum euolauit de quo sequenti anno agendum erit, nunc quæ Lugduni atque in alijs vrbibus gessit, percurrat oratio.

2 Extant plures Gregorij literæ in ijs locis, quæ obibat exarata, in nostro sæpe laudato codice M.S. Vallicellano a, quæ in Pontificio regesto desiderantur; quarum plures in lucem edere ob rerum, quas continent, maiestatem operæ pretium esse duxi: tum in ijs inserendis eo faciliores sumus, vt pulcherrima tanti Pontificis monumenta ab obliuione atque interitu vindicemus. Consulturus igitur in primis Gregorius sedis Apostolicæ dignitati, tum ditioni ecclesiasticæ, atque Italia tranquillitati; quamuis Otho regij sigilli præfectus Rodulphi nomine in concilio Lugdunensi omnia ab Imperatoribus concessa priuilegia confirmasset, spondissetque iterum ab illo post accepta solemniter Imperialia insignia corroboratum iri; Gregorius tamen, asserendi iuris ecclesiastici sollicitus, a Rodulpho subiectis literis b exegit, vt ea, antequam ornamentis Imperialibus cingeretur, rata ac firma futura sacramento polliceretur.

Gregorius, &c. charissimo in Christo filio Rodulpho Regi Romanorum illustri.

Nostrum, fili charissime, quod bonæ memoriæ O. * sancti Guidonis Spirensis præpositus cancellarius, & procurator tuus, habens ad hoc legitimum & speciale mandatum, nuper in concilio Lugdunensi, præsentibus & consentientibus principibus & alijs prælatis, ac magnatibus regni Alemannicæ, qui tunc temporis in concilio ipso conuenerant, quædam priuilegia Regum Romanorum, prædecessorum tuorum, & alia concessa per ipsos Reges Romanæ ecclesiæ recognoscens, ac ea nomine tuo innouans & concedens; te illa primo, vt Regem Romanorum, & postea suscepto Imperiali diademate, vt Imperatorem, innouaturum, & etiam concessurum, præstito in animam tuam iuramento, promisit. Licet itaque ad vntionem, consecrationem, & coronationem, de nostris recipiendas manibus; tibi per alias nostras literas absolute videamur terminum assignare; serenitatem tamē regiam volumus non latere, quod inter nos & fratres nostros hoc expresse actum est, & tam nostræ, quam ipsorum intentionis existit, quod ante ipsum terminum præmissa omnia, quæ memoratus cancellarius, vt præmittitur, de consensu prædictorum principum & magnatum, qui eadem præsentialiter inspexerunt, solemniter nomine tuo promisit; per te vt per Regem Romanorum plenarie impleantur, cum per nos nuncio, vel literis fueris requisitus, &c.]

3 Stabiliendi Rodulpho Germanici sceptri, atque eius imperialis consecrationis accelerandæ desiderio tenebatur Gregorius, vt omnes disensionum occasiones, quæ ex mora nascituræ erant, absunderet: ac firmato ita Imperio consilia pro Terra sancta, ex Saracenorum seruitute eruenda, in opus perducere posset: atque ideo, cum accepisset discordias in Insuabria recrudescere, ipsiusque æmulum (is erat Alfonso qui anno superiori ex Hispania militem Genuam transmiserat) plures in suas partes pellexisse; Rodulphum monuit c, vt contractas validas copias in Insuabriam, antequam malum confirmaretur, appetente maio mitteret.

Eidem Regi Romanorum.

Ne celsitudinem regiam forsitan lateant, quæ in tuum dispendium aguntur in partibus Lombardicis; sed, illis in tuâ deductis notitiam, agas cautius, & disponas consultius, quæ facti qualitate docente

videris opportuna; scire te volumus, quod tui aduersator culminis, & honoris æmulus non dormit in illis partibus, nec dormitat: sed ingenio conatur & viribus ad deuotionem incolarum earumdem partium peruertendam. Regalem itaque circumspicionem decet attendere, quod nisi celeriter eius nisibus occurratur, adeo conualescere, poterunt mala per moram, quod ea, quæ ad præsens constat esse facilia, non sine graui discrimine in immensum difficiliora reddentur. Ideoque serenitatem regiam monemus attentius, & hortamur, paterno nihilominus suadentes affectu, quatenus, omni mora, & occasione postpositis, competentem militiam strenuam & expertam; cuius quantitatem tibi per dilectos filios fratres H. de ordine Minorum lectorem Maguntinum, B. magistrum ordinis S. Ioannis Hierosolymitani per Alemanniam, quos ad tuam præsentiam cum speciali expeditione remittimus, & magistrum A. nuncium nostrum excellentiæ regie mandamus exponi, sic studeas præparare, quod saltem circa finem instantis maij cum bono capitaneo & probato, sit in partibus supradictis, non solum aduersis obstrata conatibus, sed illis, Deo auspice repressis, omnino ad tui commodi & honoris augmentum, conseruatura feliciter, & multiplicatura deuotos. Quidquid autem super hoc duxeris disponendum, nobis per eundem nuncium nostrum cum omni, qua poteris, celeritate referibas, vt legato, quem in magnificentia tuæ fauorem ad partes destinamus easdem, nostris literis iniungamus, quod militia prædictæ festinus occurrat, eamque vtili consilio foueat, & efficaci auxilio prosequatur.] Præter hos religiosos viros ad sedem Apostolicam a Rodulpho missos, decretos alios insignes oratores; nimirum ducem de Test regium cancellarium, & electum Basiliensem, quia Pontifice deposcerent, vt ornamentis Imperij Rodulphum indueret; tradunt Colmariensium Dominicanorum annales a. Quæ ex literis Pontificijs confirmantur, in quibus addit Gregorius b, eos postulasse, vt dominicæ Ascensionis dies ad imperiale diadema Rodulpho in basilica principis Apostolorum imponendum, statueretur: ipsidemque perstringit Rodulphum, copias in Insuabriam non transmisisse, suoque auxilio Mediolanenses destituisse: qui si ab aduersarijs obruantur, inde ipsos in fastum elatum iri; eius vero res deprimentas, ac forte nunquam Imperiale diadema e pontificijs manibus adepturum; sciret suarum rerum felicitatem in celeritate sitam: occupanda hostis consilia, ac tum obuias quasque difficultates profligatum iri.

Gregorius &c. Eidem Regi Romanorum.

4 Attende, fili charissime, quam periculosum foret in ipsis quasi tuæ promotionis auspicijs tantum reuelare defectum, quam facile auerti possent per hoc corda fidelium; & quod esset longe deterius, ad aduersitatis vota conuerti, si eo [nempe Alfonso] insistente oblatione munerum, nec a prosecutionis instantia desistente, tu illos auxilio tuo destitutas, nec eis speratum subsidium militiæ prædictæ transmittas. Considera quantum ex hoc aduersarij superbiæ suæ cornua eleuent: quam facile totius Lombardiæ subuersio sequi posset, per quam totaliter tui casus negotij forsitan sequeretur; dum adempta tibi facultate prosequendi coronæ imperialis recipiendæ propositum, omnibus spes de consummatione tui fastigij demeretur. Considera quæ via supererit dictum releuandi negotium, si viribus, aut insidijs

Alfonsum in Insuabria plures suis partibus irretire.

Rodulpho oratores ad Pontificem mittit.

a Colmar. Chron. hoc ann. b Cod. Vallic. ubi sup.

Perstringitur copias in Italiam non submississe.

Inde ipsius res periclitari.

a Cod. bi-
blioth. Vall.
sic. lit. C. n.
49.

Flagitiora
Rodolph.
vt ante
imperialis
inunctio-
nis sacra
gesta ab
oratoribus
cōfirmet.

b Extant
ib. pag. 49.

Otto
Eade re
ad ipsum
literæ.

Monet vt
copias trā-
mictat in
Italiam.
ib. ad pag.
49.

dijis persequentis Lombardia succumbat. Profecto incomparabiliter facilius est impetentem repellere, * possidentem. Ideoque affectu paterno tuum zelantes honorem, serenitatem regiam sollicitamus attentius, & instanter hortamur, quatenus, si diligis statum tuum, si confusionem extremam vitare desideras, milites, de quibus alias tibi suggestimus, ad partes prædictas non differas ulterius destinare. Speramus enim in Domino, quod si huiusmodi mittendo militiam idem tuum negotium viriliter prosequi videaris, succedet tibi euentus prosperioris applausus, quem variæ coniecturæ promittunt: cedit aduersitas, & aspera conuertentur in plana; nec erit opus in illis partibus militiam retinere. Vel si res forsan secus exigeret, aduersarijs in persecutione perstantibus, ibi poterit tractari commodius, vt per deuotos, si eiusdem militiæ præsentia indigent, ipsi stipendia ministrentur. Scire quidem te volumus, quod propter fratrum nostrorum, & etiam mercatorum absentiam, perquirendo tibi mutuo vacare nequimus, nec vacandum credidimus, ne charissimo in Christo filio nostro Regi Castellæ, ac Legionis illustri, nobis iam valde vicino, & infra paucos dies futuro nobiscum huiusmodi tua necessitas, non sine grandi tuo periculo, panderetur.] Non in leue discrimen Rodulphi adductæ res erant in Insurbria, in qua Genueses & marchio Montisferrati vna cum Papiensibus Alfonso partes efferrent, ac lacefferent Mediolanenses: quare Ligures ac marchionem vt contumaces Gregorius die cœnæ Domini cæsurarum pœnis Lugduni subiecit a; dum alias in Veronenses b, Papienses c, Vbertinumq; d de Andito renouauit: quas etiam, exeunte anno, Mediolani ijs incussisse videbimus inferius. Cincti vero hostibus Mediolanenses decreuere ad Rodulphum oratores, vt auxilia ab ipso elicerent. Quos Gregorius Romanorum Regi commendauit e, vt ipsos beneuole exciperet, cum rebus suis magnum incrementum præpotens ea ciuitas allatura videretur, petitisque eorum admissis, cæteras vrbes in sui obsequium pelliceret.

5 Suaserat etiam antea illi Gregorius, vt fœdera cum Rege Siciliæ Carolò alijsque coiret, vt eorum potentia sui principatus auspicia corroboraret. Qui cum esset obsecutus Pontifici, & cum Carolo atq; alijs principibus amicitiam, atque etiã cum Ludouico duce Bauariæ affinitatem iungere decreuisset, Gregorius est gratulatus f, tantorum principum fœderibus firmasse sceptrum, ac vires suas auxisse: *Grata nobis occurrit missarum nuper tuarum series literarum, qua te Regem pacificum manifestans, voluntatem tuam ad pacem & concordiam cum varijs principibus, & specialiter cum charissimo in Christo filio nostro Carolo Rege Sicilia illustri, ex eo paratam & ordinate dispositam, prout tibi frequenti exhortatione suggestissimus, apertius reserauisti, * quod inter eundem Regem & dilectum filium nobilem virum L. duce duce Bauariæ, comitem Palatinum, ineunda parentela fœdera regalis sollicitudinis studio preparata descripsit. Hæc quidem tanto acceptiora sunt nobis, quanto ea diuinis beneplacitis & tuis nouimus commodis aptiora. Ex his namque regalis magnificentie solum solidatum augmenta suscipiet, tuæque virtus potentia quanto quietior, tanto efficacior euidentiori clarebit effectui, &c.* Certiores de his fecit Pontifex Guillelmum Neapolionem ac Franciscum Turrianum, qui Mediolanensem rem moderabantur, monuitque vt Hispanorum impetus constanter exciperent, ac propulsarent: data Germanis omnibus

imperia, vt in Rodulphi obsequium, quem Romanorum Regem Apostolica sedes agnoscit, procumberent: breui ipsorum rebus consultum iri; atque Hispanos aliosque, qui in eorum fines irrupere, censuris ecclesiasticis esse irretitos.

6 Ex eo inito inter Rodulphum & Carolum fœdere non Imperij modo, sed Ecclesiæ etiam res confirmatas e literis a ad Albanos colligitur, quos cum ab hostibus Ecclesiæ circumfideri accepisset, ad constantiam erexit, ijs Regibus mutuo coniunctis fœdere, atq; in Ecclesiæ auxilium excitatis, nullorum hostium vim esse pertimescendam. Quanto ex ijs fœderibus a Rodulpho perfectis gaudio est delibutus Gregorius, tanto metu ob discordiam, quæ illi cum Othocharo Rege Boemiæ intercedebat, angebatur. Præuidebat enim immensa mala, quæ ex eo bello eruptura erant, atque e contra ex ea concordia rem Christianam auctum iri; ac facile felicem exitum expeditionem, quæ pro Terra sancta liberanda ornabatur, habituram. Quare ardentissimis votis literisque repetitis b Othocharum est hortatus, vt cum Rodulpho concordia fœdus iniret.

Regi Boemiæ illustri.

7 Extenso dudum sollicitæ considerationis intuitu ad futura, cum specialiter nostri, qui pastoris in ouili dominico partes exercemus, interfit, reminisci præterita, instantias temporum librare, præsentium & futurorum indicia præuidere; tibi cum charissimo in Christo filio nostro Rodulpho Romanorum Rege illustri amicitia fœdus obseruare suggestimus, & mentem regiam ad vnitatis bonum cum eodem Rege concorditer excolenda literarum nostrarum serie recolimus induxisse. Illud præcipue meditantem, quod ex Regis ipsius, tuæque concordia commoda immensa consurgerent negotiorum Dei, ad quæ vota nostra direximus prompta, sequeretur ac grata promotio, & discrimibus varijs ex vtriusque damnosa discordia fuscitandis materia tolleretur. Sane si, prout credimus, tua speculationis examen circa negotium dicti Regis veritas patefacta non præterit, dum initijs eius atque processibus dexteram Domini liquido patet fauorabiliter esse propitiam; dum ex ipsius felici regimine prosperi status Imperij reformatio expectatur; nisi omnino ab illius impedimento desisteres, beneplacito diuino resistere, nec sine graui discrimine reformando eidem Imperio pertinaciter obuiare, non immerito cense- reris.

8 Ideoque nos, de quorum cura præcipue inter Christi fideles pax & vnitas procuranda requiritur; cum te ac eodem Rege cõcordibus inæstimabilia bona consurgere, te autem ac ipso discordibus mala quodammodo ineffabilia nõ tam verisimiliter, quã palpabiliter extimemus; apud excellentiam tuam quo frequentius, eo instatijs, multiplicatis exhortationibus insistentes, serenitatem regiam iterato requirimus, monemus, & hortamur in Domino, in remissionem tibi peccaminum intensis affectibus suadentes, quatenus discriminosæ dissensionis nulla profecto tibi vel alij producturæ compendia, sed dispendia graua probabiliter allaturæ actor vulgari delatione describi prudenter euitans; & imminentis ex dissensione huiusmodi stragis excidia, humana saltem compassione in eiusdem Regis Romanorum & tua reconciliatione præcidents ipsi, quem similiter ad hoc efficacibus inductionibus exhortamur, te ulterius ad plenum reconciliare non differas; sed vt regalem animum manifestius exhibeas amatorem pacis &

* quam

Colloquium ha biturum cum Alfonso significat.

Distictæ a Gregor. cæsuræ aduersus Lögobard. infestates. a Greg. l. 4. ep. cur. 3. b Ib. ep. 1. c Ep. 2. d Ep. 4.

M. S. Val. lic. sig. lit. C. n. 49. pag. 49.

Agitat Rodulphus de fœdere cum Rege Carolo & duce Bauariæ iungendo. f Ibid. ead. pag. Gratulatio rix Greg. lit.

* atque

a Extr. ib. p. 11.

Pacem inter Othochar. & Rodulph. conciliat. studet. Font.

b Extr. ib. p. 11.

Othochar. rü horta tur, vt ser uet pac.

Ingenti ex cõcordia bona proponit.

Constitutio Rodulphi Imperialis in signibus & concordia aperit.

concordiæ ac tranquillitatis publicæ sectatorem, celeriter sic solida vnanimitate coniungas, quod processum nostrorum, quos ad promotionis eiusdem Regis Romanorum consummandæ solemniam, prout vtilitas publica exigit, continuare disponimus, quorumque impedimenta pati æquanimitè non possemus; experiamur te ad tuæ salutis meritum, & famæ præconium per rei euentiam sedulum promotorem.]

9 Solicitatus a Pontifice Othocharus, nunciij opera nonnulla concordiæ capita miserat: quæ cum ab ijs, quæ antea transmissa fuerant, non discreparent; subiecit a, non aliud ipsi respondendum videri, quam preces afferendas repetendasque, vt animum ad pacem ineundam flecteret: mitteret oratores, cum quibus pax confici posset, cum Rodolphus ad sedem Apostolicam accederet. Flesti ad concordiam, & pacis consilia saluberrimis hinc Pontificis monitis non potuit Boemus: sed cõcepit sinistram de Gregorio auerfi in se animi, nimijque in Rodolphum hostem atque æmulum studij suspicionem; cum Pontifex Rodolpho in tuendis Imperij iuribus non defuturum professus esset: vtque Pontificiam auctoritatem eluderet, suorum consilijs subornatus oratoris opera denuntiavit Gregorio, se ab illius iudicio prouocare. Quæ quidem prouocatio, cum nulla ratione nixa atque inanis esset, nec nisi ab augmento fastigio ad celsiorem dirigenda, Othocharum reprehendit b Gregorius, prauis se consilijs irretiri passum esse: hortatusque est, vt ad pacem cum Rodolpho conciliandam animum conuerteret.

Regi Boemia illustri.

10 Quid ita deuotionem illam, quam protestatus totiens in te a tuis progenitoribus radicaram, absorbuit; quid circumspeditionem regiam sic a semitis rationis abduxit, vt in ea prorumpere, quæ nobis nouissime per tuas literas destinasti, non sufficimus admirari, cum causam non habeas: etsi occasionem proculdubio friuolam fingere videaris. Quæ namque causa filio suspicionis ad patrem, ipsam ad pacis cõmoda inuitantem, vt eius salutem prouideat, commodis consulat, occurrat dispendijs, sibi ac suis quietem indulgeat, & conseruet? Quid aliud ex omnibus literis, excellentiæ tuæ super negotio charissimi in Christo filij nostri Regis Romanorum illustris destinatis, intelligis? Quid ijs aduersum, vel diuersum etiam, nisi peruerso forte iudicio ad sensum trahantur omnino contrarium, elicis ex eisdem? Numquid forte moleste tulisti, sicut nunciij tui habere videbatur assertio, quod in aliquibus illarum prædiximus nostri esse propositi, vt eiusdem Regis iustitiæ assistamus? Profecto si verbi mysterium attendisses, hoc nequaquam tuum animum molestatet. Cum enim iustitia ius suum vnicuique tribuat; dum iustitiæ litigantium alterutrius assistitur, per consequens ius cuiuslibet conseruatur.

11 Quæ igitur iniuria in prædictione prædicta? Quæ in ijs suspicionis occasio? Quæ appellandi causa, præsertim ab illo, qui supremi Iudicis vicegerens superiorem non habet in terris? Numquid non appellatio gradum exigit, vt etiam non parem appellare sufficiat; sed a minori ad maiorem grauatus appellet? Quid hic tuus, vel potius, prout verisimiliter præsumimus, tuorum consiliatorum inconsultus conatus habuit, nisi culpam? Quid aliud, nisi præsumptionem admodum temerariam, & argumenta prædictæ tuæ protestationi contraria notabilis, & te omnino indecen-

ris indeuotionis expressit? Porro, fili charissime, ista materiam multæ commotionis ingerunt: sed cum nesciat ab amico charitas etiam lesa recedere, proculdubio non imprimunt cordi nostro. Sic enim personam tuam solitæ charitatis vinculis amplexamur, vt præmissa; quæ vsque adhuc facilitati, vel aliorum malitiæ credimus imputanda, donec a te illa perceperimus ex sententia dicta esse; ipsam nec mouere sufficiant, nec turbare. Ideoque licet eadem tui potissime contemplatione displiceant; cum per ipsa si forsitan in communem notitiam deuenirent, & fama læderetur, & tuo non modicum fauori decrederet; nihilominus tamen eundem tuum nuncium in illis patienter audiimus in conclauis, & in publico parati eramus audire: nisi quod ipse prudenter attendens, quod, licentiatis & absentibus multis ex nostris fratribus, forum iudiciale suspendimus quousque nos in terra Ecclesiæ cum tota nostra curia residere contingat, a petitione publicæ audientiæ superfedat; præsertim cum ex causa præmissa huiusmodi audientiæ nullum habuisset effectum, absente præcipue parte altera, nec vocata.

12 Ad cor itaque, inclyte princeps, conuertere: ingredi consistorium rationis, & ipsius pacate consilijs acquiescens, patris puritatè attende. Nos enim, nisi quæ inconsulte acta sunt, perseverantia patuerit animi fuisse iudicium, non desitemus a cœptis; sed tractatui concordiam inter te ac Regem prædictum, pacis auctore præuio, sic efficaciter insistemus, quod ipso faciente, qui potest non solum tibi & Regi prædicto exinde, quantum in nobis erit, fluente quietis assident; sed & Imperio toti tranquillitatis lenitas ardebit. *Dat. Bellicadri xi. kal. aug. anno iv.*]

13 Contulerat se Bellicadrum Pontifex, vt colloquium cum Alfonso Rege Castellæ & Legionis iniret. Exposcebat illud magna contentione Rex, cum inani spe Pontificis ad sua vota pellendi teneretur: qua expectatione delusam, animoque exulceratum in Gregorium videbimus. Intentus a itaque Gallicæ profectio, habitis Toleti Regni conuentibus, commissa filio Ferdinando publicæ rei administratione, superiori anno exeunte Valentiam, inde Dertusam, & Taraconem profectus a Iacobo Rege Arag. Barchinonem adductus natalem Christi in ea vrbe celebrauit: in qua paucis post diebus, ineunte anno millesimo septuagesimo quinto S. Raymundus Pennafortius, genere Catalanus, e viuis excessit; nimirum die Epiphaniæ sacro vii. id. ianuarij, vt refert eius gestorum scriptor b. Fuit vitæ sanctitate ac doctrina insignis, quem ideo Dominicanæ familiæ se addixisse aiunt nonnulli, vt commissam in iuene, quem ab eo sacro amplectendo instituto auerterat, culpam resarciret. Sed eos refellit Franciscus Penia c, qui gesta sanctissimi viri antiquitus conscripta notis accurate illustrauit, auxitque. Doctrinæ quidem insignia posteris relicta sunt monumenta, cum Gregorius IX. ipse, vt viri in utroque iure scientiæ laude florentissimi, opera ad decreta Pontificum in ordinem meliorem redigenda vsus sit; eumque librum legendum in academijs, in foro ad dirimendas causas discutendum proposuerit. Scripsit etiam summam egregiam, quæ cum diu manuscripta circumferretur, tandem typis mandata est. Qui ideo inter scriptores ecclesiasticos iure merito ab auctoribus, qui de ijs agunt, recensentur. Nec minor sanctitas cum tanta doctrina coniuncta erat, vt plura ostend-

Hortatur ad præsertim emendanda.

Operam ad redimendam pacem pollicetur.

Bellicadrum se confert Gregorius.

a Marian. l. 13. c. 22. Alfonso Rex Castellæ eo iter intendit.

Magnifice a Rege Arag. loco ro exceptus.

Interest B. Raymū di Pennaf. morti.

b Leander de vir. illust. ord. Præd. l. 1. c. apud Sur. to. 1. die 6. ianuar.

Surit. annualib. 3. c. 94. c. n. 1.

S. Raymū di doctrinæ monumenta.

c Pen. in not. ad c. 4. vita S. Raym.

bonore & gratia perfrui vult, percipiunt, exire solere. Haec de S. Raymundo: nunc ad intertermisam de Alfonso Castellæ Rege redeamus.

14 Addunt Surita & Mariana, Iacobum Regem Alfonsi generi consilia haud probasse, ac multis verbis a Belliquadrensi cum Pontifice ineundo colloquio abducere conatum; cum iam, Imperij causa Rodulpho adiudicata, Gregorium e sententia discessurum nulla spes effet: Alfonsum tamen, qua putabat florere gratia innixum fiducia, retrahi a suscepto itinere non potuisse. De eo acturi colloquio, nonnulla ex pontificijs literis præmittenda sunt, quæ ad viam illi sternendam præcessere. Postulanti Alfonso annuerat Philippus, vt ditionem suam ineundi huiusmodi colloquij causa ingrederetur; ea tamen lege, vt armatum militem secum non duceret: quamobrem ofensus Castellæ Rex questus erat apud Pontificem, videri sibi a Philippo contra dignitatem suam interdici, ne satellitio regio stipatus accederet. Cui Gregorius non ita rem interpretandam respondit. Vt tamen Regis Francorum voluntatem exploraret illustraretque, literas a Philippo ad Alfonsi gratiam, quibus regij corporis stipatoris nonnullasque equitum turmas adducere permisum erat, obtinuit, quas Valentino episcopo Alfonso tradendas misit a. Quo vero Castellæ Regem venientem debitis officijs prosequeretur, archiepiscopo Narbonensi munus excipiendi Regis, atque ad se deducendi, qua par erat honorificentia, commisit b: *Charissimū in Christo filium nostrum Regem Castellæ ac Legionis illustrem ad nostram præsentiam accedentem desiderantes, prout decet, multipliciter honorari, fraternitatem tuam monemus attentius & hortamur, per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus eidem Regi per totam terram tuam, per quam eum transire contigerit, honorificentia tanto principi congruente exhibita, ipsum postmodum ad nos personaliter comiteris. Magistratui vero Belliquadri curam demandauit c, vt sibi, Regi, & Cardinalibus, ædes congruas apparet.*

Visum quidem Gregorio fuerat locum angustiorum esse ad pontificiam regiamq; familiam excipiendam; atque ideo decreuerat Tarascone morari, dum Castellæ Rex Belliquadri consisteret: cui tamen vt gereret morem, cum aliquibus Cardinalibus in idem oppidum se conferre pollicitus d: *Volentes, inquit, in hoc tua descendere voluntati, deliberauimus venire Belliquadrum, aliquibus ex dictis fratribus nobiscum inibi moraturis, reliquis vero remanentibus Tarascone. Decet itaque vt sic dictam comitiuam tuam circumspectio moderetur, quod multitudine, quam loci arctitudo non patitur, prouidentia moderantis exclusa, incommoditates prædictæ, quas coniectura minatur, prouisionis tue diligentia excludantur. Dat. Aurasia, &c.*

Ingressū Gallias octauo a paschate die Alfonsum, ac toto vere & parte æstiu temporis egisse Belliquadri cum Pontifice, refert Surita e; de quo familiari congressu Mariana meminit f, Regemque coram Gregorio in Cardinalium cœtu conquestum de Germanis, qui pendente suæ electionis controuersia alium elegerant: si quod in ea dubium erat, erepto æmulo Richardo, sublatum esse: Hispaniam ob irruptiones barbarorum deferere antea non potuisse: nunc vero relicto in patria filio geminæ prolis iam patre, Imperium ipsius auspicijs capepsit: tum obtestatum, ne in iuuentute parta in eo ætatis flexu sibi eripi pateretur. At Pontificem causas exposuisse (quod factum antea abunde vidimus) cur nouum Augu-

derunt ab ipso patrata miracula: quæ percensere non est opus, cum a pluribus, ac recentior a Ioanne Bolando a, qui egregio pietatis studio, summa diligentia, immensoque labore acta sanctorum collegit, scriptis mandata sint, eorumque memoria apud Barcinonenses efflorescat. Inter quæ sulcatum ab ipso in pallio non madido Balearicum mare, & quadraginta b mortuos ad vitæ eius opera excitatos nõ præterimus: ipsiusque opera institutos in Catalaunia fidei censores ad excidendos hæreticos, qui sæpius ex Narbonensi Gallia in eas terras profugiebant. Curatum magna pompa illius funus, ac duorum Iacobi Aragoniæ, Alfonsique Castellæ & Legionis Regum præsentia coonestatum, tradunt Surita e ac Mariana a. Quibus consentiunt ea, quæ refert Clemens VIII. in diplomate d, quo ipsi sanctorum honores, ineunte nostro seculo, anno nimirum MDCL. decreuit.

Omnibus demum virtutibus cumulatissimus, deuexa iam ætate, in perpetua quadam erat animi vigilia, expectans Dominum vt ad caelestes nuptias ab eo vocaretur. Igitur annos fere centum natus, cupiens dissolui & esse cum Christo, in lethalem morbum incidit: atque sacramentis omnibus rite munitus, orantibus ad lectulum fratribus, deficiente sensim omni vitæ sensu, ipso die Epiphania Barcinone obdormiuit in Domino anno salutis MCLXXV. Vulgata eius morte ingens hominum concursus ad monasterium videndi causa repente factus est: ac tanta fuit sanctitatis eius apud omnes opinio, vt multi episcopi, complures prelati, ac nobiles viri, clerus etiam & populus Barcinonensis vniuersus funus eius summa doloris significatione sint profecuti. Communem vero illam eius sanctitatis famam auctoritate sua magnopere auxerunt Alfonsus Castellæ & Iacobus Aragoniæ Reges, qui ad eius exequias sua præsentia coonestandas, comitantibus filiis ac domesticis omnibus, summa cū veneratione et fama sanctitatis beati huius viri conuenerunt. Itaque corpus eius magno totius ciuitatis lætæ ac principum virorum dolore honorifice humatum est: quod paucis annis post in sepulcrum marmoreo translatum fuit. Barcinonensis populus B. Raymundo vita functo, quasi totius patriæ lumine extincto, mærore afflictus grauius angebatur: atq; ob recentem virtutum eius atque beneficiorum memoriã eo carere omnibus ac erbissimum erat: sed pater misericordiarum & Deus totius consolationis, qui secundum multitudinem dolorum consolationibus suis timentium se corda lætificat, B. Raymundi meritis beneficia in omnes conferendo, plebem suam mirifice recreauit: nam fidelissimi huius serui integritatem, & sanctimoniam, multis quidem in vita miraculis claram, pluribus signis post obitum ingenti omnium lætitia comprobauit.

Insigne illud est, quod narrat Penia e, cum ex eius sepulchro suauissimus odor efflauit: Die IV. aprilis MDXCVI. quo archiepiscopus Terraconensis, & episcopi Barcinonensis & Vicensis beati viri sepulchrum explorauerunt, Ludouicus de Claramunt, qui sexdecim annorum spatio olfactus facultate priuatus, dum sepulchrum aperiretur, interfuerat, olfactum recuperauerat; simulque suauissimum ex sepulchro odorem prodeuntem senserat. Eundem suauissimum ac pene caelestem odorem multi testes, quorum attestaciones in actis relatas iudices legitimo iudicio exceperant, se percipisse affirmauerant: addebantque nonnulli non eo modo die, quo celeberrima solemnitate sepulchrum apertum exiit; verum diuersis quoque alijs temporibus ex foramine quodam, in eodem sepulchro existente, suauissimum odorem, quem illi tantum, quos Deus eo

Insignia ab eo patrata miracula. a Io. Bolando 20. 1. die 7. ianuar.

b Leand. ubi sup. Surit. l. 3. ubi sup.

c Id. ib. d Marian l. 13. c. 22. d Exiat in bullar. in Cl. VIII.

Felix eius obitus.

Et celebres exequiæ.

e Penia in vit. S. Ray mun. lib. 2. cap. 100.

Illius corpus suauem odorem spirat.

stum creare licuisset: Richardi obitu nullum ius illi accessisse: cessisse Imperio: priora in eum Germanorum studia refraxisse: nullas vires contra Germanorum consensum pares futuras; & Christianam rem in periculum adductum iri. Addit auctor Alfonsus, ita repulsam passum, alias spes tentasse, contendisseque Suevia principatum ad se materno iure pertinere; noua a Rodulpho affectum iniuria, qui illum inuasisset. Conquestum, præterea Henricum fratrem teneri in vinculis a Carolo, ac Philippum Francorum Regem regni Nauarræ procuracionem inuasisse: cum, repetitis antiquis iuribus, illud ad Castellanam coronam reuocaret.

Exambiuerant post Henrici Regis mortem Nauarræ sceptrum finitimi Reges: ac Regem Aragonum inquit olim a Sanctio adoptionis, de qua a nobis suo loco est actum, specie affectasse, pluresque in suas pellexisse partes, Surita refert b. Regina vero vna cum filia Ioanna impubere inter medios tumultus, cum alij Castellano, Aragonio alij, alij Gallo studebant, profugiente in Gallias, Philippus Rex Francorum coniungendi Gallico illius regni auidus, a Gregorio contendit, vt leges canonicas ad filij Ludouici & Ioannæ, qui tertio consanguinitatis gradu erant coniuncti, gratiam solueret. Cæterum Pontifex, cum initio ab ea re ob aliorum Regum æmulationem abhorreret, deum tuendam rei Gallicæ studio assensit, vt Ioanna non Ludouico Gallici sceptri heredi, sed Philippo secundo natu, quæ tamen postea breui, mortuo fratre, vtrumque sceptrum gestasse visuri sumus, nuberet: ac ne ab Alfonso Castellæ Rege, cum quo Belliquadrense colloquium erat initurus, importunis precibus de Ioanna alicui nepotibus thoro iungenda fatigaretur, mox Francorum Regi diploma tradidit: de quibus in M. S. codice Vallicellano extant Gregorij literæ c. Adeptus ita in Nauarram iura Francorū Rex Philippus, fractis pulsissis aduersarijs, eam armis subegit, vt Ptolemæus Lucensis in M. S. historia ecclesiastica subiectis verbis refert d: *Rex Francia exercitum parat ad intrandum Nauarram pro filio suo Philippo, qui filiam Regis Nauarra accepit in uxorem, cui & successiue debebatur regnū præfatum, ac comitatus Campania. Vadens igitur in Nauarram exercitus eius, Pampiloniam expugnant, & certam partem destruit propter rebellionem. Insuper & quidam nobiles, rebellantes dominium Francia, fugiunt in Aragoniam & Castellam, & sic Rex Francia vsque in hanc horam dominus est Nauarra.* Agunt pluribus de Pompeiopoli expugnata a Carolo comite Atrebatensi, & regno vniuerso in Gallorum potestatem redacto Gallici & Hispanici scriptores e: sed hæc nobis suffecerint. Nunc redeo ad Alfonsum Castellæ Regem, qui ob hæc a Gallo grauissime est abalienatus, nullaque re a Gregorio impetrata, præcipiti ætate a Pontificio colloquio iratus discessit. f

15 Regressus in Hispaniam, abiecta Imperij insignia resumpsit g, sigilloque imperiali vsus est, atque ad Germaniæ & Italiæ fœderatos principes scripsit, vt illius causam aduersus Rodulphum tuerentur: sui non fuisse consilij iuribus Imperij abscedere. Quibus acceptis Gregorius, cum Belliquadro Lausanam iter intenderet, vt cum Rodulpho Rege Romanorum, quem, vt ad Imperij limitem accederet, ad colloquium de rebus ad Imperium & rem Christianam spectantibus habendum sollicitasse vidimus; Hispalensi episcopo prouinciam dedit h, vt incusso censurarum terrore, Augusti nomine sigilloque abstinere moneret.

Annal. Eccl. Tom. XIV.

Archiepiscopo Hispalensi.

Ob dandum super negotio Imperij pacificum orbi statum nouit tua fraternitas, nos grandia postposuisse negotia, multos sustinuisse labores, & grauiatædia non vitasse. Quod de Omnipotentis misericordia fuisse supponebamus obtentum, postquam charissimus in Christo filius noster Rex Castellæ ac Legionis illustris super eodem negotio nostris beneplacitis acquieuit. Sed, sicut multorum fide dignorum assertionem didicimus, dictus Rex in suis literis se Regem Romanorum intitulat sicut prius, & sigillo vtitur literis & impressionis typario intitulatione huiusmodi exprimente: super quo nos etiam aliqua sua litera instruxerunt intitulata taliter & impressa. Habet etiam huiusmodi assertionis adiectio, quod idem Rex varias literas quampluribus magnatibus Alemânia, necnon & communitatibus Italiæ destinauit, affirmans in illis, se a dicto Imperij negotio nec destitisse, nec velle desistere; sed plenis conatibus illius prosecutioni vacare. In his autem vtrum, sicut regalem decet excellentiam, debitum suæ promissionis obseruet, satis intelligunt qui rem sciunt. Ideoque fraternitatem tuam monemus, rogantes & hortantes attente, nihilominus in virtute sanctæ obedientiæ tibi districtè præcipiendo mandantes, quatenus aliquibus ad hoc, de quibus expedire videris (inter quos dilectum filium priorem de Lunello capellanum nostrum, si eius facile possis habere copiam, presentem esse volumus) conuocatis; memoratum Regem diligenter monere, ac efficaciter inducere studeas, vt ab his & similibus omnino desistat, sigillo ac intitulatione præmissis de cætero non vsurus: alioquin omittere non poterimus, sicut nec etiam deberemus, quin remedijs, quæ facti qualitas exiget, talibus, quantum cum Deo fieri poterit, obuimus. Quidquid autem super his actum fuerit, & specialiter responsione ipsius Regis super præmissis, nobis per tuas patentes literas harum seriem, & eorum qui præsentibus fuerint nomina continentes, fideliter intimare procures. Dat. Valentia id. septembris anno iv.] Impositum sibi munus obiuit archiepiscopus, cui Alfonsus monenti, ne Regis Romanorum nomen, cuius iure cesserat, contra fidem datam, magna rei Christianæ perniciæ, affectaret; respondit se ea de re deliberaturum. Cuius responsi certior factus Gregorius, repetitis imperijs cœptis instare præcepit. Qua de re Viennæ iv. kal. octobris extant exarata litera. a

16 Perfecit b demum archiepiscopus Hispalensis ecclesiastica execrationis denuntiatione, vt Alfonsus nomine & insignibus imperialibus sibi temperaret: cui decimæ ecclesiarum in sumptus belli Maurici concessæ; de quibus Lausanæ pridie idib. octobris huius anni in regesto pontificio extant litera c. Adegit quidem ad id Alfonsum mutatus repente in contrarium secundarum rerum status; gemina nimirum a Marrochitanis & Granatensibus accepta clades. Agit pluribus de ea Africanorum in Hispanias irruptione Mariana, ac refert i vt Nunnus Lara tutando Baticæ limiti præfectus, cum se arcis munitione tueri posset, hosti obuiam progressus barbarorum multitudine, quorum acies initio retuderat, obrutus sit magna suorum clade. Mense maio id prælium commissum: quo audito sacra, dato crucis symbolo, archiepisc. Toletanus militiam contraxit, vt lapsas res redintegraret, cui in Saracenos profilire meditati, Gregorius, Belliquadri cum esset, adiecit l animos: *Gaudemus in Domino, & la-*

Data Hispalensi archiepiscopi imperia, vt cœptis abducatur.

Censuras ecclesiasticas obnitenti incurtiat.

Archiepiscopi iussa apostolica exequitur.

Alfonsi responsi, a 16. ep. 12 b Sur. 13. annal. c. 93. d. 22. l. 13. c. 22.

c Lib. 4. ep. cur. 10. Turibus Imperij demum cedit. i Marian. l. 14. c. 1. Afortum in Hispaniam irruptione.

Nunnus Lara deletus. l. Ead. ep. 10.

auxilio quaouis vexatio eiusdem excludatur. Nonne igitur digne molestum, si prætextu eiusdem questionis vel prædicti episcopus & ecclesia præsumantur mole regalis potentie opprimi, vel excellentia regia quoquo modo de ipsorum oppressione notetur?

21 Defendit pari constantia Gregorius oppressos in Lusitania ab Alfonso Rege præfules, hac edita constitutione a.

Ad perpetuam rei memoriam.

De regno Portugallia contra dudum, & nunc, propter peccata forsân populi, regnantes in ipso, ab olim ingens clamor ascendens, in gentes & regna illorum diffudit infamiam; & exclamans in eo sancta proterni, ecclesias, personas ecclesiasticas, & libertatem ipsarum non conculcari tantummodo, sed quasi omnino subuerti; regnum ipsum cum suis habitatoribus per regnantes eosdem non regi vel dirigi, sed velut datum in prædam ab ipsis & suis tamquam a prædonibus inhumane tractari, vndique diripi, totaliterque consumi; diuersorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, & nostras aures perculit, & ad prædictorum correctionem, ipsiusque regni directionem eo specialius illorum & nostrorum excitauit officium, affecit animos, prouocauit affectus, quo idem regnum, quod est Romanæ ecclesiæ censuale, ipsi Ecclesiæ specialiori iure tenetur. Dudum siquidem cum ad felicitis recordationis Honorij Papæ prædecessoris nostri audientiam validis multorum clamoribus peruenisset, quod quondam Alfonso Portugallia Rex, timorem diuini nominis & amorem damnabiliter a se procul abiciens; & tamquam ad eiusdem regni & habitatorum suorum conculcationem, se potius desolationem extremam, & subuersionem omnimodam ecclesiasticæ libertatis in spiritu tyrannicæ persecutionis anhelans; inter cætera grauiâ & enormia, quibus cõtra se vltionum Dominum prouocabat, sacrosanctam Ecclesiam sponfam eius in regno ipso ancillare pro viribus satagebat, tam cathedra libus quam alijs ecclesijs, nec non monasterijs, hospitalibus, domibus, alijsque religiosis locis, & clericis dicti regni collectas & alia importabilia graua in præsumptuosus imponens, alias eandem diuersis & varijs afflictionibus opprimendo; præfatus prædecessor eundem Alfonso per suas literas rogandum, monendum duxit attentius, & hortandum, obsecrans per aspersionem sanguinis Iesu Christi, vt culpas suas humiliter recognoscens, conuerti ad Dominum festinaret; & ab ecclesiarum ac personarum ecclesiasticarum molestijs & grauaminibus omnino desistens, bonæ memoriæ archiepiscopo Bracharensi, qui huiusmodi occasione grauaminum in eundem Regem ac nonnullos complices excommunicationis, & terram ipsius metropolitana sibi lege subiectam interditi sententias duxerat promulgandas; de damnis & iniurijs, archiepiscopo irrogatis, eidem satisfactionem plenariam exhiberet, certis super hoc executoribus deputatis, adiectisque comminationibus grauib; & diuersis, quæ de regni etiam amissione formidinem ingerebant.

22 Cumque quondam Sanctius, ipsius Alfonso filius in regno successor eodem, tamquam in ipsum cum sanguine huiusmodi prauitate diffusa, fugienda sequens vestigia genitoris, excessus enormes in ecclesiasticas & religiosas personas non minus, immo magis perniciose committeret, praua quædam & iniqua inter cætera prosequendo statuta, quæ proavi sui profana præsumitur edidisse præsumptio; & per quæ personarum ipsa-

rum iniuriæ, ac infamationes graues, domorum quoque infractions, bonorum spoliations & direptiones frequentius contingebant; piæ memoriæ Gregorius PP. IX. prædecessor noster, cum ad ipsum præmissa per clamosâ insinuationis infamiam deuenissent, intendens & eiusdem Sanctij saluti consulere, & ecclesiarum ac personarum ipsarum indemnitate prouidere; dicto Sanctio inter alia districtius inhiuit per suas literas speciales, ne per se, vel officiales, aut vassallos suos personas easdem infamare, vel earum domos infringere, seu bona ipsarum quouis modo diripere attentaret, ab earumdem grauaminibus & molestijs quibuscumque penitus abstinendo: & certis super ijs executoribus deputatis, graues comminationes & duras idem Gregorius prædecessor adiecit.

23 Recolendæ insuper recordationis Innocentij Papa IV. prædecessor noster querelis multimodis, & clamosis delationibus excitatus; & inter alia intellecto, quod idem Sanctius, eiusdem regni gubernatione suscepta, ecclesias & monasteria consistentia in eodem, in grauem diuinæ maiestatis offensam & conculcationem ecclesiasticæ libertatis, exactionibus & oppressionibus plurimis per se ac suos immaniter affixerat, & affligere non cessabat, & ab alijs pro ipsorum libito libere permittebat affligi; cupiens regnum ipsum, tot tribulationum aduersitate depressum, per alicuius prudentis industriam relenari; cum præfatus Sanctius, quem per suas literas idem Innocentius prædecessor rogandum duxerat attentius, & hortandum, specialibus super hoc monitoribus deputatis, vt præmissa celeri emendatione corrigeret, ac in consilia se reduceret meliora; in deterius semper conuerteret actus suos, & mala malis, tamquam in sensum datus reprobum, cumularet; barones, communitates, seu consilia tam ciuitatum quam castrorum aliorumque locorum, ac vniuersos milites & populos per regnum constitutos prædictum, per certas sub certa forma confectas literas, de fratrum suorum consilio, monuit, rogauit, & hortatus extitit: dans nihilominus illi districtius in præceptis, vt charissimum in Christo filium nostrum Alfonso Portugallia Regem illustrem, tunc comitem Boloniensem, eiusdem Sanctij germanum, per quem sperabat ipsius regni miserabilem statum ope comite cælestis auxiliij releuandum; cum prædictum Alfonso ad curam & administrationem generalem, & liberam dicti regni Apostolicæ sedis auctoritas assumpsisset; deuote recipere sibi que in omnibus & per omnia intendere procurarent, deputatis eidem certis executoribus in hac parte, prout hæc omnia eorundem prædictæ literæ plenius attestantur.

24 Porro processu temporis sapefatus Alfonso Rex, ad eiusdem regni prælatorum instantiam, ad curam & custodiam dicti regni, ac defensionem prælatorum ipsorum, nec non religioforum, & totius cleri, & monasteriorum, ecclesiarum, viduarum, orphanorum, cæterorumque in illo degentium per sedem eandem, prout præmittitur, euocatus; licet certos ex parte prælatorum ipsorum articulos sibi oblatos Parisius, ac præmissas prouisiones apostolicas in prædictis eorundem prædecessorum Honorij & Gregorij literis comprehensos, se cum ipsius regni dominium, quomodocumque adeptus foret titulo, astrinxerit iuramento præstito seruaturum, prout in literis inde confectis, & quondam magistrorum Ioan-

Greg. IX. ad eum, coercendū zelus.

Vt Innocentius IV in eundem Sanctium legibus egerit.

Regni administratione depulerit.

Subrogarit Alfonso.

nis sedis Apostolicæ capellani Carnotensis, & Luca decani ac Petri cancellarij Parisiensis ecclesiarum, aliorumque clericorum tam religiosorum quam secularium, nec non & quorundam nobilium sigillis munitis plenius continetur; tam grandis tamen honoris, ab eiusdem sibi sedis benignitate collati, quasi omnino immemor, tantique beneficij gratiam minime recognoscens; sed ad eam prorsus ingratus, iuramenti religione contempta, quam cautius custodire debuerat, non solum prouisiones & articulos supradictos seruare contempsit, verum etiam quamplura contra prælatos & ecclesiasticos religiosos, clerum & populum sæpeditos, ac libertatem ecclesiasticam commisit enormia, sicut fama, immo verius infamia publica protestatur, &c. [Subdit Pontifex, vt fessi illius persecutione Martinus Bracharensis & plures alij episcopi perfugerint ad sedem Apostolicam, vt violatum ius ecclesiasticum assererent: quamuis Bracharensi & Compottellano archiepiscopis vita sanctis, data sint apostolica imperia. Alfonso Regi, vt ab inuadendis ecclesiasticis opibus sibi temperaret; ac monita inculcata iussu pontificio a religiosi viris, vt datæ fidei, ac regij muneris meminisset, isque varijs verborum effugijs momentium diligentiam omnem ac sollicitudinem eluserit. Quibus permotus Gregorius hæc decreuit, ne ruenti ecclesiasticæ rei deesset.]

Vt ille præteritas Regi in iurias in sacerdotibus cumularit

Intentatū illi a præsulibus Lusitanis iudicium.

Decretū Greg. ad ea tollenda mala.

Imperia pontificia Alfonso data.

25 Nos igitur, qui ex debito pastoralis officij de fidelium statu pacifico sollicitis studijs cogitare tenemur, tot & tantas iniquitates tanto continuatas tempore; immo potius tot temporum, & successuum continuatione incorrigibiliter obfirmatas, nequeunt vterius, urgente conscientia, conniuentibus oculis pertransire; sed prælati, ecclesijs, monasterijs, clericis, alijsque personis ecclesiasticis, cæterisque habitatoribus dicti regni super tot importabilibus grauaminibus, afflictionibus, & pressuris benigno patientes affectu; ac volentes etiam paci & tranquillitati eorundem regni prælatorum, ecclesiarum, monasteriorum, clericorum & aliorum in illo degentium paterno sollicitudinis studio prouidere; de apostolicæ plenitudine potestatis, & fratrum nostrorum consilio statuimus & ordinamus, quod idem Rex obliget se stipulatione solemnī, præstito iuramento, ad obseruandum quod in prædictis eorundem Honorij & Gregorij prædecessorum literis continetur, & quæ, vt præmittitur, Parisius furauit, & quod nullo vnquam tempore veniet contra ea. Promittat etiam, quod sui successores in regno prædicto, in quibus huiusmodi iam quasi hereditariæ prauitatis in tot eorum sine interruptione radicata prædecessorum exempla non immerito metuuntur, infra annum postquam gubernacula ipsius regni susceperint, se modo simili obligabunt, & super hoc idem Rex suas patentes literas tam iuramentum, quam totius promissionis huiusmodi seriem continentes sua plumbea bulla bullata confici faciet dilecto filio electo Bracharensi, & venerabilibus fratribus nostris Egitaniensi, Colimbriensi, Portugalsi, Vlixbonensi, Siduensi, & cæteris ipsius regni episcopis, eorumque successoribus & procuratoribus eorundem; singulis videlicet singulas concedendas.

26 Statuimus insuper, ordinamus, & prouidemus, quod quocumque aliquos in barones, alferazes, seu signiferos, maiordomos, cancellarios, superiudices, consiliarios, almozarifos, præto-

res, meyrinos & alios officiales publicos in regno assumet eodem, ipsos, antequam suorum officiorum executionem concedat eisdem, iurare faciat, quod ipsi non erunt in consilio, auxilio vel fauore, quod dictus Rex vel aliquis de suis contra prædicta prouisiones & contenta in forma præmissi iuramenti Regis eiusdem, aut contra ecclesiasticam libertatem quidquam faciat, & ipsi ea inuolubiler obseruabunt, & a suis subditis facient obseruari: quodque nobiles viros Dionysium & Alfonso filios suos, alferaz, maiordomum, cancellarium, barones, superiudices, consiliarios Almezarifos, meyrinos, prætores, iudices, & alios officiales regni eiusdem, qui iam instituti administrant, faciat præstare simile iuramentum; & quod dicti successores sui hoc ipsum de suis baronibus, alferazibus; maiordomibus, cancellarijs, superiudicibus, consiliarijs, almozarifis, prætoribus, meyrinis, iudicibus regni sui officialibus & ordinarijs obseruabunt. Prouidemus etiam, ordinamus, atque statuimus, quod nominatus Rex pro se & omnibus de regno & dominio suo bona fide & sine fraude præstet, & concedat perpetuam securitatem & pacem prædictis electo & episcopis, ac eorum familijs, & rebus, ac alijs, qui hæctenus astiterunt eis in dicti prosecutione negotij, vel deinceps astiterint, aut præstiterint consilium, vel fauorem, quod eis in personis vel rebus suis intrando, morando, vel excundo regnum prædictum, quoties & quando suis viderint utilitatibus expedire, non offender, nec offendi, quantum in eo fuerit, per aliquem patietur: quodque idem Rex remittat prælati, eorum familijs, & alijs supradictis omnem rancorem & odium, si quod contra ipsos concepit, aut aliquem eorundem, vel saltem in abstinendo ab offensis eorum, & faciendo alios abstinere, prouide se habeat ab ipsis, ac si aduersus eos nullum rancorem vel odium concepisset. De huiusmodi autem securitatis & pacis infractione ipsum ita per omnia teneri decernimus, sicut iuxta consuetudinem regionis teneremur, si treugam forsitan infregisset; & quod super præmissis capitulis omnibus & singulis obseruandis præstet idem Rex corporale iuramentum, & confici etiam faciat patentes literas sua prædicta bulla plumbea bullatas, & prædictorum filiorum suorum, alferacum, cancellariorum, maiordomorum, supraiudicam curiæ suæ, ac decem maiorum baronum de dicto Regno sigillis nihilominus roboratas, dando singulis dictis electo & singulis episcopis, abbatibus, & prioribus monasteriorum, quæ per priorem tantummodo consueuerunt gubernari; nec non & communitatibus ciuitatum Regni prædicti, &c. [Ad coercendam vero regiam licentiam harum pœnarum terrorem incussit.]

27 Volumus & ordinamus, quod nisi sæpeditus Rex infra tres menses, postquam ad ipsum ordinatio ista peruenerit, & successores sui infra annum, postquam regnare cœperint, omnia & singula compleuerint supradicta, capitula cuiuslibet ipsorum præmissa, prout contigerit, omittent implere, & si per vnum mensem in huiusmodi obstinatione persistierint; loca etiam, in quibus ipsi omittentes fuerint, vel ad quæ ipsos cōtigerit peruenire, quamdiu ibi moram contraxerint; sint ecclesiastico supposita interdicto. Et si infra vnum mensem præter prædictos tres, siue annum quantum ad successores, proximo sequentes huic ordinationi parere, ac præmissa omnia & singula implere neglexerint; idem Rex & prædicti successores